BIBLIOTECA NAZIONALE DI TORINO

Digitized by Google

RERUM LUSATICARUM

TOMUS SECUNDUS,

QVI

SPECIALES TRACTATUS DE SLAVORUM ATQVE SORABORUM IDOLOLATRIA NEC NON DISSERTATIONES TAM AD UNIVERSAM LUSATIÆ HISTORIAM QVAM AD EJUSDEM SPECIALIA HISTORIÆ CAPITA SPECTANTES TRADIT

EX

SENATUS ZITTAVIENSIS BIBLIOTHECA.

Sacrae Regiae Maiestatis
A. Bernini D.D.D.

BIBLIOTECA NAZIONALE DI TORINO

Digitized by Google

PRODROMUS LUSATICUS

h. e.

INTEGRI ALICUJUS QUONDAM

De

LUSATIA

Conſcripti, & publicæ Luci, cum tempore, DEO volente, atque occaſione favente donandi Tractatus, ejus utpote Provinciæ I. Deſcriptionem, tam Chorographicam, quam Topographicam. II. Hiſtoriam tam Veterem, quam Novam. III. Regimen tam Antiquum, quam Modernum, & IV. Jura atque Statuta Provincialia tam Politica, quam Forenſia exhibentis

SYNOPSIS

Sive

Argumenta, ſeu Summaria, ut vulgo barbare loquuntur, ex ſingulis ejus Operis Capitibus ſuccincte excerpta, & tanquam facies alicujus magni Corporis in conſpectum præmonſtrata

ab

AUGUSTO ADOLPHO ab HAUGWITZ,
Nob. Luſ.

GENEROSISSIMO, NOBILISSIMO, EXCELLENTISSIMO

DOMINO, DOMINO

FRIDERICO ADOLPHO AB HAUGWITZ,

SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS SAX.

AULÆ MARSCHALLO SUPREMO,

CONSILIARIO INTIMO GRAVISSIMO

AC SUMMO TRIBUTORUM PRÆFECTO

&c. &c.

PATRUELI MEO OBSEQUIOSE VENERANDO &c.

GLORIÆ ARCHI-PRINCIPIS SAX. & SALUTI PATRIÆ NATO

CUJUS MUNIA, NON NISI MERITA, AUTHORITAS, NON NISI HUMANITAS

VIRTUTI PUBLICO, MIHI PRIVATO

PATRONO

OPTIMO MAXUMO.

*** *** ***

P*Rateriere jam bina, & quod excurrit luſtra a capto in alma Leucorea juvenili proproſito de edendo quodam Eruditionis Specimine publico ad explorandas, more Academico, ingenioli Vires & profectus, cujus Thema (Patritio ſiquidem & nobili Patria dulciſſima*, uti vocatur in l. 101. ff. de Legat. 3. *cui naſci dicimur* l. 1. §. 15. in fin. ff. de Ventr. in honor poſſeſſ. mitt. l. 2, ff de J. & J. *Res & jura, qua quia iniis quotidie verſamur, diligentius tractanda* l. 15. ff. de Liberat. Legat. l. 5. ff. de LL. *ignorare*, ex mente Mutii *turpe eſſetur* l. 2. §. 43. ff. de Orig. Jur. *Cum vel maxime etiam horum ignorantes ſcientes praſumimur* arg. l. 11. §. 3. ff. de Inſtit. Act.) *ipſam Patriam decreveram, praſertim cum viderem de illa nihil quicquam hactenus ſcriptum ſ. memoria traditum, quare & h. materiam, utpote raram, chariorem fore credidi* Nov. 105. c. 1. in fin. adde c. 24. diſt. 93. *& ob novitatem exinde acceptiorem* proem. ff. §. 3. l. 2. §. 18. C. de Vet. Jur. enucleand *Quod ipſum etiam opus tanta diligentia & alacritate, Eruditionis illa Matre* arg. l. 1. C. de Tyron. l. 65. §. 3. ff. de Legat. 3. adde Can. 6.

diſt. 83.

diſt. 83. *Præprimis ope, atque adminiculis Clariſſimorum Autorum, quos Anteceſſorum Wittebergenſium inſtructiſſima Bibliotheca, & curta mea Documentorum, & Manuſcriptorum ſupellex ſuppeditabant, ſuffultus, quibus etiam cum in re propria quis nec Judex* l. 7. ff. de Contrah. Empt. & Vend. l. 30. ff. de Operib. Libert. nec Teſtis l. 20. ff. de Teſt. & l. 10. C. b. T. *eſſe poſſit, libenter uſus ſum, aggreſſus ſum ut Materia ad Diſſertationem ſaltem Academicam deſtinata præter opinionem inter exiguum temporis ſpatium in integrum excreverit Tractatum, qui Luſatia noſtra I. DESCRIPTIONEM, tam* Chorographicam, *quam* Topographicam, *II. HISTORIAM,* tam veterem *quam* novam. *III. REGIMEN, tam* antiquum *quam* modernum *& IV. JURA, atque STATUTA PROVINCIALIA, tam* politica *quam* forenſia *ante oculos proponit & exhibet. Cum autem Superioris, quem Natura dedit Mandatum ſubitaneo Conſilio itinera exotica mihi imponebat præter ſpem votumque filum abrumpere & opus jam ad calcem ſere perductum una cum Dulciſſima Studiorum Nutrice, Academia deſerere cogebar. Redux autem ex voluntario meo, ut Imperatoris verbis* in aurea illa Avth. hab. c. ne fil. pro patre *utar, Exilio, literaria, puta, Equeſtrique mea peregrinatione factus, videns pretium & præmium Muſis, bonisque literis, quorum ſcientia totus illuminatur mundus,* cit. jam Avthen. elegantiſſ. *quæque nullo æquo pretio æſtimanda* arg. l. 25. §. 11. ff. de Pet. Hæred. *eſſe hodie tam exiguum & talia ingenia & artes tum ſupine negligi atque contemni, quæ tamen omnibus Inſulis eſſent exornanda, omnem de huic ſœtui & literis univerſis manu admovenda curam plane abjeci. Tempora enim hac iniquiſſima opinionem meam in amore & honore literarum fefellere, & jamdudum me in languorem dedere, hinc merito jure perhorrui*

Late conſpicuum tollere verticem.

Si enim aquila in nubibus, quod Græci ajunt, *eſſem & illo*

-- -- merito cui doctior Orbis
Submiſſis ferret faſcibus Imperium;

attamen ea propter nec dignitas nec æſtimatio mihi ulla erit cum Eruditionis & Literarum Nomen ipſum ludibrio & contemni hodie eſt omnibus. Scilicet in his eruditis & melioris commatis ingeniis maxime infelici ævo, quo ægre ſe attollunt aut exſerunt rectiores mentes, blenni ſaltem aliquot & buccones, ii putea, qui palum non digni figere præ aliis in parietem, plerumque ad honores contra præſcriptum l. 4. ff. quod vi aut clam. & l. 13. ff. de Noxial. Act. *veniunt meliora & altiora ingenia cum ipſo Reip. damno* arg. §. fin. proœm. Inſtit. & l. unica C. de Stud. lib. *vel plane arcentur, vel raro, imo rariſſime exemplo ſine exemplo emergunt.*

Felix curarum cui non Heliconia cordi
Serta, nec imbelles Parnaſſi e vertice
Laurus.

Neronis illud votum omnibus eruditis in ore hodie ſit: neſcire literas. *Sed ſileo, & cum quævis liberior Cenſio hodie odium habet, linguam mordeo, nec enim dicere lubet quod ſentio, præſertim cum ſine fructu etiam id fiat. Vitia enim jam in mores mutata difficillime corrigenda* l. 37. ff. de Ædilit Edict. *ſed tanquam Error communis* l. 3. ff. de Offic. Prætor. l. 3. §. 5. in fin. ff. de ſupellect. *imo tanquam altera natura* arg. l. 9. pr. ff. de lib. & Poſthum. l. 3. ff. Quod cujuscunque univerſ. *æquo animo, (id quod tamen difficillimum; juxta* l. 38. §. 8. ff. ad L. Jul. de Adulter.) *ferenda, iterum: ſileo, & literis meis mihi certe in felici ſucceſſu & beatis tenebris omni Helena charioribus me involvo.*

Quis igitur in hiſce ad veterem ſqualorem inclinantibus temporibus, in quibus diligentia contra Reſcriptum Impp. in l. fin. 3. C. de Alluv. & palud. *damnoſa & deſidia pænas contra* l. 11. in fin. Cap. depoſiti *ſolvere cogitur, laborandum? quid Speciminis ergo edendum? luteum forſitan aut bliteum, quorſum enim erudita Imperitis? Invito ſane beneficium non datur* l. 19. §. 2. ff. de Donat. l. 68. ff. de R. J. *Dormiendum potius ſ. cucurbita pingenda. Negligentia utpote cum negligentia compenſanda* l. 10. pr. ff. de Compenſat. *Ut navis, inquit incomparabilis ille Belga, in Malacia haret: ſic ingenium in hoc languore, cui melior aura non adſpirat,*

-- -- quis virtutem amplectitur ipſam
præmia ſi tollas -- -- --

arg. l. 4. C. Stat. & imag. l. eleg. 1. §. 1. ff. de J. & J. *profecto*

Non mihi ſi cunctos Helicon indulgeat
amnes
& ſuperet Pimplea ſitim -- --

guttulam unam in hoc ferreum ovum, & quod mitius metallum non ſpondet, effundam. Nihilominus tamen, cum hiſce diebus ſupellectilem meam librariam e Muſeo in Muſeum tranſtuli, incidi ex inopinato libros diſponendo, chartas ſecernendo, & purgando in hoc olim a me concinnatum, & pro derelicto *jam plane habitum Tractatum, ſed majori ex parte temporum injuria, & hominum incuria mutilatum, atque in omnibus ejus partibus, præprimis autem in nono, decimo, decimoquarto, & decimoquinto, in quo ſubſiſtere coactus ſum, uti ſupr. dictum, capite, in quibus omnibus bene multa deſiderantur, immane quantum diſtractum, adeo certe ut quas huic ſœtui olim impendi lucubrationes me ſerio pœnituerit.*

Ne itaque quale, quale h. diligentia quondam mea Academica ſpecimen penitus periret, ſed exiguum quoddam ejus monumentum extaret,

qua

quæ adhuc ſuperſunt capita hujus Tractatus poſtliminio *quaſi iterum collegi, & perlegi, & inter perlegendum ex ſingulis capitibus Contenta, ſeu ut barbare vulgo loquuntur, Summaria, quod idem eſt ac Argumenta, ſuccincte excerpſi, quæ Prodromi loco in ipſius Operis (quod ipſum aliquando, ſi tanti eſt, bonis avibus prælo commiſſurus ſum) prægustum ad exploranda Lectorum, cum æquorum, tum iniquorum Judicia heic exhibere volui, ut ita legi poſſit liber priusquam legatur i. e. paucis hiſce foliis videri, quicquid bene multis ſcripſi. Facilius utpote & expeditius eſt* titulos *quam* capita *dare*, conſpectum *quam* textum, Summaria *quam* integros paragraphos, membra *ſcil. quam* corpus.

Quodſi autem in hoc Prodromo pleraque tralatitia eaque nec commode ſatis atque graviter, neque erudite & ornate poſita videantur, vel ideo ſaltem me Autorem veniam impetraturum confido, quod opus, ex quo fruſtim hæc excerpta ſunt ſummaria ipſum in Adoleſcentia mea, neſciente illa

-- -- quid diſtent æra lupinis

ætate, conſcriptum, tanquam mea in Muſarum arcem collata primitiæ ſint, & ideo ejus Prodromum ſeu Synopſin ungues, ut cum Perſio loquar, haud ſapere poſſit demorſos, jam autem ejusmodi quoddam moliri animus mihi ſi eſſet, maturiora *forſitan &* coctiora (*ſæpe ſcil. de Facultatibus ſuis amplius quam in his eſt ſperant homines* l. 10. ff. qui & a quibus manuum §. 3. Inſt. qui & a quibus cauſis non manuum) *de ingeniolo meo promittere valeo.*

Penes Lectorem itaque meum eſto Judicium, an Labor h. ulteriori fama, i. e. prælo dignus, an vero idque ex mea ſententia ſilentii peplo involvendus. Nec enim vana alicujus gloriolæ captatio ſeu æſtuans quoddam ambitionis votum, neque etiam ſcribendi Cacoethes, morbus, quo hodie maxima literatorum pars laborat, me ſciolæ Eruditionis turgidum invaſit, ſed rerum pretia ſecundum veritatem ex doctrina Pauli l. 63. in pr. ff. ad L. Facid & l. 33. ff. ad L. Aquil. *æſtimans, extincto mihi Vanitatis illo ardore & ſedata quodam rationis imbre, verum, non ſimulatum juxta præſcriptum* Imp. in l. 1. §. 2. ff. de J. & J. *affectans Philoſophiam omitto & jam dudum omiſi & omnes ſaniores mecum*

-- -- mirari beatæ
Fumum & opes ſtrepitumque Romæ

& inter illos eſſe nolo,

Quos tulit ad Scenam ventoſo Gloria curru.

ſed inter illos potius, quos quies habet

& ſecretum iter & fallentis ſemita Vitæ,

quos

-- non ambigui faſces, non mobile vulgus,
non leges, non caſtra tenent -- --

TIBI autem & PATRIÆ & FAMILIÆ NOSTRÆ ORNAMENTUM UNICUM h. Synopticum, unius duntaxat Septimanæ laborem inſcribere & volui & debui, & quidem multis, iisque prægnantibus ex cauſis, quas inter præter Neceſſitudinis, qua de gloriari poſſum, Vinculum, Virtus Tua, quæ ipſam ſæculi hujus fatalem iniquitatem ſuperavit, & jam diu promeritum honorem tanquam debitum præmium invito extorſit, deinde obſequium & cultus devotus, cujus hocce exiguum DEDICATIONIS monumentum *ingens* argumentum *eſſe debet, quo tanta TUA in excelſa illa gloriæ arce poſita merita venerari & proſequi obſtrictus ſum, haud poſtrema fuere. Suſcipe igitur, PATRONE MAGNE, tenues haſce & illimatas pagellas facili manu, & dignare vel unam ſaltem horulam gravioribus tuis curis, quibus omnem tibi merito devincis Remp. ſuffurari ac tumultuariæ huic lucubratiuncula obiter ſaltem perluſtrandæ faventem commodare, ſic abunde fructuum e Studiis meis ad me tranſiiſſe gloriabor & gaudebo, cum TANTO VIRO conatus meos arriſiſſe conſtiterit, cujus unicum tantum ſuffragii punctum mihi inſtar abundantiſſimi præmii eſt. Vale, VIR EXCELLENTISSIME & Principis & Patriæ bono quam diutiſſime.*

Ubigaviæ e Muſeo
Calendis Martiis
Anno 1681.

Nominis & Virtutis Tuæ

Cultor obſervantiſſimus

Auguſtus Adolphus ab Haugvvitz,
Nobilis Luſatius.

I. N. J.

I.
ARGUMENTA
SEU
SUMMARIA

Capitis primi cujus Rubrica: de Nomine, ſive de Vocab. Luſatiæ & Lauſitz. 1. Etymologia, 2. Synonymia & 3. Orthographia.

1. A Voce incipiendum. 2. Ratio hujus Methodi. 3. in Luſatia perluſtranda primus Labor circa (1.) *Etymologiam*. 4. Difficultas circa h. ex Diverſitate orta. 5. Quot Capita, tot ſententiæ. 6. Dantur in Etymorum Enucleatione qui Ingenii magis, quam Veritatis ſunt Studioſi. 7. *Sententiarum* circa h. materiam *tria* conſtituuntur *agmina*. 8. I. *Sunt* qui Originem Vocis hujus petunt *a Regionis l. Forma & Situatione*. 9. quinam hi. 10. Eorum rationes. 11. *l. qualitate*. 12. quinam. 13. Eorum argumenta. 14. Vocab. Lauſnitz unde derivetur. 15. Epicriſis Autoris, de h. prima Scriptorum ſententia quid ſtatuendum. 16. II. *Sunt* qui *a genibus & moribus Incolarum*. 17. Fautores hujus Sententiæ. 18. Fundamenta eorum 19. alia quædam Derivatio Vocab. germ. Lauſnitz. 20. Judicium Autoris de h. ſecunda Hiſtoricorum ſent. 21. III. *Sunt* qui *ab Incolis Luſatiæ primævis*. 22. Patroni hujus Sent. 23. Eorum rationes. 24 explicatur locus quidam Helmoldi notabilis. 25. quarundam Familiarum nobilium Luſaticarum derivatio ſpecialis incidenter. 26. Ultima hæc Autorum opinio, noſtra corroboratur. 27. Ut & aliorum Calculo. 28. Opes Luſatiæ hic non verſantur. 29. Notantur quidam minus orthodoxe h. de re ſentientes Autores. 30. Præprimis Dreſſerus. 31. Et Schikfuſius. 32. Transgreſſio ab Etymologia ad (2.) *Synonymiam Luſ.* 33. *Luſatia* olim dicta Milzavia. 34. explicatur vocis hujus Originatio ex document. antiq. 35. Milcienia. 36. loca probantia ex docum. antiq. 37. Niſim ſ. Provincia Niſana. 38. teſtimonia Autorum. 39. Wandalia das Wendland. 40. teſtim. Autorum. 41. Ager Hexapolitanus ſ. ſubſtantive Hexapolis. 42. Ratio hujus Synonymi. 43. Transgreſſio a Synonymia ad (3.) *Orthographiam hujus vocab.* 44. varia obſervatur vocabulorum: *Luſatia* & *Luſati*, pro temporum & Autorum varietate pronunciationis & Scriptionis Inflexio. 45. *Luſatia* noſtra olim dicta, Luſnitia. 46. probatur teſtimoniis Autorum. 47. Luſniza. 48. teſtim. Autorum. 49. Luſitia. 50. teſtim. AA. 51. *Luſati* autem olim dicti: Luſici. 52. teſtim. Aut. 53 Luſuncii. 54. teſtim. AA. 55. Luſnicenſes. 56. teſt. Aut. 57. Luzici teſtim. Autor. 58. Luticenſes. 59. teſtim. AA. 60. rectius pronunciatur *Patria* noſtra: *Luſatia* & *populares* noſtri: *Luſatii ſ. Luſati*. 61. Autores nobiſcum facientes. 62. rectius ſcribitur in vernacula noſtra: Lauſitz quam Lauſnitz. 63. Ratio & fundam. hujus Aſſertionis.

II.

Conſpectus ſeu Summaria Capitis ſecundi, cujus Titulus: de Luſatia 1. Finibus ſ. Terminis, 2. Longitudine & 3. Latitudine.

1. Ratio Connexionis huj. Cap. cum præcedenti. 2. *Termini* alicujus Prov. vel *naturales*, vel *artificiales*. 3. *mutabiles* hi, *immutabiles* illi. 4. Semnonum *priorum* Luſatiæ Incolarum Termini ex Tacito, Ptolomeo, Strabone, Vellejo &c. 5. Luſatiæ Termini *tunc temp.* haud diſtincti. 6. Semnonum Regiones ac limites ex Cluvero. 7. Has inter & noſtra Luſatia. 8. *Nec tempore* Sorabum & Slavorum *poſteriorum* Luſatiæ Incolarum. 9. Slavorum fines Semnonum ſuperarunt. 10 *Nec tempore* Romanorum. 11. Romani Bohemiam pro more in Provinciam nunquam redegerunt. 12. Luſatiæ Formale i. e. Limitum Luſatiæ prima inſtitutio omnino incerta. 13. *Ad tempora* Caroli M. potiſſimum referenda.

renda. 14. Fundamenta & Rationes hujus opinionis ex Hiſtoria petitæ. 15. ab h. Imperatore primo omnium Marchionatus & Marchiones inſtituti. 16. *Nec eo temp.* adeo accurate diſcretæ hujus Prov. Limites. 17. Sub quarum Provinciarum nomine ac Cenſu tunc habita Luſatia. 18. Accuratiori digito quando cæpere Luſatiæ limites indicari. 19. Recenſentur Termini ipſi moderni. 20. Collatio diverſorum Autorum circa eosdem. 21. Spatioſiores olim fuere ac quidem hodie. 22. Notatur Theodorus a Nihæm Autor quidam minus recte Luſatiæ terminos ponens. 23. Explicatio Terminorum Luſ. ſpecialis & quidem. 24. I. *Orientalium, verſus Sileſiam.* 25. In Luſat. ſuper. 26. Inferiori, 27. Notatur Zeilerus & 28. Ritheimerus. 29. quidam Terminum h. geographice loquendo, plane negant. 30. eorum Rationes. 31. quidam dubium faciunt, 32. eorum fundamenta. 33. refutantur utrique. 34. Sorau & Triebel an Luſatiæ an Sileſiæ inferenda? 35. Errores Tabulæ geographicæ Luſatiæ ſuperioris a Bartholomæo Sculteto Gorlicenſi Luſato editæ. 36. II. *Septentrionalium, verſus Marchiam Brandeburgenſem.* 37. Quænam Marchiæ pars intelligenda. 38. Axiomatis, de conſtituendis Finibus ſupra in princip. hujus Cap. traditi repetitio & applicatio. 39. Quænam loca in inferiori Luſ ad Ditiooem Marchiorum Brandeburg. referantur. 40. Horum numerum quidam augent, quidam minuunt. 41. Quo pacto ad Brandeburgenſem venerint remiſſive. 42. Controverſiæ de Feudis h. in locis ortæ. 43. III. *Occidentalium, verſus Saxoniam & Miſniam.* 44. Quænam Saxoniæ pars h. l. attingenda. 45. Quænam Miſniæ. 46. Dubium circa h. Term. 47. Luſatia olim cum Miſnia conjuncta. 48. Probatur. 49. quando iterum avulſa. 50. Senfftenberg an Luſatiæ an Miſniæ accenſendum. 51. De Oppidulo Crackau in finib. ſito quædam. 52. IV. *Meridionalium, verſus ipſam Bohemiam.* 53, Terminus h. Luſ. omnium certiſſimus, 54. Luſatia Bohemiæ quondam incorporata. 55. Haud ita pridem iterum ſeparata remiſſive. 56. Autores in conſtituendis hiſce Luſatiæ Terminis nobiscum facientes. 57. Duorum Marchionatuum Luſat. ſuperioris & inferioris Fines interni quibus a ſe invicem dividantur, quinam? 58. Moſcovia, Moßkau, an ad inf. an ſuper. Luſatiam referenda? 59. (2.) *Longitudo* Luſatiæ. 60. (3.) *Latitudo* ejus. 61. Jo. Boteri Itali Judicium de potentia & Incolarum frequentia Luſatiæ. 62. Longitudo & latitudo Provinciarum Moraviæ, Sileſiæ & Luſatiæ conjunctim conſideratarum. 63 Proteſtatio Autoris ſuper h. Finium Luſatiæ Deſcript. 64. Coronidis loco huic Capiti Joachimi Meiſteri Poëtæ quondam celeberrimi Verſus de Luſatia annectuntur, quibus omnes Luſatiæ complexus eſt limites.

III.

Summaria Capitis tertii, cujus Titulus: Quod ſit Regio Germaniæ.

1. RAtio Connexionis hujus Cap. cum præced. 2. Germania duplex: *antiqua, nova.* 3. I. triplex: *prima, media, recentior.* 4. *Prima* quænam dicatur? 5. an huic adſcribenda Luſatia? 6. *Media* quænam? 7. an & huic accenſenda? A. 8. Ratio & fundam. hujus Aſſertionis. 9. an ad *recentiorem* ſpectet? 10. Cluveri ſcrupulus ſ. *objectio prima* de Origine, hac de re explicatur fuſius. 11. ut & perſonali illius Autoris Severini de Momzambano. 12. Allegatur locus quidam ex Goldaſto notabilis ad refellendam horum Objectionem. 13. Slavorum Conditio in Luſatia longe alia quam in Bohem. & Moravia. 14. In noſtra Luſ. exiguæ remanſere Slavorum reliquiæ. 15. quibus gentium ſ. Regnorum reliquiis æquiparandæ noſtræ? remotive. 16. poſitive. 17. *Objectio ſecunda* de Lingua. 18. Fundamenta & Rationes hujus Objectionis. 19. refutantur prolixe 20. germanicæ linguæ non uſus an Bohemos a gente germ. eximat. 21. german. linguæ uſus Danos & Hungaros an cum Germanis conjuogat. 22. Ortelius & Zeilerus notantur Germaniam minus recte determinantes. 23. ad dignoſcendas Germaniæ Provincias ad Incolarum & Originem & linguam conjunctim reſpiciendum. 24. Luſatorum Origo remiſſive. 25. Slavicæ linguæ uſus in Luſatia ruſticis ſaltem ex parte familiaris. 26. Ut Siculi trilingues, ſic Ruſtici noſtri plerique bilingues. 27. plerique Nobilium Lûſatiæ linguæ Slavonicæ, quam vulgo minus recte Vandalicam vocamus, cum rei familiaris damno, ignari. 28. Linguæ hujus difficultas unde? 29. Linguarum diverſitas gentes ſub una eademque Natione unitas, moribus licet & Conſvetudioibus quibusdam diſſentientes, non dividit. 30. Integer quidam locus allegatus ex Limneo, 31. ex Conrado Celti Poët. 32. Linguæ Slavonicæ uſus ſi oec. Bohemiam, in qua vernacula quaſi, multo minus Luſatiam, ubi perquam exiguus ejus Valnr, e Germania exterminare ſufficit. 33. *Objectio tertia* de facta quondam Bohemorum & conſequenter etiam Luſatorum e Civitate germ. proſcriptione. 34. Facti ſeries & fundamenta hujus Objectionis 35. Tempore Wenceslai Imperatoris exauctorati Bohemi in Regno

ſuo

ſuo omnes Germanos ab officiis Lege quadam excluſere. 36. quare. 37. Statutum Luſatiæ de peregrino (einem Ausländiſchen) ad officia publ. non recipiendo unde? 38. aliis quamplurimis Europæ Provinciis commune. 39. Luſati tunc temp, cum Bohemis ab Imperatoribus & Principibus Imperii omnibus honorum & bonorum poſſeſſionibus in Imp. R. G. jure retorſionis privati. 40. quando & quomodo iterum reſtituti 41. plures Luſatiæ Nobiles ad Dignitates & Officia Imperii R. G. tam politica, quam Eccleſiaſtica adhibitos fuiſſe ex multorum Nobilium Luſat. ſtemmatum Originibus atque Catalogis (Geſchlechts-Regiſtern) abundanter conſtare remiſſive. 42. Secundum poſt Rationes, Authoritates ſibi vindicant locum. 43. Teſtimonia noſtram Theſin probantia quamplurima Autorum: veterum. 44. recentiorum. 45 Concluditur, Sclavicæ Originis nos minime eſſe. 46. exceptis quibusdam exigui momenti Reliquiis & 47. Nomine.

IV.

Summaria Capitis quarti, cujus Titulus: Quod ſit Regio Saxoniæ.

1. RAtio Connexionis hujus Cap. cum præced. 2. Terra germanica diverſimode diſtribuitur. 3. Cuinam Germaniæ parti Luſatia in ſpecie accenſenda. 4. Methodus hujus Disquiſitionis. 5. *a Semnonibus* Germaniæ, *a Slavis* Luſatiæ, *a Saxonibus* Saxoniæ profectum hujus Provinciæ vocamen. 6. Adſita olim non inſita fuit Saxoniæ Luſatia. 7. Luſatia olim cum aliis Provinciis ſub nomine Wandaliæ comprehenſa. 8. Spangenbergers & Münſteri hac de re Opinio probatur. 9. Slavicæ gentes invaſionibus multa damna Saxonibus intulere. 10. Carolus M. Slavorum & Vandalorum Domitor. 11. Omnium primus harum Regionum ſtatum mutare cæpit. 12. Witikindus baptizatus. 13. Slavi Saxonibus cedere coacti. 14. a Francorum Regibus 15. a Carolo M. 16. ab Impp. ſuccedaneis. 17. Sub Henrico Aucupe Duce Sax. primum inter Saxoniæ partes cenſeri cæpit Luſatia. 18. Hiſtoricorum Conſenſus circa h. rem. 19 Henricus Auceps Imp. omnium maxime & feliciſſime Slavicas debellavit gentes. 20. Regionum & Provinciarum, quas ſucceſſive ſubegit & Imperio ſubjecit Commemoratio. 21. Luſatia noſtra ultima. 22. Saxoniæ nomen eo temp. latiſſime ſumptum. 23. Imperium R. G. quantum quantum, tunc temp. nil niſi Saxonia fuit. 24. excepta Italia. 25. Luſatia etiam eo temp. h. nomen induit. 26. a potiori fit denominatio. 27. Duces Saxoniæ Henrici Aucupis Anteceſſores eundem tentarunt Conatum. 28. Sed non eadem felicitate. 29. Otto Sax. Dux Slavorum Debellator ſtrenuus. 30. Rhytmi germanici antiq. de h. Duce. 31. Cum Henrico Imp. h. in p. nemo Principum comparandus. 32. Encomium hujus Imperatoris antiquatis quibusdam germanicis rhytmis ex Spangenberg. petitis incluſum. 33. Gero ab Imp. Henrico primus Luſatiæ conſtitutus Marchio. 34. probatur Geronem h. gente Saxonem fuiſſe. 35. Notatur Fabritii Error h. de re. 36. a tempore Henrici Aucup. Witekindi Sax. Principis poſteri Luſatiam continua ſerie gubernarunt. 37. Usque dum in Bohemorum. 38. Polonorum 39. Sileſiorum pervenit poteſtatem, remiſſive. 40. Explicatur locus quidam Goldaſti notabilis. 41. Luſatia unum ex Feudis vexilliferis (Fahn-Lehn) Saxoniæ. 42. Utitur jure Saxonico, remiſſive. 43. a Rationibus ad Autoritates acceſſus. 44. Teſtimonia Autorum Luſatiam ad Saxoniam referentium quamplurima. 45. A *poſitive* traditis ad *remotive* tradenda ſ. ad ſententias contrarias. 46. (1) Quidam *Sileſiæ* partem faciunt Luſatiam. 47. Pancratii Vulturini Autoris cujusdam hac de re Verſus. 48. Ratio & fundamentum hujus Sententiæ *primum*. 49. refutatur. 50. *ſecundum*. 51. refutatur. 52. Crantzii & Æneæ Sylvii Error ſingularis. 53. *tertium*. 54. refutatur. 55. notantur ipſi Luſati quidam huic ſententiæ adſtipulantes ſeque Sileſios & Patriam Sileſiam, ſi Diis placet, appellantes. 56. (2) quidam *Miſniæ* vindicare Luſatiam laborant. 57. Joh. Boteri Itali inſignis Error. 58. Ratio & Fundam. hujus ſent. 59. recta ſententiam h via minime incedere. 60. e Diametro tamen nobis non contrariam. 61. Ratio. 62. Miſniam æque ac Luſatiam ad Saxoniam ſpectare probatur. 63. In verbis ſimus faciles, in re modo ſi conveniamus.

V.

Summaria Capitis quinti, cujus Tit. de Diviſione Luſatiæ in Superiorem & Inferiorem.

1. RAtio Connexionis. 2. Hujus Cap. Tractatio intricatior. 3. Minima etiam Imperia & Regg. niſi in partes diſtinctæ vix regi poſſe. 4. Luſat. dividitur in *Superiorem & Inferiorem*. 5. Modus hujus Diviſionis plerisque Regionibus & Provinciis uſitatus. 6. Exempla 7. quando orta h. Luſ. Diſtinctio. 8. Dreſſeri ſententia h. de re. 9. Goldaſti. 10. Locus quidam ex Incorporatione Caroli IV. explicatur. 11. Conjectura noſtra de ortu hujus Diviſionis.

nis. 12. Autor hujus Div. quinam? 13. *Geographica* h. Regionis Diviſio cum *Politica* hodie conſpirare probatur. 14. Fines Superioris & Infer. Luſatiæ interni quinam remiſſive.

VI.

Contenta ſeu Summaria Capitis ſexti, cujus Tit. de Felicitate & Proventu Regionis Luſat.

1. RAtio Connexionis hujus Cap. cum præced. 2. Omnium rerum Vices. 3. Deſcriptio ſoli germanici ex Tacito. 4. Quomodo verba Taciti de qualitate Terræ germanicæ ſucceſſive refutata. 5. antiq. temporibus Germani Indigenæ fuere minimeque aliarum gentium hoſpitiis mixti. 6. Ratio hujus rei. 7. Poſterioribus ævis innumera populorum colluvie Germania obruta. 8. Ratio hujus rei. 9. Germaniæ Commendatio. 10. In univerſa Germania ſucceſſive mutata: *1. Terra, 2. Incolæ, 3. Religio, 4. Status.* 11. Terra Luſatiæ incondita olim. 12. Mutata hodie. 13. Deſcribitur Qualitas Soli Luſatici: *in genere.* 14. *in ſpecie:* ab Ortu, Septentrione, Occaſu, Meridie & Meditullio. 15. Laudatur denique Terra Luſat. a Felicitate & proventu rerum neceſſariarum *in genere.* 16. *in ſpecie:* a Fertilitate & Copia *Frumenti.* 17. Teſtimonia Autorum. 18. *Armentorum*, Viehzucht. 19. Teſtimonia Autorum. 20. *Sylvarum* & Arborum frugiferarum. 21. Teſtimon. Autorum. 22. *Metallorum*, & quidem Auri. 23. Teſtim. Autorum. 24. Ferri. 25. Teſtim. Aut. 26. *Lapidum pretioſorum*, & quidem Biſaltis. 27. Teſtim. Aut. 28. Æditis. 29. Teſtim. Autorum 30. *Vini.* 31. Teſtim. Autorum. 32 Vina Luſatiæ non generoſa. 33. Franciſci Fabri de Vino Gubinenſi Verſus. 34 *Cereviſiæ.* 35. Teſtim. Aut. 36. in Luſatia ubinam optima. 37. Non omnia omnis fert Tellus. 38. *Fluminum:* Flumina Luſatiæ primaria quænam? 39. Deſcribitur fl. Spreva die Spree, ab Ortu, progreſſu, interitu. 40. Inundationum & Effluxuum hujus fluvii Hiſtoria. 41. an h. fl. Ptolomæi Svevus. 42. Deſcriptio fl. Niſſæ, der Neiſſe ab Orig. Curſu, Fine. 43. Inundationum & Efflux. Hiſt. 44. Prov. Niſana die Neißiſche Pflege an ab h. fl. nomen? 45. Fluvii Luſat. minorum gentium quinam? 46. Deſcriptio & Itinerarium fl. Quiſſi, des Queiſſes. 47. Inundationum ejus fl. Hiſt. 48. Æmilii verſus de h. fl. 49 Deſcriptio Vitigi der Wittge. 50. Eliſtræ nigræ, der ſchwartzen Elſter. 51. *Piſcinarum.* 52. Teſtim Aut. 53. Piſces Nobilium Luſat. aureum Vellus. 54. Luſatiæ noſtræ ad luxurioſe multa; ad bene beateque vivendum nihil deeſſe.

VII.

Contenta ſ Summaria Capitis ſeptimi, cujus Titulus: De incolis Luſatiæ 1. ipſis, 2. eorum Lingua, & 3. Genio.

1. RAtio Connexionis hujus Cap. cum præced. 2. Veterum Luſatiæ Incolarum nomina cum aliis Germaniæ populis communia. 3. Aſchenatz primus & antiquiſſimus Celticæ Gentis Conditor. 4. Gentis germanicæ Diviſio in 5. Nationes Cardinales. 5. Ex his diverſi populi. 6. quos inter an Semnones? 7. Semnonum Origo. 8 Diſting. inter Semnones & Senones. 9. Semnones Svevorum Caput. 10. Sedes Svevorum amplæ. 11. in quæ loca & Provv. protendendæ. 12. Variorum AA. ſuper h. Collatin. 13. Cluveri laus. 14. Regg ſub Semnonum finib. comprehenſæ 15. An etiam Luſatia? 16. Sonnenwalde in Luſ. inf. unde nomen? 17. Certum eſt Svevos & ex iis Semnones omnium primos Luſatiam inhabitaſſe. 18. an utramque? 19. Diſt. in ſuper. & infer. an tunc obtinuerit? 20. Dreſſeri ſing. opinio. 21. refutatur prolixe. 22. Lygiorum Sedes ad Luſatiam haud extendendæ. 23. Neque ad Sileſiam. 24 notantur h. de re Autores quam plurimi minus recte ſtatuentes. 25. Deciſum noſtrum. 26. Semnones unde orti. 27. Quidam a Senonibus gallicis derivant. 28. Refutantur ex Cluvero. 29. Quidam a Svevis germ. populis. 30. Hæc ſent. calculo noſtro corroboratur. 31. Refelluntur adverſarii ulterius. 32. Luſatia vetus Germaniæ Principatus. 33. Temporum a condito in Luſat. Semnonum Regno Computatio. 34. Incolarum Luſat poſt Semnones nomina dictu difficiliora. 35. Qui populi Semnones in Luſ. exceperint. 36. Slavorum nomen generale 37. An germani an Sarmatæ? 38. Sclavorum multæ recenſentur ex Helmoldo Nationes locis & appellationibus diſtinctæ. 39. Quæ potiſſ. eminuerint 40. Lutitii inſ. Sorabi ſuper. Luſatiam occuparunt. 41. Pleræque Luſat. Urbes nomina ſua a Slavis accepere. 42. Exempla hujus rei. 43. Idem Judicium de ſtemmatibus Nobb. Luſat. quamplur. 44. hujus rei Exempla quædam & Teſtim. AA. 45. Qras oras Sclavi coluerint anteq. in Luſ. venerint. 46. Quando & quomodo in Luſat. penetraverint. 47. Venedi cum Vandalis non confundendi. 48 a Venedis, non a Vandalis reliquiæ noſtræ Sclavicæ. 49. Dubravii opinio de Syrbis. 50. Goldaſti judicium. 51. Scut. noſtra. 52. Slavi populi inquietiſſimi. 53. Fines Rom. Imperii ſæpe vexarunt. 54. præpr. Saxones. 55. Bella

varia has inter Nationes. 56. Carolus M. primus horum Victor. 57. a quo & noſtra Luſ. primum ſubjugata. 58. & Witekindo Sax. Regi tradita. 59. Sæpiuſcule rebellarunt Sclavi. 60. Eorum fides haud tuta. 61. a Saxonibus demum omnino attriti. 62. quando, quibusque auſpiciis. 63. Ex quibusdam Provv. penitus expelli haud valuere. 64. Quas inter & noſt. Luſat 65. relicti quomodo habeantur. 66 Sclavus idem ac ſervus, mancipium. 67. Anacephalæoſis ſ. Repetitio hactenus dictorum. 68. Luſatia tribus vicibus ſuos mutavit incolas. 69. Saxones cum reſiduis Sclavis hodie Luſat. colunt. 70. Transgreditur ab Incolis ipſis ad eorum adjuncta: *mores, genium & Linguam.* 71 Ratio Connexionis. 72. *Semnonum* Encomia ex vet. AA. collecta. 73. Elogia *Sclavorum* ex AA. paſſim excerpta. 74. Primorum incolarum Luſ. res geſtæ magnæ quidem ſed ignotæ 75. Rerum Luſat. geſtarum ante Henricum Aucupem nihil quicquam memoriæ proditum. 76. Ultimi moderni Luſat. Incolæ, *Saxones,* Anteceſſores ſuos antecellunt. 77. Luſatorum Laus generalis. 78. ſpecialis (1) *a Religionis fervore.* 79. probatur. 80. (2) *a Literarum Cultura.* 81. Commendantur Luſatorum ingenia. 82. Gymnaſia & Lycea 83. Catalogus Luſatorum, qui literis & Eruditione claruerint ab antiquiſſ. ad noſtra usque tempp. 84 Güntheri Ligurini verſus de Luſatis. 85. Luſatorum *mores* in Reb. publicis remiſſive. 86. in Reb. priv. 87. Luſati Sileſiis maxime accedunt. 88. (3) *a Fortitudine ſeu re militari.* 89. Divi Matthiæ Imp. h. de re Effatum. 90. Nuſquam labi conditionis divinæ proprium. 91. Nobb. Luſ. *Monomachi.* 92. Nomotheſia qualis contra h. vitium a Rectoribus Prov. dictata. 93. Excuſantur. 94. *Luxurioſi* & ultra limites hoſpitales. 95. LL. contra h. vit. latæ, 96. Wurſtreuter qui, & unde h. Phraſis. 97. Excuſantur. 98. a Nobb. ad Vulgus Transgreſſio. 99. Ruſtici Luſat. i.e. reliquiæ Sclavorum *notantur* in genere. 100. In ſpecie quod ſint ſimplices. 101. Superſtitioſi. 102. Implacabiles. 103. Natura ſervi. 104. Laudantur a Conſt. Veſtitus. 105. Transgreſſio a moribus ad *Linguam.* 106. Semnones germ. lingva uſi ſunt. 107. Slavorum vernacula Sclavonica fuit. 108. Lingva germ. ex Luſat. exterminata poſtliminio iterum introducta 100. Quando & qua Occaſione, quibus mediis. 110. Germanorum inferiorum Dialectus, Niederdeutſch diu retinuit Luſatia. 111. Hodie Lingua Luſat. eſt bipartita. 112. Germani quali linguæ Idiomate utantur in Luſat. ſuper. 113. In Luſat. inferiori. 114. Linguæ germ. Dialectus Miſnica omnium puriſſima. 115. Sclavon. lingua ampliſſima. 116. Ruſticorum noſtrorum ling. hujus propago. 117. Quot Provv. in quibus hujus ling. uſus viget, tot Dialectus. 118. noſtra cujusnam Prov. Dialecto reſpondeat? 119. Superioris Luſ. Slavi inferioris an intelligere valeant? 120. ab Adjunctis Incolarum ad eorum *quantitatem* Tranſitus. 121 In armorum vi Civitatis potentia ſita. 122 Luſatia populoſiſſima. 123. Boteri Judicium h. de re. 124. Item Hoſmanni. 125. Luſati in militia pedeſtri excellunt. 126. Colloq. inter Carolum V. & quosdam Luſat. Nobb. de multitudine Incolarum Luſatiæ ex Hoſmanno petitum.

VIII.

Summaria Capitis Octavi, cujus Titulus: De Religione Luſatiæ.

1. Ratio Connexionis 2. Nulla gens absque alicujus DEI Cognitione. 3. Antiquiſſimis temporibus Paganiſmo addicta Luſatia. 4. Semoonum primorum Luſ. Incolarum Idololatria. 5. Cum reliquis Gentibus Solem & Lunam adorarunt. 6. Regibus eorum inter Deos relatis humano ſanguine litarunt. 7. Slavis itidem Idololatriæ cultores. 8. Solem ſub Apollinis nomine adoraruot. 9. vocab. germ. GOtt inde dictum. 10. It. Saturnum., 11. Urnæ in Inſ. Luſ. quondam repertæ 12. Philologica quædam his de urnis. 13. ſing. opinio Incolarum ejus loci h de re remiſſive. 14. Luſatia diu gentiliſmi Tenebris obdurata. 15. Ratio. 16. Notabilis quædam Annotatio de Vocabulo Sclavonico Boho quod illis idem eſt ac DEUS. 17. Omnes fere gentes tacito quaſi Conſenſu DEI nomen quatuor modo literis exprimunt. 18. Quædam notatu digna de myſtico hoc Tetragrammate. 19. Quando & per quos Chriſtiana Rel. in Luſ. illata. 20. Quidam Rolandum nominanr. 21. Teſtim. AA. 22. Quidam Ottonem Epiſcop. Papebergenſem. 23. Teſt. AA. 24. Quidam Ludovicum, Ludovici Pii filium. 25. Teſt. AA. 26. Eccleſia Niſana ab h. Imp. condita. 27. Eccleſia h. Luſatiæ vindicatur. 28. Refutantur qui ad Niſſam Nüſſi, Sileſiæ Oppid referunt. 29. Quidam Waldemarum Brandeb. Marchionem. 30. Teſt. AA. 31. Slavi converſi ſæpiſſ. defecere. 32 Ratio. 33. ſub Gerone Marchione Luſ. omnium maxime ſtabilita Relig. Chriſtiana. 34. ſtudium hujus Geronis in negotio Religionis. 35. Quamdiu Romano-Catholicæ Religioni addicta fuerit Luſ. Epiſcopatui Miſnenſi paruit. 36. Templum Budiſſ. Dominicum a quo ſundatum. 37. Cuinam Epiſcopo olim ſubjectum. 38. Præpoſitus ejus unde olim electus. 39. De Capitulo Budiſſinenſi quædam, 40. De Archidiaconatu Niſiceoſi, qui

in

in Eccl. Cathedrali Miſnenſi adhuc hodie teſte Albin. ſupereſt. 41. hujus ſubjectionis ſ. Conjunctionis Eccleſiaſticæ Ratio. 42 Templ. Budiſſ. Parochiale quando & a quonam ædificatum, inſtauratum. 43. Quamdiu Religiunem Pontificiam profeſſi Luſati. 44. Huſſitæ ſuperiorem Luſ. in ſuas partes trahere fruſtra conati. 45. Bellum Luſatorum cum illis ipſis. 46. Luſati a Cætu pontificio ſe mature ſejunxere. 47. Ratio. 48. Forſtenſes in Inf. Luſ. omnium primi. 49. Hiſt. hujus Rei. 50. ſecuti Gorlicenſes & Laubanenſes. 51. Hiſtoria hujus mutationis. 52. Synodus Paſtorum Gorlicii anno 1525. celebratus. 53. Hujus Synodi Decretum. 54. Utraque Luſ. ad Miſnenſis Epiſcopi Diœceſin olim pertinuit. 55. Titulus Decani Budiſſinenſis. 56. Pontificiorum circa Reſtaurationem collapſi in Luſatia Papiſmi iteratum ſtudium. 57. Hujus Rei Exempla. 58. Miniſtri in Eccleſia repurganda operam navantes primi ap. Laubanenſes. 59. Gorlicenſes. 60. Zittavienſes. 61. Civium Gorlicenſium in ipſis emendatæ Religionis initiis Tumultus. 62. Mutationem Relig. diſſidia civilia comitari ſolent. 63. Ratio hujus Axiomatis. 64. ap. Budiſſinenſes. 65. Encomium Pauli Coſſilii, Theologi Budiſſ. 66. Diſp. de ſacrificio Miſſæ Budiſſæ habita 1527. 67. Religionis viciſſitudo ap. Budiſſ. usque ad an. 1533. 68. Catalogus quorundam Miniſtrorum Verbi divini Budiſſinenſium.

IX.

Contenta ſeu Summaria Capitis noni, cujus Titulus: De Gubernatione ſ. ſtatu Politico Luſatiæ. Contenta ſeu Summaria Pröemii hujus Capitis.

1. RAtio Connexionis. 2 Uno auſu Cap. h. abſolvi non poteſt. 3. Ratio. 4. Dividitur in certas Sectiones.

Contenta ſeu Summaria Sectionis primæ.

5. REip. Luſatiæ facies antiq. adcurate haud cognoſcenda. 6. Ratio. 7. In Hiſtoricis Authoritati Scriptorum credendum. 8. Interdum etiam Conjecturis. 9. Primus Luſatiæ Dominus quis fuerit. 10. Ejus Succeſſores quinam? 11. Hiſtoricorum circa illa tempora lacunæ. 12. Merobodus Svevorum & Arcomannorum Rex. 13. Quas Provv. poſſederit. 14. An & Luſatiam? 15. Amplum huic Merobodo per continuas victorias Imperium. 16. Dominium abſolutum in Regno ſuo introducere ſategit. 17. Hoc Semnonibus ſemper exoſum. 18. Redditur ſuis inviſus. 19. Quando, quomodo & a quo victus? 20. Harminio, ejus Succeſſori quænam Provv. adſcrib. 21. An etiam Luſatia? 22. Merobodus iterum ad priſtinam libertatem pervenit remiſſive. 23. Monumenta Hiſtorica de Luſatia ante hæc temp. rata. 24. Poſt adhuc rariora. 25. Aventini aliquis locus affertur & explicatur. 26. it. Spangenbergeri. 27. Semnonum in Luſatia ultimus Rex quinam? 28. ſecundi Luſatiæ Incolæ fuere Slavi ſ. Venedi remiſſive. 29 Hi ſuos habuere Regulos. 30. Quinam horum primi? 31. Quasnam Provv. poſt diſceſſum Semnonum occupaverint. 32. Familiæ ſ. filiorum Lechi Schema. 33. Primislaus & Caſimitus, Lechi filii Luſatiæ Reguli. 34. Reliqui quas Provv. obtinuerint. 35. De conditione horum Regulorum variæ ſententiæ. 36. Quidam AA. Imp. Romano ſubjectos credunt. 37. Quidam Poloniæ Regno 38. Quidam abſolute regnaſſe contendunt. 39. Raſtix Moraviæ Regulus a Ludovico Germ. R. excæcatus. 40. Obotritis ſ. Wagris etiam tales fuere Reguli ſ. Duces. 41. Die Herren von Wenden quinam? 42. Cromeri & Neugebaueri Sententiæ de Regionum inter hujus Lechi filios diſtributione. 43. Luſatiæ tum temp. Ditivoniæ nomen. 44. Temporum, quandu hæc geſta, Ratio & ſupputatio. 45. Micislaus Primislai Luſ. Reguli Abnepus ſeptimus poſt Lechum Poloniæ Dux. 46. Primus Chriſtianam ſuſcepit Relig. 47. Quanto & ubi baptizatus. 48 Ante h. Polonica Hiſt certa tempp. ſupputatione caret. 49. Poloniæ eo temp. paruiſſe Luſat. colligitur. 50. Diviſa tamen inter Poloniæ & Sileſiæ Principes. 51. Secus ſentientium argumenta. 52. refutantur. 53. Priſcis illis tempp. etiam Bohemiæ ſubſuit. 54. Quandu ei ceſſerit. 55. Duces Bohem. Luſatiam per Caſtellaneos ſuos gubernarunt. 56. Corbuſium horum Caſtellaneorum ſedes. 57. locus quidam de Luzenſibus & Luczanis ex Coſma Pragenſi explicatus. 58. alius quidam de Provincia Stodor ſ. Stoderana, ex Ænea Sylvio & Cromero. 59. Tractus circa oppidum Boh. Zoticium Saatz, totius Boh. fertiliſſimus. 60. Notatur Olomucenſis. 61 a Conjecturis ad exploratiora progrediendum 62. liberi vixere hic locorum habitantes Sclavi. 63. ab Hildeberto & Dagoberto Regg. Franciæ primum tributarii facti. 64. ab h. temp. usque ad Carol. M. altum in Hiſt. h. de re ſilentium. 65 a Carolo M. omnium primo Luſatia in Prov. Imperii aſſerta 66. an tota? 67. Hiſtoria hujus Belli ſecundum Brotuſum. 68. ſecundum Cranzium. 69. ſecundum Blondum. 70. ſecundum Bonfinium. 71. ſecundum Peucetum. 72. ſecundum Abbatem Urſpergenſem. 73.

ſecundum Aventinum. 74. Aventini Laus. 75. Ducum Limitaneorum, quos barbare Marchiones vocant Origo vel a Carolo M. 76. vel ab Henrico Aucupe. 77. Modus h. Provv. regendi a ſeqq. Impp. continuatus. 78. Sorabiæ nomen generale. 79. Luſatia etiam ſub h. comprehenſa. 80. Marchionum Sorabiæ a Witekindo Sax. R. ad Ditmarum usque i. e. ab anno 806. usque ad an. 959. Series. 81. circa h. temp. Luſatia ab Henrico Aucupe Imp. tum Miſnia & aliis Provv. in peculiarem Marchionatum redacta. hinc 82. Fiois hujus &. 83. Initium ſeq. ab inſtituta Luſatiæ Marchia, Sectionis.

Contenta ſeu Summaria Sectionis ſecundæ Capitis hujus.

84. Veſtibulum hujus Membri altius petendum. 85. Ratio. 86. Sclavorum populorum ortus & Migrationes in genere. 87. Enumeratio gentium quas e ſedibus ſuis ejecere. 88. Provinciarum quas occupaverint. 89. Sorabi & Venedi diſtincti populi. 90. Venedorum Nationes Sigillatim. 91. loca patria quæ teouerint. 92. De Pomeranis & Caſſubiis quædam. 93. Venedi peculiare extruxerunt Reg. 94. ejus R. quantitas. 95. Inſigne. 96. Pomeranorum Ducum origo. 97 Quare Gryphones dicti. 98. Slavia minor quænam, quænam major? 99. Medii inter Sorabos & Venedos Luſatii. 100. hi tres pop. partim Francorum, partim Saxonum arma continuo exercuere. 101. Ratio. 102. quas Provv. potiſſ. petierint. 103. difficillime repreſſi. 104 Poſt Carolum M. Henricus Auceps Imp. harum gentium Victor opt, max. 105. de Imperatore h. ſcitu quædam digna. 106. Deſcriptio hujus Belli ex Recenſione multorum diverſorum Autorum. 107. Arx Brandeburgum Sedes Belli Heneti f. Venedi. 108. ab Henrico tandem poſt multos Clades expugnatum. 109. hujus Arcis ſitus. 110. cum Arce h. omni Regione potitus Henricus. 111. Ukrani, die Uckerwenden Venedorum Natio. 112. & hi etiam ab Henrico vectigales facti. 113. Brandeburgum iterum ad Henetos tranſit. 114. Hiſtoria hujus Defectionis juxta diverſam diverſorum Autorum mentem. 115. Quamdiu poſtmodo Henetis paruerit? 116. ab Henrico denuo eis ereptum. 117. variæ Autorum circa h. mater. ſententiæ. 118. Conciliatio eorundem. 119. Series Dominorum Brandeburg. 120. capto Brandeburgo h. Imperator in Sorabos & Luſatos arma movit. 121. Arx & Urbs Miſoia in Sorabia ab eo condita. 122. Unde Urbi huic nomen? 123. Fidleri verſus h. de re. 124. notatur Cranzius. 125. Lupfurdum Ptolomæi ubi ſitum? 126. unde dictum? 127. temporum ſupputatio a condita Miſnia juxta varios Aut. 128. Domitis Henetis, Sorabis & Luſatis tota eorum ora in Marchias ſ. Præfecturas limitaneas diſtincta. 129. Vocab. hujus Etymologia, & Origo, ſignificatus &c. remiſſive. 130. Enumeratio complurium Marchiarum & Marchionum. 131. hos inter & Budiſſinenſis & Gorlicenſis. 132. de dignitate Comitum quædam remiſſive. 133. Marchia Brandeburgenſis Henetis ab Imp. oppoſita. 134. Sigfridus quidam ei præfectus ſecundum Peucerum. 135. Variæ & controverſæ Autorum de hoc Sigfrido ſententiæ. 136. Conciliatio quædam tentata. 137. Uſus hactenus dictorum in ſeq. monſtratus. 138. Contra Bohemos, Polonos, Sileſios, Hungaros & alias gentes Sarmaticas Miſnenſis & Luſata Marchiæ conditæ. 139. ioteger quidam notabilis & huc faciens locus ex Albino & Philippo Melanchthone allatus. 140. in Conſtitutione Marchiæ Luſatæ ſcriptores omnes unanimiter conſentiunt, 141. circa tempp. Conſtitutionis variant, 142. ſententiæ diverſæ h. de re. 143. Notatur præpr. Curæus. 144. Gero Luſatiæ Marchio omnium primus. 145. Notatur ipſe Goldaſtus, Schönbornerus & Maibomius. 146. Elogium hujus Geronis. 147. ab h. Gerone texitur Marchionum Luſatiæ brevis Hiſtoria ab eorum genealogia rebus cum ab ipſis, tum ſub ipſis in Luſatia geſtis & aliarum hiſt. monumentis usque ad Dedonem hujus nominis primum.

Contenta ſeu Summaria Sectionis tertiæ.

148. Partitionis Ratio. 149. continuatur ea qua inchoatus methodo Marchionum Luſaticorum Catalogus ad Conradum I. Marchionum Luſatiæ, juxta quosdam, in ordine undecimum, juxta alios, decimum tertium.

Contenta ſeu Summaria Sectionis quartæ.

150. Ratio Partitionis. 151. inceptæ Marchionum Luſat. Hiſtoriæ ad Waldemarum Brandeburgenſem usque Continuatio.

Contenta ſeu Summaria Sectionis quintæ.

152. Ratio Partitionis. 153. Continuatio Marchionum Luſat. usque ad Joh. Luceburgenſem.

Contenta ſeu Summaria Sectionis ſextæ.

154. Partitionis Ratio. 155. Continuatio fili Hiſtorici usque ad Joh. Georgium II. Electorem Sax. Marchionem eo, quo hæc ſcripſi, tempore Luſatiæ ſuper. ultimum.

156.

156. Succinctus quidam hoc de laudatiſſimo Principe Panegyricus.

Argumentum Sectionis ſeptimæ & hujus Capitis ultimæ.

157. Membr. h. conſtituit Seriem Luſatiam inferiorem Gubernantium eadem qua prior, ratione & modo conſcripta & ad Chriſtianum modernum inf. Luſatiæ Dominum usque perducta.

X.

Contenta ſeu Summaria Capitis decimi, cujus Titulus: Imperio Romano ſubjectum & ejus factum Feudum Luſat.

1. RAtio Connexionis hujus cap. cum præced. 2. Goldaſti Tractatus de Privilegiis R. B. Caput & Cauda hujus Diſquiſitionis. 3. Scriptoris hujus graviſſimi JCti & Poly-hiſtoris ſummi Laus. 4. Henricus Auceps Imp. cum cæteros Sclavos, tum etiam Luſatos Imperio R. ſubjecit. 5. Luſatia antiquiſſ. tempp. ſub nomine Milzaviæ ſeu Milcieniæ Imperii R. Feudum fuit. 6. refutantur qui ad Regionem illam Bohemiæ Miliſchau referunt vocabb. hæc. 7. Hujus Milzaviæ Fines. 8. Domini. 9. Infeudationis de Luſat. Origo atque Inſtitutio. 10. victos atque ſubjugatos Luſatos Imperium R. ita recognoviſſe, ut in partitione inter Regg. facta ſemper Ei obvenerint, qui Franciam Orientalem i. e. Germaniam ſortiebatur non v. qui Italiam ex Hiſt. probatur. 11. Luſatia immediatus primo S. R. Imperii Marchionatus. 12. Series quorundam Marchionum Luſatiam immediate poſſidentium. 13. Eorum tunc temp. Titulus. 14. Jus & ſeſſionis & ſuffragii in Comitiis Imperii. 15. Marchionatus Luſatiæ olim ab Impp. utplur. in præmium navatæ operis in re militari bene meritis collatus. 16. Exempla hujus rei ex Hiſt. petita. 17. Luſatia tanq. Feudum Imperii R. Feloniæ in S. Cæſar. Majeſtat. commiſſæ obnoxium & exinde Imper. apertum. 18. Exempla hujus Rei ex Hiſt. petita. 19. Inveſtiturarum a Diverſ. Impp. ſuper. Luſatia tanq. Feud. Imperii factarum Formulæ. 20. Sicut cæteri Imperio R. G. ſubjectæ Provinciæ; ita etiam Luſatiam ad Expeditiones contra hoſtes Reip. tam internos, quam externos teneri probatur: (1) Exemplis. 21. (2) Legib. ſ. Receſſibus Imperii. 22. An etiam ad Expeditinnem Turcicam? Aff. 23. Ejus ad ejusmodi Expeditiones bellicas Taxa, Anſchlag in ſpecie, a multis antiquiſſ. tempp. & annis ex Matriculis Imperii: (1) contra Huſſitas. 24. (2) contra Turcas. 25. Quomodn hodierno tempore h. in paſſu cum Luſatia noſtra comparatum. 26. creſcente Huſſitarum Religione Bohemi ab Imperio R. ſe eximere conati. 27. Luſatia in Huſſitarum partes tranſire nolentes non ita uti Bohemi ab Imperio avulſi. 28. pari jure quo ipſum Bohemiæ Regnum etiam incorporatæ Provinciæ, quas inter & Luſatia noſtra fuit, Imperio R. nexæ. 29. In Comitiis Norimbergenſ. anno 1356. utraque Luſatia quidem Boh. Regno incorporata cum Clauſula tamen ſalutari: *ſalvo Imperii R. jure.* 30. Quemadmodum Regg. Bohem. *olim* ſic Duces Sax. *hodie* Luſatiam ſolent recipere in Feudum. 31. Luſatia unum ex Feudis vexilliferis Saxoniæ, remiſſive. 32. in Fine h. capitis producuntur Teſtimonia quorundam Autorum Theſin h. noſtr. luculenter comprobantia, præpr. elegantiſſima quædam loca ex celeberrimi Conringi aureo Tractatu de Finib. Imp. it. ex Bodino, Knipſchildio &c.

XI.

Contenta ſeu Summaria Capitis undecimi, cujus Tit. cum Feudum fuit Imperii Rom. perpetuo fere adhæſit Bohemiæ Regno.

1. RAtio Connexionis hujus cap. cum præced. 2. Quamdiu proprios habuerit Marchiones Luſatia. 3. Terra Luſatia *primo* Bohemico ſolo quaſi accrevit. 4. altas in eo ſundo *poſtmodum* egit radices. 5. Ratio & occaſio Facti ex Hiſt. altius eruendæ. 6. circa Pontificatum plures ſemper fuere Competitores. 7. Anſa h. plurium Contentionum ac bellorum civilium. 8. Pontifex Authoritate Imperat. Rom. confirmandus. 9. Legem h. quis Imperatorum primus tulerit. 10. e Pontificibus Rom. quis primus abolere ſtuduerit. 11. Henricus IV. jus h. cootra Papam tueri conatus. 12. Famoſum inde erga d. Imperatorem Papæ odium. 13. & bellorum civ. ſemina. 14. Deſcriptio Belli illius ap. Hiſtoricos decantatiſſimi inter Henricum IV. Imp. & Rudolphum Svevorum Comitem ejus Antagoniſt. acerrimum. 15. Wratislaus Bohemiæ Dux a cujus partibus tunc temp. ſteterit? 16. Saxonum ſ. Miſnenſium Marchio contra cui parti adhæſerit? 17. Luſatia ſuperior eo temp. Miſnenſibus ab Imp. adempta & Bohemis tradita. 18. Ratio & Cauſæ hujus mutationis. 19. Miſnenſium ille Marchio, cui Luſatia tunc erepta quis fuerit? juxta ſent. diverſ. plur. Autorum. 20. Zeilero præpr contradicitur. 2 . Et Olomucenſi. 22. Quis Wratislaus ille Bohemus, cui Luſ. data? ex mente & recenſ. plur. & diverſimode ſentientium Autorum. 23. ab Imp. Henrico IV. factus omnium

mnium primus Bohemiæ Rex, 24. Luſatia tunc cum Moravia, Sileſia, & Polonia Bohemico Regno adjecta. 25. an Imperator R. has Provincias Bohemo jure attribuere potuerit? 26. Ratio, fundamentum & occaſio hujus Creationis & Conceſſionis ſecundum mentem & ſententiam plur. Autorum. 27. Integer huc apprime quadrans Locus ex Hagecio transſcriptus. 28. Dreſſeri ſingularis h. de re Opinio. 29. I. Wladislai hujus merita I. publ. Imperii R. Bonum Cauſam hujus Donationis præbuiſſe probatur. 30. quamdiu poſtm. Luſat. ſuperior ſub Bohemorum perſtiterit Regimine? 31. Budiſſina cum Tractu vicino Viperto Comiti cuidam Groicenſi a Wratislao dotis loco data. 32. Luſatia ſuperior Bohemorum Regum perpetuum Aſylum. 33 Exempla hujus rei ex hiſt. petita. 34. Brandeburgenſes Marchiones poſthæc Luſatiam adepti. 35. quando, quomodo, qua ratione quibusque auſpiciis factum? 36. Primislaus II. quintus Bohemiæ Rex Dignitatis Imperatoriæ Candidatus. 37. Luſatiæ ſuperioris Traditione Electoris Brandeb. ſuffragium ſibi comparat. 38. contraria de h. Primislao ſententia Olomucenſis. 39. ut & Æneæ Sylvii. 40. alienaſſe hunc Primislaum Luſatiam certum probatur. 41. Modus alienationis ap AA. incertus. 42. *Sunt* qui factam putant per *Donationem*. 43. Teſtimonia & Rationes eorum. 44. *Sunt* qui per *Dotationem*. 45. eorum Teſtim. & rationes. 46. *Sunt* qui per *Oppignorationem*. 47. Eorum teſtim. ac fundamenta. 48. *Sunt* qui per *Venditionem*. 49. Eorum rationes & teſtim. 50. Elector ſ. Marchio Brandeb. ille, cui Luſatia a Bohemo primo tradita quis fuerit? ex mente & recenſione variorum Autorum. 51. Marchiones Brandeburg. Luſatiam infer. ante poſſediſſe, quam ſuperiorem accepere. 52. Quamdiu ſub Brandeburgenſium Dominio permanſerit utraque Luſatia? 53. Luſatia iterum ad Bohemiam tranſit. 54. Quando, quibus auſpiciis, qua ratione ac modo factum? 55. Waldemarus Marchionum Brandeburgenſium ex Familia Comitum Aſcaniæ ultimus, absque ſobole maſculo moritur. 56. Bella exinde varia orta. 57. horum Hiſtoria. 58. Luſatia quanq. remotior etiam his implicata. 59. Veteribus Dominis Bohemis tandem ſe tradit. 60. Peuceri locus quidam. 61. locus ex Incorporatione Caroli IV. Imperator. 62. Quamdiu Regibus Bohemiæ ex diverſis Familiis ortis ea poſt tempp. paruerit? 63. Carolus IV. utramque Luſatiam Coronæ Bohemiæ per privilegium, quod barbare vulgo Incorporationem vocant, inſeruit. 64. Examinatur Incorporatio hæc *cum ipſa*. 65. *tum Ejus* conſenſu totius Imperii R. in Comitiis Norimbergenſ. anno 1355. ſolenniter facta *confirmatio*. 66. ipſa Incorporationis aurea, quam vocant, Bulla ex Goldaſto & Conringio huc tranſumpta. 67. Cauſa ſ. Occaſio hujus Incorporationis pro & contra ex mente & ſent. Peuceri. 68. Dreſſeri. 69. Olomucenſis. 70. Carpzovii. 71. aliorum quampl. AA. 72. facta Incorp. Luſat. utraque usque ad Ferdinandum IV. Imperat. Bohem. Regno continua ſerie adhæſit. 73. Sittavia Rudolpho Sax. Electori quondam a Carolo IV. oppignorata. 74. redempta iterum ab eodem. 75. de Luſatia, Regno Hungarico hæreditarie adjungenda olim deliberatum. 76. Qua conditione & motu Ferdinandus IV. Johanni Georgio I. Electori Saxon. ceſſerit remiſſive. 77. hactenus dicta de Luſatia ſuper. intelligenda tantum. 78. Inferior quando Regno Boh. ceſſerit? 79. Quamdiu diviſæ fuerint hæ duæ Provv. 80. quos Dominos interea temporis habuerint? 81. quando & ſub quo Domino iterum conjunctæ. 82. Quomodo & qua occaſione remiſſive. 83. una cum ſuper. Electori Saxon. a Ferdinando IV. tradita remiſſive. 84. inſignis Error Arumæi, Limnæi, Fabritii & aliorum multorum tam Publiciſtarum quam Hiſtoricorum de Luſatia infer. 85. refutatur ex Goldaſto.

XII.

Contenta ſeu Summaria Capitis duodecimi, cujus Tit. quo pacto ceſſerit Landgraviis Miſniæ ſ. Ducibus Saxoniæ.

1. Ratio Connexionis. 2. Omnium Rerum Viciſſitudo. 3. Hominis. 4. Temporis. 5. Regnorum & Provinciarum. 6. Carolus IV. Legem fundamentalem de Incorporatione Luſatiæ æternam & immutabilem fore credidit. 7. Luſatia Dominos ſuos raro mutavit. 8. Avulſionis Luſatiæ a Bohemia incunabula ex ipſis Hiſtoriarum latebris eruenda. 9. inter bona a DEO mortalibus conceſſa Pax ſummum. 10. Cujus Germania circa initium hujus ſeculi pertæſa aliquam Belli anſam anxie quærebat. 11. De Bohemico rebellantium Bello. 12. Fiſtulæ diu interclusæ turbidiores emittunt aquas. 13. Luſatia noſtra tanq. membrum venenati Corp. etiam tunc infecta. 14. ut legitimo jure Regno Boh. ita iniquo tunc fœdere copulata. 15. Capita hujus Fœderis ex Theatro & Diario Europæo petita. 16. Luſatia ut reliquæ Bohem. Provv. in verba Friderici Palatini haut juravit. 17. Neptuno ipſo inſaniente nemo clavum rectum tenere potis eſt. 18. Ferdinandus II. tunc temp. in magnas redactus anguſtias. 19. Aquila valde denudata.

data. 20. auxilia impetrat ab Hiſpaniarum Rege. 21. Duce Bavariæ. 22. Electore Saxoniæ Joh. Georgio I. 23. incidenter hujus Principis Laus a pietate erga Cæſarem & Imper. R. 24. a ſingulari Zelo erga Domum Auſtriaeam. 25. notatur Due de Rohan Autor. quidam Gallus in Electot. h. noſtrum iniquus. 26. Denfenſio hujus Herois contra morſus Ducis de Rohan. 27. Opem ſert Ferdinando: (1) pecuniam mutuam dando. 28. (2) Commiſſionem Luſatiam & Sileſiam nomine Cæſaris ſubjugandi in ſe ſuſcipiendo. 29. fruſtratis pacis Legibus hanc Commiſſionem armis exſeqitur, 30. Hiſtoria hujus rei. 31. inita a Saxone Belli primordia, ſtatim victoria in monte albo prope Pragam ſequitur. 32. Quot Provinciæ unico hoc Fortunæ ictu iterum ab Imp. tecuperatæ? 33. Vitium ſuperbiæ rebus pletumque ſecundis commune. 34. Domus Auſtriaca de abſoluto in Germania adſtruendu Imperio cogitabat. 35. Edictum de reſtituendis bonis Eccleſiaſticis novorum malorum Fax. 36. Arcana Ratio hujus Edicti remiſſive. 37. Electotem Sax. Imp. per Tyllium aperto Marre aggreſſus. 38. fœdere cum Suecorum Rege Guſtavo facto ſe munire cogitur. 39. Vitia politica contra Rationem ſtatus ab Imperarore in h. ſecunda rerum Cataſtrophe comnuiſſa remiſſive. 40. Authoritas in Germ. jamjam recuperata Cæſari denuo decedit. 41. Confirmatur iterum (1) per mortem Guſtavi S. R. 42. (2) per Victoriam Nördlingenſem. 43. (3) per pacem ſ. Transactionem Pragenſem cum Electoribus Sax. & Brandeb. initam. 44. Hiſtoria hujus Pacis ab ortu, progteſſu & concluſione ejus. 45. examinantur Ratiunes & Cauſæ, quæ Electorem ad h. Transactionem impulerint? 46. Prima. 47. Suecorum poſt mortem Regis ſui ſcopus. 48. Gallorum. 49. Secunda. 50. Tertia. 51. Ducum Vinarienſ. Prætenſiones. 52. Authotitas tunc temp. ap. Suecos. 53. Scopus. 54. Quarta. 55. notatut Grammondus Continuatot Thuani in Electorem Sax. & pacificationem hane injurioſus 56. Deſenditur Elector Sax. Joh. Georgius I. glorioſiſſ. memoriæ prolixe contra inſultus hujus Galli. 57 facta Pace. Pragenſi utraque Luſaria Electori Saxoniæ Joh. Geotgio I. per Legatos Imp. tradita. 58. hujus Traditionis Tempus, Modus, Locus. 59. Loca inferioris Luſatiæ quænam ab h. Traditione excepta. 60. Exceptionis hujus Ratio. 61. Marchiones Miſniæ utramque Luſatiam olim poſſediſſe probatut. 62. Duces Saxoniæ ab antiquiſſ tempp. in Luſatiam jus habuiſſe probatur. 63. ut & in univerſum Bohemiæ Regnum. 64. Pirna Bohemiæ olim Urbs. 65. Luſatiam unam ex iis Ptovinciis, quæ fratribus Regis Bohemiæ junioribus, jure Appanagii olim cunceſſæ, eſſe probatur. 66. Luſ. jam olim ſub Regno Buhem. conſtituti Ducibus Sax. fideles. 67. Luſatiam utramque Joh. Georgium I. Electorem Sax. ab Imperatore Ferdinando III. obtinuiſſe: I. Titulo ac jure Oppignorationis. 68. cuque duplici: (1) pro pecunia mutuo data, probatur. 69. (2) pto factis in gratiam Cæſaris belli ſumptibus, probatur. 70. II. Traditionis, probatur. III. 71. Gladii, ptobatur. 72 notatur hic Ettor Paræi intolerabilis. 73. Diviſionis Luſatiæ Ratio moderna ex Teſtam Joh. Georgii I. E. S. petita. 74. tenent hodie Duces Sax. utramque Luſatiam jure Feudi. 75. Ratio ac Fundam. hujus Aſſertionis.

XIII.

Contenta ſeu Summaria capitis decimi tertii, cujus Titulus: de Forma ac ſtatu Reſpubl. Luſat. inferioris.

1. RAtio Connexionis hujus Cap. cum præced. 2. Imperantium & parentium Conſenſus Summum bonum Politicum. 3. quomodo hic comparandus. 4. qui ſummam poteſtatem in Republ. haber, omnibus ſupereſſe non poteſt. 5. Imperium in plures Canales diſſundendum. 6. Ratio & ſundam. hujus Axiumaris. 7. Facien politiutem Luſarica noſtra Reſpubl. a quo nacta, ignotam. 8. conjecturaliter Alberto cugnomento Urſo Brandenburgenſium Marchioni attributa. 9. Ratio & Series hujus Rei ex hiſt. ſuſius petita. 10. Inferioris Luſatiæ Incolæ ex parte otigine Francones. 11. Eorum vina origine Rhenana. 12. Divinationes de ortis eirea ea tempura Magiſtratuum Luſar. nominibus acque officus. 13. Luſatia ſ. ſub Regum ſ. ſub Principum ſuit moderamine, ſemper per delegatum adminiſtrata Magiſtratum. 14. Cauſa ſ. Ratio hujus rei 15. Officialium in Luſaria pro rerum & cauſarum uccurrentium Diverſitate diverſæ Provinciæ ac Munera. 16. Magiſtratus Luſatiæ in latiori ſignificatu ſic dicti diſtinctio in *Eccleſiaſticum* & *Politicum*. 17. De Eccleſiaſtico remiſſive. 18. Politici in conſtitutum *a Principe*, & electum *ab Ordinibus*. 19. Quinam a Principe? 20 quinam a Statibus. 21. Inferioris in *nobilem* & *ignobilem*. 22. Nobilis quinam? 23. ignobiles qui? 24. Tractationis hujus materiæ Partitio.

De Pro-Marchione ſ. Provinciæ Preſide, Land-Vogt.

25. a Capite inchoandum. 26. *Origo* & *Nomen* hujus Officii examinatur. 27 Antiquitas Tituli Land-Vogt, ex antiq. Hiſt. monumentis ab an. 810 deducitur. 28. Ptæfectorum Budiſſ. & Gorlicenſ. ab an. 1140. 29. taxatur hodiernus Titulorum luxus. 30. Præſidum

ſ. Pro-

ſ. Pro-Marchionum Luſatiæ Officium ab antiq. hucusque temporibus ſemper unum idemque, Character tamen diverſus. 31. hic in documentis hiſtoricis venit latine ſub nomine: *Advocati.* 32. Teſtimonia hac de re. 33. *Præfecti.* 34. Teſtim. hac de re. 35. *Capitanei.* 36. Teſt. hac de re. 37. *germanice* Pfleger und Verweſer. 38. Teſtim. hac de re. 39. Land-Voigt. 40. Teſtim. hac de re. 41. ſimpliciter Voigt. 42. Teſtim. hac de re. 43. Disquiſitioni Nominis ſuccedit Rei. 44. Officium h. in Luſat. ſupremum. 45. Ratio ac Fundam. hujus *Prærogativæ.* 46. illuſtre. 47. Exempla hujus rei. 48. Catalogus Pro-Marchionum Luſatiæ ſuperioris ab anno 1368. ad hæc usque, quo hæc ſcripſi, tempora omnium. 49. Catalogus quorundam Pro-Marchionum Luſatiæ infer. 50. a deſcriptione hujus muneris ad *Modum* illud *acquirendi* Transgreſſio. 51. conſtituuntur Pro-Marchiones Luſatiæ. 52. a quonam? 53. quinam ſ. quales. 54. quo modo formali. 55. Actus Inſtallationis Baronis a Kallenberg ex Theatro Europæo huc allatus. 56. a Conſtitutionis poſtulatis ad *Munus ipſum* ſ. poteſtatem Pro-Marchialem Transgreſſio. 57. Capita quædam hujus Muneris ex Inſtructionibus quorundam Pro-Marchionum paſſim collecta generalia. 58. De Loco ſ. *Aula* Pro-Marchionum ordinaria quædam in Luſat. ſuperiori. 59. inferiori.

De Capitaneo Provinciali, Lands-Hauptmann.

Eadem qua ſupra Methodi ratione hic agitur de hujus Officii. 60. Origine. 61. Nomine. 62. Dignitate. 63. Modo, illud acquirendi & 64. adminiſtrandi. 65. in fine exhibetur Catalogus quorundam Præfectorum Provincialium.

De Præfecto Redituum, Gegen-Händler.

De hujus Officii: 66. Nomine. 67. Adminiſtratione.

Vom Hofe-Richter.

68. De Nomine. 69. Officio ipſo, 70. Ejus Salario.

De Procuratore Cameræ Electoral.

De hujus Officiis. 71. Nomine. 72. Materia.

De Pro-Præſidibus ſeu Præfectis Juridicis Budisſinenſi & Gorlicenſi, Amts-Haupt-Leuten.

De horum Munerum: 73. Origine. 74. Nomine. 75. Dignitate. 76. Modo illa conſequendi. 77. Adminiſtrandi. 78. remunerandi ſeu ſalariis.

De Senioribus Prov. Landes-Elteſten.

De horum: 79. Origine. 80. Nomine. 81. Dignitate. 82. Electione. 83. Officiis. 84. Salariis.

De Oratore Prov. Landes-Beſtalten.

De hujus Officii: 85. Nomine. 86. Neceſſitate. 87. Qualitate.

De Syndico Provinciali.

Hujus Officii: 88. Nomen. 89. Capita.

Sectio Secunda, hujus Capitis Contenta ſeu Summaria.

90. A perſonis Juſtitiam adminiſtrantibus eorumque ad ipſa Collegia h. e. a Membris ad Corpora Transgreſſio. 91. Ratio hujus Transgreſſ. ſeu Connexionis. 92. Olim Luſati unde jus petierint? 93. Tribunal Magdeburgenſe ſummum olim Juris Weichbildici Dicaſterium & Juris Saxonici Fons. 94. De hujus Judicii Origine & 95. Jurisdictione pro & contra. 96. Quando, a quo, qua occaſione iterum ab h. exempti noſtri Luſati? 97. quando, a quo, qua ratione Judicium Appellationum Pragenſe inſtitutum? 98. Quando, a quo, qua ratione Dreſdenſe. 99 quæ jura hodie obtineant in Luſ. 100. quatenus. 101. Elector Sax. ſummus Juris Sax. Defenſor. 102. Jurium Provincialium in Luſatia Qualitas. 103. Diverſitas. 104. Authoritas. 105. De Curiarum ſeu Dicaſteriorum Luſatiæ Præſtantia atque Gravitate. 106 Horum prima Budiſſinenſe ac Gorlicenſe.

De Dicaſteriis Præfecturarum Budiſſ. & Gorlicenſ. Von den Aemtern Budißin und Görlitz.

Examinatur pro viribus hujus Judicii: 107. Inſtitutio. 108. Nomen. 109. Locus. 110. Tempus. 111. Perſonæ: principales. 112. Acceſſoriæ. 113. Jurisdictio ſecundum quantitatem & qualitatem. 114. Jura, ſecundum quæ Cauſæ in eo deciduntur communia. 115. Leges ac Ordinationes peculiariter huic præſcriptæ. 116. Materia in prima, ſecunda Inſtantia. 117. & tandem Modus procedendi ſeu Forma Proceſſus in h. Jud. uſitatus juxta omnia & ſingula ejus requiſita.

De Judicio (ſic dicto) ordinario.

Exhibetur eadem Methodo hujus Judicii: 118. Origo. 119. Nomen. 120 Locus. 121. Tempus, 122. Perſonæ: *huic* Præſidentes, 123. Aſſiſtentes, 124. *in eo* agentes, 125. procurantes ſeu poſtulantes, 126. miniſtrantes

tes

tes. 127. Jurisdictio. 128. LL. & Ordinationes peculiares. 129. Materia ſeu Cauſæ. 130. Modus procedendi. 131. & deliberandi ſeu vota majora colligendi.

Von Hof-Gerichte.

Deſcriptio h. Judicii abſolvitur conſimili plane quo priora, modo ab Ejus: 132. Nomine. 133. Tempore. 134. Membris, ex quibus conſtat. 135. Cauſis circa quas verſatur. 136. Ordinationibus peculiariter ei præſcriptis.

Von Wäysen-Amte.

Eadem ratione inquiritur in hujus Jud. 137. Nomen. 138. Originem. 139. Cauſas efficientes & quidem ordine in 140. primam, 141. ſecundam, 142. tertiam. 143. Tempus. 144. Locum. 145. Perſonas. 146. earum Munera. 147. LL. & Ord. peculiares & 148. Jurisdictionem.

Sectio Tertia: Capitis hujus Contenta ſeu Summaria.

149. A *Magiſtratibus* & eorum *Collegiis* ad ſubditos ſ. ſtatus & eorum *Conventus* Transgreſſio. 150. Ratio hujus Coonexionis.

De Ordinibus ſeu Statibus Luſatiæ.

151. Diſtinctionum ſupr. datarum applicatio. 152. quot & quales Provinciæ Ordines tempore Semnonum priorum Luſatiæ Incolarum. 153. quot & quales hodie in Luſ. ſuperiori. 154. Inferiori. 155. De Ordine Equeſtri Luſatiæ remiſſive. 156. de Nobilium ſedibus & Prædiis ſ. (uti Feudiſtæ loquuntur) Caſtris, Ritter-Sitze. 157. De horum Adminiſtratione & Jurisdictione. 158. De Ordine Civili ſeu Civium Luſat. 159. De Regimine ac Adminiſtratione Civitatum Luſat. in genere. 160. in ſpecie: de Civitatum Conſulibus. 161. Prætoribus, 162. Senatoribus, 163. Syndicis.

De Statuum Luſat. Conventibus.

164. Connexionis Ratio. 165. De vario Comitiorum genere, ratione ac modo generalia quædam remiſſive. 166. eodem quo Judicia, & Comitia jure in proprio Luſatos celebrare poſſe Territorio, probatur. 167. Diſtinctionum & differentiarum Ratio explanatur inter: Conventus generales, Land-Täge, & ſpeciales ſeu ſingulares, Ausſchuß-Verſammlungen. 168. inter Ordinarias & Extraordinarias, 169. inter illuſtres (ad quos nempe Princeps Legatos mittit ſuos) & minus illuſtres. 170. Partitio hujus Materiæ.

De Conventibus Provincialibus Generalibus, Land-Täge, *proprie ſic dictis.*

Horum delineationem expedivi: *I. quoad Præparatoria:* ubi agitur: de 171. Eorum Tempore. 172. Loco. 173. Perſonis: ex Ordine Equeſt. 174. Civili. 175. harum Convocatione & 176. Adventu. II. *quoad Formam:* ubi agitur de 177. Statuum Comparitione. 178. Seſſione. 179. Membris tam Ordinis Nob. quam Civil. eorumque jure Proedriæ ſ. Seſſionis Ordine. 180. Tabulæ ſ. Claſſis primæ, 181. ſecundæ, 182. tertiæ, 183. Propoſitione. 184. Deliberatione. 185. Votorum Collectione. 186. eorumque cum Conſtatibus Gorlicenſ. 187. Deputatis Civitatum Communicatione, Replicatione, Triplicatione &c. III. quoad Materiam, quam 188. ſecui in (1.) *Principum Poſtulata*, ubi 189. agitur de Steuris in genere, 190. in ſpecie de eorum diviſionib. 191. De jure ac modo collectandi. 192. conferendi. 193. exigendi. & 194. & (2.) *Statuum gravamina*, ubi agitur: 195. de Negotiis publ. concernentibus ſtatus publici: 196. (1) Conſervationem. 197. (2.) Meliorationem. IV. *quoad finem*, ubi agitur 197. De Tempore durationis, 199. De modo finiendi, & 200. Forma Receſſuum Conventuum Provinc. Land-Tags-Schlüſſe.

De Conventibus Provinc. ſingularibus, Ausſchuß-Verſammlungen.

201. De Eorum Convocatione. 202. Convocationis Ratione. 203. Deliberatione & 204. Concluſione, in fine annectuntur quædam 205. de Senatu h. Selectiorum Ausſchuß in ſpecie & quidem de Eorum inſtitutione. 206. Inſtitutionis Ratione. 207. Numero ac 208. Fine.

XIV.

Contenta ſeu Summaria Capitis decimi quarti, cujus Titulus: 1. Quæ Nobilium Luſatorum Conditio, 2. quæ Feudorum Ratio, 3. quæ jura & poteſtas in Subditos, Eccleſias &c.

1. Ratio Connexionis hujus Cap. cum præced. 2. Nobiles conſiderantur (1.) vel in ſe, (2.) vel ratione Dominorum, a quibus Feuda tenent, (3.) vel ratione ſibi ſubjectorum.

Sectionis Prima de Nobilibus Luſatiæ in ſe conſideratis Contenta ſeu Summaria.

3. Mortalium una eademque Conditio & naturalis quædam æqualitas. 4. Ratio hujus axiomatis fuſius exp ... ta. 5. certus

 Perſo-

Perſonarum Reſpectus habendus. 6. Diſtinctio inter nobiles & plebejos ab omnibus Terrarum Orbis populis jure Gentium recepta. 7. pari ſorte naſcimur, ſola virtute diſtinguimur. 8. Virtus Nobilitatis Cauſa. 9. an ſufficiens? 10. Princeps Fons & Caput omnis Dignitatis. 11. Nobilitas & juris gentium & juris Civilis fundamentis ſimul nititur. 12. Nobilitatis ſunt diverſi & gradus & ſignificatus. 13. explicantur ex Tiraquello in ſpecie. 14. De quibus Nobilibus nobis h. l. ſermo. 15. Nobiles Luſatiæ ut & cæteri Germaniæ Nobiles, aliarum Nationum Nobilibus excellentiores. 16. Ratio prima 17. Ratio ſecunda. 18. Ratio tertia. 19. Ratio quarta. 20. Bodini judicium de Germanorum Nobilitate. 21. & naſci & fieri utrumque nobilitat. 22. Origo & Antiquitas Nobilitatis Luſaticæ unde & a quibus temporibus potiſſimum derivanda: ſecundum Seldenum. 23. ſecundum Cureum. 24. ſecundum Limnæum 25. Familiarium nobilium Miſnenſium primariæ & fulcra quaſi totius Nobilitatis Miſnicæ quænam ſecundum Pekenſtein. 26. Quænam in noſtra Luſatia? olim. 27. noſtro tempore. 28. ex ſingulis ſingulorum ſtemmatum nobilium Originibus Nobilitatis Luſatiæ antiquitas & præſtantia optime haurienda. 29. inquiritur in quotquot haberi potuere, Nobilium Luſaticorum Stemmata in ſpecie, & exhibentur, quantum fieri potuit, uniuscujusque natalitia & Origines. 30. a Nobilium Luſatiorum ſtemmatibus ad eorum merita Transgreſſio. 31. Diſtinguendum inter Nobilitatem nativam & darivam. 32 Nobilitas quibusdam tacite confertur. 33. quinam illi? 34. Nobb. Luſatiæ omnem Nobilitatem, præter hæreditariam deſpiciunt. 35. atro exinde notantur carbone. 36. genus jactans ſuum aliena laudat 37. Nobb. Luſatiæ & gente & mente Nobiles. 38. probatur Exemplis e Luſatorum Nobilium Familiis prognatorum omnis ætatis Virorum quam plurimis, qui Duce DEO & Comite Virtute aliquando ad omnis generis dignitatum Culmina conſcenderunt & adhuc conſcendunt.

Sectio Secunda de Nobilibus Luſatiæ reſpectu Dominorum, a quibus Feuda tenent, conſideratis, quorum nomine dicuntur Vaſalli.

39. De Vaſallorum & Feudorum origine atque Etymo remotive. 40. Luſatiæ noſtræ Feuda cum Germaniæ Feudis communia. 41. Germ. Feudorum non una eademque ubique conditio & ratio. 42. Diſcrepantia h. unde oriatur. 43. Negotia feudalia ſecundum locorum & Curiarum mores & conſuetudines metienda. 44 Luſatiæ Feuda ab aliarum Provinciarum Feudis diverſa. 45. probatur remiſſive. 46. partitio hujus mater. 47. nullum jus in re eſſe poteſt antequam acquiratur. 48. hinc l. *De Feudorum Luſat. Acquiſitione* oritur Titulus. 49. Feuda uti communiter ſic etiam in Luſatia noſtra acquiruntur (1.) *Alienatione* & (2.) *Succesſione*. 50. quomodo & per quos actus *Alienatio* fieri ſoleat? 51. an ad Alienationis modos Conſenſus Senioris & agnatorum requiratur? N. 52 Objectio quædam ex Privilegio ſimultaneæ inveſtituræ. 53. Diſtinguendum inter Alienationes *judiciales* & *extrajudiciales*. 54. in Alienationibus *judicialibus* quid juris? 55. quid in *extrajudicialibus*? 56. Modus acquirendi Feuda per Alienationem late patet. 57. reſtringitur tamen h. l. quoad per acquirentes vi Pacti alicujus Feudalis der Lehne Pacti. 58. explicatur (1.) Pactum ipſum cum ſuis Clauſulis. 59. Deinde argumenta & Rationes illud ſuadentes: prima. 60. ſecunda. 61. tertia. 62. ab Alienatione ad (2.) *Succesſionem* ſecundum Acquiſitionis Feudorum modum Tranſitus. 63. Modus h. conſervationis potius quam Acquiſitionis ſpecies. 64. Succeſſio eſt l. (1.) ex *Teſtamento*, l. (2.) ab *inteſtato*. 65. qualis h. l. intelligenda? remotive. 66. *Succesſio* (1.) *Teſtamentaria* in Feudis locum non habet. 67. Ratio ac fundam. hujus Reg. 68. Privilegium Maximilianum Luſ. ab h. Regula Feudali exſortes facere videtur. 69. obſcurum nimisque late h. in parte ſumptum a quibusdam. 70. ab Electore Saxoniæ merito explicatum per Reſtrictionem quandam. 71. Ejusque Reſtrictionis Ampliationem. 72. primam. 73. ſecundam. 74. tertiam. 75. a Succeſſione Teſtamentaria ad (2.) *Succesſionem ab Inteſtato* progreſſus. 76. an uti alias communiter, ſic & hic loci deſcendentes maſculi in Feudis in infinitum ſuccedunt? A. 77. Ratio & Fund. hujus Affirmativæ. 78. deſcendentibus deficientibus an proximiores agnati? A. 79. Fund. hujus Aff. 80. quem ad gradum usque? 81. graduum Computatio quænam h. l.? 82. an Patris Frater & fratris filii in ſtirpes an in capita ſuccedant? 83. de Luſatiæ inferioris moribus Feudalibus quædam obiter. 84. transgreditur pro Methodi Ratione ab Acquiſitione ad ipſam II. *Feudorum Luſat. Materiam.* 85. Luſatiæ noſtræ Feuda aliarum Provinciarum Feudis longe præſtantiora. 86. paucis ſaltem lineolis locus hic expediendus. 87. Ratio. 88. Feudis Luſ. in excellentiori, quam aliarum vicinarum Prov. Feudis, gradu conceſſa. 89. primo jura *Patronatus*. 90. probatur. 91. *Imperii in ſubditos*. 92. probatur. 93. *Venationum*. 94. pro-

94. probatur. 95. Dignitas, Origo & Titulus hujus juris examinatur adcuratius. 96. delineantur LL. & ſtatuta quibus tamen in Luſ. circumſeptuni: (1) quoad *locum*. 97. (2.) quoad *tempus*. 99. quoad *perſonas*. 98. *braxandi*. 100. probatur &c. 101 progreditur a Materia ad III. *Feudorum Luſatiæ Formam*. 102. Forma dat eſſe Rei. 103, Feudorum Formale uti ordinarie ſic & in Luſat. conſiſtit in (1.) *petitione* Inveſtiruræ, (2.) *inveſtitura* ipſa. (3.) & *Sacramento* Fidelitatis. 104. (1) *Petitio* Inveſtituræ Feud. fieri debear quoties? l. (1.) *Senior*, l. (2) *Vaſallus* moritur. 105. *Primo Caſu* quando? 106. pœna Intermiſſionis. 107. Contraria quædam, a ſtatibus Prov. allegatur conſuetudo. 108. refellitur a Legislatore ſacratiſſ. in der Lehens-Ordnung 109. quare? Ratio prima. 110. Ratio ſecunda. 111. *Secundo Caſu* diſt. inter (1) *hæredes* ſ. deſcendentes ipſos & (2) *conveſtitos*. 112. *priores* quando debeant petere inveſt.? 113. quomodo temp. computare? 114. an prorogari poſſir? A. 115. Cauſarum quas eo caſu allegare neceſſe habeant? Prima. 116. Secunda. 117. Terminus primæ quinam? 118. ſecundæ quinam? 119. quid ulterius circa h. obſervandum? 120. *Poſteriores* quando petere debeant. 121. Ratio & Fundam. hujus poſitionis. 122. Conſuetudo non interrupta optima Juris interpres. 123, (2.) *inveſtituram* ipſam facit l. 1. *Dominus* ipſe. 124. Quando? 125. Quomodo? 126. l. 2. Ejus *Pro-Præſides* Budiſſ. & Gorlicenſ. 127. quando? 128. quomodo? 129. Relevium quid? 130. (3.) *Juramentum* fidelitatis tandem præſtandum l. 1. homagio *incluſum*. 131. Ratio. 132. quando? 133. l. 2. *abſolutum*. 134. quandu? 135. a Forma tandem ad IV. *Feudorum Luſat. Finem ſ. effectum* acceditur. 136. Finis Feud. eſt. l. 1. ratione *Domini*, l. 2. ratione *Vaſalli*. 137. ratione *Domini*, *Servitia* puta in Luſ. quænam? 138. Von den Ritter-Pferden quædam ex Privil. a Divo Ferdinando 1550. dato. 139. ratione *Vaſalli: beneficia* puta quænam? remiſſive,

Sectio Tertia de Nobilibus Luſatiæ ratione ſibi ſubjectorum conſideratis. Contenta ſeu Summaria.

140, quinam hi? 141. conſiderantur vel ethice, vel politice 142, quæ conſideratio hujus loci? 143. an Reip. expediat antiq. ſervitutis jus ſ. ſpeciem ſaltem hujus revocare? Aff. 144. *a Rationibus:* prima, 145. ſecunda. 146. tertia. 147. quarta. 148. *ab Exemplis:* Luſitanorum. 149. Polonorum. 150. Livonum. 151. Nobiles Luſatos ruſticos ſuos pro hominibus propriis & quaſi ſervis tractare probatur. 152. ap. exteros quosdam male propterea audire. 153. Eorum Deſenſio a rationibus, petitis: *ab* (1.) *Utilitate*. 154. probatur. 155. (2.) *Æquitate*. 156. Servitus alicujus pop. acquiritur l. 1. *ex Conſenſu*, l. 2. *ex Delicto*. 157. exponitur ſuſius ex Hiſtoriarum ſerie & jure morali, quomodo Saxones Nobilium Luſat. Anteceſſores in victos Slavos, Ruſticorum noſtrorum majores, tanquam injuſtos Luſatiæ poſſeſſores, jus acquiſiverint? (1.) *ex Conſenſu*. 158. quomodo? (2.) *ex Delicto*. 159. Nobb. Luſat. Saxonum Succeſſores, jure h. quæſito Titulo præſcriptionis hodie legitime utuntur. 160. Juris executio non habet injuriam. 161. Saxones victis & relictis Slavis quare impoſuerint pœnas tam ſeveras, labores puta perpetuos? 162. horum ſucceſſores ruſtici noſtri an leniores hodie mereantur faſces? N. Ratio prima. 163. Ratio ſecunda. 164. Servitutis diſtinctio in *perfectam* & *imperfectam*. 165. Luſatiæ noſtræ Slavorum ſervirus an *perfecta* an *imperfecta*? 166. definirur Servirus perſecta ex Grotio. 167. Operæ *indeterminata* ungemeſſene Frohnen quænam? 168. *Determinata* quæ? 169. quales a noſtris ſubditis requirantur? 170. quo jure ac ratione. 171. quomodo h. in p. vicinarum Provv. ſubditi ſeu ruſtici a noſtris diff. 172. Ruſtici noſtri pro *veris ſervis* tamen *non habendi*. Ratio prima. 173. Ratio ſecunda. 174. Ratio tertia. 175. Rario quarta. 176. *Servis* tamen maxime *accedunt:* Ratio prima. 177. Ratio ſecunda. 178. Ratio tertia. 179. Ratio quarta. 180. Doctorum & Interpp. Juris quorundam nobis adſtipulantium collecti Calculi. 181. Loca quædam ſtnt. noſtr. probantia aus der Ober Lauſitziſchen Unterthanen, und Nieder Lauſitziſchen Landes Ordnung adducta. 182. Objectio quædam de ſumma indeterminatarum operarum injuria. 183. reſutatur prolixe. 184. perpetua ad operas quotidianas ſ. perpetuas obligatio, perpetua alimentorum certitudine compenſanda. 185. Ruſtici groſſo pane nec delicatis cibis alimentandi. 186. cibus ac potus illa portio, quæ ruſticis noſtris quibusdam in locis certis anni temporibus atque ſervitiis deberur unde originem traxit. 187. Onus h. Nobilium Luſaticorum non quidem pretioſum, attamen oneroſum. 188. quare ruſtici anniverſaria h. alimenta tam ſtricto jure a Dominis poſtulant & æquivalens pro his accipere nolint? 189. quid juris Nobilibus in ruſticos comperat in caſu reſiſtentiæ ſ. denegarionis ſervitiorum? 190. de pœna quæ h. in caſu decernenda: pecuniaria. 191. Incarcerarione. 192. bonorum oppignoratione 193. Relegatione. 194. an etiam delinquentium ruſticorum liberi & ſucceſſores h. in c. puniendi? A. 195. an ruſticis

(C) 2 fuge-

ſugere licitum? N. 196. pœnæ fugientem ruſticum ſuſcipientium quænam? 197. quomodo & a quibus Dominis præſcribi poſſunt? 198. qua ratione & modo manumittendi. 199. Vocab. Loß-Brieff unde? 200. Ejus pretium ſeu Taxa. 201. Ejus Formulæ remiſſive. 202. fugientes an repeti poſſunt? A. 203. Ratio prima. 204. ſecunda. 205. tertia. 206. proceſſus hujus requiſitionis quinam? 207. an literæ requiſitoriæ contra fugientes ruſticos decerni poſſint? 208. jura in ruſticos ad arbitrium boni viri referenda. 209. Gailii monitum notabile h. de re. 210. Abuſus in omnibus improbandus. 211. an jure ſuo quis poſſit abuti? 212. Domini ſubditos ſuos aſſiduis operibus ad Tyrannidem usque gravantes quomodo puniendi? 213. an Jurisdictio iis propter crudelitatem auferenda?. 214. invehitur in quosdam ex Tribu Levi Nobiles Luſatos, queis haud de meliori luto finxit præcordia Titan, qui ſub umbra ſervitiorum debitorum miſeros ſubditos ad ſangvinem usque turpiter emungunt inque carceres & vincula ex cauſa interdum frivola & haud ſatis prægnante detrudunt. 215. quorundam DD. de ejusmodi Cyclopibus Cenſura. 216. hujus Enormitatis Cauſa quænam? 217. Ordinatio a Statibus h. de re ex profeſſo conſcripta atque confirmata alia Unterthanen Ordnung an omnes comprehendit caſus? N. 218. ſilente Lege generali & provinciali, quo recurrendum? 219. de librorum cenſualium in quibus nomina, ſervitia, penſiones & id genus alia ſubditorum continentur (Erb-Regiſter,) natura, fide, requiſitis. 220. De gravaminum genere von den Ruchen. 221. Variæ ruſticorum noſtrorum diſtinctiones atque gradus. 222. Frey-Bauern quinam? 223. De Tutelari h. in ruſticos jure. 224. Lehn-Bauern quinam? 225. De horum ſervitiis atque emolumentis ſucceſſoriis. 226. Bauern: gantze quinam? 227. De eorum ſervitiis atque prædiis. 228. halbe quinam? 229. De eorum ſervitiis. 230. Groß und klein Gärtner quinam? 231. de eorum ſervitiis manuariis. 232. Häußler quinam? 233. De eorum ſerv. & tuguriolis. 234. Onera ruſticorum diſt. in *operas* Frohnen, & *cenſus* Zinſen. 235. De Exactionibus ruſticorum noſtrorum publicis remiſſive. 236. De variis penſionum, quas ruſtici noſtri pro conditione prædiorum & qualitate pactorum & conſvetudinum, Nobilibus præbere ſolent ſpeciebus, ubi etiam de juribus tam venditionalibus Abzüge, Theilſchillinge, Vorſänge &c. quam ſucceſſoriis Erbrecht &c. quædam usque ad finem hujus Capitis.

XV.

Contenta ſeu Summaria Capitis decimi quinti & ultimi, cujus Titulus: De urbibus & oppidis Luſatiæ (1.) Superioris & (2.) Inferioris.

1. COntinuationis ſeu Connexionis hujus cap. cum præcedente Ratio. 2. Deſiderium operæ mutuæ & per conſeq. vitæ beatæ hominibus innatum. 3. in Societate Civili h. quærendum. 4. Societatis hinc hujus incunabula. 5. Ejus varia impedimenta. 6. petulantiſſimorum hominum inſultus atque injuria horum maxima. 7. Media huic malo occurrentia quænam? 8. Urbium exinde Ortus. 9. De Urbium Germanicarum Origine in genere fuſius. 10. De Urbibus & Caſtris extructis *contra Slavos* priores Luſatiæ incolas: 11. a Carolo M. & ejus filio. 12. Ab Henrico Aucupe. 13. Imperator h. vere Theſeus germanicus. 14. *a Slavis* Luſatiæ tunc temp. incolis *ipſis*. 15. Urbes Luſatiæ pleræque a Slavis originem ducunt. 16. Numerus Urbium Luſaticarum illo ævo rarus. 17 a Saxonibus Slavos ſubſequentibus Luſatiæ incolis auctus. 18. a *generalibus* ad *ſpecialiora* Progreſſus, ubi agitur de

In Luſatia Superiori

Urbibus & Oppidis vel *primariis* ſeu Hexapolim conſtituentibus, nempe Budiſſina Metropoli, Gorlicio, Sittavia, Laubena, Camentio & Lœbavia. Quorum ſingulas ſigillatim delineationes dedi ab Eorum I. *Origine* & (1.) Nominis & (2) ipſius Civitatis. 2. *Deſcriptione* & (1.) Loci & (2.) Rerum inibi geſtarum. 3. *Fortuna* in (1.) incrementis (2.) decrementis. 4. *Prærogativa* ex (1.) Seſſionis ordine (2.) privilegiis ſingular. quib. gaudet. II. *Secundariis* ſ. minorum gentium ut pote Wittchenau, Hoierswerda, Muſcovia, Königsbrug, Elyſtra, Reichenbach, Seidenberg, Schönberg, Markliſſa, Rottenburg, Weiſſenberg, &c. quæ municipia potius quam Urbes voc. quanquam & Reip. nomine quandoque etiam municipia veniant l. 4. ff. de adminiſtr. rer. ad civ. pertin.

In Luſ. Inf.

De Urbibus 1. *Majoribus* ut: Lubena, Gubena, Soravia, & 2. *Minoribus*: Forſta, Spremberg, Luberoſa, Sonnewalda &c.

CATA-

CATALOGUS

Auctorum, Scriptorumve, quorum Nomina atque Teſtimonia in hoc citantur Opere.

ABbas *Urſpergenſis.*

Abrahami Hofmanni *Deſcriptio Regii Ingreſſus (ſcil. Matthiæ II. R. B.) in Luſatiam ſuperiorem.*

Adelboldi Epiſcopi *Trajectenſis Vita Henrici II. Imp.*

Adamus Scholiaſtes.

L'Ambaſſade de Meſſieurs *les Ducs d' Angleſme, Conte de Bethune & Chataunenf envoïez en Allemagne per le Roy Lovis XIII.*

Alberti Crantzii *Saxonia.*

Andreæ Althameri *Commentarius in Corn. Tacit. de Moribus Germ.*

Andreæ Gailii *Obſervationes Pr.*

Anthon. Bertram *de Comitiis Imperii.*

Agricola *de Ponderibus & Menſuris.*

Arnoldus Vinnius *de Jurisdict.*

Arniſæus *de Rep.*

Aventini *Annales Boj.*

Aulus Gellius.

Barthol. Sculteti *Tab. geograph. Luſatiæ ſuper.*

Baſilii Fabri *Theſaurus Eruditionis Scholaſt.*

Benedicti Carpzovii *Commentar. in Leg. Reg.*

Ejusdem Diſſert. de Jure ac privilegio sereniſſ. Princip. Elector. & Ducum Sax. de non appellando.

Ejusd. Proceſſus Sax.

Ejusdem de Onerib. Vaſalli Feud.

Boemus Aubanus *de Morib. & Rit. gentium.*

Brotufii *Genealogia Anhaltina.*

Bilibaldi Pirkheimeri *Explicat. Germaniæ.*

Brachelii *Hiſtor. noſtri Temp.*

Brerewodi Scrutin. *Linguarum.*

Brauers Stätte Buch.

Cambdeni *Deſcriptio Brittann.*

Caroli Stephani *Dictionar. Hiſt.*

Caſpari Ziegleri *Exercitationes Jur. Publ.*

Caſparis Ens *Relationes Hiſtorico-politicæ de Regnis & Reb. publ. totius Terr. Orb. ſ. Theſaurus politic.*

Carionis *Chronicon per Philipp. Melancht. & Caſp. Peucerum.*

Caſp. Peucerus *de Orig. Myſor.*

Chriſtoph. Beſoldi *Theſ. Pract.*

Ejusdem Synopſ. Jur. publ.

Ejusd. de Statu Reip. ſubaltern.

Chronic. Mansfeld.

Caſp. Klok. *de Contributionibus.*

Caſp. Manzii *Tr. de Cenſib. & Penſion.*

Cochlæi *Hiſt. Huſſit.*

Coſmæ *Decani Pragenſis Chron. Bohem.*

Cromerus *de Reb. Polon.*

Corp. Jur. Civil.

Conradus Celtes.

Claudianus.

Curæi *Annal. Sileſ.*

Danielis Paræi *Medulla Hiſt. profan.*

Davidis Chytræi *Saxonia.*

Dionyſ. *Halicarnaſſ. de Antiqu. Roman.*

Ditmari *Epiſcopi Martiſpurgenſ. Chron. Martiſpurg.*

Dominicus Arumæus *ad Aur. Bull.*

Eliæ Reuſneri *Genealog.*

Elias Schædius *de Dis German.*

Æneæ Sylvii *Hiſt. Bohem.*

Ephraimi Naſonis (*abeque dubio perſonati Autoris*) *Prodromus Sileſiacus anno 1665. editus.*

Erici Mauricii *Diſſert. de Nobilit. germ.*

Erneſti Brotufi *Chron. Martiſpurg.*

Erneſti Cathomanni *Conſilia.*

Franciſci Fabri *Sileſia.*

Florus.

Freybergers *Germania Reſtaur.*

Georgii Fabritii *Origines Saxon.*

Ejusd. Annales Urbis Miſn.

Georgii Seldeni Adel-Schild.

Georgii Schönborneri *Politicorum lib.*

Georgii Rittershuſii *Genealogia Principp. Imperii.*

Georgii Mundii *Tr. de Munerib. honorib. & Onerib.*

Georgii Springsfeldii *Tr. de Jure Apanagii.*

Gothofredi *Archontologia Coſmica.*

Golnizii *Compend. Geograph.*

Grammondus, *Continuator Thuani.*

Hartmanni Piſtoris *Quæſt. Jur.*

Helmoldi *Chron. Sclavonicum.*

Helwaderi *Sylva Chronolog. Circuli Baltici.*

Hermanni Conringii *Tr. de Finib. Imperii.*

Ejusdem de Judiciis Reip. German.

Ejusdem de Officialib. Imperii.

Ejusdem de Urbib.

Hermanni Kirchneri *Orationes.*

Hattyſeri *Annalyſis Jur. Feudal.*

Henricus Binnius *de ſtatu Region. Germ.*

Hornii *Introductio ad Geograph. antiq.*

Hubert. Giphanius *de Ordin. Judiciorum.*

Hugo Grotius *de J. B. & P.*

Huſani *Tract. de homine proprio.*

Jacobus Lampadius *de Republ. Rom. Germ.*

Joachimi Meiſteri *Gorlicenſ. Poemata.*

Jodocus Willichius.

Joh. Andr. Gerhard *de ſupremis in Imper. Rom. Judiciis.*

Joh. Prætorius von Erfindung der Schätze.

Joh. Bodini *Method. Hiſtor.*

Ejusdem de Republ.

Joh. Barclaii *Icones Animarum.*

Joh. Heinrichs Hagelganß Beſchreibung der Kayſerl. Erb-Lande.

Joh. Matth. Wakenfelds *Votum de Contro-*

troverſ. Sax. ſuper. Jur. præcd. in Dign. & ſucceſſ.

Joh. Garzon *de Reb. Saxon.*

Joh. Andr. Quenſtets *Dialogus de Virorum illuſtr. Patriæ.*

Joh. Surii *Præpoſiti Fuldenſ. Chronic.*

Joh. Boteri *Politia Regia ſ. Della relation univerſal.*

Joh. Erneſti Crameri *Diſputatio de Luſatia Anno 1651. Jenæ habica.*

Joh. Limnæi *Jus publ.*

Joh. Dubravius *Olomucenſis.*

Joh. Theodori Sprengeri *Pratenſ. illuſtrat.*

Ejusdem Jurispr. publ.

Ejusdem Lucerna modern. Imperii.

Joſias Nolden *de ſtatu Nobilium.*

Juſtus Lipſius.

Julius Cæſar.

Juſt. Sinold *de Collectis.*

Kayſerl. und Königl. Land- und Lehn-Recht *cum Addit. Zobelii.*

Kekermanni *Syſtema Politic.*

Lanſius.

Laurentii Pekenſteins *Theatr. Saxonic.*

Lazius *de Migrationibus popul.*

Lehmanni *Chronic. Spirenſe.*

Lottini *Theſaurus Sapientiæ politicæ.*

Matth. Wechneri *Obſervationes pract.*

Matth. Colerus *de Proceſſ. Executio.*

Martin. Rumelius *ad Aur. Bull.*

Magiri *Commentarius ad Ptolomæum.*

Martini Zeileri *Itinerarium Germ. cum Continuatione.*

Ejusd. Topographia Saxoniæ, ſuper. Thuringiæ, Miſniæ & Luſatiæ mit Kupffer-Stücken deutſch.

Ejusdem Epiſtolæ.

Mantuanus.

Matth. a Sudetis *de Origin. Bohem. & Slavorum.*

Matthiæ Quadens deutſcher *Nation* Herrlichkeit.

Matthiæ Dreſſeri *Iſagog. Hiſt.*

Ejusdem Tr. de Urbib. Germ.

Martin. Laudenſis *de Servitutib.*

Mercatoris *Atlas Maj.*

Matth. Stephanus *de Nobilitat. Civil.*

Melchioris Goldaſti *Tr. de Privilegiis Regni Boh. & circumjac. Provv.*

Mævius *ad Jus Lubecenſ.*

Ejusdem Tr. von Abfolge der Bauern.

Melchiæ Nehelii von Wittſtall *Chorographia Decennalis* oder zehnjährige Hiſtoriſche Erzehlung aller vornehmſten Geſchichten, welche von Anfang der Churfürſtl. Durchl. zu Sachſen Armee vom Jahre 1631. biß 41. ſich begeben, ſamt einer *Chorographiſchen* Beſchreibung derer Länder, in welchen dieſer Krieg geführt worden.

Nicol. Betſius *de Statutis, Pactis & Conſuetudinib. Nobilium.*

Ortelii *Theatrum Orbis.*

Otto Tabor *de Jure Cerviſiariæ.*

Ovidius.

Pantaleon von deutſchen Helden.

Pancratii Vulturini *Panegyricus Sileſ. 1566. Patavii editus.*

Pauli Merulæ *Coſmograph.*

Paulus Diaconus *de Reb. Longobard.*

Petr. Gregorius *Tholoſanus. de Rep.*

Petri Albini Meißniſche Land- und Berg-Chronicke.

Petrus Müller *de conventibus circulorum.*

Philippi Cluveri *Germania antiq.*

D. Philippi *Prof. Lipſienſ. Uſus Pr. Inſtit. Jur.*

Ptolomæus.

Plinius.

Polybius.

Pomponius Mela *de Situ Orbis.*

Quintus Curtius.

Raphael Volateranus.

Reineri Reineccii *Annales de Geſtis Caroli M.*

Rohanei *Ducis Trutina ſtatuum Europæ cum Not. Joſ. Arndii.*

Salomonis Roſelii *Dictionar. Geograph.*

Sauers *Theatr. Urbium.*

Schickfuſii *Chronicon Sileſiæ.*

Sebaſtian Kraiſer *de Jure venandi.*

Sebaſtian Münſteri *Coſmograph.*

Sleidanus.

Spangenbergs *Chronic. Saxonicum.*

Ejusdem Adel-Spiegel.

Ejusdem Sachſen-Spiegel.

Strabo.

Tacitus *de Morib. Germ.*

Tiraquellus.

Theatrum Europæum Abelini.

Theod. Reinking *de Regim. Sec. & Eccleſ.*

Trittheimii *Abbatis Spanheimenſis Annales Franc.*

Vechneri *Breviar. German.*

Vellejus *Paterculus.*

Wenceslai Hagecii *Chronic. Bohemicum.*

Wolfgangi Weinrichii *Chronic. Monaſterii Gernrodæ.*

Wolfgang Krauſens Stamm und Ankunfft des löbl. Hauſes zu Sachſen.

Zacharias Hermann *de Jure Patronatus.*

Accedunt:

Manuſcripti quidam Rerum Luſaticarum Codices & Collectanea, quæ inter Chriſtophori Manlii Gorlicenſ. Commentaria jam olim de Rebus Luſaticis conſcripta.

Item:

Ober-Lauſitzſche Landes-Ordnung.

Lehns-Ordnung.

Unterthanen-Ordnung.

Amts-Ordnung.

Cantzeley- und Gerichts-*Taxa de Anno 1597.*

Wayſen-Amts-Ordnung.

Privilegia der geſamten Lande *&c. &c. &c.*

und andere Ober-Lauſitzſche *tam Politiam quam Juſtitiam concernentes Conſtitutiones, Patenta & Privilegia.*

ABRA-

ABRAHAMI FRENCELII
V. D. M.
LUSATIÆ UTRIUSQUE
NOMENCLATOR,
EXHIBENS
URBIUM, OPPIDORUM, PAGORUM, MONTIUM ET FLUVIORUM NOMINA.

Æſticampium.

ÆStiCampium ſ. *Sommerfeldum*, apud *Chriſtophor. Manlium Rer. Luſat. lib. I. c. 11. & 15. lib. 6. c. 38. & 86.* German. Sommerfeld, Sorabis Semrin, oppidum Luſatiæ Inferioris. *Manlius R. Luſ. lib. 6. c. 114. Ann. 1482. annitente Georgio Stenio, ſedatum eſt bellum Marchicum, 16. Septembris, Camentii: ubi fuerunt una Principum Saxoniæ, fratrum, &* (Alberti *Electoris Brandeburgii Conſiliarii, Johannes Glogovienſis,* (Pribuſienſis) *& Georgius Stenius; tranſactum eſt hoc modo: Johannes reſignavit in manus Regis* (Matthiæ Huniadis) *oppida Ducatus Glogovienſis, Zulichium, Croſnam;* Sommerfeldum *Luſatiæ Inferioris, & Boberosbergam: illa Georgius nomine Regis, ut quidem* Cureus (*Annal. Sileſ. Part. 2. fol. 295. edit. German. Witenberg. anno 1587.*) *in vetuſtis chartis ſe inveniſſe ſcribit, pro dotalitio Barbaræ viduæ, quod fuit 50000. aureorum, tanquam* hypothecam, tradidit Marchioni. Atque ab eo tempore has urbes Marchiones Brandeburgii retinent. Confer. *Chriſtoph. Hartknoch de Repul. Polon lib. 1. cap. 3. p. 113. ſeq. edit. Lipſ. ann. 1698. Sam. Groſſer* Lauſitzſche Merckwürdigkeiten *III.* Theil *f. 91. ſeq. Nicolaus Henelius Sileſiograph Renov. cap. 7. p. 516. edit. Lipſ. anno 1704. Sommerfelda,* Sommerfeld, oppidum Ducatus Croſnenſis, ut quidam notant, cum e contrario alii inferioris Luſatiæ eſſe putent, ad *Lubiſcum* ſive *Lupum*, quem *Lupam* alii vocant, fluvium: itque ſitu non refragante: *loco* alioqui *ſitum amano, campus ut dici æſtivus jure mereatur.* Colles vicini vitiferi. Deflagravit hujus ſeculi anno nono (1609.) die Martii vigeſima nona, incendio ab anu improvida vaccam fumo curante, excitato. Schneider *Scrutin. Hiſt. Luſat.* Sommerfeld, ein Churfürſtl. Brandenburgiſches Städtlein, lieget zwiſchen den Städtlein Forſe und Naumburg, dafür das Flüßlein Lubus so etliche Lupa nennen rinnet: drey Meilen von Guben und Sorau. Wird von etlichen zu Schleſien gerechnet und ſoll vor alters mit ſeiner Zugehörung eine beſondere Herrſchafft geweſen ſeyn: Wem ſie aber damahls gehöret haben, iſt mir nicht wiſſend. Ann. 1411. und 1455. wird Sommerfeld in dem, denen IV. Städten in Nieder-Lauſitz ertheilten Privilegio, mit unter die Städte gezehlet, die zu keiner Zeit von einander getrennet, ſondern zu ewigen Zeiten beym Königreich Böhmen gelaſſen werden ſollen. So finden ſich auch zweyerley Meinungen, wie und auf was Maſſen dieſer Ort an Chur Brandenburg gelanget. Denn etliche ſchreiben, es habe Churfürſt Fridericus II. zu Brandenburg, da er ſich An. 1462. zu Guben mit König Georgen zu Böhmen verglichen, und ihm das Marggrafthum Nieder-Lauſitz abgetreten, ſich von ſolchem Lande die drey Städte, Cotbus, Peuzen und Sommerfeld vorbehalten; andere aber erzehlen das, was Manlius oben berichtet. Celebris eſt inter doctos *Johannes Rhagius,* (Rack vocabulo Sorabico, id eſt *Cancer,* Krebs) Doctor Theologus, Rhetor & Poëta laureatus excellens, *Sommerfeldenſis* ſeu *Æſticampianus*, cujus vitam recenſet *Manlius Rer. Luſat. lib. 7. c. 1.* Meminit ejus quoque *David Chytræus Chron. Saxon l. 3 fol. 91. edit. Lipſ. anno 1593.* Et *Mutianus Epiſt. 343* ap. *Cl Tenzelium Supplement. Hiſt. Goth. 1. p. 167. Hic eſt* (ſic ille ad *Urbanum*) *Æſticampianus poëta laureatus & cœleſtis Philoſophiæ Doctor: multa vidit, multa legit, diu docuit. Fuit Romæ, Pariſiis, & aliis in locis fama nobilitatis. Non eſt levis & amaſius, ſed maturus & gravis Theologus:*

Si

Si hunc honorabis, pertinebit honor ad veſtram gloriam; inſeret enim vos victuris monimentis. *Udalricus Zaſius* epiſt. ad *Thom. Wolphium juniorem* appellat *Johannem Æſticampianum, Academiæ Moguntinæ lumen primarium. Vid. Tenzel. Supplem. dict.* in reliquiis *Epiſtolar. Mutian.* pag. 1. Semrin vero nomen oppidi Sorabicum, natum videri poſſet ex parte priore vocabuli Sommerfeld: hoc eſt, ex Sommer, quod *æſtatem* ſignificat. Alii tamen illud ex 3. perſ. Semrie, verbi compoſiti Semriu, vel Semru, hoc eſt, *morior*, derivant, quod locus forte *obitu quodam ſeu peſte* inclaruerit, Thema mru, *morior*, ſterben.

Barutum. BARUTUM, Baruth, Barth, Sorabis Bart, vicus Luſat. Super. intervallo unius, & dimidii milliaris ſitus ab urbe Budiſſa, ad fl. Lobdam, ſeu Aquas Læbicas: ſedes avita *Baronum de Gersdorf*: jure nundinarum gaudens privilegioque Schriſtſaſſiorum, id eſt, e Cancellaria ſuprema acceptandarum literarum peculiarium & clauſarum. Videas ſic *Templum* & *palatium*, utrumque ſplendide exædificatum, & *capellam* venuſtiſſimam. Ferunt nonnulli, caſtrum ipſumque adeo pagum *ab Svevis* olim ſeu *Francis* fuiſſe conditum: qunrum ſententiæ ratio nominis accedit: Videtur enim *Barutum*, Barth ſeu Bart ortum ex antiquo Vocabulo Teutonico ſive nomine proprio maſc. Barutto, quod a Bar, id eſt *filius*: prius legitur ap. *Goldaſtum Rer. Alamann. Tom. II. Pars. I fol.* 137. poſterius ſæpe in *libro Heroum* (im Helden Buch) occurrit. Sed a Bar, Bertha quoque, id eſt, *filia, gnata*: veteres ſcripſere Berhath, Berata & Berchta, vid. *Goldaſt. l. c. f. 144.* Utrumque autem Bar atque Bertha primo ex Bären, pario, hoc autem ex Ebr. Chald. & Syr. בר *bar filius*, a quo etiam ברתה *filia*. Samarit. rad. ברא Arab. *immunis fuit.* Sicut ergo Bar & Bertha proprie *filius*, & *filia ingenua ſeu libera*: liberi enim ſunt liberi: ita Baruth, Bart, vel Barth, proprie ein frei Dorf, oder freier Ort: vel eines freien Sohnes Sitz, und Wohnung, id eſt, *immunis locus*, ſeu *habitaculum ingenui filii*. Sunt porro a Bertha nomina propria *maſcul.* Berthold, (olim Berahtolt, Beracholt, & *Bertoaldus*,) i. e der Berthen hold, qui favet puellæ ingenuæ: aut cui bene vult puella clara; Berterich, reich von der Berthen, dives puellis. Berthger, quaſi tu dixeris, gar der Berthen, totus puellæ deditus, & Berthiland, vel *Bertelandus*, regio gnatæ: *Bertemundus*, der Berthen Mund: *Berthelmus*, Helm der Berthen *Bertfredus*, Friede der Berthen, & *Bertefuſus*, Fuß der Berthen. Præterea a Bertha ſunt hæc nomina priſca, & *propria* quidem *fœmin. Alemannica*: Berchtrat, Berthrath, der Berthen Rath: & Berthgart, Berthild, quaſi tu hodie dixeris, Berth gar, & der Berthen Hold, id eſt, *plane filia mea*: & *filia blandula*, &c.

BELEGORUM, ſeu *Belgora*, Belgern, Sorab. Biela Hobra, olim Biela Gora, pagus Luſat. Sup. in diæceſi Grædicenſi, ſic dictus, quod ſit ſitus ſub monte calvo, rupe alba & ſaxis candidis referto. Nam Bielus, a, e, albus, a, um, & Hobra, ſeu Gora, mons. Sedes nobilium a Ziegler & Kniphauſen. Bellogerum.

BELSCHWITIUM, Belſchwiz, it. Ebendörfel Bielſcheze, Ebendörfel, *a planitie*, (von der Ebene) quod a tergo, pagi juga montium Sudetorum, quorum ultimus, proximus *Lubanus* (Luben) eſt, omnino deſinant. Belſchwitz ex Sorabico Bielſcheza, & hoca Biely, a, e, Sorab. *albus, a, um*, ſicque latine *Albulam* dixeris, & Germ. Weißdorff. Credam *a betuleto* contiguo ſumptam fuiſſe rationem nominis: quia betulæ ſunt candidi ligni arbores: aut quod ultra pagum *nigricantes montes* non occurrant. Ad Senatum urbis Budiſſinæ, a qua tertio milliaris quadrante diſtat, ſane quondam pertinuit: uti teſtantur *Annales Urbis* ad annum 1421. nunc Decani Budiſſinenſis patrocinio floret. Belſchvvizium.

BELVITIUM, Belwiz, Bieleze, pagus ad Aquas Læbicas, dimidio milliari infra Læbaviam, in diœceſi Kitlicenſi: peculium Nobil. a Rükart: a Biely a e, *albus* weiß. Germanice ergo Weißdorf vertas. Belvitium.

BERGA, (1) Berge, Sahor, vel Zahor, id eſt, *ultramontanus* pagus, hintern Berge: ſic quidem dictus a Sorabis vicinis terræ Miſnenſis, qui ſupra Sprowam fl. degunt: nam alii ſa, za ſcribunt, *ultra* hinter, & Hobra, mons, Sorabis Germanis ſimpliciter Berge, quod ſit ad radices montium Sudetorum, in loco editiori conditus. Berg enim *montem* vocamus. (De *Zaboriis*, genere hominum ſpeculantium abdita & lateotia, vid. *D. Johannes Adamus Oſiander in Theol. Caſ. Part. II. cap. 1. pag. 861* ſeqq.) Peculium eſt *Cœnobii Stellæ Mariani*, Sorabos incolas habens, frequentantes ab antiquo templum Poſtwicenſe. Anno M DCC V. febris maligna *omnes matresfamilias*, lacus pagi inferius inhabitantes extinxit: memorabilis quoque caſus eſt, quem ſibi in hoc pago obtigiſſe, io *Poſtillis Baldnanis* his verbis annotavit *Michael* Schwach ſecundus a reformatione ſalutifera eccleſiæ Poſtwicenſis præco ſacer: Anno 1633. acht Tage nach Michaelis, kamen die Berga.

Kayſer-

Kayſerlichen ins Land (Ober-Lauſitz) plünderten im Lande allenthalben: Bey Beege fieng mich die Schildwache, und wolten (ihrer zweene kappen; thäten mich zwiſchen Pferden von einander, legten mir groſſe Schmertzen an, als wolten ſie mir das männliche Glied abſchneiden, dachte auch nicht anders, es wäre geſchehen: fiel für todt nieder unter den Pferden. Darnach führeten ſie mich in Reks Matthes Hauß bunden mich mit der rechten Hand in das Riegel-Loch, die lincke dähneten ſie aus, und wolten mit Strohwiſchen über mich: da fället ihr Roß eines in Keller, da ſie dem aushelffen muſten, da halff mir GOtt davon. Es regnete ſehr denſelben Tag: nach dieſem bin ich mit meinen beyden Söhnen, Jungfrau und Kindlein, (die ſich ſelbige Nacht dem Oberſten, der im Pfarrhauſe quartierete untergeben, aber endlich auch kaum beym Leben blieben) bey Nacht in die Stadt (Budißin) gegangen, und durch Hülffe meines Sohns eingelaſſen worden. Vor Martini nahmen die Kayſerlichen die Stadt wieder ein und ich zog mit denen Meinigen vor Weyhnachten wieder heraus, da dreſchte ſich die Plünderung den gantzen Winter, biß ſie den 2 May 1634 die Stadt und Kirchen anzündeten, da der Churfürſt im Anzuge war: (2) *Berga*, Bergen, Sorabis **Hohra**, vicus dynaſtiæ Hojerswerdenſis, diœceſi ejusdem oppidi incluſus: latine, vi etymi, *Montem* ſonat, an per antiphraſin? nam planiciem campeſtrem pratis viridantibus veſtitam occupat. Quam fluvius *Elyſter* perſæpe inundat, & mole aquarum pene obruit.

Bernhardi. *BERNHARDI civitas* ſeu *urbecula*, Bernſtadt, & vulgo Bernſtädel, quod ſit oppidulum parvum: quondam etiam Bernsdorf, id eſt, *Bernhardi* pagus, a vicino pago Alt-Bernsdorf, quod in ejus agro excreverit Sorabis **Bernadzize**, ſive **Benadſize**, per Syncopen ex eodem nomine *Bernhard. M. Salom. Hausdorfius*, Paſtor deque eccleſia Chriſti, & hoc oppido quam optime & præclare meritus in *Conc. Incendiaria ſua circa fin. edit Sitavia anno 1689.* **Bernſtadt** iſt unſers Städtels Nahmen von alters her. Zwar ſoll dieſer Ort, nach Abgang der Wendiſchen Völcker nur ein Dorff geweſen ſeyn, welches **Herr Bernhard von Biberſtein**, der auf dem ſogenanten Hutberge zu Schönaw gewohnet, nach ſeinem Nahmen Bernhards- oder wie es kurtz ausgeſprochen wird **Bernsdorf** genennet, und hernach aus dem oberſten und beſten Theile deſſelben ein Städtel erbauet, und ihm den Namen **Bernhartsſtadt**, oder **Bernſtadt** gegeben haben ſoll. Ich aber erachte, daß ihm anfangs der Nahme **Bernsdorff** geblieben: dahero zum Unterſchied, der übrige Theil des Dorffes, **Alt Bernsdorf** geheiſſen worden, welchen Nahmen es noch führet; und iſt gleichſam als eine Vorſtadt am Städtel, und reichet an dem Waſſer, (zu beyden Seiten) herunter biß auf Schönaw. So lieget bey **Lauban**, ein **Alter Lauban**: bey **Löbau** ein **Alt-Löbau**, bey **Seidenberg**, ein **Alt Seidenberg**. Die alten Raths-Inſiegel lauten alſo: *Sigillum oppidi Bernhardsdorf.* In einer alten Bulla zu Rom unter dem Pontificat Joh. XXII. A. D. 1322. datiret, wird es *Perenarzdorf*: Vom Biſchoff Rudolpho zu Meiſſen aber, der ſelbige Bullam unterſchrieben, **Bernsdorf** genennet. In einem Briefe, darinnen der Rath und Gemeine allhier denen Huſiten Treu und Glauben zugeſaget, datiret Anno 1430. ſchreiben ſie alſo: In GOttes Nahmen, Amen: Wir Bürgermeiſter und Geſchwornen, und die gantze Gemeine der Stadt Bernsdorff, bekennen öffentlich mit dieſem Brieff allen und jeglichen die dieſe Schriffe leſen und hören: alsdann unſer Finde den Heero der Weiſen in unſer Stadt kummen, und fiengen uns in der Befeſtigung unſer Kirchen, die wir beſatzt hatten, &c. In einer andern Bulla, ebenfalls zu Rom Anno 1339. und im V. Jahre des Pontificats Benedicti XII. datiret, heiſſet es Civitas Bernardi, Biſchoff Johannes aber zu Meiſſen, in einer Bulla zu Stolpen Anno Domini 1497. d. 3. Aug datiret, nennet den Rath allhier zu zweymaln, *Burgimagiſtrum & conſules oppidi Bernſtad.* Jetzo der Privilegien und andern Documenten zu geſchweigen: indeſſen weil es doch nur ein Städtel, obs wol vormahls, integris adhuc privilegiis in viel beſſern Stande mag geweſen ſeyn, nennet mans insgemein Bernſtädtel, und zürnet deßwegen niemand. Igitur non attendendus *Schneiderus in Scrutin. Hiſtor. Luſat. Part IV. ſub tit.* **Bernſtädtlein**; D. Johann Francke ſchreibet in dem Fragmento ſeines Lauſitz. Chron. es ſey der Ort vom Marggraf Albrechten zu Brandenburg dem Beer um die Zeit, da die Wenden in dieſer Gegend bekrieget, vermuthlichen erbauet: weil der Nahme faſt hierzu ſtimme, und er ſonſten von den bewährten Hiſtoricis für ein Urheber der Städte und Schlöſſer Berlin, Bernau, Beerwalde, &c. Derer Benennung gleiches Urſprungs zu ſeyn ſcheinen, gehalten würde. Diſtat oppidum ab urbe Læbavia, uno: a Gorlicio & Sittavia altero: a Budiſſina quarto: quinto a Lubano, & ſeptimo lapide a Camenicia: anneq; *Polsnica* (Plüſſen) alluitur: & poſſet a quatuor videlicet ab *Æde ſacra*, crucis forma exſtructa: *panni* nitidioris factura: *serevisia* de hordeo coctæ bonitate, & *agris* fertilibus commendari. Seculo XIV. hoc eſt, intra annos 1330. & 1350. (Anno enim 1320. teſtantibus Chronicis dynaſta *Johannes Biberſteinius*, montis Schœnavici poſſeſſor fuit: ſed anno 1350. *Cunegunda* Abbatiſſa cœnobii quatuor ruſticorum prædia in pago Bertsdorf, ſoluta pecunia

BIBLIOTECA NAZIONALE TORINO

coëmit: reliqua enim prædia jamjam cœnobio attributa erant,) ad πρεσβεῖαν Cœnobii Stellæ Mariæ pervenit una cum octo pagis, qui diſtrictus una vocabulo *Circulus liber*, Germ. der Eigen, it. der Eigniſche Feeg-Crenß vocatur. Aliquoties (an. 1430. 1469. 1614. 1637. 1644. 1661. 1671. 1677.) incolas oppidi Vulcanus hoſpes duriſſimus inviſit: & noſtra quidem memoria, anno denique 1686. d. 20. Novembris, quo ſupra ſesquicentum & novem privatas ædes, turrim templi, Diaconi, & Præceptorum ædificia, curiam, officinam cereviſiariam, duas apothecas hordearias, & horrea decem ac novem in cineres convertit. De hoc incendio ſupra laudati *Rev. Hausdorffi*, tale extat.

I. *ἐξισομνημεξοτετράστιχον*:

QVINqVe qVater ſoLes ſpectarat LVna noVeMbrIs:
Et tVa VVLCanI tigna fVrore rVVnt,
TVrresqVe o Bernſtat, bInæ sIC Ira poLarChæ:
In transgreſſores, qVIs ferat? Igne fVrIt.

II. Chronodiſtichon duplex:

BernſtaDt In CIneres Verſa eſt trIſtesqVe rVInas:
qVAs DefLent nati DVRIter atqVe patres.
HIs ſerVato tVI IesV ſoLatIa VerbI:
pertrIſtes tantVM qVoD reCreare poteſt!

Bernsdorfum. BERNSDORFUM, Bernsdorf, Sorab. Niſchichow, (1) pagus ſpatio unius lapidis infra Camentiam: pertinens ad diæceſin templi ejusdem urbis cænobiani: putarim dictum quaſi Bergensdorf, a Bergen, *abſcondere*, quod ſit lacus aptus recipiendis hominibus reculisque, cum ſuperiora arva camposque Mars furioſus deprædatur & expoliat. Niſchi enim *inferiorem* ſonat, & Chow, ſeu Chowani, abſconſionem. Thema Chowam, abſcondere, recondere. (2) Bernsdorf, ſive Alt-Bernsdorf, Stare Bernadjize, hoc eſt, *Vetus Bernsdorfium a Bernhardi* nomine ita appellatum, pagus vicinus *oppido Bernhardi*, quem *Polſnica* amnis medius ſecat.

Bertsdorfum. BERTSDORFUM, Bertsdorf, (1.) Ober-Bertsdorf, vulgo, Bettelsdorf, pagus ſupra Bernhardi civitatem, peculium Baron de Gersdorf. (2). Nieder-Bertsdorf, it. Bertsdorf ſimpliciter, Sorabis Bartow, infra civitatem Bernhardi, ad amnem Polſnicam: Stellæ Mariæ pagus. (3) Bertsdorf, dimidio lapide ſejunctus vicus ab urbe Sittavia, cui paret. Vulgo a *Bertoldo* conditore derivant: quid ſi a Bertha, ſimplici nomine, villæ vocatæ fuerint, id eſt, filia: (v. *Barutum*) quod ſint quaſi filiæ dynaſtarum, recentiores villæ, ex qua, tanquam ex matre natæ & productæ ſunt, & filiarum inſtar ei ſubjiciuntur. Sic enim Ebræis בנות *banoth filia* etiam, reſpectu ſuæ metropoleos dicuntur oppida, pagi ac villæ, *Num. 21, 25. Joſ. 17, 16. Judic. 11, 26.* &c. *Glaſſius Rhetor. Sacr. tr. 1. cap. 9. p. 1195. edit. Jen. anno 1668.*

BESCOVIA, Besko, Beskau, Sorab. Beskowa: Luſatiæ Inferioris ad Sprevum fluvium, & *Biberſteiniorum* quidem olim: poſt *Epiſcopa Lebuſenſis*: & rurſum *Marchionis Brandeburgici*, jure oppignorationis, oppidum, *Maulius Rer. Luſ.* lib. 1. cap. 12. clarum lacu permagno, & piſcoſo, cui Scharmützel nomen. Idem lib. 1. cap. 20. Aliis melius Peſchowa, (lege Peßchowa) cum p. it. Pesko & *Peſcovia* ſcribitur: nomen enim a Peß, Poß, vel Pieß, id eſt, canis, ortum: quorum priora duo vocabula ſunt linguæ Sorabicæ atque Bohemicæ, ut tertium Polonicum eſt: & ex verbo Sorab. Bohem. Polon. chowam, id eſt, ſervo, obſervo, recondo: item alo, nutrio. füttern, quod canes alere in gratiam dynaſtæ ſui, cives oppidi teneantur: nunc vero onus illud atque debitum ære ſoluto in fumum abiit. Sorte ergo ea quodammodo pares incolæ Peſcoviæ is fuerunt, de quibus *Herodotus* lib. 1. p. 78. *Canum Indicorum tamen in gratiam præſidis Babylonis alebatur multitudo*, ut ad *præbenda eis cibaria, quatuor in Babylonis urbis planitie magni vici attributi eſſent, aliorum tributorum immunes.* Hinc non male *Alumnam earum*, aut canis urbem, Germ. Hunds-Stadt, vi etymi. *Peſcoviam* vertas. *Schneider. Scrutin. Hiſt. Luſat. Part. IV.* Anno 1576. haben XXVIII. unter die Superintentur alhier gehörige Prieſter ſich der Formulæ Concordiæ unterſchrieben. Man findet hierinn den Walſtein oder Beinbruch, auf mancherley Art, als einem Arme, Beine, Finger, &c. gleich, welcher ſonderlich denen heilſam iſt, die einen Arm oder Bein zerbrochen haben: Man ſoll auch einsmals alhier einen dergleichen Stein gefunden haben, der einem Menſchen ähnlich geweſen, und Arme, Beine, &c. gehabt.

Bescovia.

BIELA, Biela, Bielam. Biela Sorab. pagus Gorlicæ urbis ad Niſſum fl. diſtinguitur in Ober vel Hoberne Biele, & Wendiſch Biele, Ex adj. Biely, a, e, *albus, candidus*; Itaque Germanis Weiſſenheim, lat. *Albula.* Biela.

BIELOSCHGA, Bieloſchka, Sorab. id eſt, *Albula*, Weißig, pars pagi Tetzſchwicii, infra Hojersverdæ oppidum, in diæceſi Colmenſi: *ab aquis albis rivuli* ita dicta; Biely enim *albus*, Sorabis: conſtat una domuncula hortulani, & duabus moletrinis, Bieloſchca.

letrinis, quarum una Hydromyla, & altera Mola alata ſeu Pnevmatica eſt.

Bieſigium. BIESIGIUM, Bieſig, Sorabis Pieſk, aut Piſek, id eſt, Sandhauſen, Glareo-villa: Pieſk enim Sorabis, & Piſek Bohemis, *arena, ſabulum, glarea* ſand: Arenoſa autem terra ſic primum comparet, deſcendenti ex Reichenbachio, a quo non longe diſtat, ad partes Boreales. Sedes hodie *Noſticiorum* eſt, a Vulcano anno 1715. voracibus flammis miſere conſumpta.

Bieſniga. BIESNIGA, ſeu *Bieſnicium*, Bieſniz, Sorabis Bieſniza; Groß und Klein-Bieſnitz, Wulka a Mala Bieſniza, pagi duo agri Gorlicenſis, ad radices montis Landescronæ: Germanis proprie Laufenhauſen, (wohin man vom Berge leicht laufen und etwas holen kan,) a Bieżu, ſeu Bieżim, *curro*, laufen, Sorab.

Boblicium. BOBLICIUM, Bobelz, Boblz, Sorabis Bobelze & Bobelze, pagus ſui juris quidem, & Senatus Budiſſinæ urbis protectionem venerans: Hortulanos duos tamen xenodochium ſibi vendicat: diſtat ab urbe intervallo dimidii milliaris ac templum S. Michaëli ſacrum ruſtici frequentant: unde Germanis vel Blaſendorf, aut Brüllerheim, Polonis enim Babel & Sorabis olim Bobel. ſeu Bubel (a quo Bublink, *globulus*, ein Knopf am Rocke) & Bohemis Bublinka, *bulla*, eine Waſſerblaſe. Denique thema Bublin. Bohem. Bublati, *murmurare, ſtrepere.*

Bohovium. BOHOVIUM, Halbendorf, Bohow. pagus, milliari uno & dimidio ſupra Budiſſinam, ad pedes Sudetorum montium: puto *per antiſtachon* ſic dici, pro Pohow, & hoc *per epentheſin* literæ H pro Pow, quod vulgo pronunciari ſolet loco Pol, id eſt, *dimidium:* rivulus enim medium fere ſecat, atque diſterminat: alias tribus eſt dicatus eccleſiis: *Portwicenſi* Sorabicæ: & *Croſtenſi, Cunewaldenſique* Teutonicis: tribus *dominu* paret ac obſequia præſtat: *Pro-Marchioni, Decano,* & *nobilibus* nuper *Noſticiis:* tempore antiquo partem ejus ad Senatum *urbis Budisſinæ* pertinuiſſe, *Annales* ad Annum 1421. nos docent.

Boravia. BORAVIA, Borau Sorab. Borau, id eſt, (proximi) *pineti villa*, Fichtendorf, in diœceſi Nidana, infra Oſtricium peculium Kiſewetterorum, Bor *ſylva pinea, pinetum*, Sorab. Polon. Borowize, Bohemis *idem.*

Boricium. BORICIUM, Borlz, melius Poritz ſeu Poritzſch: (al. Potatſch, vid. D. Carpzov. Analect. Fact Zittav. P. III. c. 14. 10) Sorabis enim olim Parieza, hoc eſt, *ſecundum fluvium* Niſſam conditus pagus: Am Fluß: vel am Neuß-Fluſſe herab gelegen: ex Po, præpoſ. *ſecundum, juxta;* & Rieka, *fluvius*, vocab. Sorabicis Sittaviæ urbis curæ accedit anno 1375. Anno autem 1484. ἰχθυοτροφείοις ſeu piſcinis ampliſſimis ornatur.

Boſancium. BOSANCIUM, Boſankwlz, Boſankeze, iſt eſt, *villa Sambucea*, Holunderaw. Boſanki, *bacca Sambucea*, Holunderbeeren; Thema Bos, *Sambucus*, ein Holunderbaum, peculium Senatus urbis Budiſſinæ: a qua ad dimidium lapidis vere ſejunctum eſt.

Breidendorfium. BREITENDORFUM, Breitendorf, (1) pagus dimidio milliari infra Læbaviam, in parocha Citticenſi: dotis loco datus parocho: Sorabis Wujesd, *ab exitu ſeu egreſſu* ſic dictus: Wujesd, enim Sorabis, (Wujezd Bohemis,) *diverticulum, exitus, egreſſus*, eine Ausfahrt: prope ſilvam enim betulis conſitam, & colles ſitus eſt: quibus ſuperatis, planities ejus & arva patent, exitusque viarum multarum. (2) Breitendorf, Sorabis Brietnat (a Breit, *latus, protenſus*,) pagus dynaſtiæ Hojersverdanæ: liegt in der Länge und Breite herunter, an Gebäuden und Aeckern.

Breſena. BRESENA, Breſen, (1) Sorabis Brieſow, quaſi Birkenaw, pagus in agro Budiſſinenſi, diſtans ab urbe tertio quadrante milliaris: Brieſa, *betula*, Sorabis & Brieſowy a. e. adj. *betuleus*, Birkicht. Hinc Brieſow; betulis enim veſtita tota vicinitas eſt. (2) Breſen, Brieſena, in diœceſi Gothana, infra Budiſſam, ad ripas (pſchi Brieſe.) Aquæ Læbicæ: ex Brew, Breh vel Broh *littus, ripa, margo aquæ.* (3) Breſen Sorabis Brieſeze ex Brieſiza, *betula*, eine Bircke, Birckenhauſen, in diœceſi Grædicenſi (4) Brieſchke, Sorabis Brieska, ex diminutivo Brieska, quod a Brieſa, *betula*, peculium præfecturæ Hojesrverdanæ, in diœceſi Serchenſi. (5) Brieſing, Brieſenkze, ex eodem Brieſa, *betula*, pars pagi Colmenſis, in territorio eodem Hojersverdano: *betulis* enim *tribus quatuorve*, tanquam earis ejusdem loci arboribus, veſtitus eſt. (6) Brieſing, Sorabis Brieſenka, in paræcia Gauſſicenſi ſupra Budiſſam: Germanice item vertas Birkendorf, quod ſit ex eodem ſæpius dicto Brieſa, id eſt, *betula*, nomen ortum.

Buchwaldum. BUCHWALDUM, Buchwolda, Bukownia, ex Buk, fagus, eine Buche: (1) *in diœceſi Baruthana*, ad Aquas Læbicas, peculium *Baronum de Gersdorf:* aula pagi flammis bis in cineres converſa eſt, Anno 1584. die 13. Julii: & Anno 1609 die 30. Auguſti. (2) Villa *Toparchiæ Hojersverdanæ:* Sorabi incolæ templum Serchenſe frequentant. (3) pagus *dynaſtiæ Muſcovianæ* ad Niſſum ſitus. Anno 1711. die 22. Octobris undecim ruſticorum villas & unam hortu-

lani domunculam, ſubitaneo exorto igne amiſit.

Budiſſa. BUDISSA, *Budiſſin*, & *Budiſſina*, ſic paſſim metropolin Luſatiæ Superioris Hexapolitanæ appellat *Ditmarus Chron. Merſeburg* lib. 5. ſ. 53. & lib 6. ſ. 63. 67. 73. & 105. edit. Francoſ. ad Mœn. an. 1580. *Budeſin*, *Joh. Aventinus* Annal. Bojor. lib. 7. f. 541. edit. Baſil. an. 1580. *Budiſinum*, *Stanislaus Sarnicius* Annal. Polon. lib. 6 c. 2. fol. 1048. edit. Lipſ. Germ. Bautzen, Sorabis Budiſſin, ſeu Budiſchin: ceterarum urbium nomina iſtæc ſunt, *Gorlicium*, *Sittavia*, *Lubanum*, *Camenicium*, & *Lebavia*: in locum poſtremæ falſo *Gubenam* inferioris Luſatiæ civitatem, ſubſtituit *Philippus Cluverius* Introduct. Geograph. lib. 2. cap. 13. p. 152. edit. Lugdun. an. 1627. Et fertur tale de iis *Abrahami Golnicii* judicium: Bautzen die gröſſeſte: Görlitz die ſchöneſte: Zittau die reicheſte: Camitz die fetteſte: Lauban die kleineſte: Löbaw die älteſte. Alii *illuſtrem* quendam *Baronem* ſic ſenſiſſe perhibent: *Budiſſæ* tribuendam eſſe gravitatem: *Gorlicio* liberalitatem: *Zittavia* civilitatem: *Laubano* bibacitatem: (ſed *Tacitus* de morib. Germ. c. 22. ſcribit: *Diem noctemque continuare potando, nulli Germanorum probrum*:) *Camentia* ſagacitatem: & *Lebavia* frugalitatem. *Budiſſinam* cum *Dresda optimum oppidum Potentiſſimi Electoris Saxonici eſſe*, ait *Dn. Heiſſius* Gallus in *Hiſtoire de L' Empire lib. 6. c. 10. edit. Pariſ. an. 1684. v. Acta Erud. Lipſ. 1685. p. 393.* Die edle Haupt-Stadt Budiſſin im Marggraffthum Ober-Lauſitz, *D. Georg. Henr. Götze*, *Miſcell. Conc. Part. I. p. 516.* Diſtat urbs dimidio lapidis a præaltis montibus Sudetis, ædificata in planicie, maximam partem ſuper cautem duriſſimam & abruptam: atque muris, aggeribus, foſſis, propugnaculis, imo & ab ipſa natura ſatis, munita eſt. Hinc perſæpe etiam difficillimas ac diuturnas fortiter obſidiones pertulit: ad occidentale latus *Spreva* fluvio inter præcipitia rigatur: igne crebro in cineres ſubſidens, ſemper pulcrior ſplendidiorque ſurrexit: cives alit pietate, juſtitia, doctrina, morum elegantia atque ſvavitate, liberalitateque & philoponia præclaros: prætereaque *ſex memorabilia oſtendit*: I. *Ædem* auguſtiſſimam, D. Petri, in qua, rariſſimo exemplo & Lutherani Orthodoxi, & Romano-Catholici diſtinctis horis ſumma pace, publicam ſuam religionem exercent. II. *Arcem* vere Regiam. III. *Dicaſterium* provinciale ſupremum. IV. *Scholam* percelebrem. V. *Machinam aquaductoriam* artificioſiſſimam; & VI. *Hydromylam* ſedecim rotis * frumentum permolientem, cui parem fere Europa haud habet. De *etymo* diſcrepant eruditi. I. *Chriſtoph. Manlius* Rer. Luſ. l. 1. c. 6. ita: *De Budiſſinæ etymo nota eſt vulgi narratio, Baronem Bohemicum loci Dominum, cum uterum ferret ejus uxor*, ſi filium, *id quod maxime optabat ipſe, ederet, inde oppido nomen fore, quodammodo voviſſe: mare nato*, Budiſſinam *vocatam urbem: qua vox lingva Heneta idem ſonat ac ſi diceres* (Bude ſyn) ſi erit Filius. *Alii regem, cum obſtetrix nunciaret de uxoris partu, ibi edito, quæſiviſſe ajunt*, filius ne eſſet? *atque inde loco nomen factum.* II. *Æmilius* lib. 5. [illegible] *hoſpitalitatem Budiſſinenſium reſpiciens, a celebri illa in fabulis anu*, Baucide, *etymon urbis ludens deducit*:

> Jamque ubi quarta dies roſeo decedet olympo,
> *Baucenii* tanget mœnia veſtra ratis.
> Mænia quæ liquidis gelidus *Sprea* præterit undis,
> Subque cava largas rupe volutat aquas.
> Forſitan hæc veteri tenet urbs *a Baucide* nomen,
> Hoſpite qua ſummus Juppiter uſus erat.

Hæc *Manlius*. De *Baucide* legatur *Ovidius* Metamorph. lib. 8. v. 634. ſeqq. *Jacobus Ticinus Epit. Hiſt. Roſenthal. cap. 7.* num. 67 p. 258. Budiſſina, *ſi etymi rimemur originem, Slavicum nomen eſt, ex ſequenti eventu huic loco proveniens: Comes quadam Czechica (ut habet Frencelius Pater) cum de jaciendis urbis fundamentis deliberando ſitum ejus regionis Sprea flumini adjacentis ſecum ipſa perpenderet multum gravida, partuique vicina, & de hærede maſculo ſolicita, in has Bohemicas voces erupiſſe fertur*: Bude ſyn, *quæ tantundem denotant, ac ſi latine dixiſſet*, Erit filius, *ille videlicet infans, quem materno etiamnum utero incluſum circumfero. Illa igitur verba Anno Chriſti 958. Ottone I. rerum potiente, urbi conditæ nomen indiderunt, ut ſecunda in tertiam vocalem immutata, Germanice* Budiſſin, *vel* Bautzen, *Wendice* Budeſſen, *latine* Budiſſina *hodiedum cognominetur; ſita eſt ea civitas loco peramæno, mænibus cingitur, caſtroque in colle extructo, longe lateque ſpectabilis efficitur; incolas habet variis artibus & ſcientiis excultos: & quod inde conſectaneum eſt, politis, humanamque converſationem decentibus moribus commendabiles, &c.* Sic etiam *Annales Budiſſinenſes fere*: Anno 958. hat Burggraff Wezla die im Jahr 921. durch Aufführung des Schloſſes angefangene Stadt, vollends auch aufbauen laſ-

* Am Riethor zu Arnſtadt in Thüringen iſt eine Mühle mit XVI. Gängen, Anno 1572. von Graf Günthern, den ſtreitbaren erbauet, Der Fluß Rodaun treibet eine Mahl Mühle in der Stadt Dantzig mit XVIII. Gängen, Jo. Chriſtoph. Olearius Syntagm. Rer. Thuring. Part. I. p. 5.

loſſen: und ſeinem Gelöbniß ein Gnügen gethon: denn er kurtz zuvor ſeiner Gemahlin, ſo ſchwangee geweſen, verſprochen, zu dem Schloſſe eine Stadt zu erbauen, wofern ſie einen Sohn gebähren würde, in Böhmiſcher Sprache lauteten ſeine Worte: budeli ßen, dahero hat nachmahls die Stadt den Nahmen Budiſſin bekommen. Et f. 359. *Hieronymus Emſerus* giebet vor, daß Budiſſen erſtlich ein offener Flecken geweſen, der von denen Sorabis oder Wenden zum Städtlein gemacht, nachmahls aber Anno 958. von einem Böhmiſchen Burggrafen, ſo Wezlau geheiſſen, der ihr auch das Stadt-Recht zugebracht, mit Mauren und Thoren gebauet worden. Als ſeine Gemählin, die ſchwangeres Leibes geweſen, durchgefahren, und den Bau beſchauet hat ſie nach dem Nahmen gefraget, und als ſie keinen rechten Beſcheid bekommen, weil die Stadt dazumahl noch keinen Nahmen gehabt, hat ſie auf Böhmiſch geſagt: Pan budeli ßen, Herr, wird das, ſo ich in meinem Leibe trage, ein Sohn ſeyn ſo ſoll das auch eine Stadt werden; und als ſie GOtt mit einem jungen Sohn erfreuet, hat ſie durch ihre Beyſteuer und Hülffe die Stadt erbauen laſſen: es iſt auch darauf derſelben, von ihren Worten her, der Nahme Budeſſin gegeben worden. *D. Caſparus Peucerus Idyll. Patria, v. 108. ſeqq.*

Poſt aliquot ſed ſecla, ubi Franca potentia lapſa,
Nudavit ſolitis hæc loca ſubſidiis.
Niſſa iſta iterum ceſſit provincia dudum
Vicinis populis præda petita feris.
Arcem Bojemus prior & pugnacior armis
Maturis fecit deditione ſuam.
Urbemque adſtruxit, gravida de conjuge adimplens
Votum: ſi ſoboles maſcula nata foret.
Nam partu primo facilique enixa maritum,
Poſſeſſa fecie ſoſpes in arce patrem.
Hinc ubi a voto tractum poſt nomen inhæſit,
Quod rogat, *ut fatum det Deus eſſe marem.*

Repetit quoque eam fabulam *Schneider. Scrutin. Hiſt.* Luſat, Part. IV. cap. Budißin. III. Alii aliter tam de conditæ urbis anno, quam etymo ſentiunt. *Caſpar Peucerus Idyllio citato* ad marg. Budiſſina (urbs) circa annum Chriſti condita DCCC. Arx (Ortenburg) annis CL. ante *Annales Budiſſ. MSC.* Der *Monachus Pirnenſis* will von Erbauung dieſer Stadt (Budißin) für gewiß affirmiren, ſolche ſey um das Jahr Chriſti 882. von einem Mähriſchen oder Slaviſchen Fürſten Budeſſintio, der dem Böhmiſchen Hertzoge Hortivitio, von der Mutter her, befreundet geweſen, erbauet worden, und daß auch ſie von ihme den Nahmen habe: welcher dieſen tractum regionis eine eben lange Zeit beherrſchet, bis daß er endlich von dem Böhmiſchen Hertzoge Spitigneo des Hortivitii Enckel, einer Rebellion halber im Jahr 927. vertrieben, und dieſer tractus regionis wieder zum Hertzogthum Böhmen geſchlagen worden. Sed de *Budisſintio*, nihil quod ſciam, rerum Bohemicarum ſcriptores: pauciſſima etiam de *Spitigneo*, utpote quem brevi admodum Spatio principatui præfuiſſe, perhibent *Æneas. Sylvius Hiſt. Bohem.* cap. 14. *Jo Dubravius Hiſt Bohem.* lib. 4 p. 117. ſeq. Boregk Böhm Chron. fol. 41. Accedit, quod annum acceptæ a Bohemis Luſatiæ *Bartholomæus Scultetus* Gorlicenſis, aliique DCCCC poſt natum Chriſtum, ſubductis rationibus faciant. IV. B. D. *Benjamin Leuberus*, quondam *Elect. Saxon. Conſiliarius ac Fiſci Procurator, Juriſconſultus, Hiſtoricus, Philologus*, dum viveret, *clariſſimus*, ſimpliciter ex Buda vel Bauda, voce *Sorab. Bohem.* & *Slavonica* denominatam Budiſſinam hiſce contendit *Libro de Marchion. Luſat. Super. cap. 1. f. 4.* Daß Budſetz und Ortenburgk ein Nahmen, und jenes Sorabiſcher oder Slaviſcher, dieſes aber deutſcher Sprach ſey, iſt aus deme abzunehmen, daß die Soraben, Slaven und Zechen, denen von ihnen auf den Grentzen, oder an den Waſſern, oder an Waſſerfurten aufgebauten Schlöſſern, Burgken, Schutzörtern, und Grentzörtern, ſolche Namen gegeben haben: alſo iſt das Schloß und der verwahrte Ort, wider ihre Feinde in Böhmen Anno 678. aufgebauet, Budetzſch genennt worden *Hagecius* in Chron. Bohem. Part. I. p. 5. in Anno 678. Buden, ein Schloß oder Ort an dem Waſſer der Eger, *Hagecius* Part. I. p 67. in Anno 881. Budin oder Buda in Ungarn, ein verwahrter Ort oder Schloß an der Donaw: Budweiß, ein Ort oder Schloß an der Multow wider die Bayern: Budweiß in Mähren, ein Schloß oder Ort, wider die Oeſterreicher und Ungern; und alſo heiſt auch Budſetz, ein Grentz-Schloß, Grentz-Hauß, Grentz-Burg Ort-Burg, Ortenburg, eine Burg am Orte, an der Grentze des Landes, oder zum Schutz des Landes an der Sprew: und eben dannenher iſt das alhier zu Budeßin, an der Stadt und an der Sprew gelegene Schloß oder Hauß, welches vorhero die Francken und Deutſchen Ortenburg genennet haben. *Peucerus* in Idyllio v. 19. 33. 64. 65. *Annales Budisſinenſes* in exordio, & in Anno 1400. von denen Sorben-Wenden, Milzenern, &c. Budſetz, Budſeß. Budtzen, und von denen Deutſchen und Meißnern, &c. mehrere Zierlichkeit in der Ausſprache zu geben, Bautzen benennet worden: hat auch ſolche beyde Namen Ortenburg

burg, und Budtzen, Bautzen und Budiſſin, promiſcue und publice langr Zeit geführt. *Annales Budisſinenſes* Anno 1400. 1405. 1483. 1505. 1516. 1538. 1564. & in Appendice, n. 3. 4. circa fin. *Chriſtophorus Manlius Gorlicenſis* lib. 7. Rer. Luſatiar. p. 100. 101. 145? Und hindert nichts, daß das Wort Budiſſin nicht gleiche Syllaben im Schluß, mit dem Warte Budſetz hat; auch daß der Name Budiſſin auf andere Maßr von einer beſondern Hiſtorien, (deren *Peucerus* in *Idyllio* v. 110. 111. 112. 113. und *Manlius* lib. 1. Commentar. Rer. Luſat. p. 8. gedencken,) vom gemeinen Mann hergeführet wird; denn die vielen und mancherley nationes, nemlich Francken, Lauſitzer, Sorben, Wenden, Zechen, Deutſchen, Meißner &c. welche alhier zu Lande gehau'et haben, deren hat ein iedwederer ſolches Wort nach ſeinem dialecto, und Art zu reden, und zu ſchreiben, verdrehet ausgeſprochen, und fürgebracht, und aus Budſetz, Budſen, Bautzen, Budiſſen und Budiſſin gemachet. So wird auch ermeldte Hiſtoria, wie gedachten Orts *Manlius*, ein gebahrner Lauſitzer und Görlitzer ſelbſt bekennet, vor keine gewiße Sache und Hiſtorie, ſondern vor eine bloße alluſion gehalten. Aſt quid vetat, unius ejusdemque nominis & vocabuli dari poſſe plures alluſiones? Hactenus *B. D. Leuberus.* Nos (V.) hypotheſi ſingulari Viri *ἐν ἁγίοις*, Budiſſinam eſſe *Budſeciam*; peculium illud *Witekindi Magni*, miſſa: probamus quidem (1) ex Buda, voce ſumptum eſſe nomen *Budiſſæ*; itemque (2) nomen utrumque, tam *Arcis* Ortenburg, quam *Urbu Budiſſæ*, eandem obtinere vim atque ſignificationem: addimus tamen (3) hoc poſterius Budiſſin, compoſitum nobis videri ex vocabulis Buda, Sorab. Polon. (Bohemis Bauda ſonat,) id eſt, *arx caſtrum*, & ex adverbio ſem, id eſt, *huc*, ſeu *huncce in locum.* Urbem itaque primo Budaſſen vel Baudaſſem, dictam fuiſſe ſentiam, & denique Budiſſin, *εὐφωνίας ἕνεκα*, item Baitzen, id eſt, *Caſtrum huc!* ſeu *hunc in locum exſtruamus nos arcem!* ſicque utriusque nominis Ortenburg & Budiſſin eadem vis ac ſignificatus. Porro etymi, quod nos docuimus, cauſa hæc quidem fuit: ſita erat Arx olim e regione ſeu ultra fluvium Sprewam in colle, poſtea dicto Preicz, Preirzberg, & Pratzſchberg; diſplicuit autem dynaſtæ populoque (*Teutones* miſtas cum *Sorabu* fuiſſe certum omnino eſt,) caſtrum illud antiquum: & conſilio habito decrevere, ut in citeriorem Sprewæ ripam ſuper collem, ad latus pagi Koſcheze, (unde etiam Koſchwitz, pars ſuburbii auſtralis) transferretur. Teutonum ergo vox tum fuit, hier Ort der Burg! & Soraborum, Preicz tam, Puda ſem! id eſt, *procul hinc; Hic ſit locus caſtri civitatisque!* dictum factum: ruit antiqua moles, cæptumque tum nomen Preicz vel Preiczberg: atque arx nova tumque urbis primordia, tres, uti ferunt *Annales*, tabernæ exædificatæ ſunt, nimirum Anno 650. Tabernæ vero Anno 800. ædificiis plurimis auctæ formam urbis ampliſſimæ acceperunt. Denique ut utraque utriusque populi vox *μνημόσυνον* apud ſuos haberet perpetuum, omnes conſenſerunt, ut Teutonum vox hier Ort der Berg, eſſe *Arcis* Ortenburg Soraborum vero Buda ſem, (a quo Budiſſin) *urbu* æternum nomen. Et hæc quidem de Ortenburgi & *Budiſſæ* etymo, mea ſententia eſt: quam in rem ex parte ita *D. Caſparus Peucerus* Idyllio Patria:

Arx (*Ortenburg*) prior eſt ipſa multoque vetuſtior urbe,
Teutonicæ prodens nomine gentis opus
Adverſi ptimum ſtetit inque cacumine montis,
Diruta ceu liquet quod modo nomen (Preiczberg) habet.
Ex uſu caſtrum reprimendis hoſtibus aptum:
Quod vocis Sorabæ (Preicz) parte priore notat
A Sorabis etenim, (qui ſucceſſere vetuſtis
Olim Hermunduris) ædificata fuit.
Hanc bello excidit *Francus* * flammiſque cremavit,
Non oportuno quod ſtetit illa loco.
Conſtruxitque ultra vallem meliore profundam
Sede aliam, excelſo præcipitique ſitu.
Solis ad exortum ſubter habente Suevo:
Qua nulli acceſſus difficilesve patent,
Molis at exuſtæ monumentum inſigne prioris
Ad ripam gelidi fluminis Heſpetiam
Eminet, in ſummo proclivum vertice dorſum,
Congeſtis inſtar collis, ab aggeribus.
Entenſo in longum tractu, quod ſurgit in altum,
Cui cinerum cumulus, cui ruderumque ſubeſt.
Luſato arcem igitur Sorabo, Zechio, atque Polono,
Oppoſuit Francus * limite contiguo,
(* unaque Sorabus)
In quo concurrere ſuis hi finibus omnes,
Diverſas quamvis incoluere plagas.

Ac.

* Francis tum immiſtos Sorabos fuiſſe; tanquam confœderatos, diſerte probat nomen Preicz, vel Preitſchberg, quod quidem cæpta peractaque excifione arcis, demum natum arbitror.

Ac foſſis *ſeptum* ** vallo circumdedit alto,
(** Corrupta exemplaria habent *ſeptem.*)
Militis auroram verſus ad excubias,
Securas præſtare vias, villasque tueri,
Cujus ab immiti cura latrone fuit.
Quin & tres ſtatuit, caſtrum foris ante tabernas,
Hoſpita defeſſo tutaque tecta viro,
Poſt aliquot ſed ſecla, ubi Franca potentia lapſa,
Nudavit ſolitis hæc loca ſubſidiis.
Niſſana iſta iterum ceſſit provincia dudum
Vicinis populis præda petita feris.
Arcem Bojemus prior & pugnatior armis
Maturis fecit deditione ſuam.
Urbemque adſtruxit. - -

Bunitium. BUNITIUM, Bünnewitz, Sorabis Boneze, aut Buneze, pagus Luſat. Super. tribus quadrantibus milliaris ſupra Budiſſam, ad pedes montis Lubani exædificatus; pars tutelæ ac curæ Senatus dictæ urbis & ab antiquo in diœceſi eccleſiæ Poſtwicenſis. Ex Bugny, voc. Bohem. Sorabis Buſny olim, i. e. *petulans procax*; proprie *erra, vagabundus.* Radix Bujam, Polon. (idem quod Biehaм Sorab.) *vagor, evagor:* Forte quod libere & ſine impedimento montis proximi, hic detur excurſus in planities agri camposque, Germ. Freygang, vel Freygangsdorff.

Caczca. CACZCA, ſeu *Katzſchka*, Sorabis Kacżka, id eſt, *Anas, νῆσσα*, die Ente: nomen montis altiſſimi omnium Luſatiæ Superioris, ſiti in agro Budiſſino inter pagos Meſchwitz, & Kunewalde: exhibet apex ſupremus ejus ἐρείπια ſive rudera multa *delubri* atque *aræ: Ara* ipſa ſeu menſa, nondum plane diruta, lapidum grandium plurimorumque cumulum ſiſtit: *delubium* autem partim petra protenſa præaltaq;, partimq; lapidibus aliis ingentibus exædificatum fuit. Credam ſtructuras illas veteres *Sorabos* idolis ſuis feciſſe: proximam enim partem montis Praſchiwa, ſeu Praſchwiza adhucdum vocant Rachelenſes Sorabi, id eſt *Oraculum* ex verbo Praſchu, Praſchau, i. e. *quæro, interrogo, conſulo.* Et hæc quidem petras *quinque* conſpiciendas præbet: quarum *tres* tanquam muri præalti protenſique admodum, una cum ruderibus ſuis horrorem ac pavorem fere incutiunt intuentibus. Ejusmodi delubrum Oraculumve extitiſſe etiam omnino credam in altero vicino monte, ſito inter pagos Kleindähſe & Jcjeſchk, Germanis, der groſſe Stein, *Saxum Ingens.* Petra ampliſſima ſummaque ibi viſitur, muro nunc disjecto, munita olim ſemicirculari longo præter propter paſſus octoginta & tres.

CALENBERGUM, Kahlenberg, Sorabice dixeris, Liſcha Gohra, pagellus diœceſeos Czaſtenſis in finibus Luſatiæ Super. auſtralibus: juris ſui, ſoluto pretio libertatis. Traxit nomen a *colle* proxime adjacente, *nudo arboribus.* Calenbergum.

CALOVIA, Germ. Calau, Calaw, & Calow, it. Kale, & Kalow, Sorabis Kalawa, ſexta & ultima confœderatas inter civitates Luſatiæ Inferioris: *Ch. Manlius Rer. Luſat.* lib. I. cap. II. *Inferioris quoque ſeu minoris Luſatiæ ſex numerantur oppida præcipua confœderata & ipſa:* Lucca, *quæ vox lingua Heneta* pratum *ſignificat:* Gubena, Sommerfeldum, Sprembergum, Lubinum, (*Willichio* Lubenum,) & Calovia, *quam* Calvam *vocabat Melanchthon. Hæc enim diſerte in Wenceslai & Sigismundi Regg. privilegiis hoc ordine recenſentur, regno Bohemiæ,* (nunc Ducibus Saxonicis) *immediate ſubſunt omnia, præter* Sommerſeldum *Johanni Marchioni Brandenburgio ſubjectum.* Confer *Idem lib. 6. cap. 38.* Nomen Kalawa Kala, &c. non quidem a Kahl, *calvus*, voce Germanica ducendum autumarim: non enim probari facile poteſt, conditores priſcos urbis fuiſſe Teutones: ſed referam ad Kal, ſubſt. id eſt, *limus*, it. *fex, ſedimentum vini, cerevifiæ, & aliorum liquorum:* vel ad verb. Kalam, *luto, lutulo, limo, limare*, vocabula Slavica ſunt, quæ a Polonis & Bohemis nunc, quoniam olim noſtra fuerunt, repetimus: ſane autem ideo Calawa, ſeu *Calovia* hinc ducta eſt, quod hic ſit *tellus limoſa*, alibi vero arenoſa: Sorabis equidem etiam Kalam, aut Koln, *fodio, pungo, ſtimulo*, & Kalawy, *pungens*, ſtachlicht, & Polonis Kole, *fodio:* aſt hæc tamen cauſam nominis præbere non videntur. *Schneider. Scrutin. Hiſt. Luſat. Part. IV.* Calau oder Calow ligt 2. Meilen von Lückau, an dem Flüßlein Dober, davon nicht fern daſſelbe bey Dobermünde ſich mit der Spree vermiſchet. - - Ihr Anfang und Name iſt Wendiſch, und einerley mit dem Namen, der, nicht von Tokai weit, in Ungarn gelegenen Veſtung Calo, davon *Martin. Zeiler.* Ungr. Königr. Beſchreib. p. 356. zu leſen. Das fürnehmſte Gebäude hierinnen iſt die Pfarr-Kirche mit einen hüpſchen hohen Thurme, den man auf 3. Meilen weit ſehen kan: in welcher Deutſch, (weil die meiſten Einwohner der Stadt, Deutſcher Nation und Zungen) auch zugleich Slaviſch, weil viel Wendiſche Dorffſchafften hier eingepfarret, geprediget wird, und unter denen auch jede Nation ihre beſondere Kirchen-Diener hat. Calovia.

CAMENTIA, Camentium, & *Camitium*, Camenz, Sorab. Kamienz: Urbs Luſat. Super ad Elyſtrum (Nigrum) tribus a civitate *Budiſſina*, ſex a *Lœbavia*; novem a *Gorlicio* & *Sittavia*; & duodecim a *Lubano* mil- Camentia.

milliaribus diſtans. De etymo & conditu ejus ita *Chriſtophorus Manlius Rer. Luſat. lib. 1. cap. 5. De* Camitio *hoc tantum cives narrant, a nobilibus* Camitiis *olim in monte vicino habitantibus oppidum denominatum; cum antea a* tribus cauponis *loco nomen eſſet: qua appellatio poſtea in alium pagum inter Budiſſinam & Camitium ſit translata:* Heslæ *prius Slavico nomine celebrem.* Hæc ille. Sed *Hesla* nomenclatura nunc quoque ſupereſt: Sorabi enim ſua lingva pagum **Haßlow** vocant ab **Haßlo**, Polonica & Sorabica voce, id eſt, *teſſera militaris:* qui Germanis **Drey Kreʒſchem**, *a tribus* Cauponis, quarum una juris Budiſſinenſis, reliquæ duæ nobilium peculium ſunt. De *Camitii* porto Vocabulo accuratiores *Annales urbis* nos ita docent, ſcilicet nomen urbis non quidem a Toparchis, dictis *Camitiis* eſſe: ſed Toparchas a *Camitia* urbe cognomen accepiſſe ſuum: ſuiſſe autem eos origine ac natione Rhenenſes, annotavit *Crugius* in *Collectan. Lauban.* Vetus oppidum, a tribus cauponis dictum, conditum fuiſſe, ait *D. Leuberus libro de Marchionibus Luſatia*, Anno Ch. M C XLII. eo combuſto ſupra petram ſedem ſuam locumque juſſu ac voluntate conditoris *Bernhardi de Veſta* ſortitam urbem eſſe, Anno Chriſti MCCXXV. alii habent annum MCCLV. ſed ſalſo:) indeque *Camitium* vocatam, quod **Kamen** idiomate Sorabico ſit *lapis, rupes, planities ſaxea, cautes:* Polonis **Kamien**, *idem:* vel **Camenʒ**, Sorabis **Kamienʒ**, quod **Kamaniʒa** (Polon. **Kamienica**) ſit *domus lapidea & cæmentila:* quamobrem **Kamienʒ**, **Camenʒ**, *Camitium*, proprie *civitas, quæ ſit rupi vel cauti impoſita*, Germ. **Felſen-Stadt**, **Steinheim**, **Felſenburg**; ſic Ebræis etiam a *petra*, בית־צור Bethzur, Joſ. 15, 58. Et Germanis a **Stein**, **Königſtein**, **Hohenſtein**, **Lichtenſtein**, **Sonnenſtein**; & a **Fels**, **Drachenfels**, **Lichtenfels** **Rheinfels**, **Weißenfels**, **Wildenfels**. Porrò apud Polonos quoque **Kamieniec**, *Caminecium*, Podolia urbs: & apud Miſnicos, **Chemniʒ**, urbs: & apud Luſat. Super. in Principatu Gorlicenſi, **Chemniʒ** pagus, &c. ex eodem **Kamen** vel **Kameniʒa**. Denique conſtructa atque exædificata urbe *Camencia*, & nomine novo, de quo hactenus, decorata, placuit amodo Toparchis ut ſeſe *Dominos de Camenz*, ſive *Camitios* ſcriberent, quorum proſapia tandem nomenque tempore Belli Huſſitici, in *Borſone* ultimo expiravit. Urbs ipſa vero libertate ſua donata Anno MCCCC.LVI. Budiſſinæ, Gorlicio, & Læbavio confæderata eſt; juſſu atque autoritate Caroli IV. Imperatoris, quo ipſo Luſatia Superior *Tetrapolis* tum vocari cæpit. Sed placent etiam verba Annalium recitare: **Die Stadt Camenʒ iſt** erbauet warden durch den geſtrengen und erbaren **Bernhard** von Veſta, (oder von der Veſte) ſein Sohn auch **Bernhard** genannt, hat ſie an einen andern (itʒigen) Ort verſetʒet; auch die Kirche, ſo durchs Feuer beſchädiget, aufs neue laſſen weihen, in der Ehre der heiligen Apoſtel Philippi und Jacobi, durch Brunonem II. (ſecundum ordinem XXI. Epiſc. Miſnenſ.) Stifftern der Kirchen S Petri zu Budißin, im XVII. Jahr ſeines Bißthums, Act. d. 19 Maji. Anno Chriſti M.CC.XXV. Hieraus kan man beyläufig abnehmen, wie lange die Stadt geſtanden; die Herren der Stadt wurden ſonſt auch Freyherren und des Geſchlechts der Edlen Herren von Gräfenſtein genennet, deren Wappen (einen ſchwartʒen ausgeſpreußten Flügel im gelben Felde) die Stadt auch, ehe ſie Böhmiſch worden, geführet: ſie haben gewohnet auf einem Schloße, an und vor der Stadt gelegen, welches hernach aus Rath der andern von Land und Städten, damit es nicht die Hußiten einnehmen möchten, erkaufft worden vom letʒten Herrn Borſo von Camenʒ, der hierauf geſeßen, mit Zulaſſung Kayſers Sigismundi, Anno M. CCCC. XXXII. bald darauf iſt das Schloß abgebrochen, und die Stadt davon befeſtiget worden. Plura de *Camentia*, *Manlius Rerum Luſat: lib. 6. c. 138.* Et *Samuel* **Groſſer Lauſ. Merckw** Part. III. fol. 60 61.

CANITIUM, **Kaniʒ** vel **Kanneniʒ**, Canitium.
Sorabis **Kanaza**, nomen (1) pagi milliaris prope ſpatio poſiti ab urbe Budiſſa ad Euri partes: paretque eidem. Germanice dixeris **Geiersdorf**: **Kania** enim *milvum* ſonat. (2) *Familia* nobilis a **Kaniʒ**, ex eodem **Kania**: quod *milvi* pennam clypeus ejus exhibeat. Vulgus pictorum ſculptorumque pennam *pavonis* pingit fingitque, ſed falſo quidem.

CHEMNITIUM, **Chemniʒ**, vulgo Chemnitium.
Chemlitʒ, *per antiſtachon*, Sorabis **Kamienʒ**, etymon vide in *Camitium*; peculium Baronum de Gersdorf, vicinam oppido **Bern-Städtel**.

CISELITIUM, **Kiſeliʒ**, Sorabis **Koſ-** Ciſelitium.
leʒe olim: pagus dimidii lapidis intervallo ſupra Gerlicium ad Niſſam, in diæceſi **Wendiſchoßig**. Germanice vertas **Hügelsdorf**, aut **Hugelhauſen**: nam **Koslo**, plur. **Kosle**, Sorabis, *tumulus, collis, monticulus*. Utuntur voce eadem Poloni, & Slavo-Tartari: ita enim *Martinus Broniovius* libro de *Tartaria* fol 5. *Cosles ſeu tumuli*, (apud Tartaros) *vulgo Mogilii*. Sunt etiam ex **Koslo** ſeu **Kosle**, plur. **Kislingswalde**, **Kißdorf**, olim **Kislingsdorf**. pagi ad pedes collium, aut in tumulis poſiti. Et **Kieling**, *Ciſlingius*, nom. famil. id eſt, *collis ſeu tumuli habitator*, **ein Hügeler oder Hügel**: quamobrem illi errant, luduntque, quibus *Ciſlingii* tanquam *Petreoli* dicti ſunt, quo voca-

vocabulo milites Teutonicus a Macedonicis Alexandri Magni ſatellitibus vocatos fuiſſe ſentiunt Methodius ac Gloſſator ſpeculi Saxonici, eo quod Saxones eſſent a Saxis ſic nuncupati. Confutavit hos jam pridem *Albertus Cranzius*, vid. *Petr. Albinus Chron. Miſn.* in *Præfat. de voce* Bieslo plura in Origin. Lingv. Sorab. lib. 2. cap. 2. p. 665. ſeqq. vid. infra in *Coſela*.

Citlicium. *CITLICIUM* Kitliʒ, Sorabis Betliʒe (1.) pagus Lœbavia dimidio milliaris ſpatio ſejunctus: quoudam (anno 1594.) *Tzezlwitiis*, nunc *Gersdorfiis* atque *Hundiis* paret. Germanice nominabis Keßelsdorf ex Kotel, ahenum: Es liegt wie ein Keſſel abſchüßig ins tieffe. (2) Familiæ nomen, dominorum a Kitliʒ: Kitliʒ, ergo Keßler, Teutonice: ex eodem Kotel, ahenum, dim. Kotlik, idem: quod ahenum (alii modium falſo pingunt) tanquam præcipuum ac primum agalma ſit in inſignibus Kitliciorum. Hinc errat qui de Kitliciis apud Henelium *Sileſiogr. Renovat. Part. II. c. 8. p.* 504. Es iſt kein Zweifel, daß erſtens nur der Uhr-oder Büffels Ochſe im Wapen (otter von Kitliʒ) wird zu ſehen geweſen ſeyn, An.Chr. 1408. Johannes III. de gente Kitlicia, Baruthi dominus, Miſnenſium præſul XXXV. qui ante triennium ætate confectus, conſenſu collegii dignitatem cognato ſuo, Decano Miſnenſi, Timoni, de generoſa Kitlitiorum familia reſignaverat, obiit Budiſſinæ 10. Cal. Martii, conditus in cœnobio Franciſcano, ut habet Supplementum Chronicorum Miſnenſium Fabricii. Extat adhuc tumulus ſaxeus humillimus, ſolo nimirum æquus in choro templi, nunc ſiculi, ante ſummum altare, in quo viſitur effigies epiſcopi, & ad dextram Kitliziorum inſigne, krus niger, *MODIUS* (*legas ahenum*) & ſub eo trabes obliquæ alternatim rubræ & albæ, ad ſiniſtram Agnus Dei Epiſcopæ Miſnenſis δεῖγμα: Inſcriptio talis eſt: *Anno Domini MCCCCVIII. die 10. menſis Februarii obiit Dn. Johann Kithliz, Epiſc. Miſn. Plura de Kitliciis* Nicolaus Henelius in Sileſiograph. cit. Part. I. c. 6. p. 503-512.

Colma. COLMA, Colm, Sorabis Boinʒa, Boinʒe it. Konʒ & Konʒe; Teutonice veras Kieferßhauſen, Kieferheim, nam Boina & Boiʒa Sorabis; Polonis Choina, pinus arbor eine Kifer. Dantur autem Colmæ ſeu Boiʒe plures per Luſatiam ſuperiorem (I.) Cunnersdorf, Sorabis Koinʒe, pagus oppidi Bernhardi, ad cujus diœceſin pertinet, latus occidentale attingens. Fliſnicius amnis medium ſecat, & ſic dicitur a pineto (Koine vel Koina,) cauponæ vicino, qui Teutonibus der Ketelbuſch.

(II.) Weiß Colm, Biele Koinʒe, prædium remotum milliaris intervallo unius ab Hojeriwerda. Spreæ fluvio tranſitum præbet, ac Labiorum dominio ſubjacet.

(III.) Colm, Colmen, ſchwartz Colm Sorab. Czorne Koinʒe, it. Majaur Koinʒe & Koinʒe ſimplicier dynaſtiæ Hojerwerdanæ pagus, in confinio Miſniæ, æde ſacra (cujus filiam Teizelwitium ſiſtit) & domo parochiali elegantiſſime conſtructis gaudet, pineto undique veſtitur: cognomina Czorne (nigrum ſchwartz) & Maſaur (ſchmerichte) a pice liquida ſeu axungia cinata ſunt, quam in fornace ſuo non longe a pago, ruſtici excoquunt & conficiunt. Anno Chr. 1702. die 30. Jan. hora ſeptima poſt occaſum ſolis exorto incendio ſeptem villæ & horrea una cum omni ſupellectili & frugibus in cinerem & fumum convertuntur.

(IV.) *MALA* Koinʒa, klein Coinʒ, Micropinus, uno leucæ ſpatio ſupra Budiſſam, cujus ſenatui paret, in diœceſi Poſtwicenſi.

(V.) Wulla Koinʒa, Groß Coinʒ non longe diſſitum a Mala Koinʒa: Pencigiorum peculium, qui Pilzæ ſedent, Ruſtici eccleſiam Poſtwicenſem frequentant.

(VI.) Cunnerwiʒ, Sorabis olim Koinʒe, pagus infra Landescronam, montem, ad dimidium lapidem ſupra Gorlicium, in diœceſi Jaurnicenſi.

COLONIA Cöln, Sorabis Kolna, it. Kol. Colonia. now, Germanis proprie Schupfenaw, vel Schupfenhauſen: pagus, diœceſis eccleſiæ S. Nicolai in urbe Budiſſina ad dimidium lapidem hinc ſejunctus, partimque Capitaneo Provinciali, & partim Decano ſubditus eſt, & Kolna vel Kolnia, id eſt ſuggrundia, protectum an Schupfen: Kolne autem a Kol, voce Sorabica & Polonica (Boden, Kül,) id eſt palus, ſudes, ſtipes: quod ſit tectum ſtramineum plerumque duobus quatuorve ſuffultum ſtipitibus. Videtur autem conditorem pagi virum plenum humanitatis fuiſſe: Colnæ enim nomen prædio ſuo imponere voluit, eo quod paruit æquale hoc eſſe vicino pago ſui nominis Welko (groß und klein Wölke,) es ſey nur ein Schupfen gegen Grosdorf. Huic enim (Welkunviæ) a Welky, Bohem. Wielki, Polon. Wulki, Sorab. id eſt, magnus, amplus, gros, appellationem antiqui attribuerunt.

COMOROVIUM Komoran, Commeran, Komorow Comorovium. Sorabi Komorow (1) Pagus Luſatiæ ſuper. in diœceſi Neſchwicenſi, juxta viam publicam medius inter Königswarthe & Witgenaw. (2) Komorow in diœceſi Clixenſi: duobus milliaribus a metropoli Budiſſa, prædium dynaſtæ in Kaupe & Klix, hoc eſt, Dn. Chriſtophori Friderici de Gersdorf. (3) Komoren dicitur etiam lingua Sorabica, Senftenbergum, Senftenberg, caſtrum atque oppidum Marchionatus Miſnenſis. Et (4) Commern aliis Gommorn, præfectura Elect. Sax. in finibus Magdeburgicis. Hoc quidem poſtremum a Cimbris ſeu Gomeriis ſic vocari opinatur Petrus Albinus Chron. Miſn. Tit. 2. p. 45. mallem incunabula Vocabuli in lingva Sorabica quæſiviſſet: Sorabis enim Poloniſque Komor, Bohemis Komar, culex, κώνωψ eine Mücke,

abhinc ergo **Commern** ſeu Gommern, item **Comeran, Komorow**, ꝛc. quaſi tu dixeris Germanice **Mükkendorf, Mükkenheim, Mükkenſtadt**, cauſas nominis credam ſuppeditaſſe ipſasmet locorum conditiones, quod paludibus ſcateant putidis & langvidis, aptisve ad generandos alendosque culices. Ceterum tria priora loca his epithetis vulgus Soraborum diſcriminare ſolet: Seftenbergam vocant **Sly Komorow**, malum Comorovium, alterum ſive Clixenſe, **Dobry Komorow**, bonum Comorovium, & tertium, hoc eſt, Keſchwicenſe, **Roſtochann Komorow**, diſcerptum Comorovium, quod dynaſtæ olim injuria atque vis male incolas tractaverit & fere diſcerpſerit.

Corſa. *CORSA*, **Kirſche, Kirſchau**, Sorabis **Korſem**: pars inſpectionis Decani Budiſſinenſis, ſita in confinio Bohemiæ & Miſniæ ad Sprovium fluvium, uno ſupra dimidium milliari a Metropoli Budiſſa: nomine vocatur compoſito, quaſi tu dixeris **koriſſo kſemi**, inclinat ad terram Vectium **Korin** Sorab. (Polon. **Karze & Korzem**) ſubmitto me, ad pedes alicujus jaceo; & ſemia, terra: profecto quod ad pedes montium & collis radices ædes hic collocatas videas: Germanice ergo apte nuncupes, **Ecdneige**. Fuit olim ad latus auſtrale pagi, in loco edito, denſisque veſtito arboribus munimentum ſeu caſtrum, cujus rudera, muri, & meatus ſubterraneus hodieque ſuperſunt: everſum autem eſt A. C. 1351. & 1359. quam in rem ita Chriſtophorus Manlius rer. Luſat. lib 6. cap. 20. Anno 1351. (ſic etiam Annales Gorlicenſes) Corſa arx a Sittavienſibus reliquarum urbium ope, nec non Svidnicenſis Ducis auxiliis & ductu, capta & diruta eſt. Annales Sittavienſes referunt hoc ad annum 1352. & menſem Novemb. denique Annales Budiſſinenſes ad annum 1359. Nos igitur ſic conciliamus, ſentientes primo arcem Corſam captam dirutamque fuiſſe anno quidem 1351. vel 1352. menſe Novembri; interea dynaſtas loci nuper fuga elapſos, anno 1358. quo Sittavia ſoluto ære liberata a manu ac poteſtate Rudolphi Saxonici, Bohemiæ rurſus inſerta eſt, arcem denuo inſtauraſſe, ea ratione, cum maxima pars agri ejus ſit ſita ultra Sprevam in terra Rudolphi Saxonici, quod crederent, ſe ſuamque jure meritoque non ad Bohemum, ſed Saxonem pertinere: itaque cauſam eam fraudemque deteſtantes Luſati, ne fines regionis coarctarentur, iterum Anno 1359. arcem inſtauratam Corſam aggrediuntur, captamque funditus evertunt atque exſcindunt. Confer. nunc D. Jo. Bened. Carpzovius Analect. Faſtor. Zittav. Part. II. cap. I. fol. 178.

Coſela. *COSELA*. **Coſeln** vel **Keſeln** Sorabis **Koslow**, aliis **Kenlow** pagus Luſatiæ ſuper. (1.) in parœcia Poſtwicenſi, a metropoli Budiſſa lapidis ſpatio ſejunctus, triplici ſubeſt dominio ac poteſtati, Pronarchionis, Decani & Senatus Budiſſini, nomen accepit a **Kosle**, vel **Kozlen** i. e. a tumulis colliculisve; copiam enim tumulorum ad latus occidentale pagi congeſtorum magnam paſſim conſpicimus: dixi de hoc etymo, & *Coslia in Orig Lingv. Sorab. lib. 2. c. 2. p. 665.* nunc addemus teſtimonia in gratiam eorum, qui ſepulcra Soraborum hos tumulos collesve ſeu Coſle fuiſſe ſentiunt, quibus nos accedimus; quia tumulis hujusmodi collibusque factitiis Luſatia ſuperior dives eſt, permultis autem ratio, ob quam congeſti fuerint, ſatis non conſtat. In rem ergo etiam *Erneſtus Bratuſius Chron. Merſeb. cap. 14.* **Umb die Stadt Merſeburg ſind viel** tumuli **und kleine Hügel in Feldern geſchüttet und aufgeworffen, aus fünfferley Urſachen: zum erſten, daß man auf etzlichen die Nacht- und Schar-Wache gehalten: Zum andern, daß man ſich des Tages darauf könne umbſehen; denn die alten Heyden keine Thürme noch Kirchen im Felde noch in den Dörfern gehabt: Zum dritten, ſo haben ſich etzliche alte heydniſche Herren darein begraben, und darauf verbrennen laſſen: Zum vierdten die alten Heyden, als die Schwaben, Wenden, haben ihren Göttern auf dieſen Hügeln geopfert, und daſelbſt angebetet: zum fünfften, ſo haben auch etzliche heydniſche vornehme Geſchlechte ſolche Hügel in die Felder, Höltzer und vor die Dörfer aufſchütten laſſen, welche ſie für ſich und ihre Geſchlechte zum Begräbnis gebraucht. Derer findet man viel in der** Sorben **und** Hermundurorum **Lande, das iſt Meiſſen, zwiſchen der Elbe und Saale, und in Thüringen, Sachſen, Lauſiz, und ſonderlich umb Lüneburg, in der alten Marck, Saltzwedel, und im Haltze, wenn man jenſeit Jlenburg vor Mükruhm gegen Torga zeucht, und an andern viel Enden vor den Wendiſchen Dörfern.** *Lic. Garmannus de Miracul. Mortuor. lib. 3 tit. 2. p. 968. Sepulcra olim principum (1) circa radices montium erant (2) his oſtentationis cauſa* acervos lapidum indebant: ac (3) *denique montes factitios ſuperſtruebant.* Tertiam ac ultimam *Bratuſii* cauſam confirmat etiam *Johannes Hubertus de Fulſt in Hiſt. Palan. lib. 1. c. 4.* Cracus (Poloniæ Princeps) quum per multum tempus bene ac feliciter regnaſſet, obiit tandem & e conſpectu Cracoviæ ultra Viſtulam in monte Laſſotino, aggeſto inſtar montis tumulo, (quemadmodum ipſe mandaverat,) ſepultus eſt, extatque in hunc diem usque is tumulus haud procul a delubro, quod D. Benedicti nomine vocatur. Refert eadem *Johannes Dlugoſſus Hiſt. Pol. lib. 1. fol. 53.* ſimilisque ubi de ſepultura Vandæ, *ib. fol. 57. Herodotus lib. 1. p. 39.* In Lydia eſt Halgattis, Crœſi parentis ſepulcrum, cujus baſis e grandioribus eſt lapidibus, reliqua ſepulcri pars terræ aggeſtæ moles eſt. Quod ſepulcrum conſtruxiſſe ferunt homines circumforaneos atque operarios, & una cum his adjuvantes ancillas. *Athenæus Dipnoſoph. lib. 13. cap. 11. f. 234* hæc habet: *Clearchus lib. 1. rerum amatoriar.* Gyges Ly-

dorum

Digitized by Google

dorum rex, inquit, non ob vivam ſolum amicam, (concubinam) celebris ſuit, cum ſe ipſum ac ipſius totum imperium in illius manum tradidiſſet: verum etiam ea mortua, omnes Lydos congregans, tumulum illum in Lydia accumulavit, qui nunc etiam Amicæ cumulus nuncupatur, in altitudinem elevatus: ita ut cum ipſe regionem circumiret, quæ eſt intra Tmolum, undecumque verteretur, tumulum aſpiceret, atque omnibus Lydiam habitantibus eſſet conſpicuus. Et lib. 14 c. 10. ſ. 256. Intueri licet ubique in Peloponneſo ac in Lacedæmone præcipue magnos tumulos, qui ſepulcra Phrygum dicuntur eorum, qui cum Pelope venerunt. Quamobrem honoris ergo erecti illi tumuli ſunt. Id nos & Æſchilus docet

πολύχωστον ἂν εἶχες τάφον.

exaggeratum valde ſortitus es tumulum.

Et Euripid. in Rel.

οἱ μὲν ἐν χώστοις τάφοις κεῖνται πεσόντες.

Alii quidem in aggeſtis tumulis jacent mortui.

Hinc *χῶμα* Græce loquentibus idem quod ſepulcrum, ut nulli non cognitum eſt: *χώματα μεγάλα, ἃ καλοῦσι τάφους*, Athenæus lib. 14. Imo eo usque progreſſus eſt olim Græcorum in hoc genere luxus & ambitio, ut Plato in L. de Leg. cap. 12. ejusmodi aggerum altitudinem lege definierit. Sic & de Romanis *Virgilius lib. 3. Æn.*

Ergo inſtauramus Polydoro funus & ingens

Aggeritur tumulus tellus - - - -

Et lib. II.

- - *Fuit ingens* monte ſub alto

Regis Dercenni terreno ex agere buſtum.

Ubi Servius: Apud majores nobiles aut ſub montibus aut in montibus ſepeliebantur: unde natum eſt, ut ſuper cadavera aut pyramides fierent, vel ingentes collocarentur columnæ. Dion. Caſſius lib. 55. Druſo & filiis Germanici cognomen tributum, honoresque ſtatuarum fornicum, & honorarii ad ipſum Rhenum tumuli dati. Conf. plura ap. *Cl. Becmannum in Syntagm. dignit. Part. I. Diſſert. 3. cap. 1. p. 148. Hartknoch. de Reb. Pruſſ. Diſſert. 13. p. 193. D. Thom. Broionium Vol. Oper. IV. de collibus factitiis ſive tumulis veterum heroum in Britannia (cit. Act. Erud. Lipſ. Supplem. Tom. I p. 288.)* (2) Koſel, Koslow, pagus non longe a Camentia ſegregatus. (3) Koſel, Koslow, item pagus ad fines dynaſtiæ Moſcovianæ.

Cotbuſum.

COTBUSIUM, Kotwitz, Kotbus, Kotjebus, Sorabis, recentior urbs Luſatiæ inferioris, quam Pyzena, *Manlius rerum Luſat. lib. I. cap. 14.* imo minoris olim famæ ac amplitudinis, quam Calovia, Sommerfeldum &c. quia numerum ſex præcipuarum urbium Luſat. Infer. non ingreſſa eſt. Vi etymi (niſi fuerit olim urbs dicta (1) ex Kotciwuz Bohem. id eſt, rheda, carruca, eine Kutſche, quod ad viam regiam antiquam ſita ſit,) vel (2) Kotbus, Kotjebus, quaſi tu dixeris latine *nudipedalium urbs*, der Barfüſſer Stadt. Ebr. בית חלוץ הנעל *Beth chaluz hanaal*. Deutr. 25, 10. nam Chodžu Boſſe Sorabis (Polonis Chodze boſo) *nudus pedibus incedo*, barfuß gehen. Vel (3) Kotwitz, quaſi ancora, ſive murex, eine Ancker oder Klammer Stadt: Kotwiza enim Sorabis (Polonis & Bohemis Kotwica) ancora, it. murex. Porro utriusque poſterioris nominis ratio a Conditore *Cotwicio* pendet. Fuit enim ille (1) *nudipedalium* Chowo (tyz tij Chodža boſſe) id eſt, *Franciſcanis fratribus ſupra modum addictus*, utpote quibus monaſterium conſtruxit, mortuusque apud ipſos ſepeliri voluit. Fuit (2) Conditor ipſemet proſapia ſive gente *Cotevicius* (des Geſchlechts von Kotwitz) ſed hoc cognomen ſumtum eſt ex voce Sorab. Polon. & Bohem. Kotwiza, h. e. *ancora* it. *tribolus, murex ferreus*, *σῆγμα* familiæ *cancer aureus*, ſive rectius *tribolus* aut *murex aureus*, *Cancro* haud plane abſimile ſit. Confer. *Chriſtophorus Manlius* rer. Luſat. lib. 1. cap. 13.

Cunovia.

CUNOVIA, Cuna, Kunia, Kuhna, Sorab. Kunow, ſeu Koinow, olim, pagus pervetuſtus, nunc oppidum Luſatiæ Superioris in planitie amœna ſitum, paret Dominis de Warnsdorff & de Knochen, diſtatque Gorlicio uno milliari. Arx optime & eleganter exſtructa, capellam ſacram habet. Conjiciam a *pinea ſylvula proxima* nomen ei datum eſſe, Koina enim *pinum arborem* Sorabis ſonat. Adfine tamen etiam alterum vocabulum Sorab. Polon. & Bohem. Kuna, i. e. martes, ſed dubito, an hinc ratio nominis ſumenda ſit.

Darinum.

DARINUM, Daren, Sorabis, Darin, Dominorum de Haugwitz ad aquas Nigras in finibus Miſniæ aula ſat ſplendida & auguſta, quarta lapidis menſura ab Gedavio diſtans, in cujus diœceſi ſita eſt. Vocabulum ſumpſit a *ceſpite vivo gramineove* (von grünen Raſen) forſan quod pratis paludoſis adjaceat terra alias ſolidiore firmioreque gaudens, aptaque effodiendis præbendisque ceſpitibus, qui ſtipadio fuerint Sorabis bellicoſiſſimis olim & ſtrenuiſſimis in proximo conſidentibus factitio tumulo. Polonis autem Daren, Bohemis Darn, & Sorabis Dorn, *ceſpes vivus & gramineus*, *βῶλος*, ein grüner Raſen. Ex eodem *Darniowus* & *Darniſtus*, adjectiva, ceſpoſus, ceſpitius, raſicht, Polon.

Daubena.

DAUBENA, Dauben, Sorab. Dabon, pagus parœciæ klein Förſtchen, a quercubus ſic dictus, germanice Eichenhauſen, Dub, *quercus* Sorabis.

Daubitium.

DAUBITIUM, Daubitz, Sorab. Dubz, pagus in principatu Gorlicenſi, ex Dub, hoc eſt, quercus Eichendorff.

Debſchicium.

DEBSCHICIUM, Debſchitz, Sorab. Tepſſez, (1) nomen pagi, ad Sprevam, ſupra Budiſſam: an quod ſibi non timeat a diluvio ſeu ab aquis, in colle exſtructus? (2) Familiæ

nobilis illuſtriſſimæque, **derer von Döbſchitz.** Retuli aliquando ad vocem *Depce* Polon. (Sorabius **Tepzi**) calcare, concicare, proterere vid. *orig. lingv. Sorab. lib. 1. p. 262. ſeqq.* Melius nunc mutata ſententia, tanquam compoſitum, ex **Tepin ßo** Sorab. (Polon. *topin*, & bodenius, *topiti*) hoc eſt, mergor, ſubmergor, in aquis ſuffocor, pereo in aquis, **ertrincken, im Waſſer umkommen.** An quod primus Depſchiciorum perſequendo hoſtes principis ſui, aquas ſeu flumen profundum ingreſſus, ſine vitæ periculo proſpere feliciterque ex eo emerſerit? probat etymon figura clypei fluvium exhibentis: **derer von Döbſchitz Wapen iſt ein rother Schild, der Waſſer-Fluß darinen weiß, das Creutzlein darauff gelb oder göldcn, auf dem Helm die Federn alle weiß, die Helmdecke roth und weiß.**

Dehſa. DEHSA, **Dehſe**, Sorab. **Tajen, Geoßdehſa, Wüeki Tazen: Kleindehſe**, *Malys* **Tajen**, pagi ſupra Budiſſam, *ad exitum montium ſilveſtrium ſiti*, **liegen beyde am Ausgange der Berge, und des Gehöltzes.** Orta nomina ex **Tajeni**, id eſt, exitus, abitus, diſceſſio. Bohem.

Delenum. DELENUM, **Dehlen**, Sorabis **Delan**, pagus Soraborum unius lapidis intervallo ſegregatus Budiſſa Metropoli, ſub cujus umbra atque præſidio ſui juris floret. Ad pedes montium, vallem occupat, indeque nominis ratio, nam *Delny* ſeu *Deleny*, inferior, ex Adverbio *Dele, deorſum, infra, ſubter*, **herab, herniedre**, Sorab. Dole, Bohemis.

Dencvvitium. DENCWITIUM, **Denckwitz**, Sorabis **Dzenckeze**, i. e. quaſi tu latine dixeris *diei pagus* **Tagendorff**; **Dzitn** enim Sorabis & Polonis, *Den*, Bohemis, *dies*. Aut **Dzennebeze**, i. e, a derivato (vocab. *Den*,) **Dennice** Bohem. lege **Dzennize**, i. e. *Phoſphorus, lucifer:* nam diem, dieique nuncium in colle ſitus facile conſpicit ac contemplatur: quam gratiam fere vicinis pagis oppoſiti montes vallesque invident atque negant. Budiſſinam quarto & viceſimo ſtadio attingit, & immunis a ſervitiis, Senatus patrocinio floret, diœceſi Poſtwicenſi inſertus.

Ditrichsbachium. DITRICHSBACHIUM, **Dietrichsbach** vulgo **Dietrichsbach & Dytersbach**, Sorabis **Ditrichſeze**, ſatis amplus pagus Luſatiæ ſuperioris in diſtrictu dotalitio (**in Eigniſchen Creyſe**) ſubque umbra ac regimine Mariæ-Stellæ. Poſitus a conditoribus ſuis ad dimidium lapidem ſupra oppidum Bernhardi. *Rivum* (**die Bach**) ſuo nomine *Goilam* (**die Zola**) incolæ vocant: ſed **Ditrich**, ex quo prior pars nominis. Sorabis olim hodieque proprie *cobalus, Satyrus nocturnus, ſpectrum nocturnum exercens venationes:* Germanis **das wütende Heer**, item **der treue Eckart**, quo de plura *M. Hilſcher Diſſ. de exercitu furioſo.* Eraſmus Franciſci in *prof.* cap. 8. p. 527. *Chriſtianus* **Lehmann Schauplatz des Obre-Ertz-Geb.** ſect. 2. cap. 15. p. 77. & 78. **Ernſt Bildertz.** Part. 3. p. 701. *M.* **Hanſe** *Theol. Paraclet. Part. 3. conc. 6. p. 134.* atque alii. Habent eandem Græci latinique vocem immutatam paulo tamen. Græcis enim Τίτυροι & Latinis Tityrci, comites Bacchi, dicti, nec non *fauni* & *Satyri*, ut teſtis eſt *Ælianus var. hiſt. lib. 3. cap. 40.* ad quem locum pluribus de *Tityris*, & *an differant de Satyris*, diſ▪putat *Jacobus Perizonius* Batav. clariſſimus. Et etiam Germanis **Dietrich** *ſpectrum* ſive *dæmon*, de cujus etymo ita *Johannes▪ Saubertus* libro de *Sacrificiis* cap. 7. p. 156. Diet I. Theut, *Deut quondam Germanis unde adhuc germanicum* **Dietrich**, *& Britannis hodiedum* **Dyſth**, *ateonum ſignificat, teſte Camdeno de ſcriptor. Britann. Mea ſententia* **Dietrich** vox germanica æque & Sorabica, item Tityrus & τίτυρος, ex תירע Samar. i. e. ὁ ἀπολλύων, rad. תרע *feſtinavit, rupit, erupit*; quomodo *Satyrus a* שעיר Sair, *dæmon*; credibile igitur, nocturnas hujusmodi larvas dæmonum olim his in lucis perſæpe viſas fuiſſe atque auditas, montibus enim, collibus, vallibusque humoſis ac nemoribus ſeu ſylvis abundat. Teſtatur etiam *Chorographia Autoris vetuſti* diſtrictus dotalitii, (**dis Eigniſchen Creyſes**) avorum proavorumque memoria lemures demum ejusmodi abhinc diſceſſiſſe. Verba ita ſonant: **Die Einwohner melden, daß vor der Zeit, ehe die groſſe Glocke iſt gegoſſen worden, ſo geſchehen Anno 1 ſ14. im Dietrichsbacher Berge Zwerge gewohnet haben; Sie ſind offt ins Dorff kommen, und haben ſich in die Häuſer und Stuben verfüget, alſo daß die Leute ihrer gar gewohnet geweſen; Nachdem aber die Glocke gegoſſen und geläutet worden, hat ſie der harte Schall des Ertzes, welchen ſie nicht erdulden können, vertrieben, daß man dreſelben bißhero keines mehr geſpüret hat.** Paria habens *Martinus del-Rio lib. 3. disquiſ. Magic. qu. 3. Sect. 5. p. 405. Ante annos*, inquit, centum quo tempore nondum hæreſis Lutheri *nata, Germaniam dæmonum manifeſta & crebra infeſtatione pleniſſimam fuiſſe.* Putaverim vero ego ſonum ac verba ſacra Evangelii ſtudio & induſtria *B. Lutheri* per gratiam Dei nobis dati, Tityros iſtos omnes ſupiiſſe. Similiter de fuga lemurum e regno Angliæ differit *Johannes Doughtejus Analect. Sacror.* Excurſ. CLIV. in V. T. p. 412. edit. Londin. An. 1658. *Accepimus*, ſic ille, *fando multoties de ludibundis dæmoniis (quos Cobalos vel Faunos ficarios nominare ſolebant) a majoribus noſtris antehac ſæpe viſis, eisque moleſtiam abunde ſatis creantibus. Nihil tale inter nos illorum poſteros jamdiu inauditum fuit; unde ſtatim ſuccurrit mihi conſideratio, nec forſitan omnino futilis, vel inepta, quanta & quam potens ſit nunc dierum Evangelii ſincere enunciati lux, quæ oberrantes olim tales larvas ſic abſterreat tandem, & in carcerem infernalis ſui barathri fugatas compellat.* Igitur a *lemuribus ſive*

Tityris

Tityris pago Dietrichsbach vel Ditrichſeze, factum nomen non fruſtra conjiciam.

Dobrilucum.

DOBRILUCUM & *DOBRILUGUM*, *apud Job. Sleidanum Comment.* lib. 18. p. 259. *Dobraluca*, & *Dobralucſa* ap. *Georgium Fabricium Orig. Saxon.* lib. 2. p. 262. & *Annal. Urb. Miſn.* ſub Anno ee84. *DOBRELOK.* ap. *ſcriptores Acad. Witteb. Tom. III. p. 164. Dobriluch* & *Dobirlug*, in *diplomatibus Theodorici & Cunradi*, ap. *Chr. Schlegel* de Vet. Cell. p. 35. & 37. & *Dobirluk*, in diplom. *Urbani* Papæ, & *Witigonis* Abbat. Cellenſ. ibid. p. 89. & 90. Germ. Doberluk, Sorab. Doberlow, cœnobium vacuum Monachis ab Anno 1540. ad *Doberam* fluvium, in Luſat. infer. conditum a Comite Bremenſi, *Ottonis* Marchionis Miſnenſis fratre, ut docet *Fabricius* l. dicto priore; Vel rectius a *Dieterico* ſeu *Theodoro Eilebergenſi*, duodecimo Luſatiæ Marchione, circiter annum Chriſti 1184. ut *idem* docet in *Annal. Urb. Miſn.* ſub l. A. confer huc diploma cœnobio Dobrilugenſi datum a *Theodorico* patruo, An. 1200. ap. *Chr. Schlegel tr. de Cella Vet.* p. 35. ſeqq. in quo etiam termini prædiorum ejus deſcribuntur. Vel Anno e190. ut habet *Peucerus*. Hinc etiam, etſi cum reliqua inferiore Luſatia factum eſſet olim ditionis regni Bohemiæ, nihilominus Ducibus Saxoniæ a Timone oriundis, nomine protectionis, quam ei præſtitere tanquam fundatores ac patroni, certas penſiones ſolviſſe, docent literæ Spicenſis tranſactionis, quæ eſt facta Anno e544. *Chr. Manlius rer. Luſat.* lib. cap. 11. noſtra memoria in civitatem muris arceque eleganter munitam Doblacuca converſa eſt, juſſu ac privilegiis Chriſtiani Ducis Saxo-Merſeburgici, a quo tenetur. De etymo ita *Chr. Manlius rer. Luſat.* lib. e. cap 34. *Aſſerit* Melanchthon *in ſcripto quodam Anno 1558. ab Adolpho Comite in Naſſau, & Academia Witebergenſis Rectore publice propoſito* (extat *Tom. III. ſcriptor. publicor Acad. Witteberg. p. 164.*) *Caluczones, quos ſub Ilingis ex utraque parte Albis collocat* Ptolomeus, *eſſe oram circa* Luccam & Dobrilucum, *in quo tractu eſt &* Kirchanum *oppidum.* Lock *autem nomen vetus idem quod nemus & Dobrelock* (*Dobrylock*) *bonum nemus ſignificare. Hæc conjectura, ſi vera eſt, ſicut & nominum ſimilitudo, & ſitus faciunt veriſimilem, Luſatia inferioris partem etiam* Calucones *olim poſſedere; Licet* Peucerus, *a quo non diſſentit* Pirckheimerus, *Electoratum Saxoniæ vicinum iis aſſignet, in quo & ipſo eſt LOCHA arx ſaltu celebris. Ac venire cuipiam in mentem poſſet, ex compoſitis* Caloviæ & Luccæ *nominibus*, Caluccconum, *ſic enim ſcripſit* Melanchthon, *appellationem factam. Aſt de hoc ſentiant alii, quicquid velint, noſtrum non eſt rem incertam affirmare.* Dobreluzum *autem ad Callucones pertinuiſſe non putamus. Quia Etymon ſuperius alii non admittunt. Nam Slavica lingva ejus, qua Luſatia inferiori uſitata eſt, guari vocabulum* Lug (vulgo Wuh) *lamam ſive paludem ſonare affirmant, ſed qua arboribus aut certe arbuſtis careat: Atque inde ſaltum cœnobio nomen.* Nimirum Lug palus, Dobry, a, e. *bonus a, um. Dobra* etiam nomen fluvio vicino eſt, ex eodem *Drobra* fœm. id eſt, *Aqua bona*, ſicque *Dobrelucum* Germanice quaſi gut Pfuhl, vel Pfuhl an Dober-Waſſer.

Drebcovia.

DREBCOVIA, apud *Manlium rer. Luſat.* Lib. e. cap. 10. & lib. 6. cap. 36 Drebko, Sorab. Drewko, i. e. *oppidum ligneum*, Holtz-Stadt, Holtz-Hauſen, Drewo it. Drewko *lignum* Sorab. Polon. Bohem. Igne in cineres & fumum abiit die 2. Aug. An. 1696. *Schneider, Scrutin. hiſt. Luſat. Part. IV.* Drewko, dieſes Städtlein lieget 2. Meilen von Cotbus, und faſt auch ſo weit von Finſterwalde, und alſo zwiſchen dieſen beyden Städten, an einem kleinen unbenannten Wäſſerlein, ſo unter Cotbus in die Spree fället. Es ſoll von dem gemeinen Manne Trebatſch genennet werden, (ſcilicet per jocum, ut ſentio ex Sorab. infin. *trebacz*, (præſens trebam) indigere, opus habere.) Es ſind deſſen Inwohner mehrentheils Wenden, mit etlichen wenigen Deutſchen vermiſchet, dahero man es auch unter die VI. Wendiſche Städte des Landes zu zehlen pfleget. Wer es erbauet, iſt ungewiß, doch gewiß Wendiſchen Urſprungs.

Drebnitium.

DREBNITIUM, Drebnitz, ſeu Trebnitz & Steindirffel, Sorabis Drebenza ſeu Drebenze, in parœcia Hochkeichienſi, Decani Budiſſinenſis peculium, ita dicitur a *ſimpulis, ſcrupis ſeu lapillis, quorum copia hic permagna eſt.* Es hat viel kleine Brockſteine, drebenz, ſubſt. Sorab. i. e. mica. ein Bröcklein, thema *drebin, drebim, frango, tero in miculas aut ſcrupulos.*

Drebnovia.

DREBNOVIA, Drebnow, Drebenaw, Sorabis. *Drewnovo* i. e. *caſtrum ligneum*, Holtzburg; Drewany enim *ligneus* adject. ex *Drevvo*, lignum, ſubſt. Sorab. Id primum & antiquiſſimum nomen urbis fuiſſe, Annales nos docent, quæ nunc *Gorlicium.* Moles etiam lignea caſtri figuram ſuſtinens, petram præruptam occupat. v. Dn. Sam. Groſſer. Lauß. Merckwürd. Part. III. fol. 69.

Finſterwaldum.

FINSTERWALDUM Finſterwalde, Sorabis *Kablu* aut *Grabin* juxta lingvam Luſatiæ inferioris. *Chr. Manlius rer. Luſ. lib 1 cap. 16.* Finſterwaldum *poſt Hiobum & Ottonem a Diſca, fratres Auguſti Saxoniæ beneficiarios, nunc Ottonis filii duo regunt, ſed hoc oppidum utrum Miſniæ, quod plerique volunt, an Luſatiæ nomine rectius cenſeatur, compertum nondum habeo. In articulis quidem criminum, qua An. 1547. Hexapolitanis intendit Ferdinandus Cæſar, inter Luſatia inferioris oppida numeratur. Secundum enim accuſationis caput fuit, quod relicto Ferdinandi mandato contra hoſtem ejus Johannem Fridericum Saxonia VII. virum, qui Dobriluzuk cœnobium occuparat, &*

in Luſatia inferiori Sonnevvaldum, Finſtervvaldum & Luccam dedi ſibi poſtularat, nec ipſi eſſent profecti, nec milites, aut tormenta aliave, qua bello uſui forent, miſiſſent. Vitam *Chriſtophori Niſchkii Finſtervvaldenſis*, verbi divini Miniſtri in Crotendorff, recenſet *D. G. H. Götzius Conc.* Miſcell. Part. I. p. 769. ſeqq. Vetus vero nomen Sorabicum *KABIN*, ſeu *GRABIN* ducam ex Sorab. *KAB* ſeu *GRAB* (Polonis item *Grab*, & *Grabina*) id eſt, *acer, carpinus*, ein Ahornbaum, oder rothe Buche: quod eo genere arborum vicina ſylva *denſa quidem & opaca* (unde Germanis oppidum Finſterwalde) referta ſit.

Forſta. *FORSTA & FORSTUM, apud Manlium rer. Luſat. lib. 10 c. 12. Foreſtum* apud *Thomam Carve*, Itiner. Part. II. c. 37. p. 47. edit. Mogunt. An. 1639. Urbs Marchionatus Luſatiæ inferioris ad brachium fluminis Niſſi. Germanis Forſt, Sorabis Barſchcj, Biberſteiniorum olim ſedes. Vel a *ſylva*, quæ Teutonibus Forſt. Sorabis Barſchcj & Borſchcj, & Bohemis Forſ Germanis Forſt, Sorabis Barſchcj, ſonat, ſic dicta, aut a Barſchcj, id eſt, *acanthus*, Sorabis & Polonis translatum vero nomen a pago vicino Alt-Forſte, olim in oppidum. Hiſtoriam urbis fere ſcripſit *Samuel Groſſerus* Lauß. Merckwürdigk. Part. III. fol. 67. ſeqq. Thomas Carve *itiner. Part. II cap. 37. p. 47. Jurantes temere & perjurantes merito percellat malus dæmon, qui non ita pridem* (Anno 1638.) *in Luſatia inferiore in oppido Foreſti vulgo Forſt, militem communi, hac tempeſtate, voce, & ſolenni militibus precatiuncula (rapiat me dæmon) abutentem inſpectantibus teſtibus de repente abſtulit. Res ita (ut a fide dignis refertur) habet. Faciens iter pecoris alicujus emendi cauſa lanio, atque nil mali metuens in equites Foreſti & circum hybernantes inciderat, quem non nemo ex procacioribus, ſuſpicatur, quod res erat, bene nummatum incedere, in ſylvam abducit, omnibusque diſpoliat, ac inter alia quoque centum Imperiales thaleros eripit. Cum vero lanio latrunculum probe noſſet, mox redux commendantem loci adit, juſtiſſimasque de injuria & damno ſibi illato, querelas deponit, ſimulque nominat militem furti auctorem, qui advocatus negat primum pernegatque ſe quicquam a lanione unquam accepiſſe, ſed nec de facie quidem noſſe hominem malevolum, multisque debacchatur ignominiis in lanium: Quippe qui ſe innocentem ad hoc tribunal detuliſſet; Addit deinde mendacio diras execrationes, malo tandem ſe dæmoni iterato iteratoque audacter devovet: Rapiat, inquit, animam meam cum corpore cacodæmon, ſi ego prædatum egreſſus fuerim, aut violentas manus in hunc lanionem applicarim. Dictum factum. Audiit non ſurda aure vocatus Sathan, protinusque conclave ducis forma militari rubeo amictus pallio ingreditur. Hominis novitate perculſus Colonellus, cauſæ judex, miratur audaciam ingredientis, rogat quis ſit, curve non prius monitis miniſtris adſit? reſpondet, ſe vocatum, non ultro introiiſſe ſimulque diſpoſita chlamide coccinea in menſam, militem invadit, ac ſecundum caput arreptum inſpectantibus omnibus, nemine contra nitente abducit: Quando militi nefarie perjuro bulga cum* centum imperialibus *excidit*. Miles vero poſtero die eodem loco, quo ipſe pridie lanium aggreſſus fuerat, mortuus repertus eſt; funeſtiſſimum hujus rei eventum merito perpendant, atque ad eum contremiſcant, qui tam ſangvinolentum hoſpitem continuo lingva, continuo ore circumferunt, dæmonique ſe libere devovent parvipendentes, verene an mendaciter id faciant. Referunt eandem hiſtoriam *Annales Budiſſinenſes* ſub An. 1638. Zeilerus Ceot. 3. Ep 29. *Albrecht*. tr. Fluch abc. p. 141. *Samuel Edelius* theſ. Catech. Part. 3. conc. 9. p. 134. Ernſt *Amphith*. Part. II. p. 403.

FRIDLANDIA, & *Fridelandum*, Fried-land. Sorabis, Brilan Ordinis militiæ Sancti Johannis Hieroſolymitani per Marchiam, Saxoniam, Pomeraniam, & Vandaliam, Magiſtrum, titulo emtionis, reſpiciens oppidum Luſatiæ inferioris, *Manlius* rer. Luſat. lib. 1. cap. 12. *D. Becmann* lib. von Ritter S. Johannis Orden cap. 4. p. 107. ſeqq. Fuit quondam A. C. 1422. usque ad annum 1523. dynaſtia Cocceritiorum, *Schneider* Scrutin. Hiſt. Luſat. Part. IV. & *Becmann* loc. dict. p. 168. Nomen accepit, ut me quidem amici docuere, ex Sorabicis vocibus *Dobry*, ſyllaba prima *do* ſuppreſſa, id eſt, bonus, a. um. it. Lian, Lien, vel Len, id eſt, linum, quaſi dixeris *Lini feracem civitatem*, eine Flachs-Stadt, quod linum copioſiſſime ferat. Sed quid ſi *terram pacis* ſignificet? Ex vocab. German. Fried. *pax* & Land, *terra*, ponit enim in Brilan, B. pro F. ſumi, & litera media & ultima abjici, per Syncopen & Apocopen. Fridlandia.

GAUSSIGA, Gaußig, Sorabis Hußka pro Huſtka, Huſtka autem *diminutivum* i. e. *os parvum*, Mündlein, ab Huſta vel *Uſta os* der Mund, pagus Luſatiæ ſuperioris ſupra Budiſſam ſic dictus, quod ad confluentem rivolorum duorum ſitus ſit, qui capita ſunt aquæ nigræ, ligt am Munde zweyer Flüßlein, die des ſchwartzen Waſſers, ſo in die Elſter flieſſen, Haupt-Quellen mit ſeyn, ſedes nuper Kiſewetterorum nunc *Neitſchiciorum*. Gauſſiga.

GERSDORFFUM (Gersdorff) (1) Sorabis olim Gierſeze pagi ejus nominis in Luſatia ſuperiore: Alt und Neu-Gersdorff, in agro Sittavienſi. (Gersdorff) ad oppidum Reichenbach. Gersdorff inter Gorlicium & Laubam pagus prodigio quodam nobilitatus. Manl. lib. 1. Comment. c. 10. (2) *Familia illuſtris* ac *nobilis* derer von Gersdorff, aut Giersdorff, vulgo ab hordeo (von der Gerſte) ſic dictos eſſe *Gersdorffios* genealogia quædam docet, vid. *Henelius Sileſiograph*. renovat. Gersdorffum.

Part.

Part. II. cap. 8. pag. 498. Credam *Gierſchium* (*Giers* ſeu *Girs*, appellatum quondam primicerium gentis, addita autem vox Dorff. *pagus* eſt, quod in eo ſedem ſuam collocarit, rationes etymi hæ ſunt: (1) dantur familiæ per Luſatiam *Gierſchiorum* appellatione celebres. *Adam Giriſius* Conſul Zittanus, qui obiit 1663. d. 7. Julii. *Albertus* Gieriſch filius *Adami*, itidem Conſul & Syndicus Sittav. obiit. Anno 1699. d. 18. Dec. &c. (2) *Gierſchovv*, diſtrictus Litthuaniæ, *Joh. Dlugoſſus Hiſt. Polon.* lib. 7. f. 862. (3) *Gierſchii* ſeu *Gersdorffii* Bohemiam, Sileſiam, Luſatiamque & Miſniam, terras Slavicas, ab antiquiſſimo tempore, tanquam patriam ſuam agoovere. (4) Gierß proprie vox Slavica, Polon. &c. id eſt, *ὑποσέλινον*, *hippoſelinum* Germ. Liebſtöcke, ſativum aliud eſt, & vulgare, aliud verum, conſ. *Pedacius Dioſcorides* de *Medica Mater. lib. 8. cap. 13. & Marcellus Virgilius* in *Commentario* ibidem. (5) Hippoſelini *flores* tanquam ornamentum *pitei* eſſe poſſunt. (6) Flores *lutei coronæ figuram* præbent. (7) Semen *nigrum*, & (8) radix *alba* eſt, porro (9) *Gersdorffiorum* clypeus *pileum* quoque ſiſtit, qui ſit receptaculum florum. (10) *Coronam luteam*, floribus hippoſelini haud abſimilem, denique (11) colores *clypei albi* & *nigri* itemque *rubri* pinguntur. Cum itaque hipposelini nomen faciesque omnis probe *Gersdorffiorum* nomini atque inſignibus reſpondeat; hinc a Gierß, id eſt, *hippoſelino* Gersdorffios (vti & Giriſios) nomen traxiſſe, a vero haud alienum eſſe arbitror.

Goldtraumium. *GOLDTRAUMIUM.* Goldtraum, oppidum Luſatiæ ſup. recens ad Qviſſum fluvium, in confinio Sileſiæ; a *ſomnio* conditoris ſui dynaſtæ in Tzſchochaw, quod erat de invento illic auro, ſic nuncupatum; Sorabice ergo, *SLOTNA*, aut *SLOTYSSON* i. eſt. *Aurea*, ita *ſomnium aureum* appellaveris. *Slotna* autem *urbs aurifera*, qualis *Zlatna* (lege Slatna) apud Tranſſylvanos: *Sloty*, *a*, *e*, adject. aureus, a, um, & ßon *ſomnium*, Sorabis, ßen, Polonis & Bohemis idem.

Gerlicium. *GERLICIUM*, *Gerlicia* apud *D. Philippum Jacobum Spenerum*, *Sylloge Genealog. hiſt.* p. 134. & *Manlium rer. Luſat.* lib. 3. cap. 30. *Gorlitia*, ap. *Alanum Maneſſonium Malletum*, Gallum in deſcript. Univerſi, p. 108. edit. Lutet. Anno 1683. qui in hac urbe *Academiam* ſeu *Univerſitatem* eſſe dicit, quæ nunquam hic fuit, doc. *Act. Erud. Lipſ.* Anno 1684. p. 220. Germ. Görlitz, Sorabis Sorlze, & per Metatheſin, Solerze, aliis Zorlece, Zhorlece & Zgorlece, quod Z. ſonum literæ S. æmuletur; Bohemis *Gerlice*, & *Gorelice*, Urbs celeberrima Luſat. Sup. ad Niſſam fl. & caput ſui Ducatus: die berühmte ſchöne Stadt Görlitz, *D G. H.* Götze *Conc. Miſcell.* Part. I. p. 516. Ebraice תבערה *Tabeera*. ex *Num.* cap. 11, 2. & *Deut.* cap. 9, 22. Et Germanice Brandenburg, (Brandenburgum) vel Brandt-Stadt dixeris: Oritur enim nomen ex compoſiti verbi Polon. Zgorzec, cujus præteriti 3. perſ. ſing. eſt Zgorzal, id eſt, *deflagro*, *conflagro*, *conſumor* incendio; ſic ab eodem Zgorzec, ſubſt. Zgorzenin, *deflagratio*, Zgorzeltna, *combuſtum aliquid*: Sorabi pro more ſuo Z. in S. mutantes, & G. in H. verbum idem ſchorin, ſcribunt: Quod & in perfect. 3 perſ. ſchoril, ſonat. Bohemis quoque ſchoreti; *thema* ſimplex, Polonis eſt *Gore* & Gorzin, Bohemis, Horeti, it. Sorabis Horiu, hoc eſt, *ardeo*, *flagro*, *uro*, brennen; quod quomodocunque ſcribas ex Ebræo חָרָה *eharah*, arſit, natum eſt. vid. *Orig. Lingv.* Sorab. lib. 2. c. 7. f. 578. itaque ex Zgorzal, Zgorzelice, & litera 3. per aphæreſin ſublata *GERLICE*, Görlitz. (Pohorzeletz (leg. Zgorzeltz,) *cum conderetur, aut inſtauraretur, a Sobieslao Bohemia Duce Anno 1131. appellata eſt; unde tandem* Görlitz *flexu ſeu commutatione quadam literarum factum ait Dreſſerus in* Gerlicio, *Balbinus* lib. 3. decad. 1. Miſcell. Hiſt. regni Bohemiæ c. 7.) Porro ex eodem Sorleze, a quo poſtea Solerze, litera altera G. per ſyncopen extrita; falſo autem & corrupte veteres olim pro *Zgorzelice*, ſcripſerunt *Tzorelik*, *Tzcorelik* & *Tſchorlitz*, quomodo ſcriptum urbis nomen legitur apud *Coſmam Pragenſem*, *Cnemiandrum*, *Manlium* & in *Annalibus* paſſim. Jure vero Luſati noſtrates pronunciant & ſcribunt Görlitz, ſeu *Gorlicium* per aphæreſin literæ Z. h. e. S. lenis. Cauſam nominis *Gorlicii* hiſce nobis aperit *Joannes Dubravius* Hiſt. Bohem. Lib. II. p. 300. *Sobieslaus ſecedens in Luſatiam ſuperiorem* Gorlicium igne exuſtum *inſtaurat*. *Chriphorus Manlius rer. Luſ.* lib. 3. c. 28. factum id ſuiſſe annotat Anno poſt reparatam ſalutem MCXXXI. Sic etiam *Paralipomena Coſmæ Pragenſis* Hiſt. Bohem. nec non *Annales Budiſſinenſes*, *Gorlicenſ.* & *Abraham Gaſtius* in Annal. Gorlicenſ. carmine heroico conſcriptis. Addunt *Paralipomena Coſmæ Pragenſis* ipſum Sobieslaum nomen civitati dediſſe Zgorzelice (ita legas, non *Tzhorelik*) quam antea Drewnow, (mala alii legunt *Drenovv*) vocatam eſſe. Nimirum res ita ſeſe habet: Quemadmodum ex circumſtantiis hiſtoriæ datur colligi: *Drevvnovv* oppidum antiquis ſic dictum, quod ligneis ædificiis conſtaret, Drewno enim *lignum* ſonat Sorabis, illud neſcio quo caſu Anno MCXXXI. in cineres convertitur; quam cladem calamitatemque oppidi ſui, cum cives Sobieslao principi querula voce nunciarent, Zgorzilo je ßo *Drevvnovv* id eſt, *combuſtum eſt o Domine*, *Drevvnovium tuum noſtrum*: Tum eos bono ac æquo eſſe animo jubet Sobieslaus, additis promiſſis, ſe eorum verborum memorem fore: Civitatem enim lapideam, quæ hactenus lignea fuerit, ſe iis conditurum. Dictum factum, Anno currente 1131. veniens in Luſatiam,

urbem

urbem inſtaurat, ampliat, meliorem facit, impònitque ei nomen Zgorzelije, id eſt, *Tabecca*, ut querimoniæ ſuæ perpetuam cives boni haberent eum memoriam, tumque conſulationem. Porro alii aliter circa etymon urbis ludunt potius ſcilicet ex ignoraotiæ lingvæ Slavicæ ſeu Sorabicæ, qua Gorlicenſes veteres olim locuti ſunt. *Chriſtophorus Manlius rer. Luſ.* lib. 3 cap. 28. 29. & 30. Anno 1131. *Sobieslaus in Luſatiam ſuperiorem ſecedens* Gorlicium, *ut plerique alii* (quibus nunc addantur *Nicolaus Polius Hemerologus. pag. 63. Paulus Stranſkius* de *Republ. Bojem.* cap. 8. p. 335. (Ernſt Blumen-Leſe p. 222.) *volunt*, condidit, *ut nos*, inſtauravit, *in ruinis vetuſtiſſima ſeu villa ſeu munitionis Drevnovia* : Olomicenſis (Lib. II. p. 300.) *Budiſſinam quoque vetuſtate ſqualentem tum eum renovaſſe ait, ac arces nonnullas vidua Vigberti dotis nomine oppignoratas, ſoluto ei pretio, redemiſſe. Nos uxorem Viberti ante maritum obiiſſe, ex hiſtoria ejus ſupra ſcripſimus. Niſi forte Vipertum juniorem ſic dicit Olomucenſis; cujus tamen nusquam alibi meminit*, Curæus *etiam* (Chron. Sileſ. P. I. f. 44. Verſ German. Witeb. edit. Anoo 1587.) *in calce hiſtoriæ de Boleslao III. Crivonſto ſeu diſtorto, bellatore felici, qui hac ætate in Polonia rerum potitus eſt, ſub eodem hoc anno ſcribit Sobieslaum, qui Luſatia magnam partem occupaverat, inſtauraſſe & muniviſſe celebrem urbem Gorlicium, qua prius ſæpe fuerit vaſtata. Sed ut ad* Gorlicium *redeam cum plerique arbitrentur, ultra hoc tempus nullam retro eſſe hujus noſtri loci natalis memoriam, priusquam ad reliqua progrediamur, hujus minuenda eſt opinio. Wratislavia cum eſſem anno abhinc quinto* (1566.) *legendos mihi dedit amicus Annales rerum Bohemicarum manu ſcriptos, quos ante annos plusquam quadringentos* Coſinas (de quo videndus *Bohuslaus Balbinus Epitom.* rer. *Bohem.* lib. 3. cap. 8. in notis fol. 211. ſeqq.) *eccleſia Pragenſis Decanus, vir, ut tunc ferebant tempora, nec indoctus, nec infacundus, jam octogenarius latino ſermone contexuit, tribus libris hiſtoriam ſuæ gentis ab initio inhabitata ejus terra, usque ad Sobieslai cujus tempora jam perſequimur, primum principatus annum complexus : Ex eo ipſo Chronico* Wenceslaum Hagecum *in ſuos rerum Bohemicarum commentarios, pleraque transſcripſiſſe apparet. Meminit ejusdem* Cunradus Geſnerus *in appendice Bibliotheca ſua; & addit, nondum id uspiam eſſe impreſſum.* Georgius *item* Fabricius *Hiſtoricis & Chronographicis Germania, quos ſingulis diſtichis deſcripſit, hunc Coſmam annumerat, & in ſuis rerum Miſnicarum libris ſubinde citat; idemque autor fuit erudito juveni* Johanni Brunoni, *ut annales ejus pertexendos, & ad noſtram usque ætatem continuandos ſuſciperet, quod refert* Matthæus Collinus *in epiſtola lucubrationibus oratoriis* Bohuslai Haſſenſteinii, Baronis Bohemi *præfixa. Nos etiam cum alias teſtimoniis ejus uſi ſumus, & utemur poſthac - - Ad hanc igitur hiſtoriam* (Coſmæ) *adjecerat παραλειπόμενα innominatus quispiam, tum aliunde tum ex Moravorum Chronicis congeſta. In iis* Gorlicii *quoque fit mentio duobus locis; primum ſub Anno* 1126. *his verbis* : Eodem tempore quasdam munitiones Bohemi reædificaverunt, quæ Slavice *Prinda*, (ſic & *Dubravius Hiſt. Bohem.* Lib. II, p. 300.) *IZORLIK, TACHOU*, appellantur. *Et iterum* Anno 1131. *Dux Zobezlaus* ad radicem cujusdam villæ, nomine *TACHOW*, in finibus Meſco caſtrum ædificavit, quod ex nomine adjacentis villæ appellavit; aliud quoque ædificavit, *in partibus Milesko, juxta flumen Niſſa, appellavitque nomen YZHORELIK* (lege Zgorzelice,) quod antea *Drevnow* vocabatur. *Etſi autem fieri poteſt, ut, quisquis fuit ſupplementi collector, ex duobus diverſis chronicis hæc expreſſerit, in quorum altero pro anno MDXXXI. librarii vitio ſeu errore MCXXVI. ſcriptum fuerit, ut ſint duæ annotationes unius & ejusdem hiſtoriæ, præſertim cum Tachovia etiam utrobique fiat mentio. Tamen ut maxime id concedamus, ex prima illa annotatione evincitur, nunc non primum conditum, ſed reædificatum eſſe* Gorlicium; *ſicut &* Olomucenſis (Hiſt. Bohem. lib. II p. 300.) *diſerte inquit* : Gorlicium igne exuſtum inſtauraſſe Sobieslaum. *Quod ſi numerus annorum Chriſti non eſt corruptus, collatis inter ſe & diligenter conſideratis his duobus locis, reperiemus, ubi nunc* Gorlicium *eſt ad* Niſſum, *olim munitionem fuiſſe* Drewnovian. *Eam deſtructam quacunque ex cauſa vel occaſione: (nam id non traditur) reædificatam a Bohemis anno Chriſti* 1126. *appellatamque jam tunc fuiſſe Slavice hoc eſt Bohemice (nam & in Coſma hiſtoria Bohemi ſæpe nomine generis dicuntur Slavi) IZHORELIK*; (lege Zgorzelice melius autem ὕστερον πρότερον ſic ſtatuas, fuit enim *Drewnow* antiquis oppidi nomen) *Sexennio poſt, hoc eſt, anno MCXXXI. exuſtis forte, ut vult* Olomucenſis, *recentibus his ædificiis, Sobieslaum tandem caſtrum ibi excitaſſe, in quo prius nomen YZHORELIK* (Zgorzelice) *hæſerit. Atque hic annus MCXXXI. tanquam conditi primum Gorlicii auſpex conſtanter cum in inſcriptione quadam, qua in choro monaſterii Gorlicenſis exſtat, tum in annalibus Urbis paſſim legitur : Eſtque is ſextus imperii Lotharii.* Inſcriptio *ſic habet*; Anno Domini 1131. civitas regia Gorliz conſtruitur. *Annales ſic fere*: Anno 1131. primo cœptum eſt Gorlicium mænibus, turribus foſſis &c. muniri auxilio Sobieslai Ducis. Primum ejus nomen *Tſchorliz* (leg. Zhorlitz) fuit. Ante urbem conditam pagus eo io loco erat *Drebenaw*, (*DREWNOW*) dictus, ad Niſſum ſitus cum tribus cauponis, *hactenus Annales. Solus* Cnemiander *Budiſſinenſium* ſecutus Annales, conditi Gorlicii annum ponit 1136.

1136. **Zorzeliz (Zgorzelice)** *dictum initio* Gorlicium : *Inferioris Luſatiæ Slavi* Sgurzeliz (leg. Sgorelitz) *dicunt, Drebenavia* (vel Drevenaviæ) *nomen a* Slavica voce *DREBO* (leg. *Drevvo*) *qua* lignum *appellatur, factum apparet ; ſicut & Drebcoviæ (DREWCOVIÆ) oppidi. Eo tempora floruit & in pretio fuit* S. Bernhardus *Abbas Clarevallenſis* (*Helmold.* lib. 1. c. 59. *Chron. Slav.*) *in Gallia, doctrina, pietate, & ſanctimonia vitæ præſtans, nec rudis exercitiorum fidei : cujus ideo mentionem facio libentius, quod ſcripta ejus, quæ* Carolus *Imperator in ultima ſenecta lectitaſſe fertur, non diſcrepant a ſententia Divi Pauli, & noſtrarum eccleſiarum doctrina, qua hominem per miſericordiam Dei, propter unicum mediatorem Filium Dei, Dominum noſtrum JEſum Chriſtum, fide juſtificari affirmamus. Citantur verba ejus ex initio ſermonis primi* (edit. Baſil. anno 1495. ſerm. alias LI.) *quem in feſtum Annonciationis beatæ Mariæ habuit : de verbo Pſalmi LXXXIV.* Et habitet gloria in terra noſtra: Miſericordia & veritas obviaverunt ſibi, juſtitia & pax oſculatæ ſunt, &c. *Ea ponemus aliquanto, quam a* Melanchthone & Pencero *factum eſt plenius :* Neceſſe eſt „primo omnium credere, quod remiſſionem „peccatorum habere non poſſis, niſi per indul„gentiam Dei. Deinde, quod nihil prorſus „habere queas operis boni, niſi & hoc dederit „ipſe: poſtremo æternam vitam quod nul„lis potes operibus promereri, niſi gratis detur „& illa. *Et paulo poſt :* Ideoque ſi credis, „peccata tua non poſſe deleri, niſi ab eo, cui „peccaſti ſoli, & in quem peccatum non cadit, „bene facis. Sed adde adhuc, ut & hoc cre„das, quod per ipſum tibi peccata donantur. „Hoc eſt teſtimonium, quod perhibet in corde „noſtro Spiritus S. dicens : dimiſſa ſunt tibi „peccata tua; ſic enim arbitratur Apoſto„lus, gratis juſtificari hominem per fidem. Bernhardo σύγχρονος *fuit* Robertus *Præſul Wratislavienſis duodecimus electus anno 1126 & anno quindecimo poſt* (*tametſi plures ex Dlugoſſo numerat Curæus*) (dicit vero *Dlugoſſus* quoque hiſt. Polon. lib 4. fol. 426. anno 1176. *Robertum* epiſcopum Wratislavienſem *Haimoni* ſucceſſiſſe : anno 1141. vocatum Cracoviam, & anno 1143. deceſſiſſe, lib. 5. fol. 457. & 461.) *propter ſpectatam ipſius dexteritatem, & induſtriam, ad Cracovienſem eccleſiam tranſlatus, vir tanto munere digniſſimus,* καὶ ἀλλαῖς ἐπίσκοπος. (plura de eo *Nicolaus Henelius Sileſiograph. Renov.* cap. 8. p. 58 & 59.) *Claruit eadem ætate & Hugo* presbyter, *natione Saxo ut ſcribit* Trithemius (& *Comes* quidem *Blankenbergicus*, vid. *Joh. Georg. Leuckfeldus Antiquit. Blankenburg.* p. 30 - 36. *edit. Francof. & Lipſ.* anno 1708. add. Celeberrimi *Leibnicii* præfat. ad *Chronicon Alberici Monachi*) *Abbas apud S. Victorem, prope Lutetiam Pariſiorum in Galliis, ordinis Canonicorum regularium Auguſtini, Theologus, & Philoſophus inſignis, electus anno 1130. qui obiit anno 1138. ut* Siffridus *presbyter Miſnenſis annotavit, a quo vir doctiſſimus & devotus appellatur, de eo vide teſtes veritatis Illyrici p. 245. Hæc eo recitavi, ut quis tum fuerit eccleſiæ ſtatus, quæ religionis, & doctrinæ forma,* (imo etiam peſſimam vitam Clericorum, & doctrinam corruptiſſimam fuiſſe tum temporis, probat *D. Ægidius Straubius differt. de Waldenſibus initio*) *de ſcriptis & hiſtoriis eorum, quos commemoravi, intelligeretur : Simul etiam ut meam de præcipuo capite noſtræ perſvaſionis ſententiam oſtenderem. Porro quid ſignificet* vox Heneta **Zgorelic** (**Zgorzelice**) *vel ut noſtrates Annales habent* **Tſchorliz**, *ſcire nondum potui. Nequiquam tamen dubium mihi eſt, ex illa ipſa vetuſta loci hujus appellatione deflexum poſtea recens* Gorlicii *nomen, immutato nonnihil* ἐπὶ τὸ εὔφωνον *ſono. Nihilominus improbo conjecturam* V. Cl. Petri Vincentii *Wratislavienſis præceptoris mei : Qui* Gorlicium, Luſatiæ *ſeu* Elyſiorum montem *atque* orcum *ſignificare aſſerit.* **Gora** *enim lingua Heneta* (inferioris Luſatiæ) mons *dicitur, unde diminutivum eſt* **Gorka** monticulus. Elyſios *autem apud* Tacitum Luſatios *eſſe aut Sileſios, libro primo dictum eſt. Sed ſubjicio hac de re eruditam diſputationem doctiſſimi Vir.* Laurentii Ludovici, *Leobergenſis, ex oratione, quam is primam habuit, cum munus docendi in Gymnaſio Gorlicenſi ipſi commendaretur. Hoc vero loco, inquit, ideo delector, quod memoria majorum ſemper eum celebrem nobis clarumque reliquerit, atque civitatis nomen nos tum de majorum virtute rebusque præclare geſtis, tum de officio noſtro admonere videatur : Siquidem tacere nequeo, quæ cogitanti ea de re in mentem venerunt : Sed non niſi ſub hac proferam conditione, ſi prius impetravero ab iis, qui hiſtoriarum cognitione inſtructi ſunt, ut ſi qua minus commode dixerim, cupiditati meæ erga patriam, veniam hanc concedant. Nam appellatio Teutonica, montis vicini, qui* corona *dicitur* regionis, *oſtendit, locum hunc fuiſſe jam olim celebrem, atque præ cæteris cultum magis & habitatum ſeu munitum. Poſtea Stencli a Viſtula & Carpatho in viciniam hanc infuſi, eandem exprimere appellationem voluiſſe videntur, nomine* Gorlicii. Montem *enim illi ſua lingua* **Gora** *ſeu* **Hora** (ſcribunt nunc **Hobra**) *vocant, de qua voce nos admonet dictio Hebræa* הר (har) *quæ ſono & ſignificatione plane congruit, & hoc proprium loci montoſi in ſacris literis notum eſt. In multis autem locis vicinis* Liſſæ *appellatio hæret. Quod nomen eſſe* Luſatiæ *plurimis conſentaneum videtur*; (ſed vero **Liſſa** vocabulum non *Luſatiam* quidem, ſed *calvum locum* ſignificat; Eſtque Soraborum vox; nam **Lyſy**, **Liſſa** ſeu **Liſchi**. a, (Polonis & Bohemis **Lyſy**, &

Lyſa) *calvus, calva.* Kahl; hinc Lyſʒa pagus Gorlicio vicinus, id eſt, *calvus*, it. Marckliſʒa, quod ſit ſub calvo monte oppidulum ſitum; Et Liſcha hobra, Liſʒehor, pagus, hoc, eſt, (*calvus mons*) *ut exiſtimem nomen* Gorlicium *congruere cum appellatione Teutonica & dici quaſi* montem Luſatiæ; *Notum eſt enim, quas in compoſitione vocum peregrini, vel conciſiones, vel ſymbolicas literarum permutationes, aut ſyllabarum inflexiones faciant: ac facile ex aſpiratione leniore gravior fuerit formari, cum alios mollior, alios durior delectat pronunciatio; ut ex voce* Trzigori (id eſt, Tres montes, Dreibergen, a trzy, Polon, id eſt, tres, & gora, muns) *& ſimilibus facile licet conjectari; eadem de cauſa non diſplicoret deducere appellationem a voce* עיר *qua Hebraic ſimpliciter*(leg: *ſimiliter*) *ſonat quiddam excitatum, ſeu in altum eductum ædificiis, turribus, munitionibus, ſive urbem eam ſtructuram, ſive arcem dicamus: ut* Gorlicium *dictum videatur, quaſi* urbs *ſeu* arx Luſatiæ. *Nam litera* ע *a principio dictionis Hebrais etiam aſpirandi vim habuit; ſed aliam quam nos ſcribendo exprimere poſſumus: Ac ſæpe vateribus per literam G. expreſſa eſt; ut in vocabulo* Gomer *&* Gomoreha, *apparet: cum tamen hæc litera plane ſit alterius poteſtatis; Hac ratione & ad vocabulum* אור *Ur referri poſſet, quod lucem ſeu lumen ſignificat. Quod ſi quis ſimplicem maluerit retinere* Gerlicii *ſonum, eodem tamen res redibit. Nam &* גר *ger ſignificat* advenam *ſeu* peregrinum, *qui habitandi cauſa in locum aliquem peregre advenit, unde communem* Germanorum *appellationem eruditi deducunt. Idem ergo ſignificabit* Gorlicium, *quod* advenæ ſeu peregrini incolæ Luſatiæ. *Sed quia & Græci* ὄρος *retinuerunt aſpiratum, locus ipſe primam quam dixi rationem appellationis probare videtur. Eſſe vero conſentientes Etymologias, quæ ad fontes hebrææ lingvæ congruunt, omnes docti affirmant, qui multas fabuloſas narrationes ex ſacra lingva fontibus dijudicarunt. In Heneta vero lingva plures manſiſſe voces Hebrais cognatas, mirum non eſt; cum Hiſtoria teſtentur, Henetos loca orientalibus proxima olim tenuiſſe. Amemus ergo hanc appellationis rationem, & ſtatuamus hunc ipſum locum jam olim ſeu* arcem, *ſeu* caput, *ſeu* lumen regionis *hujus appellatum. Et de majorum facinoribus egregiis nos commonefacere; & quid nobis faciendum ſit, oſtendere: Nempe, ut quam illi virente atque induſtria ſua laudem & gloriam perpetuam civitati, huicque regioni invenerunt, eam nos ſtudio atque labore noſtro auctam atque amplificatam poſteris relinquamus. Hæc ille. Poſt hæc ſcripta audivi, qui* dicerent *Melanchthonem*, (cui jungas *Dreſſerum* de Urb. German. in *Gerlicio*, & *Laurentium Peccenſtein* in *Poliographia*) *exiſtimaſſe*, Gorlicii *vocabulum Heneta lingva* ἐμπρησμοῦ incendii *ſignificare*, eine Brandſtette: Brandenburgum *quidem a Polonis Sgorelecium* (vel Zgorzelecium) *vocari*, Cromerus *annotavit*; (Sic & Joh. *Dlugoſſus* hiſt. Pol. lib. 1. fol. 66. Zgorzelica nunc Teutonico nomine Brandenburg appellatur. *Staniſlaus Sarnicius* Annal. Polon. lib. 5. c. 2 fol. 1023. Zgorſeletia, quæ nunc *Brandenburgum* eſt. Chron. Sax. fol. 107. Brenneburg, jetzo Brandenburg, von denen Wenden aber Schorelitz geheiſſen.) *Idem* Cromerus *lib. 12. inter oppida, quæ in ſubmontana & Hungaric finitima Polonia ora Germani a Caſimiro II. cognomento Magno, Polonia Rege acciti condiderunt, & Germanicarum Urbium nominibus* (derivatis & corruptis e lingva Slavica) *appellarunt*, Gerliciam *etiam recenſet*. Hactenus *Manlius*.

GOTHA, Germanis Gotte, corrupte ex Sorab. Hucʒen, Hucʒina; vertas proprie idiomate Teutonico, Brüel, ex brülen, vel brudeln, quod ſit poſitus locus juxta aquas leviter flueſcentes murmillando, & ſtrependo: Hucʒeni enim Sorabis, (Bohemis Huceni wody) *ſtrepitus, ſtridor, murmillum*, γόγγυσμος, das riſeln, bellern, brudeln des Waſſers. Et verbum Huciti (Bohem. (Hucʒe Polon.) *ſtrepo, ſtrideo, murmuro*, γογγύζω; item *fremo, bacchor*, rauſchen, riſeln, ſauſen, toſen, murmeln, brudeln, ballern. Vicus Ducatus Gorlicenſis ad Læbdam fluvium infra Budiſſinam: paruit olim (An. 1564. 1619. &c.) *Noſticiis*, quorum felix propago nunc Lichaniam, &c. poſſidet: Hodie Dominos *Ziegleros* agnoſcens; habet caſtrum perantiquum & templum haud inelegans, quorum utrumque tamen infauſtæ pernicioſæque flammæ noſtra memoria (An, 1701. die 5. Auguſti) non parum corruperunt. Gotha.

GUBENA, ap. *Chriſt. Manlium* rer. Luſat. lib 1. c. 11. & lib. 6. c. 57. *Gubinum* lib. 6. c. 38. *Gobbinam*, ex Cranzio lib. 6. c. 19. & *Gobinum*, lib. eod. cap. 62. Germ. Guben Sorab. Gubin, *ampliſſima* (*Luſatia* inferioris) *Urbs* ad *Niſſum & Oderam confluentes*, *Manlius* lib. 6. c. 59. *M. Zacharias Theobaldus* Bell. Huſſ. cap. 69. Gubam vocat. *Ad oppidum* Gubam, ita ille, *quod ad Spreviam.* (lege Niſſum) *amnem eſt, pervento, monaſterium* (Bohemi Huſſitæ Procopio Kaſo duce, Anno 1429.) *expugnare, omnibusque trucidatis in acervum lapidum redegere, ita ut Gubam commune omnium civium ſuorum ſepulcrum, factum fuiſſe ſcribat.* Sumptum vocabulum, neſcio qua cauſa, ex verbo Sorab. Gubin (Polon. Gubick, Bohem Hubic) id eſt, *perdo, amitto*, verlieren. Sorabi ſuperioris Luſatiæ Subin, (pro Schubin. eſtque compoſitum ex præpoſ. ſibe, ex, & Hubin, vel Gubin) pronunciant. Proinde Gubena.

Ur-

Urbem amiſſam atque perditam, interpreteris, German. ein verlahener Ort.

Hainitium. HAINITIUM, Heinitz, Sorab. Haineze, pagus in diœceſi Poſtwicenti milliaris fere unius intervallo ſejunctus ab Urbe Budiſſa: Senatus peculium ab An, 1470. Latine *Nemoroſus pagus*, *Betulia*. Germ. Puſchdorff aut Forſtſchen, Hain enim *nemus. Sorabis*, unde & Hainſtwo, *foreſtaria*, die Forſterei, & Hainick, *præfectus ſylvæ*, *ſaltuaria*, ein Förſter, *Betuleto* autem a latere boreali veſtitus eſt.

Herbsdorffum. HERBSDORFFUM, Herbsdorff & Herwigsdorff, poſſet etiam dici Bitterfeld, Sorabis Hierkeze, pagus Luſat. Super. Spatio unius lapidis ſupra Læbaviam; ſic dictus ab Hierki adjectivo: *amarus*, *acris*, *auſterus*, herbe, bitter, quod terra ipſius ſaxoſa ſit, paluſtris, clivoſa, ardua, adeoque amara agricolis omnino.

Hirsfeldum. HIRSFELDUM, Hirſchfeld, ad Niſſam amnem, uno lapide *Sittavia*, ac tribus *Gorlicio* ſeparatum oppidum Luſat Super. Sorabice dixerim Jelenize, nam *jelen* Sorabis atque Polonis (Bohemis *Gelen*) *cervus*. *Manlius* rer. Luſ lib. 1. cap. 8. Hirsfeldum, hoc eſt, Ἐλαφονέδιον, *cum vicina moletrina*, *Sittavienſis juris eſt*; nimirum ab Anno Domini M DVII. ante quæ *Cunradi* a Kiow peculium fuit. An. M. CCCC. LXIX captis cæſisque civibus Sittavis ad novam moletrinam, hoc oppidum ab Huſſitis Bohemis incenſum in cineres ruit. *Manlius* lib. 6. cap. 104.

Hohebucum. HOHEBUCUM, Hohebocke, Sorabis Bukow, a Buk, *fagus*, (a quo Bukow, quoque, id eſt, *Lubeca*, apud *J. Dlugoſſum hiſt. Polon. lib fol. 66.*) Igitur Germanis proprie Buchheim: *Gaziorum* ſedes, finitima Seſtenbergæ: ædem ſacram nitidamque valde præbet parœcis ſuis Teutonibus ac Sorabis, cui nunc præeſt *Adam Crügerus*, vir doctus, hiſtoricus, & Philologus inſignis, de quo etiam *Homeri* illud (Odyſſ. 1. v. 7. uſurpari poſſis:

πολλῶν δ' ἀνθρώπων ἴδεν ἄστεα καὶ νόον ἔγνω.

Multorum autem hominum vidit urbes & mentem novit

Alias dives ipſe pagus agro, aqua, piſcinis, paſcua pecudum, feris, ſylvis; nec non *vinea* (*raro terra bono*) quæ vinum, generoſiſſimum præbet, fragrantiſſimum, ac optimæ efficaciæ.

Hohkirchum. HOHKIRCHUM, Hochkirche, Sorabis Bukeze, pagus Luſat. ſuper. medius Budiſſinam inter & Lœbaviam, uno & dimidio ab utraque lapide remotus. Templum ei eſt ſat amplum quidem, nec capit tamen diœceſis ſuæ coetum numeroſiſſimum Sorabum; ſitus editus eſt, unde Germanis Hochkirche, id eſt, *Alta eccleſia* vocatur, Sorabicum Bukeze, a Buk, *fagus* arbor.

HOHERSWERDA, ap. *Caſpar. Peucerum* in *Idyll.* Patria: it. *Werda Heroïs*, Hoyerswerda. Sorabis Wojereze, aut Woſieze, Luſat. Super. oppidum limitaneum, ſive ad limites Miſniæ ac inferioris Luſatiæ conditum, dynaſtia XXX. pagorum amplum & celebre; a *Carolo* IV. Imperatore ſoluto ære anno 1357. coemptum & Cameræ, curiæque provinciali, publicos cenſus, bernas ac leges in perpetuum inſertum teſtim. *diplomat. Caroli* IV. An. 1357. & *Ferdinandi* I. An. 1544. ſcriptis. Nomen *a fluvio Elyſtho Nigro*, quod illud circumfluat, partimque medium ſecet, partimque præterfluat, ſumptum videri poſſet. Sonat enim, quaſi tu dixeris, *totum* in *flumine*, ex Sorabica præpoſitione We vulgo Wo, id eſt, *in*; & rieka *fluvius*, *flumen*. Aliter alii. *D. Caſpar Peucerus Idyll. Patria*: — Hoherswerda.

Quosque habuit Nigro circumflua
Werda ab Elyſho:
Quæ ſveta dominum nunc quoque
voce refert.

Heroem Werda nam prævia dictio ſignans,
Sedem hic Heroi lege fuiſſe monet.

Schneider Scrutin. Hiſt. Luſ. Part. IV. Hoyerswerda iſt eine ſchöne austrägliche Herrſchafft, beſtehet in XXXII. Dörffern, einem Schloß, und Städtlein gleiches Nahmens, davan ſie auch ihren Nahmen rehalten, und liegt 2. Meilen von der Stadt Camentz und dem Schloß und Marckflecken Königswarte; Dafür die ſchwartze Elſter zum theil vorbey rinnet, und eines theils auch durch daſelbe etliche mahl flieſſet; wenn ſie erbauet, findet man nicht; doch hält man dafür, daß ſolche van den Teutſchen gebauet ſey: dazu auch ihr Nahme miteinſtimmet. Denn das Wort Werd oder Werder iſt ja Teutſch, und bedeutet einen Ort, der mit Waſſer umgeben, und verwahret iſt, alſo daß man ſo leicht nicht dazu kan, wie dieſer Ort vor Alters geweſen und noch iſt. Daß mans aber Hoyers oder Hewerswerda heiſſet, ſo erachten etliche, daß ſein erſter Urheber oder Herr, den Nahmen Hoyer, der ſonderlich bey den Sachſen geringe geweſen, gehabt; Andere hingegen, die Hewerswerda ſchreiben, wollen, es ſey zuerſt von Bergleuten, ſo man vor dieſem gemeiniglich nur Hewer genennet, und in dieſer Gegend nach Eiſenſtein geſchürffet, erbauet, und alſo von ihnen benahmet worden, welches auch der Wahrheit faſt näher, denn das vorige kömmt, ſonderlich weil man den Eiſenſtein hierum findet.

KIRCHANA, apud *Georg. Fabricium* Orig. Saxon. lib. 2. f. 262. *Kirchanum* apud *Manlium* rer. Luſ. lib. 1. c. 12. *Kirchhayn* in *diplomate Urbani VI.* pontificis, ap. *Chriſtianum Schegelium* libro de *Cella veteri*, pag. 89. edit. Dresd. An. 1703. & *Kirchau* ap. *Scriptores* — Kirchana.

ptores Acad. Witteberg. Tom. III. pag. 164. Germ. Kirchan, Sorab. Koſck rectius Koſtk, Urbs Luſatiæ inferioris a *delubro* aut *coemeterio* ſic dicta: Koſtk enim Slavis Sorabisque olim *fanum, templum, delubrum* a Koſſka diminut: id eſt, *oſſiculum*, thema Koſz, *os, oſſis*; quod *ſemiuſta oſſicula*, cinis, resque aliæ in urnas collectæ, ibi conditæ fuerunt. Sic & Polonis hodie Koſciot, atque Bohemis Koſtel, *templum, ædes, ſacra*, a Koſz, ſeu Koſt, os, oſſis; quod oſſicula ſanctorum ſub altari contineret. Itaque Germani bene ſua lingua Koſtk, mutarunt in Kirchen; quod eſt æque a Kirche Κυριακὴ, *eccleſia, ædes Domini:* Sed a Kirche, nata ſunt nomina Kirchan, Kirchana, Kirchhayn, euphoniæ cauſa, ſeu per *Epentheſin*, utut alii tamen, ſed, me ſentiente, præter neceſſitatem poſterius vocabulum compoſitum ſentiant ex Kirche, & Hayn, ut ſit, quaſi tu dixeris *templum* arboribus ſacris ſeptum.

Konigswarta. KONIGSWARTA, *Cönigswartum*, ap. *Chriſt. Manlium* rer. Luſ. lib. 1. cap. 8. Königswarte, Sorabis Rakeze, vicus Luſatiæ ſuperioris ad aquas Nigras: Ebraice המצפה *Mizpa* ſeu *Hammizpa*, dixeris olim (an. 1350.) *Paneviciorum* ſedes, *Manlius rer. Luſ.* lib. 6. cap. 125. poſtea Schleiniciorum, *Ponicaviorum, Gersdorffiorum, Luticiorum*, nunc illuſtrium *Vice-dominorum ab* Eckſtadt. Nomen Rakeza, olim Rekeze, non quidem, ut vulgo fertur, a Rak, voce Sorabica, quæ *Cancrum* ſonat, ſed a Rek, id eſt, *heros, dominus, regulus*. Bohem: Eo etiam pertinet nomen Königswerta, id eſt, *Specula Regis ſeu Domini*; cauſam appellationis his nos docet Schneider *Scrut. hiſt. Luſat. Part. IV.* Königswartha, das Schloß und Städtlein, liegen beneben der dazu gehörigen Herrſchafft, im Budißiniſchen Creyße, zween Meilen von Hoyerswerda und Budißin, an dem alſo genannten ſchwartzen Waſſer (welches bey Hoyerswerda in die Elſter fället, darum dieſe alſo fort die ſchwartze Elſter genennet wird.) Man ſchreibet von ſolcher, daß ſie von dem jungen Könige Carolo, Kayſers Caroli M. Sohn zu der Zeit, als er die Wenden dieſes Landes bekrieget, und dieſes Orts ſein Lager, wie D. Peucerus vermeinet, gehabt, ihren Nahmen und Urſprung erhalten habe. Etliche aber wollen ſie nicht vor ſo alt achten, ſondern ſagen, es habe der Römiſche König oder Kayſer Heinricus I. ums Jahr Chriſti 929. allhier ſein Lager wider die Lauſitzſchen Wenden, die biß dahero zum öfftern an dem Ort, wo jetzo die Stadt Meiſſen ſtehet, über die Elbe geſetzet, und im Lande Meiſſen, ſo nunmehro wiederum mehrentheils mit Teutſchen beſetzet geweſen, groſſen Schaden gethan, eine Zeitlang gehabt, hätte auch nach Zurücktreibung und Uberwindung derſelben einen ſtarcken Thurn oder Warthe wider derſelben fernern Einbruch allhier erbauen laſſen, dabey um Sicherheit willen, bald etliche Häuſerlein von den Teutſchen auffgerichtet; die Warthe aber in nachfolgenden Zeiten von den Hertzogen zu Böhmen gar zu einem Schloß und Feſtung gemachet worden wäre. Noch andere meynen hingegen, es ſey die beſagte Warthe allererſt in den Polniſchen Kriegen ums Jahr 1007. oder 1013. wider die Polen von dem Marggrafen zu Lauſitz, oder, wie noch andere wollen, von den Polen ſelbſt wider die Teutſchen aufgerichtet worden. Paucis, Rakezon Königswarte, *Specula Regia* dicitur, ad differentiam pagi vicini Warthen, Sorabis Strotza dicti, (Sorabis enim Strotza, *excubia*, ſeu *vigilarium*, voc. *Seneca*, Bohemis Straz, & Polonis Stroz, idem, quod illic præfectorum ſpecula primaria ſeu militum prætorianorum; hic autem ſecunda ſeu militum gregariorum olim fuerit, die Haupt-oder Stabswache wird zu Königswerthe, die untere aber zu Warthe gelegen haben.

LAUBA, *Laubanum, Lubanum, Laubinga*, Lauba. Lauben & Lauban, Sorabis Luban, ad Qviſſum amnem, *pulcrum oppidum, Lauban, quod ſubito incendio fere totum deletum eſt anno 1554.* Scriptor. Acad. Witeberg T. II. *Laubin* ap. *Jo Dlugoſſum* Hiſt. Polon. lib. 13. fol. 448. Qvarta urbium primariarum Luſatiæ ſuperioris. *Æmilius* Poeta nomen habere a Germanica voce Laub, id eſt, a *fronde viridi*, ſcribit: Ita enim ille, teſte *Chriſtophoro Manlio* rer. Luſ. lib. 1. c. 27.

Qviſſi ad irriguas urbs condita cernitur undas,
Qvamvis circuitu parva, vetuſta tamen.
Et bene ſi memini, rectèque relata recordor,
Inclita de viridi nomina fronde tenet.

Suffragatur *Jacobus Fabricius* in deſcriptione urbis Laubæ, arbitratus, quod ratio nominis a Piccardis & Waldenſibus tabernicolis quærenda ſit: quos in hoc loco olim conſediſſe conjicit, teſtimonium *Æneæ Sylvii*, & *Johannis Dubravii* conjecturæ ſuæ obtendens. Operæ igitur pretium erit, utrosque audire Autores. *Æneas Sylvius* Hiſt. Bojem. cap. 41. ita: *Piccardus quidam ex Gallia belgica, transmiſſo Rheno per Germaniam* in Bohemiam *penetravit, qui præſtigiis quibusdam fidem ſibi concilians, brevi tempore, non parvam mulierum virorumque plebem attraxit, quos nudos incedere jubens, Adamitas vocavit, & ibi* occupata inſula quadam, amne Luſinitio cincta, *filium DEi ſe dixit & Adam vocari.* Sed vero & ita *Johannes Dubravius* Hiſtor. Bohem. lib. 14. p. 363. ſeqq. *Hac porro tempeſtate* (anno 1160.) *ne quis novam exiſtimet, quia nuper magnum in Bohemia ſumpſit incrementum, hæreſis Piccardica, malo aſtro micare cœpit; plurimum quippe mali Bohemis ſecum invexit,*

ut

ut res pridem docuit; Autor ejus Petrus cognomine Waldenſis, natione Gallus, civitate Lugdunus, vir idiota, indoctus, illiteratus &c. Ergo in Bohemiam *tandem reliquiæ illorum (diſcipulorum Petri) confluxerunt, quo ſentina omnium ſectatorum confluere ſolet.* Et lib. 26. p. 686. edit. Francoſ. an 1687. *Ad eam usq; diem Moravia intacta ab hæreſi & factionibus Taboritarum fuit: in ſeceſſu tandem inſula, quam ſibi mora fluvius non longe ab arce Straſnicia fecit, novi emerſere Taborita, errores veteres ab externis Piccardis mutuatos innovantes. Et rurſum* p. 687. *Terrore perculſus impiorum cœtus deſerta inſula diſſipatur, major ex parte in Bohemiam dilapſus, ubi Piccardorum vocabulum retinuit.* His igitur verbis uterque, *Sylvius* & *Dubravius*, ad tempora modo Wenceslai & Sigismundi Regum ac Imperatorum, Piccardorum adventum in Bohemiam referunt. Sunt tamen alii, jam ſeculo XII. Bohemiam Piccardos intraſſe, aſſerentes. vid. *D. Ægidius Strauchius diſſert. de Waldenſibus, ſect. 1. cap. 2. aphor. 3. num. 5.* Diſerte huc ita *Paulus Stranskius* de *Republ. Bojem. cap. 6. n. 5. commodum evenit, ut religioſi quidam ex Gallis Germaniaque profligati, Petri Waldi diſcipuli, viri tum pietate, tum ſacrarum literarum ſcientia ſpectatiſſimi Anno 1176. in Bohemiam venirent.* Et *Matthias Pariſienſis* in *Henrico III.* Rege Anglorum, hoc eſt, anno 1250. *in Bohemia, Bulgaria, Croatia, Dalmatia, in Germania hinc inde multi fiunt Piccardi;* Sed quicquid ſit de tempore adventus iſtorum hominum, non tamen congruit cum anno conditæ Laubæ, ne dicam pagi Alt-Lauben; *Laubam* enim conditam nominatamq; fuiſſe anno præter propter DCCCC. *Annales urbis* referunt. Alii annum Chriſti 1180. definiunt. Et *B. D. Leuberus* libro *de Marchionibus Luſat.* c. 2. f. 31. Lauben iſt Anno 1273. zu erſt erbauet worden; Sed verba hæc de *mœnium foſſarumque ſtructura* accipiam, quæ hoc anno (juxta alios anno 1264.) primum cœpta, ſed anno 1318. ſub *Woldemaro*, ut nonnulli tradunt, abſoluta fuerit. vid. *Chriſtoph. Manlius rer. Luſat.* lib. 5. cap. 12. *Annales Budiſſin* in Exordio, & *Abraham Scultetus* in *Annal.* ad an. 1318. Ad hæc *Annales Laubanenſes* Anno 1126 & *Gorlicenſes* An. 1273. urbis jam pridem conditæ *Lauba*, *cœnobium S. Crucis*, & anno 1131. *Cœnobium Mariæ Magdalenæ* fundata ſcribunt. Utrumque ergo, urbs ipſa & urbis nomen jam extitit, cum adhuc in lumbis patrum Piccardi hæſiſſent. Vixit enim *Petrus Waldus* ſeculo XII. hoc eſt, circa annum MCLX. ita *Dubravius loc. cit.* ad *marg.* & *Flacius* in *Catalog. Teſt. Verit.* p. 705. *Piccardus* autem ſociique ſui ſic appellati ſunt teſte *Paul. Perrino lib 1. Hiſtor. Waldenſ. cap. 3.* & *Thuano Vol. 1. lib. 6.* ad ann. 1548. a *Piccardis*, Galliæ provincia; Alii tamen ad *Pegardum* quendam nominis rationem referunt: Ita *Weſſelus Gansfortius* apud *Boxhornium Hiſt. univerſ ſub anno* 1159. denique alii ex obſoleto vocabulo *Piccard*, quod textorem ſignificet, derivant, ſic ipſe *Boxhornius*. Et hæc quidem contra Etymon Autorum *prima* claſſis. *Secundi ordinis* ſedem occupat *Michael Frombterus*, *JCtus Laubanus*, qui in Chronico manuſcripto ſuo *Laubam* ſeu *Lauban* componi dicit ex Luje & Bahn; quarum vocum illa *aquam*, ſeu *lacum*, hæc *viam regiam* ſignificet; Luje autem hoc ipſum eſt ex Luja, voc. Sorab (Lauje Bohemis) id eſt, *lacus* ſive *palus*; & Bahn, *via regia*, *tritave*, Germanorum vox: pergit idem, Luje fuiſſe antiquum & primum pagi, *Lauba veteris*, ſeu Alt-Lauban, *nomen*, a Quiſſo via trita regiaque ſeparati: itaque & Luje & Bahn., primo Lujeban, & denique Lauban, nomen compoſitum fuiſſe, opinatur. Sed hac conjectura & compoſitione haud opus eſt; Nam Luban, ſeu Luben (ſit hoc *tertii ordinis* etymon) vox Soraborum Luſatorum ſimplex, & nomen quidem (1) *montis* ſiti in *agro Budiſſino*, Germanis der Tromberg, dicti. Eſt vero hoc vocabulum Luban ſeu Luben, ex Lub, voce itidem Slavica, Polonica, &c (Laub Bohemis) id eſt, *cortex arboris*, *liber*, die Baumrinde oder Schale, natum; ut adeo Luben, ſit proprie *mons plurimarum corticum*, ein Berg, wo viel Rinden und Schalen liegen; (2.) nomen pagi, Luban, Laube: ſupra Lœbaviam, ab eodem Lub, denominati; Igitur ex voce Lub quoque Lubam. Lauben, tum *pagi* Alt-Lauben, & *rivuli*, tumque *urbis* nomen derivandum; Et Luban proprie *locus corticoſus*, Germ. Rindendorff, Schalen-Rindehauſen; Sorabi enim conditores pagi Alt-Lauben, unde dicta urbs eſt, tuguria ſua *corticibus* tegere ſunt ſoliti. Sic *Virgilius de caſa ruſtica, Eclog. 1. 69.*

Pauperis tuguri congeſtum ceſpite culmen.

Et teſtis eſt *Helmoldus Chron. Sclav.* lib. 1. cap. 13. *Slavi in conſtruendis ædificiis operoſi non ſunt, quin potius caſas* de virgultis *contexunt, neceſſitati tantum conſulentes adverſus tempeſtates & pluvias.*

LEUBA, Leube, Sorabis Lobie, id eſt, Tieffendorff, a Lobio, profundum, ſubmontanam enim terram occupat, pagus ad Niſſæ aquas conſtructus, non longe ab oppidulo Oſtritz. Leuba.

LICHANUM, Leichnam ſeu Leichen, Sorabis Lichan (1) Wucki Lichan, groß Leichen, *Noſticiorum* ſedes avita; (2) Maly Leichan, klein Leichen, ad Spream utrumque, infra Budiſſam: ex Lichi, *a*, *e*, liber, ſolutus, frey, ledig, voce Sorabica Inferioris Luſatiæ, q.d latine *liber pagus* Freyhauſen, quod libera ſint arva ampliſſima, utut aquis Spreæ quam proxima. Lichanum.

Liſſa. LISSA, Germ. Liſſe it. Marckliſſe, Sorabis Liſcha: proprie oppidulum *Liſſa* dictum olim ſimpliciter; latine *oppidum calvum*, Kahlen Stadt, quod *infra montem calvum* ſibi imminentem ſit poſitum, uno lapide ſupra Lubanum, ad Quiſſum amnem, Liſchi, Liſcha, ſeu Liſſy, Lyſſa, Bohemis atque Polonis, *calvus, calva.* Vocabulum Marck, *vicum* ſeu *oppidum* ſonat, quomodo a Marck, etiam Marckflecken. Itaque lapſus eſt Vir doctiſſimus *Laurentius Ludovicus* vocabulum *Lyſſa* pro *Luſatia* habens: *In multis Gorlicio locis vicinis Lyſſa appellatio ha[illegible], quod nomen eſſe* Luſatiæ plurimis conſentaneum videtur: Sic ille apud *Manlium* rer. Luſ. lib. 3. cap. 30. Hincque idem Manlius lib. 1. cap. 8. *Lyſſam* vicum, *quem* Marcam Luſatiæ *nonnullis appellare placet*, Gotzones *cenent.* Sed error fortaſſis quoque calami in voce *Gotzones*: Nam Liſſa, olim Kotwiciorum, ſed vero *Manlii*, & noſtra ætate, *Döbſchiziorum* peculium fuit. Docent id nos diplomata Imperatoruın ſcripta in favorem Senatus Lyſſæ, anno 1548. & 1606. Pergit diligentiſſimus noſter *Manlius* lib 6. cap. 65. *Anno 1432. Quiſſus in feriis Pentecoſtes in immenſum effuſus ita intumuit, ut circa Laubam quidem agris & pratis vehementer noceret; in Lyſſa vero vico ſummum templi altare excederet, & ad duo de quinquaginta domos auferret, nullis hominibus merſis. Quæ inundatio in cauſa fuit, ut poſtea oppidum in locum editiorem, ubi etiam nunc ſitum eſt, transferretur, quo injuriis fluvii minus eſſet obnoxium.* vid. *Henricus Rochius Chron. Luſat.* p. 367. ſeq. edit. Lipſ. 1687. Incendiis quoque afflictum perſæpe oppidum eſt, annis nimirum 1431. 1574. 1594. 1602. 1617. 1667. 1698. Ignis ultimus (utinam ultimus) templum pulcerrime exædificatum in cineres & triſtem tumulum convertit, quod accidit quoque anno 1431.

(2) LISSA, Liſſe, pagus, *calva planitiei*, aut *calvi collis* ad Niſſum, in agro Gorlicenſium; itidem ex Liſchi, *a, e, calvus, a, um.* Sic *Lyſſa*, ſive *mons calvus*, arx *Bohemia* eſt, cum oppido, in ſubjectam ingentem ſylvam regiam ex alto deſpiciens, *Paulus Stransky de Republ Bojem.* cap. 2. p. 97.

(3) LISSA HORA, Liſſehor, Sorabis Liſcha Hohra, iſt eſt, *mons calvus*, Kahlenberg, Hohra, enim *montem* ſignificat, pagus Luſatiæ ſuperioris in diœceſi Keſchwicenſi, ſupra colliculum collocatus.

Lœbavia. LOEBAVIA, *Loebavium* & *Lobava*, Liebe, Löbau. Sorabis Libije, ſeu Lobije, poſtrema urbium Luſatiæ ſuperioris, antiqua tamen, & umbilicus quidam, ſive meditullium reliquarum civitatum; Nam tribus Budiſſina, Gorlicio & Sittavia: & ſex Lubano, Camitioque lapidibus ſegregatur. *Chriſtophorus Manlius*, rer. Luſ. lib. 1. cap. 2. *Sex civitatum fœderatarum antiquiſſimam eſſe* Loebaviam *& perhibent vulgo*, & Johannes Lauterbachius *libro Epigrammatum ſcribit. Anno. M C LXX. media nocte quartum VII. bris diem inſecuta, ſpatio duarum horarum urbs hæc incendio conſumpta eſt, ſeptem ſolummodo domibus ſalvis, & ſex hominibus in hypogeo ſuffocatis. Petrus Erneſtus Cramerus* diſſert. Chorogr. de Luſatia, theſ. 2. Lobavia, *vulgo* die Liebe, *templa habet* II. (*verius* IV.) *ſcholam quidem fovet ſibi utilem, non vero magni nominis, Turrim unam* (hodie V.) *Incolæ victum acquirunt per aſſiduam agri-horti culturam.* Ab hac venit illud proverbium, die Stadt iſt klein, aber die Liebe deſto gröſſer. Sic ille, De *origine nominis triplex* occurrit Autorum ſententia: aliis enim ex Liebe, & Aue, q. d. *campus peramœnus ac jucundus*, ita *Dreſſerus* de *urb. Germ.* p. 327. & *Schneider* Scrut. Hiſt. Luſat. P. IV, cap. Löbaw. Aliis a *Libuſſa* conditrice trahunt nomen, ita fere *Annales urbis.* Sed miſſis diverticulis nos viam ſequimur regiam. Traxit nim: civitas appellatiooem ſuam a *pago* contiguo, cui *Loebavium vetus* nomen Germ. die alte Liebe: Sorabis *Stare* Libije: is autem a *valle declivi* ſeu *a profunditate* ſic dictus eſt, Sorabis enim Lobio, *locus profundus, ac depreſſus*, & Lobina, *profunditas*, Löbaw, *Loebavia, Lobavium* &c. id eſt, *civitas profundum aut declivem locum occupans*, Germ. Tieffen Stadt, Tiefen[illegible]ſen: hincque commode figuræ urbis verba ſubſcribimus *Deut.* 33, 13. 14. 15. 16. Ihr Land liegt im Segen des HErrn, da ſind edle Früchte, vom Himmel, vom Thau, und von der Tiefen, die hunten liegt. Da ſind edle Früchte von der Sonnen, und edle reiffe Früchte der Monden. Und von den hohen Bergen gegen Morgen, und von den Hügeln für und für. Und edlen Früchten von der Erden, und was drinnen iſt.

LUBENAVIA, Luſatiæ inferioris oppidum. *Manlius rer. Luſ.* lib. 1. cap. 12. Germ. Lübenaw. Sorabis Lubnow, ſic dictum ex Lobina, Sorab. Bohem. Hlubina id eſt, profundum, quod ad Spreæ profundum flumen collocatum ſit. Schneider. Scrut. hiſt. Luſat. P. IV. Lübenow, Schloß und Städtlein, liegt zwiſchen den Städten Lübben und Calow, von ieder eine gute Meile, darbey der tieffe Fluß Spree flieſſet; Ich erachte, wie der Nahme ſelber zeiget, daß er aus Liebe und Awe zuſammen geſetzet ſey, (ſc. per paronomaſiam) und ſo viel, als eine gute und liebenswürdige Awe bedeutet, dahero auch beſſer, daß man Liebenau, und nicht Liebenau ſchreibe. Wolte man aber ja Liebenau ſchreiben, und ſolches von dem Wendiſchen Wörtlein Lübbe, das iſt hoch (aſt *lobio, profundum*, Sorabis Lübbe fictitium Lubenavia.

voca-

vocabulum eſt,) und Aue her deriviren, daß es ſo viel, als hohe Aue, weil der Platz, da dieſes Schloß und Städtlein ſtehet, höher als der umher gelegene Moraſt iſt, heiſſen ſolte, ſo könte ſolches auch nicht wohl improbiret werden, ꝛc ſonſt werde ich berichtet, daß der Ort eigentlich Neu Libenau zum Unterſcheide eines nicht fern von hier gelegenen hübſchen Schloſſes und Dorffes, Alt-und Groß-Lübenau genannt, heiſſe.

Lubinum. LUBINUM, apud Agricolam; *Lubina*, ap. Chr. Manlium rer. Luſ. lib. 1. cap. 11. 24. 37. & lib. 6. cap. 38. Lübben, Sorabis Lubio: urbs Luſ. infer. ac *ſedes quondam præfectorum, in qua arcem Bohuslaus felix Dominus Lobcowitius & Haſſenſteinius ſplendide exornavit*, *Manlius*, lib. cit. 6. c. 126. noſtra memoria, anno 1666. die 6. Aprilis *Curia* denuo *ſuprema*, & anno 1668. die 21. Martii *Proto Synetrio* huc translato amplius inclaruit, beneficio ac autoritate Principis memoriæ immortalis *Chriſtiani* Ducis Saxo-Merſeburgici Nomen retulerim ad Lobio, Sorab. ſeu Hlubio, Bohem. (Polonis Glabio) iſt eſt, profundum, quod attingat ſitu vicinam decliviorem profundioremque Spreæ ſylvam, de urnis in agro Lubini ſæpe effoſſis, vid. Manlius rer. Luſat. lib. 1. c. 24.

Lucca. LUCCA, *regium oppidum* Luſatiæ inferioris, *Lucca, Scriptores Acad Witeberg. Tom. III. pag. 63.* Germ. Lucke, & Luckaw. Sorabis Lukow, vulgo Wukow, ex Luka, (vulgo Wuka, Sorab. Polonis Laka, Bohemis Lauka) id eſt, *pratum, λειμών*, eine Wieſe, ſic etiam *Manlius* rer. Luſ. lib. 1. cap. 11. Lucca, *vox lingua Henet a pratum ſignificat. Idem* lib. 1. cap. 35. *Lucca olim Lunekgna dicta.* vid. & *lib. 4. cap. 5.* Aſt hoc, de altero nomine fortaſſis alii dubitabunt. Eſt etiam *Lucca* Miſniæ civitas, prope quam Fridericus iniquos proſtravit Svevos Miſnenſi marte cohortes, unde proverbium, quo cladem ſuperbo alicui minamur: *Accidet tibi, quod Svevis* ad Luccam, *Maul.* rer. Luſ. lib. 4. c. 26. add. *Peucerus Chron. Car.* lib. 5. p. 82. & *David Peiſer. rer. Lipſienſ.* lib. 4. p. 447.

Luſatia. LUSATIA, al. *Luſitia*, *Luſuatia*, apud *Münſterum* Schol. in *Pompon. Mela* lib. 3. c. 1. ſ. 216. die Lauſitz, vel Laußitz al. Laußnitz. Sorabis Lužize, nomen regionis ſitæ Sileſiam inter & Miſniam: interque Marchiam & Bohemiam. *Plinius Nat. Hiſt.* lib 28. cap. 2. inquit: *In Aphrica nemo deſtinat aliquid, niſi præfatus Aphricam.* Idcirco vitio mihi vertent, niſi in eruenda patriæ dulciſſimæ meæ notione omnem operam collocem: certe, enim,

Ante leves ſummo paſcentur in ætere cervi
Et freta deſtituent nudos in littore piſces:
Ante pererratis amborum finibus exul
Aut Ararim Parthus bibet, aut Germania Tygrim,
Quam vel Luſatiæ labatur pectore nomen.

Sed vero multiſariam nomen pingunt ſcribuntve paſſim docti indoctique pariter; ex quo puto factum, ut nec de etymo unam omnes ferant amplectanturque ſententiam. Quod ad prius: Ita *Chriſtophorus Manlius rer. Luſ.* lib. 1. cap. 37. §. 3. Luſicos *olim dictos* Luſatios, *ex* Cromero *colligitur: quod ipſum quoque nomen inferioribus tantum Luſatiis tribuit* Brotuſus: *Sicut &* Luſunciorum, Luſnicenſium, & Licicavicorum: *quorum poſtremos tamen* a Luſatiis *diſcernere videtur* Cromerus: *a quo modo* Licavici; modo ex Witichindo Saxone, Licicavi *appellantur*: Luzici *nominantur in diplomate Johannis XVIII. Pont. max. in Annalibus Miſnenſibus ſub An.* DCCCC LVIII. Ditivoniæ (lege *Drivoniæ*) & Luticenſium *mox fiet mentio, ſed ex recentioribus quoque non eadem omnes utuntur inflexione*: Luſatos Johannes Cochlæus *vocat libro primo Hiſtoria Huſſitica*, & Althamerus *ſemel: De* Luſanis *poſtea audiemus.* Lauſnicæ *apud* Münſterum: Luſatiæ *apud* Aventinum: *Nec deſunt, qui* Luſitiam *dicunt, ſi* Cromero *fides. Nos populares noſtros* Luſatios, *patriam* Luſatiam *vocabimus.* Hæc *Manlius.* Pauca his annectam, nimirum varie flectunt *Luſatia* vocabulum ſcriptores fere pro diverſitate lingvarum. *Luſatiam* ſcriptitant *Latini*: *Lauſniciam*, Lauſitz & Laußnitz, qui *idioma Bohemicum* ſequuntur: *Luſitiam, Luſici, Luzici*, & *Luſnizam*, qui *ſermonem* callent *Sorabicum*. *Lutitiam*, vel *Luticiam*, quibus *Antiſtæchon*, & *Luſuucium*, quibus *paragoge* placet. Sunt aliis quoque *Leutici, Luſatii.* Ita *Antonius Pagi Critic. Hiſt. Chronol. in Annal. Baron. Tom. IV. ad ann.* Chr. 1034 agens de *gente Leuticorum*, quæ ſæpius in Chriſtianos peſſime ſæviit, quam ſitam fuiſſe ſcribit in Germania ad mare Balticum, in ducatu Megapolitano. Hæc *Act. Erud. Lipſ.* Anno 1707. p. 64. Jam ad *etymon*: Abſit enim, ut aures nos præbeamus doctiſſimo *Chriſtoph. Hartknochio*, ſcribenti ita *in diſſert.* de *Orig. Pomeran.* p. 68. *Unde Lutitiorum nomen derivetur, vix poterit a quoquam determinari* Me vero colligente, novem paſſim leguntur *etyma Luſatia.* I. *Teutonicæ originis* eſſe nonnulli contendunt: Laußnitz enim, quaſi tu dixeris, Lauteenütz, id eſt, *regionem ubivis commodam & fructuoſam* ſignificare ajunt. *Petrus Erneſtus Cromerus Budiſſinus diſſert. Chorograph. de Luſat.* th. 2. *edit. Jena* Anno 1651. *Alii non denegant derivari poſſe* Luſatiam *ab utilitate, ut dicatur quaſi* Lauternütz: *Mutatis quibusdam literis, ut T. auferatur, & loco ejus S. ponatur, quod antiquis fuit uſui,* docen-

docente Johanne Goropio Becano. *l.5. Gallic. f. 110.* Petrus Grey, Tholoz. *lib. 15. de Republ. cap. 1, uti te, pro ſ, u vero legatur cum Signatura duorum punctorum.* Sed bene *Johannes Chriſtianus Neſenus Zittavienſis, in Hiſt. Luſat.* th. 2. *Prope ridicula eorum Etymologia, qui Lauſnitzenſes quaſi* Lauternüß *appellatos prædicant.* II. Alii a lauſchen derivant, quod eſt *latenter & callide obſervare,* & a vocula ſeu terminatione nitz: *Cramerus diſp. cit. Alii tentant* Luſatiam *derivare a verbo* lauſchen, *per eliſionem literarum* chen, *id eſt* warten, wo es hinaus will, ſich fürſehen, *ideo quod hæc gens aſtuta ſit, provida conſiliis ac prudens.* Nitz *autem ſyllabam eſſe Vandorum autumant. Neſenus loc. dict. iterum* bene: *Nomen* Laußnitz, *qui ab aſtutia gentis, per vocabulum* lauſchen, *quod ſignificat latenter obſervare, derivant, longius videntur abire.* Addo Nitz, vel nitz, terminatio *Teutonum* propriè eſt, ubi exprimere volunt nomina propria Sorabica deſinentia in ize, vel eſe, plane ergo nihil ſignificat. III. *Beatus Cramerus* etymon *Luſatia* ſibi placens hæc habet; *diſputatione & theſi citata: Debet* Luſatia *ſecundum quoſdam natales ſuos partim* Vandali, (Sorabi,) *quia* Luſati *dicuntur a Lue, quod Slavis idem eſt ac* ſylva; *Germanis vero, quia addita eſt vocula* Saße, *quæ idem ſignificat, ac* Sitzen, *quod docet verbum* Landſaſſe, der auf dem Lande ſitzet, oder wohnet. *Ex his* Luſati, *quaſi* Waldſaſſen *dicti: id quod patet ex* Dreſſer. *de Urbib. Germ. precip. & Iſag. hiſt. Part. 5. Huic derivationi loci arridet convenientia: Siquidem huc & illuc ſilvæ oculis occurrunt, ac nemora.* Et paulo poſt: *Derivationi in frontiſpicio theſeos poſitæ, ut optimæ præ ceteris fidem adjungimus: Quanquam olim hac de re nihil certi haberi poteſt, eandem non ut veram, ſed probabilem venditamus.* IV. Quid ſentiant *Philippus Melanchton* & *Caſp. Peucerus,* his verbis nos docet *Chriſtophorus Manlius rer. Luſ. lib. 1. c. 28.* Ilingos *a Tacito inter* Lygiorum *gentes* nominari Elyſios; *ad quos alludat* Luſitiorum *nomen,* Peucerus *affirmat, &* Philippus Melanchthon Elyſios *exiſtimat eſſe aut* Sileſios, *unius abjectione literæ, aut* Luſatios *mutata voce in ſonum elegantiorem. Delectatum enim Tacitum virum doctum alluſione græcæ vocis, qua amœniſſima illa beatarum animarum ſedes Poëtis ſignificantur, maluiſſe* Elyſens *dicere: Quod laudari audiret ſpatioſos campos, feraces frumenti, & juga gignentia, aurum, argentum, ferrum: & cognoviſſet, magnam ibi oppidorum frequentiam eſſe, eaque honeſtis legibus ac judicibus regi, & juſtitiam cives inter ſeſe, & erga hoſpites exercere. Hæc fere de Elyſiis* Philippus lib. 3. *Chron. Orat. de Electoribus & præfatione in Catecheſin Trocedorphianam.* Ceterum bene nuper literatiſſimus *Juſtus Godofredus Rabenerus Elyſiis* אל אשר id eſt, *nemus DEI,* dictis, cum ubi fuerint ſederintve olim, ſcrutatus diligenter, certi nihil inveniret, ait tandem, non niſi *in cælis* locum eſſe dandum. vid. ejus *Amœnitates* p. 17. *ſeqq. edit. Lipſiæ* Anno 1695. V. Porro aliis natales nominis Luſatiæ ex amne *Luboſſa* derivare libet. Ita *Autor Annalium Budiſſinenſium* Part. Gen. cap. 2. fol. m. 16. *Luboſſa* autem *amnis eſt,* ut ſcribit *Manlius rer. Luſ.* lib. 1. cap. 27. *haud procul Soravia ortus Sommerſeldum alluit, & mox apud Gubbinum a Niſſô abſorbetur: tam brevi tamen curſu, nimirum ſex plus minus milliarium, XXX. molas agit.* VI. *Alberti Cranzii* cogitationes quæ ſint, hiſce nobis iterum verbis communicat *Chriſtophorus Manlius* lib. dict. cap. 39. *Porro* Luſatiis *nomen feciſſe* Luſuntium, *Bohemiæ amnem,* Æneam Sylvium Hiſt. Bohem. *teſtem laudans* Cranzius *ſcribit: cum tres ſint ejus terræ fluvii, quos* Multavio *receptos in Albim ſecum devolvit,* Saxona *nimirum, qui* Æneæ (loc. cit) Saczona, Dubravio (*Hiſt. Bohem. lib. 1. p. 41. edit. Francof. anno 1687.*) Saſava, (*vel* Saſſava) *eſt:* Luſuntius *vel* Luſnitius *Taborum, &* Miſa *Pilſnam alluens, credibile eſſe ait, pulſos inde a Marcomannis Bojos, nomina fluminum, ad quæ pridem incoluiſſent, ſecum extuliſſe; ut* Luſuntii *accolæ, qui in proximis ad Bohemiam regionibus conſediſſent,* Luſatii *dicerentur: Sicut qui ad vicina iis loca tranſiiſſent,* Miſæ *accolæ, Miſnenſes etiam nunc appellarentur: & ultra hos progreſſi, Saxonæ accolæ,* Saxones. VII. Nec diſplicet nonnullis, quin credant ex pago vicino Radebergæ oppido, *Luſatia,* die Lauſitz dicto, eo quod in limine provinciæ ſit ſitus, Luſatiam fuiſſe nuncupatam: Sic referunt *Annales Budiſſinenſes* Part. gener. cap. 2 fol. 16. & 17. Denique VIII. nova ac ſingularis eſt notatio, quam fingit *D. Johannes Francus* in *fragmento Chronici Budiſſinenſis,* dicit enim a *venatu Luſatos,* ſive *Luzicos* appellari: nam Lowec, ſeu Lowiec, ſermone Slavico & Polonico, *Venator.* Hinc Lowizy, adject. *Venaticus,* & *Venatorum profectus:* denique ab hoc Lowczy, facta ſunt Luzi, *Luzici,* & *Luſatia;* Sic fere *ille.* Sed enim vero calculum Viro ἐν ἁγίοις adjicere haud poſſumus: nam vocabulum Lujici more Teutonum legi non debet, quaſi litera Z ſumenda eſſet, ut in *Zelus, Zingiber* &c. Valet enim Z apud Venedos Slavosve *S lene* ſive *molle:* quamobrem *Luſice* & *Luſatia* legendum. Supereſt ut IX. veram ac genuinam pandam originem, unaque eam inveſtigandi & apprehendendi media atque argumenta facilia ſiſtam. Primo verum quam quod veriſſimum eſt, natales voculæ *Luſatia* non alios quærendos eſſe quam Slavicos ſive Sorabicos. vid *Manlius rer. Luſat. lib. 1. cap. 31.* ſecundo ex veritate *Johannes Aventinus*

Annal.

Annal. Bojor. lib. 5. fol. 441. *Luſatos* vocat *gentem paludibus ſeptam*, nec non *gendem paludibus & aquis, tanquam muro naturali munitam.* Tertio communis ſimul ea ſententia eſt, ab *Luzicis* ſive *Luſicis*, vel Łuʒiʒe (al. Łuʒiʒe) hoc eſt, *inferiore* Luſatia tranſlatum ac propagatum vocabulum *Luſatia* fuiſſe in ſuperiorem regionem. Vid. *Neſenus Hiſt. Luſat. num.* 3. Imo annotant *Annales Budiſſinenſes part. general. cap.* 8. & *Annales* quoque *Gorlicenſes*, dictam eſſe primo *Luſatiam* partem ſuperiorem temporibus demum *Matthia Hunniadis* Regis Hungariæ, & Marchionis Luſatiæ. *D. Caſpar Peucerus* in *Idyll.* annum MCCLX. nominat, quo *Otto* Marchio Brandenburgenſis provinciæ ſuperioris Dominus ſit factus. vid. *Manlius rer. Luſat. lib. 3. cap. 43. Peucerus* ita:

Luſata ſuperna
Tunc dici a Dominis Marchia Marchiacit.
Hæc capit primum primisque autoribus iſtis
Nomen, cui priſcum Carula Niſſa dedit.

Verum enimvero a Peucero bene diſſentit *Manlius rer. Luſat. lib. 1 cap. 31. Luſatia* nomine dictam ſcribens ſuperiorem provinciam, jamjam imperante *Henrico Aucupe* Imperatore. Quicquid ſit, nos eam hic ſerram non reciprocantes, *Luzice* ſive *Luſatia* nomen tum inferioris regionis peculiare ac proprium tumque commune nunc ſuperioris quoque, ſine omni dubio, ratione ſupra ex *Aventino* allata moti, ortum natumque eſſe credimus, ex vocab. Sorab. Łuʒa (vulgo Wuʒa) id eſt palus, ſeu lacus, Bohem. Łauʒe idem. Et ex priori quidem Luzice Łuʒiʒe, (vulgo Wuʒiʒe) Luſice & Luſatia: ex poſteriori vero, hoc eſt, Bohemico Łauʒe prodiiſſe vocabula Łauſitʒ, Łauſniʒ &c. u commutato in au diphthongum ſentimus. Hinc itaque Luſatia proprie, vi etymi quidem regio paludibus fæcunda, Germ ein waſſerreiches Land, ſo voller Büſchen, Seen, Teiche und Flüſſe iſt. Porro ex eodem Łuʒa ſeu Łauʒe, Łauſitʒ pagus ſic dictus olim, (de quo vid. *David Peiferus rer. Lipſ. lib. 1. p. 115.*) nunc pars ſuburbii Freibergenſis in Miſnia: item Łauſitʒ, pagus Radebergæ proximus; nec non Łauſitʒ, rivulus Miſniæ & de quibus paſſim hiſtorici & chronographi.

Mariæ-Stella. MARIÆ-STELLA, *Stella ſancta Maria, Stella Mariana* & *Phoſphorus*, Marien Stern, vulgo Morgen Stern, Sorabis Kloſchter, a *Clauſtro* latino: Cænobium ordinis Ciſtertienſium, & Miſnenſis diæceſis, dimidii milliaris ſpatio ab urbe *Camenz*; quod quidem accepta a Marchionibus Brandeburgicis *Johanne* & *Ottone* Luſatiæ tunc dominis poteſtate, anno MCCLXIV. 16. Cal. Aprilis die Gertrudis Virginis fundatum eſt a tribus devotiſſimis Viris *Witigone, Burchardo & Bernhardo*, fratribus ac Dominis in Camenz; quorum poſtea, hoc eſt, *Witigo* & *Bernhardus* præſules facti Miſnenſes; ille obiit anno præſulatus ſeptimo & vigeſimo, 11. Non Martii, ſeu anno Chriſti redemptoris MCCXCIII. hic vero 5. Idus Octobr. anno Chriſti, Non quidem MCCCXXI. ut habet *Inſcriptio Templi Mariaſtellenſis*, & *Icon Epiſcopi* tumulo impoſita: ſed MCCXCIX. ut docet *Georgius Fabricius Annal. Miſn.* lib. 2. f. 46. medius *Burchardus* uxoratus, reliquit filium *Henricum* mortuum anno 1380. *Jacobus Ticinus Epitom. Hiſt. Roſenthal. cap. 1.* num 34. Hic vero *Borſonem* genuit ultimum familiæ atque ἄπαιδα. Aſt anno demum 1284. vicennio inſtruendo inſumpto (ruſtici enim operas perangarias difficulter faciebant) Virgines ſeu moniales de antiquo clauſtro, quod fuit olim extra oppidum *Camenz*, in illud venerunt. Ceterum de *Vitigone* ita *G. Fabricius Annal. Urb. Miſen* lib. 2. fol. 45. Anno MCCXC. *præſul* Vitigo, *ſera ductus pœnitentia, quod diœceſin ſuam bello olim exhauſerat, in Luſatia Cœnobium Mariaſtellam, duobus a Budiſſina milliaribus condit* (abſolvit condendo) *cujus procurationem ob formam Religionis committit Abbati Veterocellenſi.* Porro *de bello ejus* ita, ſub an. MCCLXVI. Vitigo *præſul de generoſa Camenitiorum familia, caſtris aptior quam quieti: primus enim a majorum ſuorum moderatione diſceſſit. Cum Henrico* (Alberti Thuringiæ Landgravii filio vid. huc Chriſtianus de Cella Veteri §. 56 p. 67. ſeq.) *Marchione Miſnenſe de metallis Scharffenbergii decimis litigat, quam cauſam Rex Boëmia Wenceslaus, Henrici affinis componit.* Et ſub anno MCCLXXII. *Conventum indictum Budiſſinam, in quo Brandenburgii, Johannes, Otto, Conradus, fratres, Marchiones per arbitros litem diremerunt cum præſule Miſnenſe, propter eas villas, quas rex Boëmia præſuli ademerat, & Majoribus Marchionum dederat, eſtque ſatisfactum voluntati præſulis.* Et ſub anno MCCLXXXIV. *Violatam concordiam inter Ericum Magdeburgicum antiſtitem & præſulem Miſnenſem, Otho & Conradus, Marchiones Brandenburgii reſarciunt, nonis Junii.* Iterum ſub Anno MCCXCI. *Witigo præſul cum Friderico Dieterici Marchionis, cognomento Sapientis,* (an rectius, *Henrici?* de quo ſupra) *filio bellum inauſpicatum gerit, quem cum ab obſidione oppidi Pirna præſul primum repelleret, adoleſcens princeps factus irritatior, copias inſtaurat, Pirnam expugnat, Dresdam capit, Scharffenbergum occupat; Præſul cum quo ſe tuto reciperet, præſidium non haberet, ad Wernerum antiſtitem Moguntinum confugit. Interea & arx Stolpena illi eripitur. Tandem Henrici Mersburgii & Brunonis Numburgani*

patrocinii vix efficit, ut in ſedem priſtinam reſtituatur. Denique Witigo poſt damna multa collegio illata, anno ſeſſionis ſeptimo & vigeſimo moritur II. Non. Martii anno M CC XCIII. Et ſuccedit Bernardus Miſnenſis præpoſitus, ex eadem Camenciorum gente, ut quidam annotarunt. Hic ſenex admodum cum viro inquieto & ad egeſtatem redacto ſuccederet, difficiliorem & magis oneroſam habuit functionem. In initio controverſia inter ipſum & Fridericum Marchionem ac Palatinum Saxoniæ fuit, quæ bonis conditionibus ſedata. Anno autem M CC XCIX. Bernardus præſul obit 5. idus Octobr. qui ad inſtaurandas ſervandasque ſuæ diœceſis reliquias, oppidum Pirnam regi Wenceslao, Dresdam Henrico Marchioni vendidit. (add. *Petr. Albinus Chron. Miſn. tit. 15. p. 403.*) *Litera Alberti I. Regis venditionem comprobantes, Norimbergæ ſunt ſcripta. In locum demortui præſulis declaratur Albertus III. præpoſitus, Miſnenſis e generoſa Comitum Leiſnicorum familia. Arcem Stolpenam hic recuperavit* (*Petrus Albinus* Chron. Miſn. tit. 15 p. 409. addit : Vitigo II. Biſchoff hat (auch) die Stadt Pirn wieder auf eine gewiſſe Zeit an ſich gelöſet.) Sed vero *cauſam nominis* cœnobii *Stellæ Mariæ* dicti, his aperit *Jacobus Ticinus Epit. Hiſt. Roſenthal.* cap. 1. num. 30. *Alter Parthenonum haud procul Camencio ſitus, cui Stella Mariana, ſive Phoſphori nomen indidit ſequens hiſtoria quam reverendiſſimus Dominus Chriſtianus Pfaltz, Canonicus Pragenſis in dedicatoria epiſtola ad Venerabilem Virginem Abbatiſſam Annam Margaretam Doruin, anno 1661. libro ſuo germanico præfixit, quem Suſpiriorum mortalium titulo compellavit. Ejus verba ex Teutonico in latinum ita transfero: Cum reverendiſſimus & illuſtriſſimus Dominus Bernardus dominus de Camentz,* (*poſtea*) *in ordine epiſcoporum Miſnenſium ſeptimus & viceſimus* (ita etiam *Petrus Albinus Chron. Miſn.* tit. 22. p. 560) *Vice quapiam venatu relaxarat animum*, (nocte ſane intempeſta admodum, potuiſſet enim alioquin ruſticorum proxime adſitorum pagi utriusque Pawzig & Kukow implorare auxilium & impetrare,) *atque ad id loci, ubi nunc cœnobium ſitum eſt, qui mire uliginoſus fuerat, perveniſſet, una cum caballo, cui inſidebat, in uligine ſubſidit. Quandoquidem vero viribus propriis emergere non valebat, omnipotentis Dei ſanctiſſimæque matris Mariæ auxilium imploravit, emiſſoque ſimul voto ſeſe adſtrinxit ad fundandam ædificandumque, ſi diſcriminis eximeretur, monaſterium. Poſteaquam igitur noctem totam ei inhæſiſſet uligini, indeque elabi nequicquam contendiſſet, matutino tempore ante ſolis exortum, fulgente Phosphoro, ante ſe caput conſpexit, pullo candidoque peplo exornatum; quo viſo tellus* (quod eſſet accliva) *primum ſolideſcere, tum firmam ſubſiſtere, tandem præſuli* (tum canonico) *prorſus incolumi facilem evadendi opportunitatem concedere. Poſt quem optatiſſimum exitum, voti nuncupati promiſſionisque Deo factæ haud immemor ſub annum 1264.* (*quo tempore Sereniſſimi Principes ac Domini Johannes & Otho Marchiones Brandenburgici, Superiori Luſatiæ imperabant*) *Parthenium Mariæ Stellenſe aſceterion ſacri ordinis Ciſtertienſis in honorem benedictæ Virginis Mariæ, divi Johannis Baptiſtæ, & ſanctæ Urſulæ cum ſociabus* (*quorum ſacra lipſana hic loci reverenter conſervantur*) *exſtruendi* (conſenſu & ope fratrum) *initium fecit viceniumque ipſum ſtruendo inſumſit; Etenim anno 1284. ſacratæ Deo virgines e Veteri Camencenſi, urbi adſito, monaſterio, in novum ſunt inductæ. Eo ipſo autem in loco, quo epiſcopus ſubſiderat in ambulacro ſacellum erectum eſt, quod etiamnum in magna veneratione habetur, ubi ſacræ Virgines ſolennioribus anni diebus Synaxi ſanctiſſimæ reficiuntur. Deducto ad colophonem ædificio, ſeptem & triginta annorum ſpatia ſupervixit fundator: fatis tandem conceſſit anno 1321. 4. idus Octobris in Parthenone iſthoc tumulatus.* Hactenus epiſtola nuncupatoria & interpres *Ticinus:* lapſus calculi *Pfalziani*, facile ex ſuperioribus *Fabricii* verbis corrigas.

MARIANA VALLIS, Marienthal, cœnobium virginum ordinis Ciſtertienſium in ſuperiore Luſatia, Oſtricio oppido & Niſſæ fluvio contiguum: a valle, (*Caſpar Bruſchius:* Mariana vallis.

Semper enim valles ſilveſtribus undiq; cinctas
Arboribus divus Bernardus amabat; & urbes
Et fluvios; juga ſed Benedictus amabat & arces
Cœlo ſurgentes, e quorum vertice late
Proſpectus petitur - - -)

in qua ſitum, & B. *Virgine Maria* Θεοτόκῳ, cui ſacrum nomen recentius accepit: Olim enim *conventus Sifridorfenſis* & *cœnobium Seifersdorfenſe*, a pago Seifersdorf, quem propius olim attigit, nunc dirutus jacet, dictum eſt. *Bohusl. Balbinus Hiſt. Miſcell. Bohem. Decad. lib. 5. Volum. erect. XI. fol. 103. & Volum. XIII. erect. p. 302.* Ab *Beatrice* autem fœmina pia ac hilari, *Ottonis Pii*, Marchionis Brandenburgici uxore, filia regia *Wenzeslai Ottocari I.* & *Premislai Ottocari II.* Reg. Bohem. ſorore, *Manlius rer. Luſ. lib. 5. c. 5.* primo inſtitutum eſt, teſtimonio *Annalium Budiſſinenſium, Gorlicenſium*, it. *Bartholomæi Sculteti literarumque fundat.* Scriptarum anno quidem 1262. die 17. Martii, hoc eſt, die Lunæ poſt Dominicam Reminiſcere. *Jacobus* igitur *Ticinus Jeſuita* Epit. *Hiſt. Roſenthal. cap. 1. num. 29* errorem calcularium, neſcio quo autore, commiſit, ſupputans annum fundationis 1238. nec accurati plane *Annales Sittavienſes*, qui anno 1263. cœno-

nobium eſſe fundatum narrant. Ampliavit reditus ac dotem *Henricus Dux Javorienſium, & Dominus Luſatiæ ſuperioris cis-Labica. Schneider. Hiſt Luſat. Scrutin.* P. IV necnon *Domini de Leipa, Berca., Quercu, Douyn*, aliique, *Annal. Sitav.* ſub an. 1313. & *D. Leuber* tr. MSS. de *cœnob. Luſat. ſup. cap. 12.* Quatuor vicibus flamma triſtiſſima & ſubitanea in cineres conſedit, nim. ann. 1422. quum in veteri ſua area ſtaret. anno item 1515. 1542. die Calixti, & denique anno 1683. die XXII. Auguſti.

Moſca. MOSCA, *Moſka, Moſkovia*, & *Muſcovium* apud *Chriſtoph. Manlium rer. Luſat.* lib. 1. cap. 12. Moſſe, Moſkaw; Sorabis Mujakow, oppidum Luſat. Superioris in principatu Gorlicenſi, ad Niſſum fluv. Ab anno Chr. 1644. *Comitibus Callenbergicis* paruit, habens nomen ex deminutivo Mujik, hoc eſt, *homuncio, homulus* ein Männlein, thema Muj. *vir*, Sorabis & Bohemis Maz, Polonis Mujakow, ergo aut Moſkaw, Germanice Mannheim. Conſiſtorio eccleſiaſtico & Superintendente noſtra memoria inclaruit, *tribus* alias *memorabilibus* celebre, 1. Arce magnifica, 2. Templo ſplendido, & 3. cereviſia triticea anno 1624. primum cocta.

Johannes Caſpar Cruſius in Moſcovia decore eximio:

Audivi eſſe aliquod vulgi proverbium in ore:
Arx, Templumque novum, nec non cereviſia ſuavis,
Hac tria Moſkovia quod ſint haud ultima noſtra
Ornamenta ferunt. Aſt iſta locutio vulgi
Vulgo de rebus fertur, quas diximus ipſis.
Arx, quia munificis exſtructa eſt ſumptibus iſthac,
Qua celeber multis conclavibus arte paratis,
Arte peregrina, qua tellus Italia gaudet,
Cujus imaginibus ſplendent laquearia pictis
Pendentique fabre formatis undique gypſo,
Foſſis cincta cavis, ornataque turribus altis,
Quarum monſtratur ſtructura hydrotechnica in una.
Qua eſt opus excellens, pulcrum, ſpectabile, rarum.
Imprimis quoniam ſummo ſub vertice turris
Pendet, & ex imo vi forti fertur in altum
Unda, per occultos, vicino e monte canales,
Qua poſt artificis ductu fluit inde per ora
Sirenum, infantum, miroque per organa flexu.
Relliqua, queis adſtans largo conſpergitur imbre,
Pro directoris lubitu latitantis in antro,
Et qua plura capit Arx hac digniſſima viſu,
Eſtque ſuus decor exterior laudabilis (infra
Dicendus) Templo, quod plebs Germana frequentat.
Nec ſpernenda quidem cereviſia noſtra, ſapore
Grata, colore ſubalbida, nutrimenta bibenti
Optima dans, ſuavis peregrinis indigenisque:
Si non diluitur vel aqua vel ſimplice lora.
Hac tria Moskovia dicunt encomia noſtra.
Sed nos ulterius meditemur, (ſi licet iſtud,)
Proverbi melior qua ſit ſententia dicti:
Nunquid erit falſum lector ſi dixero, ternis
Significaret hiſce ſtatus tres orbis & urbis,
Queis ſine non conſtare poteſt reſpublica quavis,
Et quibus, aſſiſtente Deo, Moſcovia floret &c.

NIDA, Niede, pagus Luſatiæ ſuper. in principatu Gorlicenſi ad amnem *Viſigum*, puto cauſam nominis ſumptam *a ſitu*, latera enim accliva montis occupans aquas fluvii fere nunquam & nuſquam timet. Ex Nide ergo vel nidy, Soraborum adv. id eſt *nunquam*: ſed & Nidze, *nuſquam* apud eoſdem. Hinc *Nida* Niede, aptiſſime perque jocum, *Utopia Luſatia*, Germ. Nirgendshauſen, vel Nimmerheim, Sic *Nida* fluvius Poloniæ, ex eodem Nidze, vel Nidy, *nuſquam*, vel *nunquam*, quia gurgite abſorptus nusquam comparet, ſed ſub cava terra longo intervallo labitur. *Joh. Dlugoſſus Hiſt. Polon. lib. 1. fol. 13.* *Nida* fluv. *cujus fons* in *villa* Moſkovzow *conſuigens per aliquale ſpatium fluens ſubterraneum agit gurgitem*, & tandem *in horra villa* Dzierzkow *prapoſitura Cracovienſis emergit, oſtia ab utraque parte oppidi & caſtri nova civitatis* Korczyn *prope villam* Protniki. Nida.

NIEMETIUM Türckenhauſen, (pro Thüringshauſen) Sorabis Niemez, ſeu Niemz pagus intra Witgenaviam, Cœnobii Stellæ Mariæ, ex Niemz, vocabulo Sorabico, id eſt, *Germanus, Teuto*, quod ab homine *Germano*, ſeu *Thuringo* conditus fuerit, ſed Niemz, ex Niemy, *mutus*, quod *tanquam muti* videantur Teutones Sorabis, verba rerum non intelligentes. Probant etymon vocabuli Niemz, ex Niemy, *Nicolaus Henelius, Sileſiogr. renov. cap. 1. p. 27.* add. *D. Thomas Reineſius Var. Lect. lib. 1. cap. 14. pag. 52.* Niemetium.

NISENDORFUM, in diœceſi Neſchwicen- Niſendorfum,

cenſi infra Budiſſam. Germ. Niſendorff, Sorabis Niſa, ſeu Niſchawies, id eſt, *inferior pagus*, Niederdorff, a Niſche, Niſcha, inferior, & Wies *pagus*, Sorab.

Niſſus. NISSUS, *Niſa* aliis, die Neiſſe, fluvius admodum rapax, qui in montanis Bojemicis penes *Profevitium pagum ſupra Crazium* oppidum exortus, *Sittaviam*, *Hirſchfeldam* & *Oſtricium* prætervectus, Vitigoque auctus, *Gorlicium*, *Rotenburgum*, Muſcoviam & Forſtum Luſatiæ urbes, ubi in tres funditur alveos, alluit, ac tandem infra Gubenam ad pagum Razdorf, Viadrum ingreſſus, opes ejus adauget. *Johannes Dlugoſſus Hiſt. Polon.* Lib. 1. f. 15. errat circa fontem & oſtia Niſſi, cum ait: Niſſæ *fons prope oppidum* Szytavam *circa villam* Schochow: *oſtia circa villam* Schydla, ſeu Schidlo. Romana lingva vertas *Inferiorem fluvium*; nam nizſſi, & nizſſa, Bohemis (Sorabi ſcribunt, Niſchi & niſcha) comparativus ex Niſki ſeu Nizky poſitivo, *inferiorem* ſonat: ſcil. quod ad inferiores Septentrionis partes fluat. Thema Nizik, Bohem. Nizu & Nizim. Sorabis *demittere* & *ſubmittere*, *humiliare* niedrigen, demüthigen. De *Niſſo* plura *Nicolaus Henelius Sileſiograph. renovat.* cap. 5. p. 579-581. *Samuel* Großer Lauſ. Merckw Part. V. f. 4. D. Joh. Bened. Carpzov. Analect. Faſt. Zittav. Part. 1. cap. 7. f. 82.

Noſtitium. NOSTITIUM, Noſtiz, Sorabis Noſzatez, & Noſzteze, pagus non longe a Weiſſenbergo oppido, æde ſacra recenti ac pereleganti, & aula ſplendida decoratus, peculium Zieglerorum: cauſa nominis non patet, natum tamen iſtoc ex vocab. Bohem. Noſatec, ſeu Noſzatez, id eſt (1) *malleus ſculptorius*, *καλαπτής*, ein Spitzhammer. (2) *ligo*, *σχαχὶς*, *μακέλλα*, eine Haue oder Hacke, (3) *lituus*, it. *bacillus*, formam mallei ſculptorii quandam referens. Ex eodem Noſzatez, Noſtiz, *Noſtitius*, die von Noſtiz, familiæ illuſtris cognomen; vulgo ſignum ſeu teſſeram ejus ſcuturiam pingunt, quaſi eſſent *cornua* Hinc *Poëta*:

Noſticium cornu duplex *inſignia monſtrant*,
Utrumque ornatum eſt verſicolore nota.
Quis ſenſus? ſignant quid cornua? cornua robur
Dicere virtutis pagina ſacra ſolet.
Quid candens rubensque color per cornua? facta
Fortia Noſticium marte togaque virum,
Robore, conſilio, virtute & fortibus auſis
Creſcere Noſticiam fac Deus alme domum.

Sed forte errant pictores ſculptoresque: *lituos* enim ſeu *bacillos binos* olim inſigne præbuiſſe *Noſticiorum* ex nomine Noſzatez omnino ſuſpicor: *lituus* autem apud veteres Romanos *bacillum* vocabatur, quod *incurvum & leviter a ſummo inflexum eſſet. Cicero lib. 1. de divinatione*, Tom. IV. Oper. f. 357. Romuli lituus; *id eſt*, *incurvum & leviter a ſummo inflexum bacillum, quod ab ejus litui, quo canitur, ſimilitudine nomen invenit.* Hujusmodi *lituus* ſeu *bacillus incurvus*, in numis *Sexti Pompeji* & *M. Antonii* deprehenditur, quod ſignum *auguratum* eorum denotans fuiſſe exponit *Paulus Pedruſius* S. J. *Tom. II. Numiſmatum* Theſauri *Farneſiani edit. Parmæ* an. 1701. Vid. Acta Erud. Lipſ. An. 1705. p. 427. 429. & 430. *Lituus epiſcopi* (nunc) *inſigne: erat hac virga brevis in ſummo curva, qua olim augures ſedentes ex avium volatu tempora deſignabant. Romulum ea uſum Cicero, Plutarchus, & alii ſcribunt; inde baculum in ſummo curvum, in imo acutum pontifices quoque habuerunt, quo non tantum epiſcopi, ſed & archipræſules patriarchæque concionantes utuntur, & quandoque cum celebrare incipiunt, ſcribit Guido Pancirollus Theſaur. Var. Lect. lib. 1.* cap. 20. pag. 32. Itaque *Noſticii* Germanice die von krum Stäben, forte quod majores ipſorum vel in aulis Principum regumque *officiarii* fuerint *primarii*, Stabherrn, jure geſtandi baculum ornati: *vel* quod res *eccleſiæ optime curaverint.* Sed has tamen conjecturas meas judicio aliorum libenter ſubmittam.

ODERVITIUM, Oderwiz, Sorabis Wodrinza, al. vulgo Wudrywge, pagus in agro Sittano; nomen accepit a *rupturis*, colliciis *aut hiatibus terræ, quæ fiunt a violentia aquæ, aut inundationibus*, Germanice Riſzwick, Riſzdorf, wo es viel Schliſter, Erdentitze odir Waſſerriſſe giebet, da das Waſſir leicht reiſſet und einreiſſet: nam Wodrywam vulgo Wudrywam, *abripio*, *demolior*, *dejicio*, *avello*, *abſtraho* terram, & Wudrywki plur. *collicia*, *ruptura terræ*, thema Dru vel Dreju ſeu Dryiu, id eſt, *ſcindo*, *rumpo*, *demolior*, *dejicio*, vid. *Origin. Lingu. Sorab. lib. 2. cap. 4. p. 950. ſeq.* Odervitium.

OIBINUM, *Oivinum*, *Oyvinum*, Oybin, Oiwin, Oywyn, it. *Mons Paracleti*, *cœnobium Oivinenſe: Cœnobium Arxitem*, & *pagus* in montanis ſeu agro Zittaviæ urbis: quorum duo priora vis ignis cœleſtis diruit, rudera enim, digna tamen viſu, tantum ſuperſunt. Hiſtoriam cœnobii, montemque ipſum deſcribit *Chriſtophorus Manlius rer. Luſat. lib. 6. cap. 27. 28. Bohuslaus Balbinus Miſcell. Hiſt. Bohem. lib. 3. Decad. I.* cap. 8. f. 113. ſeq. *Sam.* Großer Lauſ. Merckw. P. 5. c. 3. f. 12. & 13. & *D. Joh. Bened Carpzovius Analect. Faſt. Zittav. Part. 1. cap. 27. fol. 146-168.* De Etymo *nominis Oibin* agit quoque *Chriſtoph. Manlius loc. cit. Cum qui munitione rupis ſe tenebant, finem maleficiorum nullum facerent, ab Imperatore* (Carolo IV.) *magnis copiis diu circumſeſſi ſunt: is, ubi ſe operam ludere, ſuoque exercitui ab obſeſſis ſaxorum* Oibinum.

xorum & omnis generis miſſilium jactu de loco ſuperiore plurimum incommodari animadvertit, ad auxilii divini implorationem converſus, votum fecit, ſi arce potiatur, numinis ſe eam cultui dicaturum: capta demum arce, cum Viennæ longe minori labore expugnatæ recordaretur, ceu admirabundum in hæc verba prorupiſſe ajunt: nunquam o Vienna, nunquam tantum mihi, quantum nuda iſta arx feciſti negotii. Atque ab hac emiſſa & ingeminata Imperatoris voce nomen loco manſiſſe. Ego Viennam neque Auſtriacam noſtram, neque alterum Gallicam a Carolo unquam obſeſſam reperio: tametſi contra Philippum Auſtriæ ducem bellum eum geſſiſſe, ex Hieronymi Ziegleri *Viris illuſtribus Germaniæ, Darmſtatinus annotavit. Veriſimilior itaque eſt Chronici Oivinenſis narratio, quam aſſcribo: Fertur quod cum Carolus Imp. in obſidione hujus loci ad expugnandum prædones ibidem latitantes, cum exercitu ſudaret, & multam difficultatem pateretur in expugnando. Nam illi in caſtro forte deſperatione (Jovius lib. 2. Hiſt. Ultima neceſſitas in rabiem vertit, atque eos plerumque, qui penitus de vita deſperant, ex timidis longe fortiſſimos facit) indurati, lapidibus & aliis jaculis plurimum moleſtabant exercitum, qui tamen finaliter expugnati ſunt: unde Chriſtianiſſimus & invictiſſimus Imperator penſata difficultate obtinendi hoc caſtrum, & recogitans de munitione illius fortiſſimæ civitatis Wyenna, repetivit cum admiratione in vulgari,* O wyn, O wyn, *quaſi diceret*, o Wyenna, quæ es inſignis & præclara civitas, vix crederem, me tantam difficultatem habere in tua expugnatione, ſicut circa hoc vile & ignominioſum caſtrum. *Principes autem & militares in exercitu verbum Imperatoris, quod dixit*, o Wyn, o Wyn, *quaſi pro omine, id eſt, fortunato & memorabili dicto ex ore Imperatoris rapientes ab hoc eventu loco nomen impoſuerunt: unde usque hodie vulgariter cognominatur* Owyn *apud* Bohemos: quamvis Alemanni *dicant* Oivin. *Hactenus* Chronicon. *Arcis nomine deinde cœnobium etiam vulgo appellatum eſt.* Hæc *Manlius.* Præter alia illa a beato Viro allata etyma, *tertium* ſermone civium doctorum urbis Sittæ tritum circum ferri ſolet: (repetunt etiam illud *Balbinus Miſcell.* Hiſt. Bohem. *Dec. I.* l.3.c.8. & *Joh Frid. Carpzovius Analect. Faſt Zittav.* P. 1. cap.22. fol. 148. & alii) nimirum e gallicis voculis *Oy bien*, id eſt, *imo bene*, eſſe compoſitum *Oybinum.* Cœleſtinos enim Patres Carolo IV. Imper. quærenti, *Et bien mes peres vous eu plaiſt il ce lieu?* reſpondiſſe ferunt: *Oy bien; Sire*; hoc audito Imperatorem juſſiſſe, ut loci nomen *Oy bien* fieret. Sed antiquius omnino Carolo IV. Oibini nomen eſt; legitur enim in privilegio *Johannis Regis Bohem.* dato in *vigilia* feſti *Margarethæ anno 1346.* (vid. *D. Carpzovius Analect. Faſt, Zittav. Part. I. c. 22. fol. 148.*) mea igitur ſententia videtur vero conſentaneum a Venatorum Bohemicorum vulgari celer ſucate **Owen**, id eſt, o! *foras*, vel *ite foras! fera urſusve prope eſt.* Germanice **heraus, fort!** (a venatoribus enim primo inventus locus & ædificatus eſt,) nomen ortum compoſitumque fuiſſe. Ceterum de uſu formulæ haud dubium, cum cujusvis linguæ homines ac milites imprimis eam adhibeant: ſic *Simei* maledictis *Davidem* proſcindens

Ze Ze egredere. &c. 2. Sam 16, 7.

Virgilius Æneid. 6.

\- - - procul hinc, *procul eſte prophani;*
conclamat Vates, *totoque abſiſtite loco.*

Et Eclog. 9. 2.

O Lycida vivi pervenimus advena noſtri
(Quod nunquam veriti ſumus) ut poſſeſſor agelli
Diceret: hæc mea ſunt, veteres migrate coloni.

Chronicon Saxonicum hæc habet fol. 24. Weil König Carl (der groſſe) auf S. Hülſenbirg war, flohe ſein Volck über das Waſſer die Mone (ſonſt der Mayn) geheiſſen: Da kehreten die Sachſen wieder, und rieffen, Francke fort! Francke fort! und baueten daſelbſt eine Veſtung, die nenneten ſie Sachſenhauſen, daß ſie da behauſen wolten, & fol. 25 König Carl kam vermittelſt Göttlicher Hülffe wieder zu ſeinem Volck, und vertrieb die Sachſen von ihrer neulich erbauten Veſtung Sachſenhauſen, und bauete auf der andern Seite des Waſſers, da vorher die Sachſen ſtunden, und rieffen, Francke fort, Francke fort! eine andere Veſtung und lieſſe ſie denen Sachſen zum Spotte nach ihren Ruffen, Franckfort heiſſen, welche nun noch den Nahmen hat, und eine groſſe Kauff Stadt geworden iſt. Videatur autem etiam *Ditmarus Chron. Merſeb. lit. 7. fol. 104. Johannes Meletius epiſt. ad Georgium Sabinum de relig & ſacrif. Veterum Boruſſorum: peracto prandio funebri, ſacrifi ulus ſurgit de menſa ac ſcopis domum purgat, animasque mortuorum, cum pulvere ejicit, tanquam pulices, atque his precatur verbis, ut e domo recedant*, **jedlė pilė duſſėce nuwen! nuwen!** *hoc eſt, ediſtis, bibiſtis animula, ite foras! ite foras!* Itaque *Oiwin*, &c. olim **Owen** Germaniceque vertas, **heraus hauſſen**, & latine *Exi foras.*

OLSTIRA, **Elſter**, Sorabis **Halſtrow** & **Halſtrow**, nuper *Ponicaviorum*, nunc *Cuochiorum* oppidum, uno lapide Camentia Luſatorum ſuper urbe diſtans: nomen, ut non nulli autumant, fert *ab amne Elyſtro* qui *Niger* vocatur, ab aqua nigra, quam ad Hojerswerdam recipit: contra alii *Elyſtrum* fl. ſic dici ex oppidi nomine credunt. Oppidum enim **Elſter**, *a pica ave* nuncupari: quod hæc avis tiliam arborem, in foro adhuc ſtantem, eo tempore, quo condito- Olſtira.

 res

res de nomine, quale ei dandum eſſet, diſceptarint, præter opinionem involavit. Hinc etiam *picam avem ſuper tilia ſedentem*, ſigillum oppidi & inſignia ejus referunt.

Opitium.

OPITIUM, Opiz, Sorab. Pſowa ſubintellige wies pagus in diœceſi Milkelenſi, utrumque nomen Opiz & Pſowa, ex idiomate Sorabico ſumptum, Opiz ex Bohem. quidem Opice [Sorabis enim Wopiza,) id eſt *ſimia, ſimius*, ein Affe: & Pſowa id eſt, *canina*, ex adject. pſowy. pſowar *Caninus, a, um*. Credibile putem pago primum *Opitis* ſeu Opize nomen inditum fuiſſe, quod *ſimiam* conditores videndam præbuerint, eum vero peregrinum Sorabis fuerit animal, & *pro cane eam* habuerint, hinc Pſowam, id eſt, *Caninum pagum* magis quam Opize, id eſt ſimiæ villam dicere voluerunt. Germ. Hundhauſen & Affendorff.

Oſſigium.

OSSIGIUM, Oßig, Sorabis Woßek, id eſt, Aſpenhauſen, Aſpenheim. (1.) Nlemski Woßek, Deutſch Oßig. (2.) Serſki Woßek, Wendiſch Oßig, pagi ſupra Gorlicium non longe a ripis Niſſi fl. (3.) Woßek etiam Sorabis dicitur Großhayn, *urbs Miſniæ*, pro quo corrupte ſcribunt Gyodek, it. Grozedek, vid. *Petr. Albinus Chron. Miſn. tit. 10. p. 260.* & *tit. 20. pag. 543.* ex Sorabica voce Woßek (Polonis & Bohemis Oßyka) id eſt, *populus nigra, ſeu tremula*, eine Aſpe; thema Woßa (unde etiam Woßeza) *idem*.

Oſtricium.

OSTRICIUM, ap. *Chr. Manlium rer. Luſat. lib. 1. cap. 8* Oſteriz, vel Oſtriz, Sorabis Wottow, aliis Woſtrozua, Polonis Oſtrow. oppidum ad amnem Niſſum, in præfectura Sittav. Nominis origo vel ex voce Polon. atque Bohem. Oſtry (it. Sorab. Wotry, qui partim literam ſ. ſupprimunt, partimque W. capiti adponunt) id eſt, *acutus, acer, acerbus, aſper*, ſcharf: fortaſſis quod ſpatium perangustum & aſperum aquas inter & montes occupat: vel ex Oſtrow, Polon. & Bohem. i. e. *inſula, terra undique aquis cincta*: quia exundantibus Niſſi aquis, peninſulæ quandam faciem præbeat. Sic *Johannes Dlugoſſus Hiſtor. Polon. lib. 1. fol. 67.* Oſtrow Meklenburgici Ducatus *civitas, a loco inſulæ, in qua ſtat erectum. Tertio* æque alludit Polon. Oſtrozny, *a, e*, id eſt *cautus, circumſpectus*, cives enim cautos eſſe exundantes aquæ jubent. *Cœnobio Vallis Marianæ paret*: & pro *umbilico Gorlicii* & *Sittaviæ* communiter habetur; ad nam lapidem ſecundum ab utraque urbe diſtat. Germanice vi etymi vertas, Schalſenheim, vel Halb-Inſel, aut Sieh dich für.

Paulsdorfum.

PAULSDORFUM, Paulsdorf, Sorab. Paulize (1.) Niemske Paulize, Deutſch Paulsdorf, it. Pohlsdorf in ſpecie: lapidis dimidii intervallo ab oppido Reichenbach; (2.) Serſke Paulize, Wendiſch Pohlsdorf, prope Læbaviam: Ex nomine *Pauli conditoris* ſic dictum utrumque eſt. Powol Paulus Sorabis.

Pfortena.

PFORTENA & Porta, apud *Manlium rer. Luſat. lib. 1. c. 12. & 20.* Pforten, Sorabis Brode, & diminutive Brodk, oppidulum Luſatiæ inferioris vicinum Foreſto ac Sommerſeldo, ſuperiorum memoria *Biberſteiniis Baronibus*, nunc Illuſtriſſ. Comitibus Promniciis ſubjectum. Traxit nomen ex Brod, voce Sorabica, Polon. Bohem. id eſt *vadum*, portus, der Furt, vel Pfort, Ebræis item ether,

Polsnitium.

POLSNITIUM ap. Chriſtoph Manlium rer. Luſat. lib. 1. cap. 8 Polßniz, al. Pulßniz, Sorab. Polſniza, vulgo per antiſtæchon Poizniza, Germanice vertas Halberſtadt, oppidum Luſatiæ Superioris a rivulo Polſniza, die Polßniz, qui id alluit, & Luſatiam a Miſnia ſejungit, ſic nominatum fuit ante ſesquiſeculum dynaſtia *Johannis Schlibii*, ſuperioris Luſatiæ Capitanei, *Manlius* lib. & cap. cit. noſtra memoria *Gottlobi Wertheri*, nunc jure hæreditario *Maxenorum*: Polſniza lat. Polſnicius, proprie aqua dividens, intermedia, aut diviſa in dimidium, ein theilendes oder getheiltes Waſſer, das auf die Helffte läufft, ex Pol, Sorab (Bohem. Pül) medium, dimidium, halb, die helffte: dividit mox e fonte ſcaturiens *Obornum* pagum, nec non paulo poſt *Polſnitium*, in partes duas, ut, citerior ſit *Luſatia*, ulterior autem *Miſnia* terra: porro Polſniza, alius fluvius Luſatiæ ſuper. Germanis per metatheſin quandam die Plüßnüz, latinis *Pliſnicius*, transfluit *Bernſtadium* & vicinos pagos, in Niſſum ſe exonerans tandem ad pagum Mikeriz.

Poſtvvitium.

POSTWITIUM Poſtwiz, Sorab. Budeſteze pagus (ab Anno 1507.) Senatus urbis Budiſſinæ, a qua intervallo milliaris unius ad radices *primi montium Sudetorum* Sorabice Luben dicti, remotus diſtat: nomen Teutonicum corruptum e Sorabico: hoc autem compoſitum ex Buda *taberna caupona*: & verbo ſteju, ſto, ſtehn; quare latine quaſi tu dixeris, *Tabernam hic ſtantem habes*. Germ. Schenckenſtette, vel eine Schencke ſtehet da. *Sprewa* fluvius medium ſecat, ſtratus ponte ſaxeo, cui par non eſt in tota provincia. *Templum*, quod hic viſitur in gratiam Soraborum conſtructum ſatis amplum atque ſat elegans eſt, cujus *filia* olim in agro pagi Lilevitii frequentabatur; nec *domus curialis lapidea ſilenda erit; in cineres quidem incendio* (Anno 1676. die 30. Aprilis) redacta, paulo poſt tamen eleganter reparata: nam foſſa aquaria, aquis eo in rivo perductis, undique cingitur, licet in editiore planitie poſita ſit.

Regius pons.

REGIUS *pons* Luſatiæ ſuper. ad Polſnicium fluv. in confinio Miſniæ, oppidum, Germ.

Germ. Kônigsbrück, Sorabis corrupte ex priori Teutonico, Kunsberg; D. *Caſpar Peucerus* in Idyll. *Patria.*

Amoute eſſe alii, quod malunt, vulgus ut effert,
Sive a ponte nihil ſit, vel ab arce refert
Regis ſat Zechi diſterminat, huicque cohærens
Limite, quod Myſium Polſena & amne ſolum.

Reichenbachum. REICHENBACHUM, Reichenbach, Sorabis Richbach, id eſt a *rivulum usque pertingens*, (das da reichet bis an den Bach) oppidum Luſat. ſuper. Gorlicium inter & Budiſſinam ſitum, a Gorlicio autem ad ſecundum lapidem diſtat, *Chr. Manlius rer. Luſ. lib. 1. cap. 8. & lib. 6. cap. 59.* Aliis quaſi *di-ves rivo* reich vom Bache. Hinc *Jacobus Pontanus* interpres *M. Zachariæ Theobaldi, divitorivium, vicus in Gorlicenſium agro. Hiſt. Bell. Huſſit. cap. 72. fol. 140.*

Rotenburgum. ROTENBURGUM, Rotenburg, Sorabis Rotenburk, oppidum Luſatiæ ſuper. ad fluv. Niſſam verſus Boream ad tertiumque lapidem infra Gorlicium: nomen *a rubro caſtro* ſeu *turri* habere dicitur. Fuit quondam (an. 1497.) dynaſtia *Ottonis Noſticii*, teſtimonio *diplomatis Ferdinandi I. Regis Bohemiæ* ſcripti an. 1544. *Chriſtoph. Manlius rer. Luſat. lib. 1. c. 8. Rotenburgo* Eraſmus Noſticius *imperat*: hodie *Godofredus Schneiderus*, civis Gorlicenſis Anno 1450. ab Huſſitis ſolo æquatur: Anno 1530. die 20. Auguſti & Anno 1613 die *S. Jacobi* in cineres totum ſubſidet, arce ſervata. Anno 1640 die 7. Sept. periit pars forum cingens, & anno 1680. denuo maximus domuum numerus An 1680 die 3. Febr. dynaſta *Noſticius Liv. Baro* ad menſam cœnaturus, globulo bambardæ lethaliter trajicitur; ſicarius gladio & rota punitur Budiſſæ anni ejusdem die 17. Junii.

Rulandum. RULANDUM, apud *Chr. Manlium rer. Luſat. lib. 1. cap 8.* Ruland, Sorabis Rulant, oppidum Luſ. ſuper. ad Nigrum Elyſtrum. Videtur dictum fuiſſe olim Rugeland, quaſi *terra ſeu oppidum, in quo juſtitia exercetur*, ex voc. Land, *terra, regio*, & rügen, i. e. *denunciare, judicare*, it. *accuſare, arguere*; paſſim enim in Germania ſingulis fere annis conventiones paganorum oppidanorumque, præſente magiſtratu inſtitui ſolent: quas Rugegerichte, ſeu Dingsgerichte, it. Gedinge vocant, repetitis juribus ac legibus plebis, die Rügen: ſingulique vi jurisjurandi adacti revelare tenentur, quæ vel ſibi aut magiſtratui nociva ſint, ut removeantur. Aliis quaſi Ruheland, id eſt *terra ſeu ager reſpirans a cultura*; denique aliis tanquam *Rolandi* civitas, *a ſtatua Rolandi* hic collocata, cujus tamen nulla veſtigia apparent. *D. Caſpar Peucerus Idyll. Patria.*

Saxonicis fuerit quod enim his antiquitus oris
Sedes & limes regibus imperii,
Comprobat a Magno Witechindo nomen adepta,
Quod vallis reliquo ſervat oppidulo (Wutichenaco)
Et prius huc Francos regna extendiſſe, Rolandi
Utilis arx bello nomine dicta monet.
Qua Sorabo rurſus quamvis ceſſere feroci,
Teutonicum manſit nomen utrique tamen &c.

Fuit autem, teſte *Chr. Manlio rer. Luſat. lib. 6. cap. 32. Eilbergiorum* olim (anno 1363.) tempore Caroli IV. Imp. hinc *Gersdorfiorum* (anno 1547.) peculium: hodie S. R. I. *Comitem Carolum Sigismundum ab Hoym* dynaſtam reveretur.

SCHMELNA, Schmöllen, Sorab. Smelnow, pagus Luſ. ſup. in planitie montium ſudetarum ad confinia Miſniæ, ipſius Verdæ epiſcopalis ex Smelna, *juncus* Schilffrohr, unde & Smelſina *junceum*, quod junco ſcirpoque abundet. Schmelna.

SCHOENBRIGA, Schönberg, Sorabis Schimberk it. Schumberk, id eſt *Pulcrimontium* ſeu *Pulcermons*, ſchön enim *pulcrum* & Berg *montem* ſonat, poſſet etiam dici Sorabice Biela hobra, nam Biely, *albus*, i. e. *pulcer*, & Hobra *mons*, ratio nominis a ſitu ſumpta, quod ad collem ſeu monticulum pulcre arboribus veſtitum exſtructa ſit: vel quod pulcre ad montem ſit poſita, Schön am Berge, (1) *oppidum* in principatu Gorlicenſi: *Chriſtophorus Manlius rer. Luſat. lib. 1. c. 8.* Schonbrigam *Joachim Frencelii ad Conigsbanum & Libenſtainum equitis aurati civisque Gorlicenſis hæredes tenent*: nunc Lœbiorum peculium. *Item lib. 6. cap. 110. Anno 1476. Olſnicius in via Leobergenſe prædas agens factis inde crebris excurſionibus, Schönbrigam oppidulum, villam Rudolphi ſuperiorem, Copperam & Reutenutiam pagos exuſſit.* Claruit annis 1545. 1555. & 1556. In hoc oppido *Mathæus Friderici verbi divini miniſter* orthodoxus ac induſtrius, qui ut *a potationibus nimiis & ingurgitationibus*, ebrietateque ſuos & alios deterreret, ſingularia in lucem expoſuit publicam Scripta diſſvaſoria, ſcilicet (1.) *diabolum potatorem*, den Sauffteufel. (2.) *Libellum contra potatores*, quo exhibet (a) *chirographum Cancellariæ infernalis*, ein Sendſchreiben des hölliſchen Satans und der Stände ſeines Reichs, an die Zutrincker. (3) *Literas ſuas ad potatores*, Sendſchreiben *Mathæi* Friedrichs an die vollen Brüder in deutſchen Lande. Præfationem inſcripſit *Joachimo Frencelio*, ſupra laudato patrono ſuo. Confer *Theatrum Diabolorum* fol. 316-339. *edit. Francof.* Schoenbriga.

ad

ad Man. an. 1569. (2) *pagus* Luſat. ſuper. in diæceſi Cunewaldenſi, quinto ſupra Budiſſam lapide, ex utroque latere montes pulcros præaltosque habens.

Seidenberga. SEIDENBERGA, Seidenberg, Seidenberk, oppidulum Luſat. ſuper. limitaneum ad Eurum: gaudet eo privilegio, quod inter ſellas, hoc eſt dynaſtias tres præcipuas provinciæ ſuæ habeatur, juxta diploma Imperatoris Ferdioandi I. ſcriptum an. 1544. dicitur autem Seidenberg, *quaſi* ſeit-am-Berge, quod ſit conditum *juxta declivia montis ſeu collis*, habens tamen nomen ſuum mutuo acceptum ex pago vicino, Palæo-Seidenbergo, Alt-Seidenberg. *Chriſtophorus Maulius rer. Luſat. lib. 1. c. 8.* Seidenbergum *pertinet ad Bohemiam*, (ſc. ratione dynaſtarum, non terræ) *corvum cervinum quinque ramorum pro inſigni gerit: Biberſteiniis enim* (dynaſtis Fridelandiæ quondam, ad annum usque 1551. *juxta Annales Soraviæ MSS. Adami Biſſeri*) *paruit, unde adhuc ad Fridelandenſem Baronatum pertinet*; ſic *ille.* Noſtra memoria *Noſticiis* nuper, nunc *Einſideliis* dynaſtis paret. Anno 1402. Haben Caſpar von Gersdorf, und Peter Göldner Erbrichter zu Lauban, zugleich und mit einander das Städtlein Seidenberg um fünfftehalb hundert Marck gekaufft.

Sea. SEA, Seum, See, Sorab. Jyſor, pagus in partibus Borealibus principatus Gorlicenſis ita vocatus, quod ſtagnoſus ſit: Jyſor enim Sorabis ſtagnum, lacus, eine See.

Sitavia. SITAVIA, cum T. ſimplici, quo modo etiam *ſigilla* vetuſta docent, & *diploma Wenceslai*, d. d. 1. cal. Decembr. an. 1290. Vid. *D. Carpzovius Analect. Faſtor. Zittav. P. I. c. 4. fol. 45. 46.* *Zuhavia* ap. *Jo. Dlugoſſum Hiſt. Polon. lib. 13. fol. 448.* *Szytava*, apud *Eund. lib. 1. fol. 16.* vulgo *Sitta*, *Zittavia*, Zittaw, Sitte, Sorabis Zitawa: Bohemiæ olim, at ab anno præter propter 1358. vid. *Doct. Carpzovius Analect. Faſtor. Zittav. Part. I. c. 1. fol. 2. 3. 4.* Hexapoleos ſuperioris amplitudine & merito ſuo tertia urbs: ſita ad Niſſam & Mandavum flumina, ipſiusque Bohemiæ limites ad pedes montium Sudetorum: claret Senatu inclyto, eruditis ac honeſtis civibus, Theologis piis, ſchola celebri, negociatione lintearia fauſta, & pagis denique ædificiis atque incolis frequentiſſimis copioſiſſimisque. De anno conditus ſui ſcripſit *ἐπίγραμμα αἰνιγματῶδες*, ut fertur, *David Crinitius Neopomuzenus* ab *Stavazoa*, quod ita ſeſe habet:

Si tot concipiat tacita quis mente Decembreis,
175. Quot vivens Abraham vidit in orbe pius.
Inde tot adjiciat meſſes, quot mæſta Jacobi
Stirps, Ægyptiacis triſte gerebat agris. 430.
Tot quoque conjungat brumas, quot tartara miſit 600.
Morte Philiſtæos Sangar ad ima viros.
Tum tot iis annos David quot ſceptra gerebat 40.
Addat quot Moyſi veeba deditque Deus. 10.
Annus erit volucri Niſſus, quam præterit unda
Urbs, quando in Luſatis cœperat eſſe jugis.
Vrbs celebris rebus variis, & divite cornu, 1255.
Cum natura ſuas larga miniſtrat opes,
Inde magis celebris forſan Primislaus illi
Alter fundator, qui fuit Ottogarus.
Auſpice tam claro ſunt mænia prima locata
Urbis ab extremis nomina diſce notis.

Sed nos nominis originem ac rationem perſcrutabimur. Annales Urbis MSS. ad annum 1255. huc ita: Es geſchah in dieſem (1255.) Jahr, daß der Hochgebohrne Fürſt Ottocarus genannt, ein König zu Böhmen, der kam auf den Plan und Gelegenheit, da itzo die Stadt Zittau ſtehet, und beſahe das Land: und vermerckte des Landes Feuchtbarkeit, und bedachte ſeine Frommen, damit das Böhmerland gemehret würde, und ſatzte die Stadt Zittau aus, und reitet alſo herum, als weit es ihm dauchte als die Stadt Zittau ſeyn ſolte mit Ringen und Gaſſen: und war herumgeritten nach dem zu rechten, als itzo die Stadt gelegen iſt, von dem Creutzhofe herum zu dem Weberthor, hinter der Jüdengaſſen, und hinter den Fleiſchbäncken über den Neumarckt, bis wieder zum Creutzhof: Dieſer Plan und Umſchweif ward gezeumet, und die Leute baueten Häuſer und Wohnungen, und ſamleten ſich alda: und viel Gäſte zogen dadurch, und beſſerten ſich die Leute alda: und der König gab ihnen Freyheit, daß ſie gar redlich baueten mit Abzeichnung der Stadt Ringen und Gaſſen: darnach nach etlicher Zeit (An. 1277.) kam König Ottocarus in ſeine Stadt, ſpürete und mirte die Mehrung der Einwohner, und groſſe Zufuhre der Gäſte; Da ward der König zu rathe, daß er wolte die Stadt ummauren laſſen, und ließ eine Furche fahren mit einem Pfluge, und umreitet die Stadt weiter, als ſie zuvor umgrieffen war, in alle der Weiſe, wie die Stadt noch heutiges Tages ſtehet; da nannte er die Stadt Zittau (1.) Zitta, das iſt, ſitz alda, und begnadet die Stadt mit ſolcher Freyheit, daß ihme die Stadt keine renten, noch Steuer geben durfte, ſie thäten es denn von guten Willen aus Verehrung. Repetit eadem *Chriſtopho-*

ſtophorus Manlius rer. Luſat. lib. 3. cap. 46. Annales Budiſſin. Part. Gen. cap. 9. Zittau die dritte Sechs-Stadt in Ober-Lauſitz, iſt anfänglich ein geringer Flecken geweſen, welcher (2.) von dem Getreide, (ſcil. voc. Slav. ʒito) dahin es mit groſſer Mühe aus Böhmen geführt, abgeladen und verkaufft worden, den Nahmen bekammen, andere wollen, daß ſie um das Jahr Chriſti 1255. vom Könige Primislao ſey erbauet und befeſtiget worden, welcher ſoll zu ſeinen Unterthanen geſagt haben, Sitz da, und dahero den Nahmen Zitta erlanget. Andere wollen den Urſprung dieſer Stadt Zittavia daher deriviren, als (3) Zedene oder Sidonia, welche den Marggrafen van Ringelheim, Manfredum, Brunitonis Sahn geheyrathet, habe ſie das Städtgen damahls erbauen, und nach ihren Nahmen nennen laſſen: Deren beyder monumenta noch bey dieſer Stadt vorhanden. &c. *Annales Gorlicenſes:* vom Könige Primislao Ottogaro II. (al. III.) iſt der neuangefangenen Stadt der Nahme Zittau q. d. Sitze da, gegeben worden. *Chriſtophorus Manlius* rer. Luſat. lib. 3. cap. 465. *Narrant alii, dum ſpatium urbis arvo deſignatur, Regem obequitantem juſſiſſe lente duci aratrum, ſubinde, repetita voce* ſitzt, *vel* ſittig, ex qua (4.) *nomen Sittavia factum ſit.* Alia etyma M. *Michael Reſelius Sittavienſis, Scholæ Gedanenſis Con-Rector in elegia ſequenti confinxit:*

Sitta Bohemorum ſub rupibus inclyta ſtructa es,
Arcis ubi Oibina ſub jove ſaxa jacent.
Sed dic, unde trahis nomen? quis & indidit? illud
De linguis tractum pluribus eſſe liquet.
An (5) quia ſtructor erat cultus bene moribus urbis?
Sic etenim mores gens Alemanna vocat.
An (6) quia pica loquax? quæ Grajo nomine σίττη
Dicitur, hæc de ſe nomina clara dedit?
Nam tibi facunda turba eſt numeroſa puellæ,
Fallere quæ juvenes voce loquace poteſt.
Fertur in hanc picam mutatas eſſe Camænas,
Quæ vel adhuc lingua verba loquacis amant.
O aleres utinam tales modo Sittaque πίττας,
Ut tua jam quævis pica Camæna foret,
Illa dediſſe tibi conjectem nomina Muſas,
Quas tamen hanc urbem ſemper amaſſe puto.
Vina fere dulces oluerunt mane Camænæ,
Flaccus ait: res eſt vera, quod inde liquet.
Nam (7) Sittam ζυθὸν dici cognatio monſtrat
Litterula, qui te potus Apollo juvat.
Ζυθὸς enim Cereris cereviſia dicitur avi,
Quam ſatis egregio Sitta ſapore coquit.
Pica lubens bibit hinc ζυθὸν quam Græcia σίττην
Nomine, ſed Muſam lingua latina vocat.
Ergo libet quoties Zythi ſumſiſſe Camænis
Pocula pro vino ſe dare mane puto.
An nomen ſortita refers aliunde? quod inter
(8) Hexapoleis urbes ζῆτα relata jacet.
Ζῆτα velut ſexta eſt in Græca littera lingva,
Inter ſex urbes ſextaque nomen habes.
Frugibus (9) an quod es alma bonis? nam docta vocavit
Frumenti varios Græcia *σῖτα* cibos.

Porro ita idem *Reſelius* elegia ad *Dornſpachium:*

Urbs jacet ad montes contermina ſtructa Bohemos,
ad nubes quorum quercubus exit apex.
Nomine quam miro vocat hoſpes & incola Sittam,
Forte (10) quod ad nemorum ſit ſita *Sitta plagas.*

D. Benjamin Leuberus tr. de Marchion. Luſat. cap. 2. ſ. 26. Es mag dem wahl alſo ſeyn, daß die Stadt von einer Fürſtin, (es mag nur gleich dieſelbige, wie Reuſnerus in Stemmate Witichindeo p. 53. & in Op. Baſilico Part. 3. p 270. Czytava, oder wie der Autor der Zittauiſchen Cantzley will, Zittavia, aber wie Zeillerus und Dreſſerus meinen, Zedena oder Sidonia geheiſſen) den Nahmen bekommen, und ſo viel heiſſe, Zittaw, das iſt (11) Zittens Au, eine Awe oder Ort Landes, der Fürſtin Zitte gehörig. Es iſt aber dieſe Zitte, Zedena, Sidonia oder Chytava eine Gemahlin und Wittibe geweſen eines Manſredi, welcher ein Sohn geweſen Brunitonis, wie ihn Dreſſerus und Zeillerus nennen. Aber Reuſnerus ſagt angezogener Oerter, ſein Vater habe Brunico geheiſſen, und derſelbe ſey geweſen filius Brunonis, nepos Friderici, pronepos Dietgremi, abnepos Witekindi, junioris comitum Wethini, dominorum Budſeciæ. Celeberrimus *D. M. Johannes Theillius* Programm. CXLII. p 6. ſeq. huc etiam ita: *Quod ipſum nomen & originem Zittæ concernit, de eo non adeo liberandum eſſe putem, ſi modo conſtiterit, quod & hodieque conſtat, urbem eſſe ſitu commodo, agro fœcundo, moribus probis, religione ſincera, populo forti, Republica optime conſtituta; quod ipſi Deus miſericordisſimus perpetuum eſſe faxit.* Matthæus Dreſſerus *ἀπὸ τοῦ σίτου, quod eſt frumentum, videtur deducere voluiſſe. Vetuſti quidam Annales a Zysbavia, Zittavia, Sedena, ſeu* Sidonia, *pia & illuſtri fœmina, Chriſtianisſimi Principis Manſredi uxore, quæ anno Chriſti M XXI. Idibus Julii obiit, inque eo*

eo loco, quo urbs eſt hodie, cœnobium Benedictinorum fundaverat; unde & litera Z in inſignia urbis manſit. Licet vero tralatitium ſit, urbes a conditoribus ſuis nomina gerere, ut Peruſiam a Perſio ſeu Peruſio Trojano, Capuam a Capuo Æneæ commilitone (cujus alter commilito Antenor Patavium condidiſſe dicitur) Romam a Romulo, Conſtantinopolin a Conſtantino, & Alexandrias multas ab Alexandro M. hæ tamen & aliæ plures longe plus celebritatis ex ſuis moribus & rebus geſtis ſibi collegerunt, quam nominis & famæ ex hiſce conditoribus. Omnino itaque longe celſiorem gloriam a Regis filio nacti ſunt Zittani, quam a Regis filia, nempe dum Wenceslaum IV. Regem Bohemiæ IV. Premyslai III. Ottogari filium per annos aliquot ſancte habuerunt, & liberaliter educaverunt, quod & is poſtea cum inſigni gratia & favore regio faſſus eſt. Porro aliquatenus videri queat jejunius, Sittam dici quaſi ſitam, nonne & Budiſſa noſtra ſita eſt? hinc ſitcines & vetus formula inſcriptionum, H.S.E, id eſt, hic Situs eſt. Nolo alia huc adſerre. Quod ſi tamen etymologiis, in quibus plerumque ſumus ἕτοιμοι πρὸς λόγους, οὐκ ἔτυμοι, & alluſionibus indulgendum fuerit, eadem ego ratione vocabulum urbis deduxerim ex principe lingua, quam alii a principe fœmina: facile, inquam, eſt arceſſere. (12.) Zittam a עֵרָה ſeu עֵירָה *Zedah, qui eſt* cibus ſeu commeatus venatione, *hoc eſt, induſtria ac labore acquiſitus, ex quo incolarum pateſceret laborioſitas & induſtria, liberalitas & beneficentia, cujus rei teſtimonia deſumere poſſumus* ex *Exod.* 12. v. 39. *1.Sam.* 22. v. 10. *Pſal.* 78 v. 25. *Pſal.* 132. v. 15. *Vel etiam* (13) a - - Ziz, flos apertus bractea, lamina: *literas* enim Z.S D. & T. *eſſe inter ſe ἐυμεταβόλους, harum rerum* eruditi & norunt & concedunt. Interim tamen vetuſtis ego Annalibus nihil detractum volo - - Mihi, ut paucis quamcunque meam ſymbolam adjiciam, inter tot etyma *Zittaviæ* illud peregrinis non diſplicet, quo urbis nomen a žito, voce Bohem. Sorab. Polon. i e. *frumentum* Getreide, derivatur, Rationibus his quidem motus, quod (1) *Zittavia* Bohemici ſive Ducatus ſive regni urbs antiqua fuerit. Bohemi autem ut & conditores urbis quicunque fuerint, Slavice, non teutonice locuti ſunt. (2.) Nec *Premyslaus* natione Slavus, alio ſermone, præterquam Slavico uſus eſt, hinc etiam quod Slavus ipſe eſſet, ne ad Imperium a Principibus Alemanniæ ſublunaretur, *Gregorius Papa diſſvaſit.* vid. *Chriſt Manlius rer. Luſat. lib. 3. cap. 43.* (3.) Regio urbis frumenti ferax eſt, divesque agris. Denique (4.) Scriptura nominis Slavicam redolet indolem: nam Zitaw, Zitavia vel Zitawa, ſcribitur Z. litera & valet S. lene; unde germanicis etiam Sittaw & Sitta & Sitte vocatur. Prninde *Zittavia* idem atque locus frumenti, triticive ferax; Germanis eine gute Korn = Weitzen oder Getreyde = Stadt: Ebræis בית־לחם *Bethlechem, Bethlehem.* Zito autem vox Slavica, ut & adfinis Græca σῖτος, ex Ebræo חטה *Chittah*, triticum: radix חנט *chanat*, edidit, protulit, protruſit frumentum.

SONNEWALDUM, Sonnewalde, Sorabis Hrodziſchcżo, ſeu Rodziſchcżo, it. Grodziſchcżo, oppidum Luſatiæ Inferioris caſtro ornatum ad rivulum Dobram, uno lapide diſtans a Finſterwaldo, Calovia & Kirchana. Sonnewalde ex lingva Teutonica, quod ſilva (wald) hic ſit rarior, & clariorem lucem *Solis* (der Sonnen) mortalibus conſpiciendam præbeat: quod utrumque Finſterwaldo vicino deeſt. *Chriſtophor. Manlius rer. Luſat. lib. 1. cap 12.* Sonnewaldum *ſuperioribus annis exuſtum, Comitibus Solmenſibus ſubeſt; ex hac familia juvenis quidam generoſus, Dominus Johannes* Comes de Solms & dominus in Myeitzenberg, *cum Bernhardo Breidenbachio Camerario, decanoque Moguntino & Philippo Birckio equerio, ut Vallæ verbo utar, Hieroſolymas ad ſacrum ſepulcrum & inde in montem Sinai ad divam Catharinam profectus anno 1483. & confecto utroque itinere, in reditu dyſenteria correptus, Alexandriæ in Ægypto, ibidem diem ſuum obiit eodem anno, ipſa nocte, quæ feſtum omnium Sanctorum præcedebat, ad S. Michaëlem in templo Jacobitarum, ubi eſt ſepulcura peregrinorum Chriſtianorum, tumulatus: ut teſtatur Breidambachiana peregrinationum iſtarum hiſtoria*; ſed Hrodziſchcżo vel Grodziſchcżo ex hrod (aliis rod) ſeu grod, *caſtrum, arx, locus muniens* & *ſepens*, eine Veſte oder Veſtung. Thema hrodžu ſeu grodžu (Polon. Grodže) *ſepio*, munio, ich verzäume, beveſtige — Sonnevvaldum.

SORAVIA, & *Sorabium* apud *Chriſtophorum Manlium rer. Luſat. lib. 1. c. 12.* urbs Luſatiæ Inſer. *Illuſtriſſimorumque Comitum Promnitiorum ſedes*; Germ. Soraw. Sorabis žarow: id eſt *urbs gruum*, Kranich-Stadt: Sorabis enim žerawa & Polonis atque Bohemis žoraw *grus*, ein Kranich. Alii aliter: ſcil. a žaruju, quod *lugere* Sorabis valet, quidam derivant. *Chriſtoph. Manlius rer. Luſat. lib. 1. cap. 31.* Ad Soraborum *vocabulum alludit & Soraviæ nomen, quod oppidum eſt Luſatiæ Inſer.* & *pagus in diſtrictu Gorlicenſi. Adamus Büſſerus Conſul Soravienſis in Chron. MSS. Sorav. fol. 11.* Wenn, wie, und von wem Soraw erbauet, und einen andern Nahmen bekommen hat, habe ich nicht aus Schrifften, oder ſonſt gründlichen erfahren können: als, wie mich etliche Leute berichtet haben, die es ohne Zweiffel von ihren Eltern oder Groß-Eltern gehöret haben, ſo ſey deroſelben Fleck, darauf es gebauet, und noch heutiges Tages ſtehet, eine lange ſauer alte Aue geweſen, welche ſich bis an das Vorwerck

Soravia.

Ale-

Iſt Sorau genennet, erſtrecket: Bey welchen Vorwerck und Wieſe hierum erſtlich ein Fleck oder Marckt erbauet, und Soran, nach Gelegenheit der Sauren Auen genennet worden, und iſt allda verfallen Eiſen und gemachter Arbeit viel gefunden worden; hernachmohls aber iſt die Stadt beſſer hierein gebauet worden: und iſt anfänglich das Kirchlein zu S. Peters genennet, hinter dem Schloß die Pfarr Kirche geweſen *Schneider Scrut. in Hiſtor. Luſat. Parc. IV.* Soraw: man achtet dieſen Ort für der älteſten einen im Lande, und will, daß er noch vor Caroli M. Zeiten von den Sorabern ſeinen Anfang und Nahmen bekommen. Wie denn noch heute bey Tage hierinn viel Wenden auf den Dörffern wohnen, darunter etliche Zeidler genennet werden, die ſo gar leibeigen ſeyn ſollen: in der Stadt aber wohnen mehren theils teutſche Leute, die gleichwohl ſich beyder Sprachen zu gebrauchen wiſſen, *Joh. Sam Magnus Deſcript. Urb. Sorav. edit. Lipſ* anno 1710. in præfat. Ich will mich hierinn nicht lange aufhalten, woher die wehrte Stadt Soraw ihren Nahmen bekommen; ob Sorau heiſſe von denen Sorabis und Wenden, nach des gelehrten *Michaël Neandri in Orbe Terra* Part. 1. p 89. 90. 91. und anderer Gelehrten Meinung, oder aber von der Gegend und der Sauren Aue, darinnen es liegt: oder aber von dem Götzendienſt, welchen ehmahlen unſere blinde Vorfahren als Heyden der Sonnen auch allhier geleiſtet, wenn ſie aufgegangen, indem Sorau Anno 1384. Zorau Anno 1411. Zor, Zaro und Zara genennet worden; welches denn ein Wendiſcher Nahme und ſo viel als die Morgenröthe (Serio, Sorabis: Zara, Bohemis: Zorja, Polonis aurora, ex Ebr. שחר Sohar, ſplendor, radix Sahar ſplenduit) heiſſet, die der Sonnen Aufgang mit ſich bringet; Sonſten iſt auch noch dieſes hierbey wohl zu mercken, daß unſer ſeliger hochverdienter Herr Superintendens Herr *M. Ludovicus Lucius* in ſeinem Sorav. Valc p. 60. bey Benennung unſer Stadt Sorau ſeine gute Gedancken gerichtet auf das Ebreiſche Wort שרה i. e. principale und nicht unrecht; alldieweil ja unſer Sorau oder Sora unter denen Herrſchafften unſers gnädigſten Grafen und Herrn die Zierde, Crone, Säule Mutter und Reſidenz iſt.

Spremberg. SPREMBERG apud Scriptores *Academ. Witeberg.* Tom. II. p. 168. Et *Sprembergum* ap. *Chriſtoph Manlium rer. Luſat. lib. 1. c. 11.* Spremberg, Sorabis, Luſatiæ Inferioris Grodk ſuperioris Hrodk, vel Rodk per aphæreſin. *Manlius* luc. cit. Sprembergum, *cui olim* Grodcaviæ *vocabulum* (fuit) *Carolus IV. anno 1360. emptam Luſatiæ Inferiori adjunxit; inde etiamnum inſigne gerit Leonis Bohemici cum cauda duplicata: ſed qui in eodem oppidi templo albi albo, albi nigro colore pictus viſitur.* GRODCAVIA, mallem Grodcovia (quomodo Grodkau, vel Grodkow & *Grodcovia* oppidum Sileſiæ, vid. *Nicol. Henelius Sileſiogr. Renov. cap. 7. p. 201.*) ipſiſſimum nomen Grodk eſt, quod etiamnum hodie Sorabi Luſatiæ Inferioris lingva & ore ſuo utuntur, diminutivumque eſt, id eſt, *caſtellum*, *caſtrum minuſculum*, eine kleine Burg, ein Schlößlein, vel Schlößel ex Grod, i. e. *arx*, *caſtrum*, *acropolis*, Sorab. Inſ. Luſat. & Polon. Hrod, Sorab. Luſat. Super. Moſcovit. Gorod & Bohem. Hrad. *Sprembergum* autem vel Spremberg, teutonice dicitur quod *Sprewa amne alluatur, & colliculis quibusdam ſeptum* ſit; credam tamen antiquum nomen urbi Sprebuerg fuiſſe, id enim nos Sorabicum vocabulum docet: unde Spremberg, u in e mutato, *per antiſtæchon* ſaltem natum.

Sprewa. SPREWA, ap. *Ditmarum Chron. Merſeb.* lib. 6. fol. 64. *Sprowa*, ap. *Jo. Dlugoſſum* Hiſt. Pol. lib. 1. fol. 16. *Sprovvna*, ap. *Commentatorem Vincentii Kadlubkonis Hiſt. Pol.* lib. 1. f. 624. *Spreva*, in epitaphio *Rhagii*, *Sprea*, *Reinero Reineccio* in indice *Ditmari*: Germanis die Spree, Bohemis Sſpre, Sorabis Sprowa & Rieka communiter, pater & princeps fluviorum Luſatiæ ſuperioris, ita dictus forſan ex vocabulo Bohem. & Polon. Sprawa, id eſt, *negotium, cauſa, factum, actio, lis, quæſtio; puta*, quia a fonte ſuo, ex quo ſcaturit, usque ad urbem Budiſſinam, Luſatiam ſecernit a Bohemia & Miſnia; cauſasque litium de finibus ſummovet: Differunt autem A & O. Sprowa & Sprawa per antiſtæchon: ſic *Provo*, ſeu *Prowo*, idolum Slavorum ex Prawo: Et Sprottaw, *Sprottavia*, urbs Sileſiæ ex Sprzatam: Et Stroja, pagus Luſatiæ Sup. Germ. Warte, ſeu Seewarte, a Straj, *excubia*, vigiliæ &c. Ceterum malim tamen *Sprea* vocabulum, quotquot ſunt, ex Germ. ſpeien ducere; a Svevis autem veteribus camera, perque traditionem ad Sorabos perlata fuiſſe credam, quia in uſu his nomina fluvii adeo non ſunt. De ortu ac oſtiis *Sprea*, ita *Johannes Dlugoſſus Hiſt. Polon.* lib. 1. fol. 16. Sprowa, *ejus fons ex alpibus circa villam* N. oſtia *inter monaſterium Nova-Cella* & *Francofordiam.* Supple & corrige, Ejus *fons ad radices Sudetum montium ad villam Gersdorf, in agro pagi* Ebersbach, *ſiti in diſtrictu urbis Sittavia: oſtia partim ad villam Leſſovv ſupra Francofordiam, partimque ad Spandam, ubi Havelo juncta paulo poſt in Albim ſeſe exonerat. Stanislaus Sarnicius in Deſcript. Polon.* ſub voce Svevi fol. 1879. edit. Lipſ. an. 1712. *Flumen* Sprea *oritur* ex montibus Sudetis duobus (lege tribus) milliaribus a Budiſſino urbe Venedorum *Germanorum.* Sed audiendus quoque *Chriſtoph. Manlius*; ita enim ille *rer. Luſat. lib. 1. cap. 26. Sprea in radicibus montium Bohemia* h. e. *Sudetum oritur*

prope Slucnaviam & Tollenſteinum oppida, & arcem ditionis Sleiniciorum in Sprembergo, vel potius Jerigesvvaldo pago, in prato, ſecundum Willichium (hodie diceret, ſi in vivis eſſet, in Jerisvvaldi olim pagi diœceſi, ad pagum Neo Gersdorſium ſitum in præfectura Urbis Sittaviæ, & quidem in prato pagi Ebersbach, dimidii milliaris fere ſpatio infra oppidum Rombergum) ubi agreſtes, cum propter montium (vicinorum) aſperitatem, agriculturam exercere minus queant (lini textura atque) lignis ſectis victum quæritant, & multas ſcandulas divendunt ad tecta domuum, quæ in Luſatia & Sileſia pleraque ſunt ſcandulata: duobus juxta eundem Willichium, & Peucerum, vel ſecundum Brotuffum, quatuor (ſorte ratione fluxus) ut nos obſervavimus, tribus milliaribus Germanicis communibus ſupra Budiſſinam ad Auſtrum. Hujus mœnia præterlapſus, poſtquam Sprembergum quoque, quod nomen ab eo ſuum accepit, utrinque alluit; Cotbuſium petit, ubi juxta arcem, molam artificio & utilitate inſignem agit. Poſtea ingens tum latitudine tum longitudine ſilva, a Sprea, Sprevica dicta Cotbuſio Lubinum usque extenditur. In ea flumen inter alneta, quæ ibi ſunt plurima, & betulas ſeſe diffundens, maximam ſuppeditat copiam laudatiſſimorum piſciculorum, quos fundulas Albertus vulgo fundulos; Rodeletius cobitides fluviatiles barbatulas; Geſnerus muſtulas fluviatiles minimas: Georgius Agricola & Willichius male gobiones fluviatiles; alii aliter appellant. Johannes Langus V. Cl. de his piſcibus interpretabatur barbatas, quorum mentio eſt in hiſtoria Milonis ejus, pro quo orationem habuit Cicero: commendantur autem cobitides Cotbuſianæ a magnitudine & ſapore, præ aliis quorumcunque fluminum & locorum: alnorum corticibus Willicho autore, non aqua ſolum Sprea infecta nigricat, ſed & piſces nigriores ſunt, & propter virtutem aſtrictoriam, cute & carne denſiore, atque ita palato gratiores. Mox Lubini mœnia relinquens trajectum recipit, qui neque hodie nomen amiſit, etiamſi ponte ibidem junctus ſit, maximaque eſt eadem parte ejusdem flexura, unde curvum Spream nuncupant; quo usque Beſcoviam perveniat. Supra hanc lacum influit, quo ad oppidum rurſus egreditur. Hinc Furſtenwaldum, Witichio teſte, & inde per Copenicum, Berlinum, quam urbem Autoa vocat, confluit, eamque a contiguo oppido Colonia ſegregat, & arcem magnificentisſime extructam Illuſtriſſimi Electoris Brandenburgici (nunc item Potentiſſimi Regis Pruſſiæ) ſedem alluitur. Ita Luſatiam & Marchiæ Brandenburgenſis partem emenſus Sprea, curſu a Septentrione in occaſum reflexo, circiter duo a Berlino milliaria, ad oppidum Marchiæ & arcem natura arteque munitiſſimam Spondam intercidente nomine miſcetur Havelo, qui poſtea non longe ab Havelburgo ab Albi excipitur. Hæc eſt recentiſſima & veriſſima Spreæ hiſtoria, partim a Willichio, partim a nobis obſervata: Cum qua facit parva illa Germaniæ tabula chronographica, jam olim a Tilemanno Stella edita. Hæc Manlius.

STORCHA, Storche, Sorabis Bacżon, pagus Luſat. Super. in diœceſi Gidenſi, id eſt, Ciconiarum ſedes, Bacżon enim ciconia Sorabis, liegt auf der Höhe, da alſo zu erden nicht Menſchen wohnen, ſondern Störche niſten ſolten, hat ſandichten Boden. Storcha.

STRELA, Strele, Sorabis Tzlelan, pagi Luſat. ſuper. corruptum nomen, pro Strelan ſeu Strzelan; ſolent enim Sorabi molliorem ſequentes ſonum vocum per ſyncopen in medio, literam R quandoque abſorbere atque occultare, ut ne audiatur in pronunciando: Sic ipſis trebam & tzebam, indigeo: trjl & tzi vel zi, tria &c. ex Strela Bohem. vel Strzala Polon. hoc eſt ſagitta, jaculum, telum; ab hoc quoq; verbum ſtrzelam, Pol. vel Strjliti, Bohem. (Sorabis tzielin, & tzlelim,) Sagittare, jaculari, ſchüſſen. Et ſtrelio ſeu ſtrellz Polon. ſtrelen ſeu ſtrelez Bohem. (Sorabis tzylz) ſagittarius, jaculator, ſclopetarius: Sagittæ enim vel jactus teli intervallo ſpatioque fere (eines Bogenſchuſſes weit) ab urbe Budiſſa diſtat, Senatuique paret, uno excepto colono, ſpectante ad Pro-Marchionem Provinciæ. Ex eodem Strela, Strele, Strelow, Pirnenſi monacho Streyle oppidum Miſniæ, ad Spatium ſagittæ emiſſæ ab Albi diremptum: Et Strela Strelen, Cromero Strelinum oppidum Sileſiæ ad Olavam fluvium. In inſigni etiam minori hæc civitas habet literam S, quam Sagitta decuſſatim penetrat: forſan ideo, quod ipſum nomen Struzala. Slavice Poloniceque Sagittam ſignificet: Nicol. Henel. Sileſiogr. Renov. Part. I. c. 7. p. 524. & 525. Strela.

TAUCHRIZIUM, Tauchriz, Sorabis Tucheize it. Tuchoez, uno cum dimidio milliari ſupra Gorlicium ad rivulum Goilam & brachium Polſnicæ: Gersdorfiorum ſedes anno 1584. dein ab anno recuperatæ ſalutis ſupra milleſimum ſexcenteſimo & duodecimo, nobilium Warnsdorfiorum, quorum etiam peculio Logaw & Taubenheimium fuere. Videas hic templum non admodum quidem magnum, perelegantem ac amplam aulam, annis 1703. 1704. 1705. & 1706. incendio funeſto anno 1686. in cineres redacta priore, exædificatam: nec non viridarium anno 1702. primitus adornatum: denique pratis peramæniſſimis ampliſſimisque, & alneto a ſeptentrionali parte atque agris fœcundis, vivariisque a ceteris lateribus pagus ſic cingitur undique, ut credere poſſis amæniſſima loca Theſſaliæ Tempe dicta ab Æliano que Var. Hiſt. lib. 3 c. 2. deſcri- Tauchrizium.

deſcripta, huc collocaſſe naturam: de etymo *nominis* ita *M. Georgius* Gottlob Pitzſchmann in *Orat. funebr.* pag. 24. ſeq. edit. Lipſ. an. 1702. Ich leſe in beglaubten ſchriftlichen Urkunden, daß dieſer Ort nicht ſederzeit Tauchritz geheiſſen, ſondern es hat ihn in den 1097. Jahr nach Chriſti Geburt Herr Johanu van Geesdaerſ, welcher eine gebahrene Schleinizin zur Ehe gehabt, mit dem Nahmen Tauber beſeſſen: aldieweil ſich aber ſein Sahn Nicolaus wider ſeinen Willen und Geheiß öffters in Schwimmen und Tauchen geüet, einesmahls aber darüber jämmerlich ertruncken, ſo habe er in rei memoriam, ſich dieſer thränſeligen Begebniß zu erinnern, aus dem Nahmen Tauber, Tauchritz gemacht. Sic ille: referam propter terminationem ꝫ quæ indicium ſignumque Mavici nominis eſt, ad Tchow, voc. Sorab. Polon. & *Bohem.* i. e. *viverra putorius* eine Illis oder Iltis: ſic der Taucher, Tuchor, quod feri ejus animalis copia aliquando hic facta fuerit. Hinc Tauchritz proprie Iltenshauſen.

Triblavia. TRIBLAVIA, ap. *Chriſtoph. Manlium rer. Luſat. lib. 1.* Germ. Triebel, Sorab. Tribela, Tribla, oppidum Luſat. Inf. & quaſi medium Moſcovium inter & Sprembergum: Vulgo *a tribus bellis* derivant. Malim dictum olim Treblo ex Sorab. Trebam, i. e. egeo, indigeo, it. audeo, nam ex trebam perfectum Jaßjm trebat & in neutro genere wom je trebalı; Unde Trebalo je mieſto, oppidum quod eguit, aut auſum eſt.

Tſchirna. TSCHIRNA, Zſchirna, Sorabis Czorna (1) pagorum & (2) amnium in agro Gorlicenſi nomina: id eſt, nigra *villa* ſeu *aqua:* Ex Czorny, *a, e, niger, a, um,* ſic Czarna ſeu Czorna ſub intellige Woda, (Schwartz-Waſſer) fluvius Poloniæ, apud *Joh. Dlugoſſum Hiſt. Polon. lib. 1. fol. 13.* Ex Czarne, lacus terræ Lublinenſis, *apud eundem, loc. cit. f. 25.* Deniq; Tſchirne, Tſchirns (Czorny) id eſt *Nigrinus*, Schwartz, vocabula *familiarum* apud Luſatos: Hinc *Tſchirnii* quoque, & *Tſchirnuinii*, quod clypei eorum *æthiopem* ſiſtant: nec non *Tſchirskii* & *Tſchirnhauſii*, quorum inſignia *nigro colore bonaſove* gaudent.

Veteſchovia. VETESCHOVIA, (Luſatiæ Inf. urbs) apud *Chriſt. Manlium rer. Luſ. lib. 1. cap. 12.* Fitzſche, Vetzſchke, Vetzſchko, quæ corrupta nomina ſunt, ex Sorab. Witoſchow ſeu Jitoſc[illegible]w, rectius Litoſchow, vel Lletoſchowa, ſonat hoc utcumque quaſi tu dixeris latine *locus miſericordiæ*, Der der Barmhertzigkeit. Sorabis enim hodieque Litoſchziwy, Polon Litoſciwy, & Bohemis Litoſtiwy, miſericors, quod a Litoſc, Pol. vel Sorab. Litoſcj miſericordia, Thema Lituju & Litujem, Sorab. (Sorabis Inf. Luſ. Liutuju, & Liatujom) *dolorem capio, indoleo, dolore afficior, it. miſereor* Leid tragen, ſich bekümmern; Hinc Lito, *ſubſt.* quoque, ſed Liuto, Sorabis Inf. Luſatiæ *dolor, miſeratio*, das Leid, die Bekümmerniß.

UJESDUM, Uhyſt, Sorab. Wujesd pagorum Luſ. Sup. nomina: (1) ad ſylvam Taucheranam, *Senatus Budiſſini* peculium, (2) ad Spream fl. ſedes Dominorum *a Mozerad* ex Wujesdu Wujesdju. ſeu Wujesdjem, *evehere equo aut curru*, it. *exeo*, ausfahren, ausziehen, wo man aus dem Walde ausgehen, oder das Waſſer durchfahren kan. Etiam Wugezd, *exitus, egreſſus* Bohemis. (3) Wujesd, pagus in diœceſi Kitlicenſi, Germ. Breitendorff, de quo ſupra. Ujesdum.

UNWURDA, Unwürde, Sorab Wuher, pagus ſpatio dimidii milliaris infra urbem Læbaviam, peculium *Dominorum ab* Hund. Ex Wuchor, Sorab. (Pol. Ugar) id eſt *ager requietus, novalis ager:* ein Brachacker, it. eine Brand-Ader; hoc autem ex verbo Wuhorin ſeu Wuhorim, exuro, deflagro, ausbrennen, es mag vor alten Zeiten etwa ein wüſte Feld geweſen ſeyn, das man ausgebrandt und zubereitet hat. Unvvurda.

WEIGSDORFFUM, Weichsdorff, Sorabis Wuhamjize, (1) quaſi Weidsdorff, pagus *ſupra Budiſſam* in parœcia Cunewaldenſi, a *paſcuo publico* ſic dictus. Wuhon enim *ager compaſcuus*, die gemeine Treibe, oder Vieh-Weide, quod ſumptum ex verbo Wuhenim, vel Wuhonim, i. e. *armenta & greges paſtum educere.* (2) Weichsdorff, pagus *juxta Sittaviam* ita dictus, ex weichen, vel ausweichen, *viam alicui dare, locum concedere, removere, retrahere ſe*, ſic & Wuhancjize Sorabis, ex Wuhonin, quod itidem *removere ſe*, vel *locum concedere alicui ſignificat.* Ceterum cauſa nominum ex eo nata eſt, quod hic pagus ad limites Bohemiæ ſit poſitus, quos *lapis terminalis, aliudve ſignum* ſignarit. Apud Chriſtianos olim erat lignea crux, cui impoſita manus & gladius (in ſignum der Gerichte über Hals und Hand,) & germanice dicebatur ein Weichbild, (aliis Creutzbild, heiliger Stock, it. Weitbild, & Weitbiet, weil das Recht ſo weit gehet, als das Gebiete) dieweil man bey einem ſolchen Bilde wieder zurück weichen muß, und einem andern nicht weiter in ſein Gebiet greiffen darf. Weigsdorffum.

WEISSENBERGA, Sorabis Woßberk, corrupte ex Germ. Weiſſenberg, id eſt, *albus mons, Leucorea*, Wittenberg, oppidum Luſatiæ Super. Budiſſinam inter & Reichenbachum ad Aquas Libicas ſive Lœbavienſes, quibus alluitur a meridie & occaſu: ſic autem vocatur, quod in *colle ſeu monticulo albeſcente*, (hoc eſt, virgultis & arbuſtis vacuo) ſit collocatum. Ab civibus Sorabicis incolitur, & pertinuit quondam fide ac Weiſſenberga.

ſubjectione ad dynaſtas modo Maltianos modo Grædicianos: ſeculi autem ſuperioris anno vigeſimo & ſeptimo (1627.) exemptum & libertate ſua donatum eſt; habens nunc defenſorem protectoremque immunitatis ſuæ, ſuffragio libero ſelectum, *Capitaneum ſupremum curiæ provincialis.*

Weiſſigium. WEISSIGIUM, Weißig, Sorab. **Woßoka**, pagus (1) in agro Budiſſino (2) in dioeceſi Königswartenſi, hoc eſt, *Altus* Hochdorf, *ob ſitum editiorem*, Woßoki enim, fœm. Woßoka, & neutr. Woßoka, *altus, excelſus, a, um.*

Wigandsdorffum. WIGANDSDORFFUM, Wigandsdorf, Sorabis **Wigancžize**, oppidum metallicum Luſat. Super. in extremo ad Eurum provinciæ angulo ſitum, parsque pagi Meffersdorffii, ex quo ortum, privilegio atque indultu Electoris glorioſiſſimæ memoriæ *Johannis Georgii II.* dato anno poſt Chriſtum natum, ſupra milleſimum & ſexcenteſimum, ſexageſimo ſeptimo, Novembris die decimo. Nomen, quod quidem origine Teutonicum eſt, fundatori ſuo debet, Viro nobili ac ſtrenuo *Wigando a Gersdorf*, cujus proſapiæ clariſſimæ hodieque paret. Duabus etiam nundinis anniverſariis ſolennibus, præter encœniales gaudet, quarum primæ ſeptimana proxima a Georgii & ſecundæ a Margaretæ diebus celebrantur: hebdomadarias autem quovis die ſecundo, hoc eſt, Lunæ inſtituere ei permiſſum eſt.

Witgenavia. WITGENAVIA, it *Witigenowe, in literis fundationis Stella Maria*, Germ. Witgenau, Sorabis **Kulow**, oppidum Luſat. Super. ad Elyſtrum. cives privatim publiceque lingua loquuntur Sorabica. Nomen Sorabicum ei a pago vicino **Stary Kulow** (Germ. Keule) i. e. *a Veteri Culovio* acceſſit. Hinc **Nowy Kulow**, olim dicta civitas eſt, id eſt, *recens atque rotunda ſeu ſphærica.* **Kulia** enim Sorabis **Kula**, Pol. & **Kule** Bohemis, *globus, orbis, ſpæra:* utrumque etiam tam oppidum quam pagus hemicycli figuram propemodum refert. De ortu *nominis Teutonici* **Witgenau** quid alii ſentiant, ita *Schneiderus in Scrutin. Hiſt. Luſ. Part. IV.* Witgenau, die Wenden ſollen dieſen Ort in ihrer Sprache Kulow heiſſen: er wird von etzlichen für gar alt geachtet, und vorgegeben, daß er ſeinen Anfang und teutſchen Nahmen von dem Sächſiſchen Hertzoge Witekindo dem Großen, ſo mit Kayſer Carolo M. und deſſen Sohne, dem Jüngern König Carolo ums Jahr Chriſti 789. und 806. wieder die Sorben und andere Wenden gekrieget, überkommen habe, und mit dem Städtlein Roland ſchon ums Jahr Chriſti 790. in eſſe geweſen ſey; Andere aber ſind der Meinung, es habe den Nahmen vom Herrn *Witigone* von Camentz, ſo Biſchoff zu Meiſſen geweſen, und dieſes Städtlein dem Stifft Marienſtein zugewendet haben ſoll, wie ſolches auch der fundations-Brief ausweiſet, welches auch der Warheit ähnlicher zu ſeyn ſcheinet: ſonderlich, weil gewiſſe Nachricht iſt, daß die Kirche alhier vor Zeiten nur ein Filial geweſen, und nach Croſtitz, welches Dorf eine unter den älteſten Kirchen dieſes Landes haben ſoll gehöret habe: Deßgleichen daß allererſt Kayſer Carolus IV. dieſem Städtlein einen freyen, Jahrmarckt zu halten zugelaſſen haben ſoll. *Jacobus Ticinus Jeſuita in Epitom. Hiſt. Roſenthalenſ* cap. 7. p. 267. & ſeqq. *Conſtans patrum majorumque noſtrorum opinio & traditio eſt, civitatem Witgenavienſem, (quam Sorabica lingua* **Kulow** *vocitamus) tribus Budiſſina, una Germanica leuca Roſenthalio diſſitam, a Wittekindo Saxoniæ Rege, Caroli M. Imper. antagoniſta, nomen ſuum mutuatum eſſe; Eo enim in loco, in planitie amœna ſico, ſeſe adverſus Caroli exercitum meridiem ac occidentem verſus triplici foſſa per hemicyclon ducta, duplicique inter foſſas prealto aggere: Orientem vero ac ſeptentrionem verſus vallo ſimplici & foſſa unica præterfluentis Eliſtræ aquis repleta, communiviſſe memoratur, quæ omnia hodiedum viſuntur, quanquam ſitus temporisque diuturnitate non modicum in priſtino robore imminuta atque depreſſa.* Joannes Pomarius in Chronicis Magdeburgenſibus *ſub annum Chriſti 1587. editis, autor eſt, quod Carolus M. Imper. anno 772. primo Wittikindi exercitum prælio profligaverit: protractumque deinde bellum ſit ad annum usque 785. quo luſtralibus baptiſmi undis, adſtante Carolo, ablutus Wittikindus Chriſtianis ſacris initiatus fuerit: equello nigro (quem gentilitium Regis ſcutum præ ſe ferebat) in candidum commutato. Unde ſi vera eſt ea de Wittegenavia origine traditio ſuperius poſita, colligo oppidi hujus fundamenta anno Chriſti 785. priora eſſe, jamque ad vicinum ante nongentos & ſedecim annos a Wittikindo eundem locum ita fuiſſe circumvallatum. Et quanquam alia antiquitatis argumenta vel conjectura non ſuppeterent, ſane quercus ipſæ annoſiſſimæ pervetuſtam eſſe hanc civitatem teſtantur, quæ in aggeribus plantata per hemicyclum inter Budiſſinenſem, Camecenſem & Hoyerswerdenſem portas totum fere ſpatium occupant, civiumque ædes a ventorum impetu, inſigniter tuantur, ſimulque qua ad Auſtrum reſpicimus tiliis copioſis miſta nemoris perjucundi commoda exhibent, ad reſtaurandum per veris æſtatisque horas animum, grato virore incol[…] invitando. Porro Privilegia, quæ Carolus IV. Romanorum ac Bohemiæ Rex anno 1349. 11. Octobris in caſtris prope Spremberg, huic civitati contulerat, Wenceslaus Caroli filius, ac in regnis ſucceſſor, anno 1387. Albertus itidem Rex anno 1431. Maximilianus II. anno 1567. Rudolphus item II. anno 1577. Ferdinandus etiam re non*

minus

minus quam nomine ſecundus, anno 1623. confirmavit: Leopoldus vero Primus anno 1666. 6. Octobr. una eademque ampliſſima membrana denuo complexus, autoritate ſumma roboravit. Civitas hæc gemino gaudet templo: Minus a S. Cruce denominatum, in ſuburbio Budiſinam vergente ſitum eſt - - -
Templum alterum, (quod priori longe majus capaciusque eſt) intra ipſam civitatem ipſorum, ut fama eſt, incolarum accolarumque impenſis eſt exſtructum: altitudo ejus 38. longitudo interior 60. latitudo 30. ulnarum ſpatium exæquat: fornices tertus, univerſaq; intrinſeca moles denis columnis intra ipſos parietes, totidemque extra, innititur. Quinis feneſtris grandioribus, ternis minoribus lumen cæli excipit: pictorq; anno 1626. ſub fornice medio XII. Apoſtolos illuſtriores reddit: tectum ex imbricibus conſtat, in cujus medio turricula cum proportione alta eminet, ſub annum 1612. erecta, & cupro veſtita. Sena altaria ædem exornant, ſummum B. V. Mariæ, S. Joh Baptiſtæ & S Georgii M. ſtatuis vetuſtate æſtimabilibus decoratur: cetera quinque Corpori Chriſti, S. Barbaræ, S. Nicolao & Beunoni, S. Sebaſtiano, & B Virgini ſoli ſunt attributa: choros partim civium & ruricolarum oportunitati, ſervientes habet complaſculos: quibus omnibus ædeum elegans ſupereminet: organo ſub annum 1614. renovato & aucto ad decorem inſtructum. Peculiari Numinis miſerentis providentia adſcripſerim, quod cum primo Junii 1654. Civitas (exceptis ſolum ſex domibus) univerſa immitibus Vulcani flammis in prædam cederet, ignis contignam templo huic turrim depaſtus, totumque campanarum æs ceræ inſtar liquefaciens, templum hoc attingere vel non præſumſerit vel laudabili civium ſtudio præpeditus non valuerit. - - Prope ſacram hanc ædem extra tamen cœmeterii muros ædicula quondam ſtetit, B. V. Mariæ Eliſabetham inviſenti dicata: quæ ſenatus conſenſu anno 1491. ſodalitati ſagittariorum attributa eſt, ad habenda ibidem ſtatis diebus ſacra, juxta fundationem a Joh. Epiſcopo Miſnenſi an. 1491. confirmatam. Qua temporum injuria Sacellum hoc peſſum iverit, nullis literarum monumentis vel hominum ætate provectorum teſtimoniis habeo compertum. Hæc *Jeſuita.*
Ceterum quamvis annis 1676. d. 24 April. 1687. 24. Maji 1690. 9. Julii 1700. & 1715. incendiis furentibus oppidum iterum iterumque pene in cineres converſum ſit; in integrum tamen mox reſtitui cœpit. An. 1632. *peſte* cives ita attriti ſunt, ut ex omni conjugum numero paria duntaxat quina permanſerint, quæ marito pariter atque uxore ſuperſtite non diſſolverentur.

DISSERTATIONES HISTORICÆ
TRES
DE
IDOLIS SLAVORUM,
PRÆSIDE
M. JOHAN. PETRO LUDOVICO,
POET. LAUR. CÆS.
exponet
MICHAEL Frentzel, Poſtvvitz Luſatus,
IN ACADEMIA WITEBERGENSI
Anno cIↄ Iↄcc viii. Menſe Maji & Sept.
Horis ante & pomeridianis.

§. I.

De Cultu Deorum.

IMpia Slavorum antiquiſſimæ gentis numina expoſiturus, quid de illorum opinione, qua omnem Deorum cultum ignoraſſe Slavos olim & reſpuiſſe, judicem, dicendum prius, & explicandum eſt. Stultius fere nihil hac re & abſonum magis eſſe poteſt. Ipſa quippe origo *(a)* illorum quamcunque etiam auctores comminiſcantur, revellit eandem eidemque manifeſte repugnat. Quam feram enim barbaram gentem, & effrenatam depingunt ſcriptores, a moribus tamen, vitæque integritate & ſimplicitate inſignem fuiſſe, & commendatam diſſimulare non poſſunt. Adeoque illam, quam Tacitus olim Germanis, & majoribus noſtris dedit, ſinguli fere merentur laudem: quod plus apud illos boni mores effecerint, quam apud alios bonæ leges. *(b)* Tanta enim illis ſuæ religionis obſervatio erat, ut, licet ab omni propemodum humanitate, & ſapientiæ artibus

bus remoti erant & alieni, ad ſervitutemque difficiles (c) ad cultum tamen divinum quæ pertinere videbantur, promoverent ſtrenue, ac obſervarent: & qui Regum ſuorum poteſtate & potentia gubernari vix poterant, ſacri ordinis auctoritati cæca quadam pietate libenter obtemperabant. (d) Quare, vel a ſolis majoribus ſuis venerandos eſſe Deos, & religioſe colendos ſcire poterant (e) Slavi.

(a) De origine Gentis non unæ ſunt auctorum ſententiæ. Quæ res inveſtigatu eo difficilior, quo minus ſcriptis antiquis prodita eſt & celebrata. Non quidem cum Crantio, aliisque non ſubleſtæ fidei Scriptoribus dixerim cum Vandalis, hoc eſt, Germanis Venedos ſeu Slavos omnium literarum expertes fuiſſe: hoc enim ſemper in dubium vocavi & ante me vocavit Clariſſimus Morhovius, *in dem Unterricht von der teutſchen Sprache* p 65. Carminum antiquorum, antiquiſſimi generis ſcribendi, quibus facta Heroum celebrarent, quæ Tacitus recenſet de M. G. cap. 3. v. 2. pag 65. memores. At vero negligentiam in annotando, ſeu potius iu cuſtodiendis illis, quæ ſcripſerant, non poſſum non dolere. Sive id factum ſit, quod majores gloriam in factis magis, quam verbis quæſierint, ſive quod hanc ſcribendi rationem molliorem eſſe, quam ut virum deceret, crediderint fortitudinis, & bellorum amatores, nunc non diſputo. Fecit vero hæc incuria natales eorum adeo obſcuras, ut multi de illis ſolliciti fuerint, pauci in opere ſatis felices. Plures difficultatem hujus rei ſuſtuliſſe, & explicaſſe videri volunt, eo quod intricatam reddiderint. Non ſufficit Scytharum antiquiſſimi populi filios dicere, atque ſic ignorantiæ ſuæ medelam velut in lumbis Adami quærere, illa enim gentium vagina, & ignaviæ aſylum jam ante exploſum eſt. Placet ſententia Præceptoris mei, in diſſertatione de rebus Slavicis jam olim in juventute habita, qua a Riphateis Wendos, ſeu Slavos ortos eſſe confirmat, Sarmatiamque, ampliſſimum terræ tractum in Aſiam usque coluiſſe, ex optimis autoribus Ptolomeo, aliisque comprobat, Conſ. Chytræus in continuatione Crantii pag 3. edit. 1586. Witteberg. Fol. & ipſe Crantius in Vandalia ſua variis in locis.

(b) Hanc virtutis gloriam Germanis & pluribus aliis, quos Barbaros dicebant Romani & Græci, denegare & ſupprimere eandem non poſſunt. Unus id ex multis in Germanos alias iniquis Scriptoribus præſtat I. Cæſar de Bell. Gal. Lib. 6. pag. 135. edit. Lugd. 1573. Taciti vero verba habentur in Lib. de M. G. ex quo Saavedera in Symbolis politicis pag 648. Symb. 81. edit. Colon 1649. Neuhuſius in Theat. Ingenii Humani Lib. 1. cap. 13. pag. 243. edit. Amſtelod. 1664. Schedius de Diis Germ. Syngram. a cap. 13. pag. 291. aliique transſcripſerunt.

(c) Utrum libertatem, an licentiam amaverint Slavi neſcio; hoc ſcio, ſervitutis impatientes fuiſſe. Teſtatur id Helmoldus in Chron. Slav. pag. 2. v. 5. edit. 1659. Henrici Bangerti. Ita vero ille: ſunt *inacceſſi paludibus, & nullum inter ſe Dominum pati volunt.* Hinc regulorum ſuorum poteſtas tempore pacis admodum exigua erat, belli vero temporibus globo militum veluti Dux & Imperator Rex illorum præerat.

(d) Commune id omnium ſocietatum vinculum eſt, legibus enim in partibus, & obſequio retinetur multitudo, autoritatem vero illæ & valorem a religione accipiunt. Hinc Romulus apud Livium Lib. 1. pag. 4. edit Wechelianæ 1588. Fol. rebus divinis rite perpetratis, vocata ad concilium multitudine, quæ coaleſcere in populi unius corpus nulla re præterquam legibus & religione poterat, jura dedit. In ſtuporem usque trahunt lectorem Helmoldi, Ditmari, Johann. Dubravii & aliorum, qui de his ſcripſerunt, de Slavorum cruentis & ſeveris Idolorum ſuorum cultibus, teſtimonia. Illos enim quos commercium quoddam cum Diis aut familiaritatem cum Dæmonibus, quos magis venerati ſunt, habere exiſtimabant, timuerunt maxime, & venerati ſunt, vitamque profundere & corpora ſua negligere, volentibus iis non dubitarunt. Neque alia tot Epiſcopatuum in veteri Saxonia a Carolo & ſucceſſoribus conſtitutorum, ratio dari facile, & afferri poteſt, quam, ut majeſtas Caroli, qui toties victoriæ laurum e Saxonia reportarat, rarius Domitor eorum fuerat, a Superis confirmata plebi diceretur. Id quod Eginhardus in vita Caroli M. de Bello Saxon. pag. 10. edit. Lipſ. 1616. ex eoque Helmoldus pag. 14. & innumeri alii prolixius, & copioſius exequuntur.

(e) Nemo ſibi perſuadeat, poſteros Noachi eo tempore, quo oras has, & regiones incoluere, a veri Dei agnitione & cultu deſciviſſe ſtatim, & deflexiſſe. Tangebat enim diu poſteros Parentum ſuorum, & ſacri cultus memoria. At in diverſas regiones diſtracti, bellis & victoriis ſe delectantes, verum Dei cultum neglexerunt, & regionibus ampliandis ſtudentes heroes & duces ſuos in prælio ereptos, tanquam indigetes Dei & nuntios venerati ſunt, in numerumque Deorum tandem illos aſcivere. Poſt a Creatore, & illis qui Deorum loco erant, tanquam Numinibus minus conſpicuis,

tuis, in res obvias magis, & cognitas delapſi, Solem, Lunam & quæ ſunt generis ejusdem, in homioem & putabant benigniores in Deorum numerum adoptarunt, tandemque verum Deum amiſerunt. Quæ prolixe *Schedius in Dedicatione Libri* jam laudati Eliæ, filii ſui morte vix annos 26. nati in conatu maximarum rerum præventi pag. XVII. declarat, a quo tamen hic diſſentiendi neceſſitas fuit. Eleganter compendii Gothani Auctor ex Thom Aquin. pag 24. *Accidit iſtis ſicut alicui eunti ad regiam principis, qui, volens videre principem quoscunque bene indutos ipſum Principem eſſe exiſtimat.*

An gens absque cultu Deorum?

§. II. At naturam ſuam quis ita exuere poreſt, & illam, qua homo eſt, rationem adeo extingvere? ut a communi omnium mortalium ſententia, quod Numen aliquod ſingulorum moderator exiſtat, & cultum ab hominibus religioſum exigat, ita diſeedat, ne reverendum quidem eſſe, & ad frugem redeundum ipſa conſcientia, & natura jubente, exiſtimet. Vere non minus quam prudenter ait Tullius: nulla gens tam fera, nemo omnium tam eſt immanis, cujus mentem non imbuerit religio (*a*). Quid enim ſit Deum diſſimulare, & ad tempus numen non agnoſcere unde proveniat, Grotius in libro de veritate religionis Chriſtianæ docet, a pravoque ingenio eorum maxime, quorum interſit, ne quis ſit Deus, id eſt, humanarum actionum judex, & ſcelerum vindex acerrimus, venire hanc, a tam recepta antiquitus ſententia diſceſſionem, non ſine gravitate admonet. Impietas ergo & animi ſcelerata libido Numinis exiſtentiam impugnare audet. Non quod propugnari ſententiam poſſe exiſtiment ſceleſti mortales; Sed ne impediri, quominus voluptatibus ſuis inhæreant, & cohiberi malitia illorum poſſit, de ſummo juſtiſſimoque Judice tam abjecte ſentiunt (*b*). Tandem vero, ipſo quem impugnaverunt, volente ſic accidit, ut lumine rectæ quoque rationis obfuſcato, quo meritas malitiæ ſuæ pœnas darent, in errore ſemel amplexo perſeverent. Id quod gravioribus argumentis ad propulſandas adverſariorum ſententias demonſtraremus, niſi luculentiora argumenta, quibus Sorabos Deos habuiſſe, & coluiſſe ſtabiliremus, hiſtoria nobis ſuppeditaret.

(*a*) Digniſſima philoſopho verba, qualia apud Ethnicos complura, præſertim *Platonem, Ariſtotelem & ipſum Ciceronem de natura Deorum, ſomnio Scipionis*, & alibi extant, quæ ſi legerent noſtri homines, tam blasphemi in Deum ſuum vix eſſent. Multum enim ad id conſerunt, ut quanta cura a philoſophis Deus quæſitus fuerit, & quod aliter ſentientes deriſi & exploſi a ſapientioribus fuerint conſtet. Quod Grotius in Libro de veritate religionis Chriſtianæ l. 1. p. 20. edit. Pariſ. 1650. fol. feliciter monſtravit.

(*b*) Non aliud quibus ſtultitiam ſuam, tegerent, aut ſpecioſe ſaltem celarent athei medium habent, evidentius ſcelus eſſet ſi contra Superos peccarent, & mandata judicis agniti violarent, & voluptate damnoſa ad tempus fruerentur, pœnarum infernalium conſcii.

Difficultas Hiſtoriæ de Diis Slavorum.

§. III. Equidem ſi omnes quos unquam Sorabi, Slavi, Venedi & qui ſunt generis ejusdem Deos venerati ſunt, exponere animus eſſet, & recenſere: In difficili negotio, & perobſcuro verſarer. Quippe antequam populus hic in interiores Germaniæ fines migravit, eorumque ſedes, & terras occupavit, religionemque Chriſtianam admiſit, parum admodum de illis, eorumque Diis & Idolis literis proditum erat (*a*). Quare antiquioribus illis temporibus relictis, ad recentiora progredimur, Deos Slavorum a fatali illa omnium gentium migratione, qua & Slavi alienas terras, apta occaſione a Germanis, vicinis ſuis iovitati, conglobatis viribus quærebant, numerantes. (*b*) Quo tempore Vandali quibusdam ſeriptoribus audivere. Qui dummodo recte explicentur, non caſtigandi propterea, a recentioribus, & ignorantiæ accuſandi ſunt. (*c*) Unus enim quo ſenſu id dicatur Chytræus exponit: qui tamen a quibusdam recentioribus non ſatis circumſpecte taxatur. Veneramur magni & accuratiſſimi Hiſtorici ſententiam, qui, in ſua quam de rebus Slavicis ſcripſit diſſertatione errorem ſcriptorum quorundam, qui hæc nomina ſine ratione confundunt, jure meritoque reprehendit: at illorum exprobramus opinionem, qui ſalvam ſummi, & accuratiſſimi Hiſtorici ſententiam, in ſuas partes inepte trahunt, & nulla ratione Vandalorum nomen Venedos ſeu Slavos mereri clamitant. Ipſe enim modo laudatus a nobis Chytræus Vandalos adeo impro-

prie dici Venedos, quam a Germanis Scytha dicatur, aut ut ipſe ait; ſicut poſt migrationem Bojorum ex Bohemia in Bavariam, nihilominus novi incolæ Zechi, ſeu Slavi veterum incolarum nomen retinent. Quo ergo jure Venedi Bohemi, eodem etiam Vandali dici poſſunt & appellari.

(a) Non poſſibile id eſſe Crantius, in his verſatiſſimus, Vandaliæ ſuæ mox ab initio ait. Cauſam rei addens, quod omnia veterum Vandalorum, & Venedorum monumenta taceant. Quæ enim de primordiis regnorum tradunt Monachi, ſæpius nugæ ſunt & ſabulis ita commixta, ut vix verum a falſo diſcernere poſſis.

(b) Quietis impatiens populus Wandali erant, & ad arma ſtrenuus, contra Imperatores in Oriente & Occidente regnantes, inſurgentibus & militantibus ſe adjunxerunt, forciterque in belli ſocietatem ab aliis aſciti, contra hoſtem pugnarunt. Quod cum Sec. V. iterum atque iterum factum ab illis eſſet, & res in alienis terris feliciter, & proſpere eveniret, ſuas terras migrationibus vacuas reddiderunt, a multitudineque incolarum deſertas. Fertilitate loci & terræ fæcunditate invitati ſunt a Vandalis in Pomerania, Polonia, Sileſia, Luſatia, Saxonia & Bohemia degentibus Venedi ſeu Slavi per Ruſſiam, Livoniam, Lithuaniam, usque ad Sinum Finnicum diffuſi. Quare hi ſedibus ſuis relictis Vandalorum ingreſſi, cum ſuperſtitibus Vandalis ſe conjunxerunt, habitumque eorum, & regionis conſvetudines in plurimis amplexi ſunt rebus, ubi diu poſt manſerunt vixeruntque. Vid. de hac re Helmoldus & quos cum eo conſert in notis Bangertus pag. 10. qui vel centum hujus migrationis ſcriptores adducit. Addatur quem & ille habet Crantius in dicta Vandalia, Lib. 1. capitibus diverſis, & inter recentiores Clariſſ. Schurtzfleiſchius de rebus Slav. & ipſe Dn. Frencelius in ſcripto Slavo-Germanice nuper de Baptiſmo Budiſſæ 1688. evulgato.

(c) Primus qui Vandalorum nomen cum Venedorum confundit inter recentiores Crantius in Vandalia videtur, quanquam & ipſa veterum Chronica diſcrimen hoc non adeo obſervant. Id quod animadvertt Chytræus in Continuatione Crantii pag. 3. 4. &c. Bangertus pag. 10. in Helmoldum. Crantium vero non excuſarem, niſi & Chytræus, qui nihil erroris hic admiſit, aut convinci alicujus poteſt, explicaret Crantium & quo modo id dici queat, aperiret. Sonum quidem vocis, quem Chytræus addit, inter Wendos & Wandalos ad nomina confundenda non ſufficere, fateor, ſed quod a loco priſtinorum incolarum, capit argumentum, improbare non poſſum. Cui robur accedit, ſi ipſius Bangerti de hac re expoſitio legatur, qua multos Wandalos in Vandalia a Venedis jam occupata, hæſiſſe, & permanſiſſe, in unamque rempublicam cum Venedis coiviſſe & coaluiſſe, aperte docet.

§. IV. Hunc populum Deos coluiſſe, Slavi Deos
consenſus omnium ſcriptorum com- coluere.
munis confirmat, & comprobat. Qui quidem tanta ſunt in varietate, ac diſſenſione conſtituti, ut omnes eorum, hac de re, ſententias enumerare prolixum non minus, quam moleſtum ſit. Nam & de figuris Deorum, & de locis, atque ſedibus, & actione vitæ, & cultu, multa dicuntur, in quo tamen non omnes conveniunt, ſed ſumma diſſenſione inter ſe certant, & digladiantur. Quod vero maxime rem cauſamque attinet, Slavi uno & generali vocabulo Boh Deos ſuos inſignivere. Cujus tituli tanta in Lingva ſua auctoritas & poteſtas eſt, ut Idolum vix ſuſtinere eundem & promereri poſſit. Unum enim nulloque dependentem Deum, quem Græci eadem felicitate ἄυταυτον pronunciant, denotat illis, atque deſignat. Soraborum vero ſeu Slavorum Boh, Bohemi Buh, Poloni Bog gravitate non minori effantur. Singulis enim tantum, ac Hebreis יהוה, hoc eſt, Numen nulli mutationi obnoxium viciſſitudinique, quod idem fuit, eſt, & erit. (a) Id quod accuratius, & luculentius Slavica Lingva, & indoles ejus docet.

(a) Placet Etymon hujus vocabuli ex ipſis Slavonicæ linguæ fontibus promere, lectoremque de hac re facere cerriorem. Eſt enim hujus vocis radix prima Sum, a quo imperfectum ja buch, quod facit in tertia ejusdem temporis ty Bische vel buh, quod cum noſtro Boh, literis inter ſe facile mutandis, unum idemque ſignificat. Cæterum, & Buh in veterum monumentis legitur, ut Belbuh Deus albus, Jutterbuh &c. de quibus Schedius cap. ult. videatur. Conſenſum aliarum quoque linguarum in nominibus divinis fatalemque harmoniam oſtendit idem Schedius Syngram. II. c. 13. pag. 295. 296. 297. ſeqq.

§. V. Pulcherrimum vero hoc, quo Uſus vocis
Idola ſua venerabantur nomen, a majo- Boh.
ribus relictum, admonere illos officii erga ſuperos, & venerationis facile potuit. Equidem, ſi recte judico, vocem,

Boh

Boh ſolam a veteribus rarius adhibitam, uſurpatamque fuiſſe, exiſtimo, licet noſtris Sorabis ſeu uti nunc audiunt Wendis, id adeo inuſitatum non eſt. Vix enim veteribus illa niſi cum peculiari nomine Idoli conjuncta, innotuit. Sic Bogißlaw, (*a*) Zernjboh, Jutterboh (*b*) apud auctores, Saxonem Grammaticum inprimis, Helmoldum aliosque legimus, ſolum Boh vel Bog remotis nominibus aliis, vix legimus. Cauſam hujus rei rationemque ſi inveſtigo, duplex ea videtur; altera, quia non iis doctrinæ præſidiis, & ſapientiæ artibus exculti erant Slavi, ut, cum Romanorum, & Græcorum ſapientibus, inanem divini cultus ſpeciem viderint, & Deum alium Idolis longe majorem eſſe, crediderint. Sed nullum Idolis aliud Numen concipiebant, ac quod ante oculos erat, craſſoque animo faciebat ſatis (*c*). Altera vero, quod tanta apud illos Deorum copia fuerit, ut vix ulla regio extiterit, quæ a peculiari quodam Idolo, ſeu genio non tueretur (*d*). Quare de alio quodam & uno Deo quærere minus illis neceſſarium erat.

(*a*) Zernjboh opponitur Belbuh, illum enim album Deum, hunc nigrum dicunt Wendi. Quod tamen proximæ diſſertationi reſervabimus

(*b*) Jutterboh quid denotet, & ſignificet, diſputant Linguæ Slavonicæ ignari. Fabulam Schedius de *jutta* tangit, at non abſolvit. vid. p. ult. Alii bonum Deum eadem ſalſitate interpretantur. Illud abſurdum eſt, hoc cum origine vocis non convenit. Jutt enim non Germanorum gut eſt, ſed Slavorum jutr, quod auroram, ſolis, quem venerabantur Slavi, nuntium, & præconem, denotat, niſi enim hoc eſſet, ex diverſis Linguis vocem conſtare diceremus, quod aperta rei veritate opus non eſt.

(*c*) Inanis Idololatriæ ſpecies Philoſophis Ethnicis cognita ſatis fuit, atque perſpecta. Quare aliud, ut Cicero ait, Deorum Numen quærentes, impii ſæpe in Deos ſuos plebi, & inferioris ſortis hominibus viſi ſunt. Libere enim de illis, & majeſtate eorundem, acerrimeque diſputarunt. Quod blaſphemum fuiſſet, & Philoſophis, ac Sapientibus indignum, ſi idololatriam ſuorum & vanitatem non præſciviſſent. Neque tamen id plebi aperiendum erat, quæ aliter compeſci, & a malitia, ſceleribusque arceri non poterat. Poëtæ tamen & Oratores ita liberales cum Deorum nominibus, & honore erant, ut ea non ſolum Mecænatibus ſuis darent, ſed quandoque ipſos ſuperos illis poſthaberent. Incidi nuper in *Claudiani* carmina: Admiratus profecto ſum, Poëtæ alias, intra alias laudes, ad doctrinam pertinentes, pii, modeſti, & prope dixerim aliquando Chriſtiani, in adhibendis Numinibus & cum Principibus conſulibusque conjungendis licentiam. Ethnicum enim & religioni, quam in carminibus profitetur, addictum fuiſſe, contra alios, *& Cl. Barthium*, jam evicerunt eruditi. Hic in Manlii Theodori Conſulatum, Carmine Panegyrico, celebratum, inter alia ita canit:

> Jupiter, ut perhibent, ſpacium cum diſcere vellet
> Naturæ, regni neſcius ipſe ſui.

pag. 4. edit. Francofurt. 1650. in 4t. ubi conferatur *Caſp. Barthius* in optimis locupletiſſimisque in Poëtam notis, niſi inſigne hoc opus negligentia typographi deformaſſet turpiter, & perdidiſſet, pag. 65. Dicere poſſemus de aliis, ſed res magis eſt obvia, quam ut expoſitione noſtra ei opus ſit.

(*d*) Cum Deorum majeſtas in homines virtutibus & actionibus inſignes & præ aliis conſpicuos poſt mortem tranſiiſſet: ita numerus Deorum auctus, & locupletatus eſt, ut multitudine ſua tandem laboraverit. Romanorum Deos extendunt Scriptores usque ad 30000. *vid. Schedius in Præfat. Libri de Diis. Germ.* ſæpius laudati *pag. 2.* Non ceſſiſſe Romanis Slavos in numero, dummodo ea diligentia annotaſſent, qua devotione coluerunt, videmus in antiquis Chronicorum Scriptoribus, quorum plures collegerunt illi, atque annotarunt. Non ſpernendam Idolorum multitudinem vel ſolus Helmoldus ſuppeditat in Chron. Slav. cap. 52. pag. 125. ſeqq. & quos ex Chronicis MSC. citat *Bangertus* in h. l. Ditmarus in Chron. ſuo Lib. 6. p. 154. edit. Mader. 1668. *Helmſt. Dubravius in Hiſtor. Bohem. p. 7.*

Teſtimonia Autorum.

§. VI. Quanquam id quoque diffiteri non poſſumus Helmoldum, ex eoque Joh. Dubravium hujus rei graviſſimos ſcriptores non in unam eandemque ſuperſtitionis conſvetudinem conſentientes Slavos, ſub diverſis Numinibus principem quendam Deum & Regnatorem agnoviſſe, ſcriptis ſuis prodidiſſe. Verum nec ille peculiari nomine carebat, quod in altera diſſertatione patebit. Nullum ergo adhuc dum ipſis locum, quo Idololatriam agnoſcerent, ſollicitique de ſupremo quodam Nu-

Numine eſſent, locum fuiſſe evinci poteſt.

Multitudo Deorum apud Slavos.

VII. Plures vero Deos venerati ſunt Slavi, ſolliciti, ut unumquodque ſuum habeat in rebus mundanis moderatorem (*a*). Quod commune illis quidem cum Romanis erat, nec hactenus rationi humanæ, non luce quidem diviniore radianti contrarium eſt. Quibus tenebris maxima orbis pars obfuſcata adhucdum, & involuta eſt, Verum in eo rationem exuere, quod unum omnium Deorum genitorem, & gubernatorem, Idolum illud eſſe, & certo loco circumſcribi poſſe erediderint. Hoe enim abſurdum, & ne homine quidem dignum erat. Quod ulterius illuſtrarem, niſi fori cancellos, extra quos vagari non licet, intelligerem.

(*a*) Illud enim perſuadere ſibi vix poterant Slavi, tot rebus in, & ſub cœlo gubernandis unum quendam ſufficere Quare ad ſublevandum Deorum laborem plures Deos eſſe, & Semideorum nomen mereri, quod ſuperioribus Diis ſubeſſent, ſtatuerunt. Horum vero, quos plebem Deorum commodius Latini dicunt, quemlibet ad certum, in certa regione officium alligatum a ſummoque inſtructum credebant. Quæ Ethnicorum mythologia, quantis etiam coloribus poerarum tegatur, nil tamen divini habet, quod non humana conſilia ſapiat, & apud ſaniores evileſcat. Tota enim Numinum ſuorum majeſtas a regimine politico non multum abhorret. Ibi enim Saturnus, Summus Rex obrruncatur, res publica quaſi cæleſtis in aliuni, Jovem ſcilicet, transfertur, qui oppugnatur a malis hominibus, quibus, ut reſiſteret, convocat ad arma cælicolas &c. & centum alia ſunt, quæ ſine cachinno vix percipit homo diviniori doctrina imbutus. De quibus apud *Romanos Ovid. fab. VIII. Metamorph. p. 14. edit Herbagiana 1543. fol.* Non alirer vero Slavis eveniſſe, ſupra docui, ubi ſummam religioſiſſimamque idolorum ſuorum venerationem breviter ſaltem oſtendi: Quot enim regiones Slavi, tot idola habuerunt, cuſtodientia illas & conſervantia *ait Helmoldus & in eum Bangertus p. 125. & 22.*

Deus Slavorum maximus quis fuerit?

§. VIII. Nec vero de eo disquiro hactenus, quem Deorum & Primum & Maximum ab initio ſtatim, ubi idololatria cœpit, coluerint Slavi, & venerati ſint (*a*). Id quidem certum eſt, Svantovitum pro Deo & ſummo, & maximo totius univerſi habitum ab omnibus Slavis fuiſſe (*b*) At de origine hujus idoli & natalibus dubitare forte, vel judicium ſaltem ſuſpendere non ſine cauſa poſſumus. Audiemus primum illos, qui hic loquuntur ſcriptores. Celebratiſſimus eorum, & diligentiſſimus *Helmoldus eſt*, ex quo reliqui omnes, uti paulo inferius in tranſcurſu dicam, ſua ſumpſerunt & exſcripſerunt. Qvare aliter fieri non poteſt, quam ut Helmoldo errante, omnes quoque, qui eum ſequuntur, impingant.

(*a*) Errat in eo *Ditmarus in Chronico Slav. lib. VI. p. 135. edit. Helmſtad. 1667. 4t.* Luaraſici mentionem faciens, ac ſi ille in terra Rugianorum, ſeu Ranorum ſummus Deorum & maximus fuerit, ab omnibus gentilibus veneratus. Dupliciter enim id falſum, niſi Luaraſicum ab omnibus, non Slavis, ſed Rugianis cultum fuiſſe, intelligere Ditmarum dicamus. At Luaraſicum hic confudiſſe cum Radigaſto obſervavit *Joach. Joh. Maderus Helmſtad. PP. in not. ad h. l.* de quo tamen in ſequenti diſſertat. ulterius dicendi locus erit.

(*b*) Nemini id ignotum eſſe poteſt, quippe omnes, quos ego, hac in parte, vidi, hiſtorici hic conſentiunt, nec ullus, uti prolixius infra dicam, prætermiſit hanc rem, ſed omnes eodem modo recenſent.

De Suantovico.

§. IX. Is vero origines Svantovici admodum recentes facit, ut neſciam, ſi aliæ cauſæ intervenerint, annon diſcedere ab illo, & paulum aliter ſentire recta ratio, & veritas jubeat. Communis omnium, nec mala quidem ſententia eſt, quod tempore Ludovic. I. (*a*) juſſu Imperatoris reliquiæ S. Viti Diocletiani temporibus ob fidem Chriſtianam obtruncati, in novam Corbejam in Saxonia, ad veteris Franciæ ſimilitudinem exſtructam, liberalitateque Imperatoris & munificentia auctam, delatæ & ad movendos Slavorum animos (*b*) & præparandas ad pietatem mentes aſportatæ ex Francia, ſumma cum ſolennitate, adeo ſuperſtitione fuerint (*c*). Quas cum diu venerati eſſent Slavi, ſumtusque ad cultum S. Viti quotannis præbuiſſent. Cum jugo ſervitutis tempore Ludovici Germanici (*d*) religionem quoque excuſſiſſe Slavos, ab amore tamen S. Viti non penitus recedentes. Cultum ergo ſuperſtitione mutaſſe. Quod cum comperiſſent Slavi reliqui, omnes hunc Vitum, mox ab illis Svantovitum dictum, coluiſſe & arbitrum omnium rerum & regna-

regnatorem Idolorum ſuorum voluiſſe. Qua in ſuperſtitione dudum permanſiſſe Slavos iidem affirmant.

(*a*) Carolus M. Ludovici I. Pater, de Nova Corbeja in Saxonia extruenda jam ante cogitarat, in quo conatu Imperator in Romanam Eccleſiam & auctoritatem Pontificis æquior, cum exceſſiſſet, Ludovicus ante obitum, Imperii hæres ab eo conſtitutus, a Parenteque ut S. Petri honorem promoveret ſtrenue, graviter admonitus. Qui paternis virtutibus, ſi non in aliis, in iis tamen, quæ ad Pontificis poteſtatem ante Carolingos admodum exiguam, & tenuem, augendam pertinerent, inſiſtens, Corbejam novam in Saxonia exſtruxit, feliciterque abſolvit. Cæterum Vetus Corbeja in Piccardia ad Samonam fluvium ſita, Nova ad Viſurgim in Epiſcopatu Paderbornenſi effecta eſt. *Vid. Meibomius Sen. Tom. I. rerum German. in Chronico Corbejenſ. not. & in tractatu de translatione S. Viti, & inſtitut. Corbeja adjecto. p. 763 edit. Helmſtad. 1687. fol. Crant. in metropol. lib. III. c. 1.* addat *Engelhuſ. Chron p 163. edit. Mader.* In quo de translatione S. Viti ſeq verſus leguntur:

Felix Saxonia, gaude, per pignora Sacra
Viti ditata, qua dat tibi Francia grata,
&c.

(*b* Illud enim tunc præcipuum ad convertendos Ethnicos erat medium, quo cæleſtem lucem, miraculorum umbra & mendaciis fabuliſque &c. obſcurarunt, & tenebris obduxerunt. Quare ut eo feliciores monachi in Corbeja nova progreſſus facerent, & Slavi. gens vicina, ſanctitate ſua, & devotione invitarentur ad religionem Chriſtianam, & allicerentur. S. Vitum ſeculi Diocletiani notiſſimum martyrem, cujus oſſa, a Carolo M. ex Italia aſportata, in monaſterioque S. Dionyſii, in quo hodie Reges Galliæ tumulos ſuos habent, aſſervata, in Saxoniam recens converſam tranſtulerunt, in Corbejaque nova cuſtodierunt & pro more ſolito coluerunt. Exiverunt poſtea, ut *Helmoldus* ait, Paſtores gregem animarum ſitientes, & non paucos lucrati ſunt, ad religionemque veram perduxerunt. *Vid. Meibom. & Helmold. ll. cc. Chron. Engelhuſii p 149. edit. Mader. Chronic. Lauterbergenſ. edit ejusd p. 245.*

(*c*) De multis miraculis in itinere cum oſſibus S. Viti gloriantur ſcriptores, ita, ut ſingulis itineris hujus partibus, certa affingant. Omneſque, prout fortuna S. Vitum portantibus obviam facti eſſent, a morbis aut aliis corporis moleſtiis liberatos fuiſſe. In quo diffuſus eſt Henricus Meibom. ſupra citatus, qui hæc omnia ex Chronicis antiquis collegit, & prolixe expoſuit.

(*d*) Filiorum Ludovici fatali diſcordia omnia in Imperio turbata ſunt, quare & Slavi caput antea ſub jugum Imperatorum miſſum, erigebant rurſus, & cum jugo ſervitutis religionem abjiciebant. De quo *Helmoldus Chron lib 1. c. VII. pag. 23. Saxo Grammaticus hiſt. Dan. lib. XIV. p. 168. edit. Aſcenſ. Pariſ. 514. fol. Joh. Dubravius hiſt. Bohem lib. 1 p. 7. edit. Baſil. 1575. fol. Aimoinus de geſtis Francor, lib. V. c. 2[illegible]. p. 483. edit. Wechel. 163. fol. ex recentioribus innumeri alii.*

§. X. Ita ſpecioſe quidem Helmoldus & reliqui. At omnia fabuloſe perſcripta eſſe, non unis argumentis evincam. Omnes enim ex Helmoldo ſua habent (*a*) qui tamen nec ipſe certum ſe eſſe, ſed a cæco quodam rumore accepiſſe confitetur (*b*). Imo habitus & cultus reliquus Suantovito exhibitus non Romanæ, ſed Slavonicæ Eccleſiæ reſpondens, (*c*) erraſſe hic Helmoldum, ut & alibi (*d*) aperte docet. Omitto illa, quæ rem maxime omnium ſuſpectam reddunt, quod ſcilicet implacabili odio Chriſtianos & ſanctos ſuos perſequuti fuerint Slavi, (*e*) unde eorum ſacra amplexos fuiſſe non credibile eſt. Cæterum ipſa vox non ſanctum Vitum, uti gloriantur adverſarii, ſed Solem denotat Slavis, nec ergo hic, quod arripiant, ipſis relinquitur (*f*). Dubia circa hiſtoriam Svantovici.

(*a*) Unico ergo Helmoldo erroris & falſitatis convicto omnium quoque reliquorum cadit auctoritas. Qui ita in ejus verba jurarunt, ut facile ex collatione omnium ferme ſcriptorum, oſtendere poſſemus, fideliter omnia ab uno eſſe exſcripta Helmoldo, niſi id chartæ anguſtia prohiberet. Sufficiat vero loca, in quibus de Svantovito agitur bona fide adduxiſſe, quæ ſi benevolus lector evolvat, vel hac in parte nobis aſſentietur. Primum vero fabula, quantum ego quidem ſcio, exſtat *apud Helmoldum lib. I. c. VI. p. 21. c. LII. p. 125. lib. II. c. XII. p. 234. 235.* Ex quo *Saxo Grammat. qui* non multo poſt Helmoldum vixit, *Hiſt. Dan. lib. XII. II. pag. 168. Abbas Stadenſ. chron. pag. 89. ad A. DCCC. edit. Reinecc. Auctor compilat. Chronol. p. 129. a Mader. 1665. in 4to. cum Chron. Lauterberg. Helmſtad. editus Engelhuſ. Chron. p. 165. Scriptor. ſec. XV. Job. Dubrav. Hiſtor. Bohem. lib. 1 p. 7.* Recentiores tandem allegare opus non eſt, nulla enim, niſi in his monumentis fundetur, eſt eorum auctoritas.

(*b*) In dubium itaque rem vocantes non Helmoldum, ſed fabulam ab ipſo Helmoldo ſic appellatam, convellimus & confutamus. Nullo enim edoceri potuiſſe de-

(I) 3 hac

hac re veterum monumento in ll. cc. confitetur.

(*c*) Figura certi Idoli & ceremoniæ, & omnia quæ ad cultum Suantoviti pertinent, non S. Viti ſeu Romanæ Eccleſiæ ritibus, verum Slavorum in ordinandis faciendisque ſacris conſuetudini, uſuique reſpondent, quod ex inſpectione auctorum citatorum facile liquet. Si enim amore S. Viti ut liberatoris ſui & vindicis ducti, Svantovitum coluiſſent, & ceremonias & ritus, quibus antea ad auxilia & ſuppetias exoratus erat S. Vitus, retinuiſſent. Abjicere vero ſimulacrum, mutare figuram Idoli, alios miniſtros & flamines a priſtinis diverſos conſtituere, quid aliud eſt, quam totum cultum evertere, & nihil niſi opinionem relinquere.

(*d*) Non in his tantum erravit Helmoldus, ſi quidem erraſſe dici meretur rem dubitanter & ambigue proponens; Sed etiam in aliorum nominum originibus evolvendis infelix fuit. Gravem ſane errorem de maris Baltici etymo animadverterunt in eo jam olim docti, vid. Crant. Vandal lib. II. c. 17. p. 36. & Bangertus in Helmol. loc. p. ſtatim 3.

(*e*) Licet enim hanc rem cum Rugianis accidiſſe de S. Vito concedamus, quomodo error, tam brevi tempore creverit, a minimaque Slavorum parte, in univerſam eorum multitudinem tranſierit, animo comprehendere non poſſum. Conſtat enim vatinianum contra Chriſtianos odium: ſcimus neces & cruciatus, quibus Chriſtianam religionem opprimere, & extinguere ſanctorum memoriam conati fuerunt. Lucos, & ſi alia loca ſacra habebant, pollui Chriſtianorum acceſſu crediderunt. Et quantopere bone Deus deteſtati ſunt Slavi Chriſtum, & Eccleſiam ſuam, ſi ſervire ei vi & armis adactis neceſſum fuit. Fabulam ergo eſſe, quod non ſponte ſolum amplexi fuerint Chriſtianorum S. Vitum; ſed & omnium Deorum maximum, & ſummum, omniumque reliquorum regnatorem crediderint & venerati ſint Slavi, facile liquet. Sanguine quidem Humano gaudere Deos ſuos & piari legimus, amore in Chriſtum, Eccleſiam Romanam aut ejusdem Sanctos ductos fuiſſe Slavos, nullibi compertum habemus.

(*f*) In ſcriptura Hiſtoricos non convenire, adeo inuſitatum non eſt. Condonatur id ſeculis barbaris, dicit *Cl. Reineccius in Abbat. Stadens. Præfat.* Hic vero varia lectio rem admodum ſuſpectam reddit. *Svvantovitus* veteres omnes legunt. Recentiores, *Dubravius, Engelhuſius*, & alii quos ſupra laudavi, Svvatovitus ſcribunt. Melius quidem hi illis, quanquam non rectius. Svvantovitus, enim ne in ſomnio quidem Slavonice *S. Vitus* audit. Viderunt hoc recentiores, & *Svvatovitum* ſcripſerunt, quod quidem propius ad Linguam accedit, nil tamen niſi verborum luſum paulo faciliorem meretur. Swiate quidem Slavis Sanctus eſt, ſed ubi manet veterum auctoritas? Engelhuſius & Dubravius recentiores ſunt & nihil hic probare queunt. Verior noſtra eſt derivatio, & probabilior, & in veterum monumenta æquior, quam nunc evolveremus, niſi, ut ſequenti diſſertationi reſervetur negotium, propoſitum nos admoneret.

DISSERTATIO HISTORICA
SECUNDA
DE
IDOLIS SLAVORUM.

*** *** ***

Suantevitus. Cum ſuperiori diſſertatione fabulam de *Sancto Vito* diſcuſſerim; quid ceteri de *Suantevito* ſentiant auctores, expendam neceſſe eſt. Sunt enim qui fabuloſum de illo martyrie commentum, in Helmoldo & aliis ſuboluere, & aliquantum meliores propterea ſunt: in eo tamen infelices, cum in alium ſcopulum impegerint, Slavonicæ Lingvæ non admodum periti. Nec enim in Swiata, Slavis *Sancta*, & Wiß, quod ſua Lingva *ſubſtantiam* notat, veras *Suantevito* origines cum illis reperimus; neque Swjca, noſtris *Lumen*, vocabulo natales dediſſe credimus; cum a recto veritatis tramite, & genuina vocis ſcriptura hæc omnia quam longiſſime abſint (*a*).

(*a*) Poſterior ſententia *Schneideri* eſt, in *Chron. Lipſ. lib. IV. p. 141.* cujus conjectura in eo præ aliis ſe commendat, quod æque cognoverit nobiscum autor, *Suantevito* ſummum, quem inter omnes Slavorum Deos principatum habuit, incongrue ſatis *S. Vito* tribui: de *Lumine*, quo tamen an ſolem intellexerit, equidem divinare nolim,

nolim, rectiſſime omnium explicari. Cum vero nihil prohibeat, quo minus hic ipſum *Solem* aſſumamus; tot deinceps ritus & deſcriptiones *Svantevit* huic ſententiæ faveant: tum maximam *Solis* rationem quascunque gentes inter idola habuiſſe conſtet: & poſtremum vix aliud etymon nomini hujus idoli reſpondeat; abire etiam ab hac veritas cogit. Nec alias ob cauſas priorem rejicimus; quippe quæ easdem plane difficultates habet; neque credibile, ut aliquoties monuimus, imperitam ac rudem gentem *ſubſtantiam divinam* ſine ſole & imagine coluiſſe; quin potius, quod Cæſar, infra commemorando loco de Germanis affirmat, illos ſaltem Deos, & *Solem* inter hos præcipue adoraſſe, quos cernerent, & quorum operibus aperte juvarentur, certum eſt.

Origo Suantevici.

§. II. Verum, ne impugnaſſe aliorum ſaltem judicia, nec certius quid, aut probabilius attuliſſe videamur; noſtra, quæ circa origines *Suanteviti* ſententia ſit, & quam firmiſſimis porro argumentis nitatur hæc ipſa, breviter exponimus. Svvantevitum enim a Sionzcz vel Swonzcz, quod apud Slavos *Solarem*, aut *Deum*, aut *Dominum ſolis* notat, dictum appellatumque fuiſſe exiſtimamus (a).

(*a*) Ut de etymo vocis antea recte pleneque conſtet, danda a nobis opera eſt. Primum igitur Swonzo Slavis *Sol* dicitur; a quo Swonzez *Solaris*, imo *arbiter Solis* provenit; appoſite Germanis ein Sonnen-Mann. Nunc vero, quod perpetuum eſt, ultimam literam Z in Slavicis vocibus, Germani in wiz, præmiſſo E in ſua Lingua transferunt, & ita a Swonzez, habes Swonzewiz, uti ex Bunez Bunewiz, Slunckez, Slunckewiz factum, quæ nomina pagorum in Luſatia ſunt. Cum autem Z in una voce bis non ſine moleſtia ac pronuntiationis difficultate audiatur; unius porro ejusdemque cum T & S organi ac originis ſit: alterum Z in T mutatur, ſicque a Swonzewiz, Swontewiz dictum; ad terminationem item indolemque Romanæ Linguæ; non *Svantevizus*, ſed *Svantevitus* ſcriptum eſt. Et cui hæc non ſole meridiano clariora videbuntur? qui ſaltem a *Ruzzis*, *Ruſſos*, & *Rutos* in veteribus Hiſtoricis paſſim legi animadvertit. Ita enim peregrina ad illius Linguæ in qua uſurpantur indolem efformanda ſunt; uti, bono cum Deo, in libro de *Orthographia Germanica*, qui proxime carceres mordebit, copioſius ediſſeram. Confer, ſi vis, *Dausquium* in vaſto volumine de *Orthographia. Vol. II. Tractat. XXI. p. 340.* At vero inſtabis, non *Svontevitum* ſed *Svantevitum* legi. Hunc ego, qui mihi hæc objicit, in Sveviam, aut ſi hæc longius abeſt, in Thuringiam relego, audiet ibi Voter, Schwoger, & apud Pontificios in ſacris ibi cœtibus; *Poter noſter* &c. quis vero ab elegantioribus Linguæ cultoribus Vater, Schwager, *Pater* & ſcribi & pronuntiari dubitet? Ceterum falſo alii legunt *Svantovitus*; Helmoldus enim, a quo reliqui omnes ſua habent, *Svantevitus* ſcribit: principem autem hujus idoli ſcriptorem omnes ſequantur par eſt. Vides ergo quam nulla literula, apex nullus obſtet, quo minus *Svantevitum* Germanice den Swantewiz *Solis Idolum* dicamus? quot vero flexus, & reflexus, metatheſes & aphæreſes requiruntur? Si *Svantevitus*, *Sanctus Vitus* eſſe, aut *Sanctum lumen*, ſive *Sanctam ſubſtantiam* notare debeat; hoc tamen neminem hactenus animadvertiſſe libere profitemur.

§. III. Et quam belle denique omnia, quæ de *Suantevito* dicuntur, cum iis, quæ gentes de ſole commentæ ſunt, concordant: ut ſententiæ noſtræ eſſe quam certiſſimi, vel ob has cauſas tantum poſſimus. Cum enim *Suantevitus* DEus Deorum, & commune Slavicæ gentis oraculum ab *Helmoldo*, *Saxone Grammatico*, *Dubravio* aliisque appelletur; ſingula huic ſideri quam aptiſſime reſpondent (*a*).

An Suantevitus ſolem indigitaverit?

(*a*) Solem equidem *Macrobius lib. I. c. XVII. Saturn.* & *Julian. Apoſtata hymn. Regi omnium ſoli dicato* plusquam diuinis laudibus ornant, ac omnis ſuperſtitionis apicem fuiſſe, ad quem omnis quoque Idolorum cultus, ceu communem rerum arbitrum reſpexerit, non levibus argumentis convincunt. Hinc fulminantem *ſolem* ſub *Jove*, ſerenum ſub *Phœbo*, aut *Dio*, frugalem ſub *Cerere* & *Baccho*, ſub aliis Deorum nominibus, alia ejus opera Romanos & Græcos æque, ac barbaras gentes coluiſſe diligentiſſimus ſcriptor *Cluver* in *Germania antiq. lib. I. c. XXVI.* quam ſolidiſſime demonſtrat. Cui *Seneca lib. IV.* de *benef. c. VII.* pondus addit; qui *Jovem*, id eſt *Solem*, ex eo *Statorem* dici, quod beneficio ejus omnia ſtent, exiſtimat. *Tot enim appellationes ejus eſſe poſſunt*, pergit, *quot munera*, & *cap. ſeq* addit: *Hunc & liberum patrem, Herculem & Mercurium appellant*, quum horum ſingulis officiis fungatur, quæ imperita multitudo diverſis nominibus adſcripſit. Cum quibus confer *Apul. lib. de mundo p. 75.* ſub finem. At neque *Slavos* ab hac opinione penitus alienos fuiſſe *Helmoldus lib. I. c. 83. p. 185. §. 4. edit. Bangerti* teſtatur: *non diffitentur Slavi unum DEum in cœlis cæteris im-*

Imperitantem. Ecquis vero tandem ſummus ille Slavorum DEus fuit? num ignotus ille Athenienſium, de quo in *Actibus?* minime omnium. Philoſophis enim hanc ingenii acrimoniam largior; imperitæ plebi, qualis Slavorum populus tunc erat, illud *Cæſaris lib. IV. p. 135. comment. Gall.* applico: *Deorum numero illos ſolos ducunt, quos cernunt.* Qui nam vero illi? pergit Cæſar: *Solem, Vulcanum & Lunam.* En anteſignanum Ἥλιον, ducem illum, principem & moderatorem: mentem mundi, cœli faciem, ut apud *Tullium in Som. Scip. c. IV.* audit. Hic ille arbiter omnium rerum, hic tot cauſarum patronus, tot nominum ac titulorum apex, Hunc omnis terra, gentes omnes, & quam late demum ſuperſtitio ſuas radices extendit, ſi Æthiopes, qui nimium ſolis calorem faſtidiunt, exceperis, colunt, ſuſpiciunt, venerantur. *Ad hunc etiam DEum Deorum qui propius accedebat, eo divinior ac præſtantior, ipſo Helmoldo teſte lib. I c. 83. p. 185. erat Slavis.* Ἥλιον ergo *θεὸν μόνον* & illi cum aliis apud *Herodot. lib. I. Strabon. XI.* crediderunt. De quo elegantiſſime Orpheus cecinit; qui verſus in *Apulejo lib. de mundo* circa finem pag. 75. ſervati. Sed forte indignus tanta divinitate *Suantevitus* eſt? imo apud Slavos omnium longe digniſſimus, quo dignior nullus, nemoque divinior. Ita enim *Helmold. lib. I. c. VI. p. 21. §. 5. Suantevito primatum Deitatis ſpecialiter attribuerunt Slavi. Ab hoc omnes reſponſa capiunt, huic ſinguli ſacrificia exhibent.* id. lib. cit p. 125. §. 3. pergit: *inter multiformia Slavorum Numina præpollet Suantevit, DEus terræ Rugianorum, utpote efficacior in reſponſis, cujus intuitu ceteros quaſi Semi Deos æſtimabant. Quin de omnibus Slavorum provinciis ſtatutas ſacrificiorum impenſas tranſmittunt.* Imo *lib. II. cap. XII. p. 235.* ulterius progreditur: *Svantevitum DEum Deorum eſſe profitentur.* Vides hic quam appoſite *Suantevitu* divina majeſtas, quam inter Slavos habebat, *ſoli* tribuatur: & quam ovum ovo ſimilior ſacer *ſolis* apud diverſas gentes cultus, ac veneratio rurſus Suantevito ſit: quam inepte vero hæc omnia ad Sanctum Vitum trahantur. Cum enim *Suantevitus* antiquiſſimum Slavorum idolum dicatur: *S. Vitus* recentiſſimus inter omnes Slavorum Deaſtros eſt, poſt Ludovici Pii tempora demum natus: porro cum illi omnium Slavorum, qui quartam tunc ferme Europæ partem occuparant, uti apud ipſum *Helmold. lib. I. c. 1. p. 1. §. 2.* & *Cromer. de Origin. Polon. lib. I. c. 2. & 10.* invenies, commune oraculum fuerit: hic nonniſi Rugianorum. puſilla ſane majeſtas, tam arctis finibus terminata, dicatur. Quis ergo vel in ſomnio nobis has fabulas & anilia commenta unquam perſvadebit.

§. IV. Superſtitioſam colendi idolum rationem, brevitatis ſtudioſi, bonam nunc partem ſcientes præterimus; cum ab aliis hæc ipſa auctoribus jam ſatis deſcripta eſſe reperiamus: de illis tamen, quæ facere ad ſententiam, aut aliquantum lucis indigere videbuntur, erimus nonnihil commemoraturi. Idolum enim commune Slavorum quamvis *Suantevitus* fuit, certis tamen de cauſis in terra *Rugianorum*, natura ſituque munitiſſimo loco relictum, per univerſas eorum regiones ut ſolem gentes aliæ, Slavi venerabantur (*a*). Cultus Suantevitі.

(*a*) *Suantevitі* divinitatem per omnes Slavorum terras a Mari Baltico ad Hungariam usque, & amplius patuiſſe §. 13. lit. 11. demonſtratum dedimus. *Ab hoc enim omnes Slavi reſponſa capiunt, huic de omnibus Slavorum provinciis ſtatutas ſacrificiorum impenſas tranſmittunt*, dicit *Helmold. ll. cc.* nunc in quanam regione ſteterit *Suantevitus* dicendum. *Rugianorum* vero terram, veteribus *Ranorum*, ſedem hujus idololatriæ fuiſſe *Helmoldus* autor eſt *lib. I. c. VI. p. 21. §. 3. & 4. ſtabat idolum in terra Rugianorum, ſeu Ranorum, qui habitant in corde maris* puta Baltici, imo & oppidum *Archona* ſeu *Arkona*, (hodie forte *Putbus*, ut Buno in *Cluver. p. 186. lib. III. c. XIV.* annotat, quæ urbs *terræ illius Principalis* audit *Helmoldo lib. II. c. XII. 513. p. 236.*) a *Saxone Grammatico lib. XIV. f. 319.* nominatur: *Arkon in Excelſo promontorii cujusdam vertice collocata, non manufactis ſed naturalibus præſidiis munitur. Medium urbis planitiem habebat, in qua Suantevitі delubrum.* Quæres tamen nobiſcum benevole lector, quæ cauſa Slavis fuerit, quod in terra Rugianorum, maximam eis partem remotiſſimo loco primarii Deaſtri ſedem elegerint, cum in meditullio regionis plerisque id commodius longe fuiſſet, nec tanto itinere Suantoviti cultores eſſent defatigati, nonnunquam vere ab ejus cultu detenti. Sunt quidem, qui *Helmoldum lib. II. c. XII. p. 235. §. 5.* hic denuo audiunt, *S. Vito in Corbeia Nova terram Rugianorum a Ludovico eſſe oblatam, Sacerdotes vero ibi Oratorium in honorem S. Viti fundaſſe, hinc religionem cum ſuperſtitione Suantevitі mutatam ibi quoque radices egiſſe.* credentes. Sed fabula ſupra detecta. Ipſe ſane dubitat *Helmoldus*; *Tenuis enim fama commemorat*, ait l. c. Nos ejus duplicem ex ipſo Helmoldo cauſam, veriorem longe aſſerimus; nam ſecuritatis ergo feciſſe id Slavos, cum *Arkona* Rugianum oppidum natura quam munitiſſimum ſcirent, exiſtimamus: deinceps commerciis, & *halecum captura* aliisque divitiis affluentiſſima Urbs ad

Suan-

Suanteviti reditus, quos ab omni mercatura habebat, non parum contulit. Imo felicium nundinarum patronum quando credidere ſuum *Suantevitum* Slavi in metropolin quoque ponerent utilitas ſuadebat. Et tandem digniſſimi hoc Deaſtro Slavis ceteris videri poterant Rugiani, quos ipſe a pietate, juſtitia, munificentia, & cultu præ reliquis commendat *Helmoldus*. Evolve eundem *lib. II c. XII.* ſi vis, & hæc ſingula quam veriſſima eſſe deprehendes.

Fanum, figura & ſacra Idoli.

§. V. Fanum deinde Idoli, *(a)* figura *(b)* & ſacra quæ ei fiebant, *(c)* ut & ratio colendi, *(d)* dies feſti, *(e)* omina *(f)* ceteraque noſtram ſententiam quam ſolidiſſime confirmant.

(a) Magnificentiſſimum *Suanteviti* delubrum *Saxo lib. XIV. f. 320.* pluribus verbis celebrat: *exterior ædis ambitus accurato celamine renitebat. Ipſum fanum duplex ſeptorum ordo claudit; e quibus exterior parietibus contextus puniceo culmine tegebatur: interior vero quatuor ſubnixus poſtibus parietum loco penſilibus, aulæis nitebatur:* Omnia ſane majeſtatis ac venerationis plena, ſi & cetera conſulas, quæ apud *Cramer. lib. I. c. 43. Hiſt. Eccleſ. Pom.* & recentiores alios extant. Nemo ex plebe facile admittebatur ad hoc templum, ſolus Pontifex certo tempore intrabat, cum omnium Deorum ibi aras & focos, pleniſſimamque divinitatis ſedem crederent Slavi; ut ex aliis prolixe diſſeruit *Chriſtoph. Arnoldi ad Roſſeum p. 195.* & alibi.

(b) Figuram Idoli *Saxo Grammat. d. l.* ita deſcribit: *Ingens in æde ſimulacrum, omnem humani corporis habitum granditate tranſcendens*, (ita enim gigantis inſtar, ſol & alibi depingitur) *quatuor capitibus totidemque cervicibus mirandum perſtabat, e quibus duo pectus totidemque tergum reſpicere videbantur. Ceterum tam ante, quam retro collocatorum unum dextrorſum, alterum lævorſum contemplationem dirigere videbatur* (en quatuor anni tempora, quæ Sol perficit, habes) *Corraſa barbæ, crines attonſi figurabantur*, (cauſam ipſe ſubjungit) *ut artificis induſtriam ritum in cultura capitum æmulatum putares. In dextera cornu vario metalli genere excultum geſtabat*, (ex hoc enim annonam, *Solis* opus, perſpiciebant) *Læva arcum reflexo in latus brachio figurabat.* (arcus enim & ſagitta proprium ſolis inſigne: vid. *Tollii ſapientia inſaniens p. 58 59.*) *Tunica ad tibias prominens fingebatur, pedes humo contigui.* (ita & Poëtæ radios *Solis* deſcribunt) *Haud procul frenum ac ſella ſimulacri, compluraque divinitatis inſignia. Quorum admirationem conſpicua granditatis enſis augebat.* Alia ex equeſtri armatura ut calcaria, ephippia, frena, ocreas ceteraque *Cramerus d. l.* addit. Qua cauſa id factum ſit, modo indicatum eſt.

(c) Antequam rem divinam faceret Sacerdos, ſcopis quam diligentiſſime fanum *Suanteviti* purgabat, ſpiritu oris compreſſo, quem quoties revocare opus erat, ad oſtium decurrit, ne ſcilicet humano halitu numinis præſentia offenderetur. Uti *Saxo l. c. Munſter. lib. III. Coſmogr.* & *Schedius Syntagm.* ult *c. XII. p. 503. de Dis. Germ* pluribus edocent. Tum, ut mox conſtabit, *merum*, ac *placentam* ea magnitudine offerebant, ut homo poſt eam latere potuerit, forma tamen (ne aliquid a ſole abluderet) rotundam. *Nummos* quoque Idolo pendebant, & tertiam ſpoliorum ac prædæ partem. *Apud Ranos* quidem *non habetur moneta, nec eſt in comparandis rebus conſuetudo nummorum, ſed quidquid in foro mercari volueris, panno linteo comparabis.* dicit *Helmoldus lib. I. c. XXXVIII. p. 95. §. 7.* Sed *aurum & argentum quod forte per rapinas ac captiones hominum, vel undecunque adepti ſunt, aut uxorum ſuarum cultibus impendunt, aut in ærarium Dei ſui conferunt.* Sol enim *Rex* ille *rubeus*, & *Deus metallorum*, ut cum Poëtis ac chymicis loquar, cui ergo & hæc munera reſpondent. Cum autem Chriſtianorum ſangvine Deos ſuos delectari Slavi exiſtimarent, ut *Helmold.* cap. XII. lib. II. p. 235. §. 9. *Suantevito ſuo in peculium honoris annuatim hominem Chriſticolam, quem ſors acceptaverit, litare conſueverunt.* Imo *lib. I. c. LII. p. 125. §. 3. & c. XII. p. 236. §. 11.* quod *Odeſcalco Chriſtiano Sacerdoti inſidiati propterea fuerint, quo ejus cruore Suantevitum placarent*, teſtatur.

(d) Illud quoque non prætermittendum eſt, quando *Saxo noſter l. c. trecentos equos aluiſſe Suantevito Slavos* memorat. Quod manifeſtiſſimum eſt Solis inſigne. Hinc *Claudianus in Olybr. & Probin.*

Sol, qui flammiferis mundum complexus habenis,
Sparge diem meliore coma, crinemque repexi.
Blandius elato ſurgant temone jugales.

Ubi, ne prolixi ſimus, confer, quæ in eruditiſſimis notis *Barthius in h. l.* Claudiani collegit. Candidum vero equum ei porro tribuit *Saxo l. c. albi coloris peculiaris fuit Suantevito equus, cujus jubæ, ac caudæ* (hinc radii ſolares criniti, Sol criniger, ignicomus, Phœbus comoſus Poëtis dicitur) *pilos convellere nefarium ducebatur. Hunc ſoli Sacerdotes curant, cui inſidere Suantevitus, contra hoſtes ſuos egregius bellator creditur Slavis.* Eodem ſane modo Solem *Tollius lib. cit. p. 60.* deſcribit; *Jam victor atque triumphator Rex aurea corona, proſtratis hoſtibus in candidis equis toto cælo invehitur.* Cum quo & *Alberi-*

eus Gentil. de Deor. imagin. ac ceteri mythologiæ Scriptores loquuntur.

(*e*) Neque feſti dies, ac ſolennia anniverſaria Suanteviti, a ſolis cultu fuere aliena. Poſt lectas enim fruges, mactatis ante oſtium victimis ſolenne genti epulum erat. Ad ortum Solis excubante ante fores populo, ſacerdos templum ingreſſus, cornu, quod priore anno impleverat, contemplatur, & ſi plena menſura, uberem, ſi qua parte minuta tenuem meſſem prænunciat, jubetque fruges eo diligentius aſſervare. Quo facto, poculum exhaurit Sacerdos, ac mero impletum dextræ ſimulacri reſtituit, in omen ſequentis anni. Tum admonet quoque ad colendum Suantevitum Sacrificulus; reliquum diei datur luxuriæ. In quo epulo, ſobrietatem violare pium æſtimatum eſt, ſervare nefas habitum. Uti prolixius hæc omnia *Saxo* jam aliquoties citatus diſſerit. Ejusmodi ſolennia finita meſſe inſtituta, Soli Sacra fuiſſe ex aliis diſces *Schedio & Clvvero* auctoribus allegatis.

(*f*) Unum ſupereſt, quod *divinationes* & *omina* concernit. Cum enim bellorum quam maximus patronus & arbiter crederetur Suantevitus: ab hoc quoque auſpicia ſumebant Slavi. Ante fanum enim ait *Saxo l. c.* haſtarum triplex ordo diſponebatur, ad quem equus Suanteviti a Sacerdote productus, ſi ante dextro quam lævo pede haſtam tranſcenderet fauſti; ſin ſiniſtro, infelicis ominis erat. Quem ritum ominandi & *Cranz. Vandal. V. Cluverus Germ. antiq. lib. I. c. XXXVI. p. 259. Elias Schedius Syngramm. II. c. XLV. p. 499. Cramer. lib. 1. c. 21. hiſt. Eccleſiaſt.* explicarunt, jam ante a *Tacito de M. G.* apud majores noſtros animadverſum.

Duratio cultus Suanteviti. §. VI. Duravit vero hæc *Suanteviti* apud Rugianos ſuperſtitio ad annum N. C. M CLXVII. usque; quo tempore idolum a *Waldemaro I.* Danorum Rege penitus deletum, ac igne concrematum eſt (*a*) ipſique Rugiani ad fidem Chriſtianam reducti.

(*a*) Cum renuiſſent Rugiani Waldemaro I. Regi Danorum, contra hoſtes pugnanti ſuppetias ferre; hic aliis Pomeraniæ principibus ipſoque Obotritorum Duce *Pribizlavo* in belli Societatem adſcitis, terram Rugianorum magno impetu invadit, mox obtinet, & urbis *Arcona* incolas ea lege in fidem recipit; ut ſine mora, ac pretio captos a ſe Chriſtianos dimitterent, & veram religionem Danico equidem ritu amplecterentur. Quod cum facere coacti eſſent Rugiani; *Suantevitum* evertere ſois Rex imperat, quando ad id præſtandum nullus poterat Slavorum adigi, hi cuniculis ac ferro ſimulacrum effodiunt, aulæis, quibus ſacellum tegebatur, avulſis totoque ornatu ſurrepto. Magnus tunc ex omni gente fuit concurſus, vindictam Dei ſui contra Danos ſinguli expectantes: ſed corruit tandem Idolum; proſtratum fune in collum miſſo per totum exercitum, conſpicientibus Slavis, protrahitur, mox fruſtulatim conciſum igne penitus abſumitur. Addit *Saxo l. c. Dæmon in furvi animalis figura ex idolo migravit, ſubito ſe circumſtantium conſpectui ſubducens.* Tum vero varie judicatum a Rugianis priſtinis cultoribus eſt, aliis Dei ſui injurias lachrymis, riſu proſequentibus aliis, ſibique ac ſuæ ſimplicitati indignantibus. Cum hoc ergo in plerisque deleta Suanteviti ſui, totiusq; idololatriæ divinitas eſt: Bohemi tamen rumore hoc ipſum de Suantevito ſuo cum tantum percepiſſent, ejus memoriam & poſt ſervarunt, peregre advenientem hac formula ſalutantes: *Witaus Witans*, quod de *Suanteviti moderamine* ac vita per ipſum mortalibus conceſſa interpretabantur. De quibus ſingulis *Helmoldus, Dubravius, Saxo, Cranzius, Emſerus, Albinus, Schedius, Cramerus, Brotuffius, Schneiderus, Arnoldus* aliique plures conſulantur. Nobis enim tantum dixiſſe ſufficiat, dum ad reliquos Slavorum Deos nunc facimus progreſſum.

§. VII. *Suantevito* nunc *Radegaſtum* subjungimus, Idolum nulli ex reliquis ſecundum; iisdem tamen circa ſcripturam, & genuinas nominis natales difficultatibus preſſum; ut expedire ſe ne unus ex omnibus quidem ac ſingulis ſcriptoribus hactenus potuerit. Nam vocis origines alii in germanico **Rath** & **Geiſt** quærunt; (*a*) alii idem vocabulum a **Gaſt** derivant; (*b*) ad Polonorum **Geß**, aut **Geſſa**, Romanis *Jupiter*, confugiunt alii; (*c*) rurſus alii a **Radchaſcz**, conſiliorum arbiter Slavis, petunt: (*d*) plurimi auctorum *Radegaſtum* celebrem Obotritorum Regem, in Deorum, ut putant, ſocietatem a ſuis receptum, primas Idolo natales dediſſe exiſtimant. (*e*) Nobis in tanta auctorum varietate uter verius, aut probabilius dixerit, perquirendum nunc eſt. Radegaſtus.

(*a*) Cum Linguæ Slavicæ imperitia errorum in hoc argumento, communiſſima cauſa ſit; quam & hic delinquendi occaſionem auctoribus dederit, videndum eſt. Ac primum quidem illi admodum inepti unt, qui Slavorum Idola e Germanis vocibus, a quibus tamen hunc populum quam longiſſime abfuiſſe, ſupra demonſtratum eſt, peti debere, qua mentis caligine

neſcio,

neſcio, exiſtimant: cum tamen Linguæ ſuæ, quam tenaciſſimi ſemper cuſtodes fuerint Slavi, ut in eorum poſteris in Luſatia & alibi adhuc dum comparet. Hunc igitur ſcopulum eliminare & illi debuiſſent, qui a Rath, & Geiſt conſiliorum interprete, aut *ſpiritu* nomen *Radegaſti* proveniſſe delirant. Non equidem neſcio Rade Slavis quoque conſilium dici; nec ignorare quoque illud poſſum, Geiſt, agreſtiores Gaaſt, longiori cum mora, pronuntiare; uti Hallis Suevor. Der Hoal-Gaaſt, & ita ex Radgeiſt facile Radgaſt, & *Radegaſtum* fieri: ſed quis niſi omnium abſurdiſſime, ſi cetera cuncta reclamant, uni ſcripturæ fidem habebit, quam caſu ſæpius convenire, omnes eruditi fatentur. Sic דָּג Ebr. piſcis ταχὺς Gr. *celer*, Tach Germ. *tectum*, literis arctius longe inter ſe, ac Radegaſt, cum Radgriſt cohærentibus. Quis vero niſi per febrim ſomniabit? דָּג piſcem a Germ. Tach venire, cum ſquammæ ei tecti inſtar aut tegumenti ſint, vel a Græcor. ταχυς, cum in aqua quam celerrime ſe nobis ſubducat. Subrides nos forte B. L. at tenaciſſimos auctorum errores magis magisque admirare nobiſcum potius, qui in originibus Slavonicis inveſtigandis quavis talpa cæciores ſunt. Imo quam ſubtilium tandem conſiliorum, ſi Diis placet, & *Radegaſtus* auctor fuiſſet, qui *taurinum caput* ante pectus geſſit, ita enim pingebatur a Slavis; egregius ſane *Mercurius*, qui in conſiliis *boves* & *aſinos* callida fateor animalcula, imitatur. Explodendi igitur cum aliis *Joach. Paſtorius ab Hirtenberg in diſſert. de Originibus Sarmat. p. 19.* & *Sagittar. de Bardevic. c. II. §. XXV. p. 56.* qui ſententiam hanc approbant. Quibus nollem ſubſcripſiſſet *Cl. Tenzelius* in den Monatl. Unterred. *A. 1689. p. 698.* falſus enim hic, Vir in tali ſtudiorum genere alioquin nulla non laude digniſſimus.

(*b*) Eadem cenſura & illi digni ſunt, qui ultimæ in *Radegaſto* vocis originem paulo aliam in Vernacula noſtra eandemque meliorem longe inveniſſe ſe arbitrantur. Quibus equidem illud facile largior, Germ. Gaſt non *hoſpitem* veteribus, uti nunc, ſed *fortisſimum quemvis*, & ad utrumque paratum denotaſſe: (id enim præter *leges Salicas*, & *Carolingorum ſcriptores*, *Meibomius in not. ad Wittek. p. 42*, *Bangertus*, *in lib. I. Helmold. c. 52. p. 127. Schottelius lib. V. Gramm. p. 1057.* & nuperrime *Illuſtris Stiegelius*, Spate *in Lex. Germ.* libro a multis annis deſideratiſſimo, aliique docent) at vero exinde *Radegaſti* taurinum pectus Radgaſt *alacrem conſiliorum interpretem dixiſſe* Slavos quod *Bangertus* l. c. *Maſius de Diis Obotrit.* & *Arnoldus* ad Roſſeum *p. 177.* & *Excell. Sagittar. l. c.* intendunt; a me ob datas præcedente §. rationes impetrare hactenus nequivi.

(*c*) His omnibus non melior conjectura *Joach. Paſtorii* eſt, qui in *diſſertat. Sarmat. p. 22.* ultimam *Radegaſti* ſyllabam in voce Polonica Geß, aut Geſſa, quam *Alexander Gvaguinus* Polonorum *Jovem* notaſſe, in *Chorographia* credit, inveniri poſſe exiſtimat. Abludit enim a ſcriptura nimium vox; neque cum Polonorum idolis, *Radegaſtus* noſter confundendus eſt.

(*d*) Sententia hæc ceteris utique præferenda; qua a Radedoſcz, quod in Latino *ſatis conſilii* veritas; aut Radehoſcz, Slavis *conſiliorum arbiter*, nomen *Radegaſti* deducitur. Neque enim, quod vel circa ſcripturam, vel Linguæ Slavonicæ indolem rationemque monere, aut aliud quid deſiderare poſſemus, invenimus. Cui etiam eo libentius ſubſcriberemus, niſi idoli effigies ac cultus infra deſcribendus a nobis, aliquantum alienior ab ea, planeque diverſus eſſet.

(*e*) Nemini obſcurum eſſe exiſtimo, quis *Radegaſius* fuerit? Obotritarum celebratiſſimus apud Hiſtoricos Rex, & immaniſſimus pariter, ac infeliciſſimus tyrannus. Hic enim conglobatis 200000. militibus Italiam ingreſſus, totam metu ac tremore percuſſit: cumque & ipſi Romæ extrema minaretur, deſperare jam tum de ſalute ſua plerique Romanorum cœperant, teneram Honorii Imperatoris ætatem, tantisque rebus imparem longe ſecum reputantes. Plurimi vero cauſam belli malique non aliam credebant, quam quod Deorum ſacris neglectis, Chriſto nomen dediſſent Romani. Hinc ad renovandam priſtinæ religionis faciem, tota urbs animos menteſque applicabat, plures veterem idolorum ſuorum cultum jam jam receperant. Has inter divini pariter humanique juris ingentes calamitates, præſentiſſimam æterni Numinis opem experti Romani ſunt. Nam præter omnium ſpem *Radegaſius* imprudenti plane ac infelici conſilio vaſtiſſimum exercitum, ne magnitudinem ejus reſcirent Romani quam arctiſſime in montium jugis contrahit. Mox ab hoſtibus concluditur, fame ac ſitu conficiendus cum ſuis. Sed milites abjiciunt arma & infinita eorum capitur a Romanis multitudo. Ipſe Radegaſius Rex, cum fuga ſibi conſulere vellet, in vincula conjectus, vita tandem privatur. Quam barbarorum cladem præter *Socratem, Sozomenum, Zoſimum, Zonaram*, *Cedrenum* alioſque, ex Latinis *Oroſius*, *Paul Diaconus* & *Jornandes* inprimis, ac recentiores inter *Joh. Cuſpinianus* de *vitis Imperator.* innumerique alii quam prolixiſſime deſcribunt.

bunt. Hunc ergo poſt mortem *Radegaſium*, ob præclara ingentem ſuam merita DEum ac arbitrum belli credidiſſe Slavos, ac Martis inſtar ſui coluiſſe, auctores exiſtimant, atque hoc ipſum *Radegaſti* idolum Slavis eſſe pro certiſſimo habent. Quam ſententiam approbant *Albinus p. 149. Reineſius de Deo Endovell p. 12. Schedius Syntagm. ult c. IV. p. 482. Sagittar. l. c.* aliique plures. Verum enimvero, quamvis hic illos Deaſtros creandi, qui in bello pro patria defuncti ſunt, modus non adeo inuſitatus gentibus erat: multa tamen, quæ ſcrupulum injicere nobis queunt, hoc loco reperiuntur. Addemus primum quid male *Bangertum* hic habeat, *in lib. I. c. 52. Helmolds p. 126. Si quis tamen contendat, idolum Rego*, Radegaſio puta, *antiquius fuiſſe, & hunc ab illo eſſe denominatum, non multum refragabor.* Deinceps impetrare a me vix poſſum, ut illum Numinis loco habuiſſe Slavos exiſtimem; qui non infelix ſolum in bello fuit, ac miſere in hoſtium ipſe manibus periit: ſed etiam, uti *Paul. Diac. lib. XIII. pag. 666.* exertis verbis ſcribit; imprudenti plane conſilio militum tantam jacturam fecit; *ut in viliſſimarum pecudum modum ſingulis aureis paſſim greges hominum venderentur.* Exſpirant ergo *res feliciter geſtæ*, quas ei *Sagittar. d. l.* ad ſententiam probandam fruſtra tribuit.

Origo appellationis.

§. VIII. Cum vero certo certius conſtet, *Radegaſtum* Martem ſuæ gentis fuiſſe, nomen ejus a Roswoz (*a*) quod *Ducem belli* Slavis ſignificat, natales quoque ſumpſiſſe, nobis probabile videtur.

(*a*) Ne ſcripturæ diverſitas ſcrupulum injiciat legenti, quomodo conciliandum utrumque vocabulum ſit, oſtendendum eſt. Primum autem illud ſciendum, ſcriptores in voce hac admodum differre. *Zoſimus* enim *lib. VIII. in Arcad. & Honorio* Ῥοδογαῖσος. *Iſidor. Hiſpal. Goth. 437.* Radagatſus. *Helmoldus lib. I. c. 21. p. 61. §. 1.* Radigaſtus, *lib. I. c. 2. p. 6. §. 6.* Redegaſt & *lib. I. c. 52. p. 125. §. 2.* Radigaſt. *Ditmar. Chron. Merſ. lib. VI. p. 35.* Riedegaſt legunt. Ex diverſa hac ſcribendi ratione, nunc facile colliges, vocis ſcripturam aut ambiguam eſſe, aut multam partem corruptam. Quod ſi impetravero, non a literis amplius vocis originem petendam, ſed in cultu idoli, ac muneribus quæ ſuſtinuit potius quærendam eſſe patebit. Et vero hoc ipſum Roswodz *Dux belli* Slavis, titulus Martis Oraculo, quale Radegaſtus fuit, ut mox oſtendam, admodum conveniens omnium optime præſtat. Rosno enim Slavis *du* eſt, ſeparandi vim habens particula; Wodzu vero *duco* illis ſignificat, & hinc Roswods *belli Dux* Germ. ein Herzog. S vero & T, aut D literæ admodum a plebe confunduntur; ut hujus terræ incolæ agreſtiores pro Waſſer, Watter dicunt, alii Wader; ſicque ex Roswodz, Rodwodz factum, uti adhuc dum Rodewizpagus in Luſatia eſt. W itidem cum G facile miſcetur, uti pro, Wilhelm, Latinis Guilelmus, aut Gulielmus dicitur; & ita Rodwodz in Rodgodz, ac vocalibus *o* in *a* mutatis, uti ſuperius §. 12. lit. hh. factum eſt, Radgadz habes, quo modo etiam *Iſidorus* l. c. legit. Latinius vero pro, *Radgatſus, Radgaſtus* aut *Radegaſtus ſcribitur*, ad difficilem conſonantium vitandam juncturam. Quod & cum omnibus ac ſingulis, quæ de idolo dicuntur quam arctiſſime cohæret; ut ſuo nunc loco dicetur.

§. IX. Ipſum Idolum in *Retra* urbe ſtetit primum, poſt etiam apud *Obotritos* inventum, (*a*) *aureum* vere toto corpore erat; cujus capillis *avicula* inhærebat; *tauri* capite dextra tegebat pectus, læva manu *bipennem* tenens (*b*).

Locus Idoli & forma.

(*a*) *Obotritorum* regio hodie *Meklenburgenſium*, & *Sverinenſium* eſt. Hinc quærit *Bangertus lib. I. c. 52. p. 126. b. in Helmold.* qui fiat, quod in *Retra* urbe, quam Pomeraniæ quondam fuiſſe, ex ipſo *Helmold. lib. I. c. 21. p. 61. §. 1.* patet; cum *Riaduros ſive Toleuzos*, Retarum incolas puta, *cũ Pauim* Pomeraniæ fluvium *habitaſſe* dicat, (hodie *Ræbel* vocari *Chytraus in Vandal part. 1. Chron. Sax. lib. III p. 210* divinat) Qui fiat, inquam, quod in hac urbe *Radegaſtum* ſtetiſſe exiſtimet *Helmoldus*; & alibi tamen præcipue *Obotritorum* idolum fuiſſe innuat. Loca ejus in promptu ſunt: *lib. I.* enim *c. 2. §. 6. p. 6.* ait: *Poſt Odera lenem meatum, & varios Pomeranorum populos, ad occidentalem plagam occurrit Winnulorum provincia, eorum qui* Tolenzi ſive Redarii *dicuntur. Civitas eorum vulgatiſſima* Retre, *ſedes Idololatriæ. Templum ibi magnum conſtructum dæmonibus, quorum princeps eſt* Redegaſt. Hinc Redarii *Bangerto lib. cit. p. 11.* Stolpenſes & Anclamenſes ſunt ad illum Oderæ meatum verſus occidentem, uti *Helm l. c.* vult, ſiti. Cum quo conſentit *Ditmar. Chron. Merſeb lib. VI. p. 135.* niſi quod hic urbem Redariorum *Riedgaſt* dicat; quam eandem cum *Retra* eſſe, ante *Exc. Sagittarium*, qui tamen conjecturæ autorem ſe credit, *tractat. de Bardewico c. II. p. 55.* id obſervarunt *Cl. Bangertus lib. cit. p. 127.* ac ipſe *Maderus* in margine auctoris p. 136. Sed aliter forte Helmold. lib. I. c. 52. p. 125. *Radegaſt DEus terra Obotritorum.* nulla amplius Redariorum facta mentione. *Bangertus* ſe ita conciliaſſe Helmoldum *l. c.* exiſtimat; quando etiam in urbe *Mechlenburgo*, & vicino oppido *Gadebuſcho* templa ac ſtatuas Rade-

gaſti

gaſti fuiſſe *Reimari in Chron. MSC.* teſtimonio, ipſoque nomine *Gadebuſchi*, quod a *Radegaſto* ortum fuiſſe credit, ac reliquiis templi Gadebuſchani de *corona Radegaſti* in partes vocatis confirmarit: ſed ita ſibi ipſi contrarius eſſet *Helmoldus*, qui *lib. I. c. 21. p. 61. §. 1.* ait: *Redarii propter antiquisſimam urbem, & celeberrimum illud fanum, in quo ſimulacrum* Radigaſt *oſtenditur, regnare* inter Wilzos *eo quod ab omnibus populis Slavorum frequentarentur, propter reſponſa & annuas ſacrificiorum impenſiones. De* quo gloriati vix Redarii potuiſſent, ſi & in aliis Slavorum regionibus *Radegaſti* idolum fuiſſet inventum. Quare idem tunc temporis nec *Obotritas* habuiſſe, exiſtimandum eſt. At vero erraſſe Helmoldum dicemus? nec quicquam. Cum enim everteretur ab Ottone M. 960. *Retra* urbs, ipſusque cum ea *Radegaſtus*; Obotriti avitæ religionis tenaces in ſuis terris celebre *Radegaſti* idolum ſtatuerunt, ac multo poſt venerati, *ad ſecul. XII.* usque ſunt. Uti nec diſſimulare *Bangertus*, cum eoque *Excell. Sagittarius ll. cc.* poſſunt.

(*b*) Figuram Idoli ex vetere Chronico *Bangertus lib. cit.* exhibet, quod *Chriſt. Arnoldi* in *append. ad Roſſeum p. 176.* reſumit. Cujus imago viri juſtum ſtatum ſiſtit, corpore nudum nec ullo circa pudenda etiam velamine tectum: vultus vero ferox eſt, ac ſeverus; caput criſpum, cui avis explicatis alis inhæret: pectori quoque tauri caput nigrum additur, quod dextra ſuffulcit Idolum. Diſputat vero *l. c. Bangertus*, unde tauri caput ei tributum ſit; dicitque: *Qui genealogiam Principum Mechleburgenſium ad Anthyrium referunt, caput illud taurinum a Bucephalo Alexandr. M. eſſe contendunt. Anthyrium enim Alexandro militaſſe, poſtquam ille in fata conceſſiſſet, ad ſuos Obotritos navi reverſum eſſe. atque inſignia Bucephali caput in prora, gryphum in puppi oſtentaſſe; quam ſententiam nos in ſuſpenſo relinquimus.* Nullius, licet fabula de Anthyrio quoque vera eſſet, quæ tamen falſiſſima eſt, hæc apud me auctoritatis ſunt. Ipſam enim animalium naturam inſignia dediſſe Radegaſto certus ſum: cum *taurus* fortitudine ac robore validiſſimum animal, *gryphus* itidem promptiſſima ad rapinas avis, egregias bellantium virtutes exprimere Slavis viderentur. Hinc læva manu bipennem tenet, ſingulare iſto tempore, armorum genus. Cumque pugnantibus conſilia ſuggerere, ac robur largiri crederetur a ſuis: *Hunc* enim *ad bella properantes ſalutant, illum proſpere redeuntes muneribus debitis honorant*, dicit *Ditmarus p. 136.* lib. cit. ut reſumeret animum quandoque, tot in bello laboribus ac moleſtiis defatigatum, *oſtro ei lectum paraſſe* Slavos, *Helmold. lib. I. c. 2. p. 6. §. 7.* innuit, an vero ad colorem pariter, qui purpureus ex oſtro veniebat, ac ipſam materiam & teſtam animalculi reſpiciat auctor, divinare equidem nolim. Purpura tamen magnam Deaſtri divinitatem augere poterat, ac rubeus color pugnæ cruentæ ſignum fieri. Ceterum *templi* magnitudinem *Ditmarus lib VI. p. 155.* admiratur: *In eadem* tertia urbis Rethræ vel Ridegaſt parte, quæ orientem reſpicit, *nil niſi fanum eſt, de ligno artificioſe compoſitum, quod pro baſibus diverſarum ſuſtentatur cornibus beſtiarum. Hujus parietes varia Deorum Dearumque imagines mirifice inſculpta, ut cernentibus videtur, exterius ornant.* Addit deinde vexilla ibi ſervari ad expeditionem neceſſaria ipſaque numina galeis atque loricis terribiliter veſtita eſſe. Id tamen me male in auctore habet, quando *Luaraſitum primas tenere, & præ ceteris a cunctis gentilibus coli* exiſtimat. Aut enim pro *Luaraſito*, *Suantevitus* reſtitui oportet, de quo ſupra: aut, quod mallem, *Luaraſiti* nomine hic intelligendus *Radegaſtus* eſt. Cui *Adamus Bremenſis p. 48.* ipſeque *Helmold.* l. c. principatum inter Deos Slavorum, maxime Redariorum, concedunt. In ſacrificandi tandem modo rituque prolixus *Ditmarus* eſt, l. c. qui utique hic conſulendus. Nec aliter *Helmold. lib. I. c. 52. p. 125. § 2.* cultum ejus deſcribit, aliis tamen Slavorum numinibus eundem pariter tribuens: quibus de hoſtiis ac feſtis diebus addit: *ſolennitates diis dicandas ſacerdos juxta ſortium nutum denunciat, conveniuntque viri & mulieres cum parvulis, mactantque diis ſuis hoſtias de bobus & ovibus, plerique etiam de hominibus Chriſtianis, quorum ſanguine Deos ſuos oblectari jactitant. Poſt caſam hoſtiam ſacerdos de cruore libat, ut ſit efficacior oraculis capiendis. Conſummatis juxta morem ſacrificiis, populus ad epulas & plauſus convertitur. Ultimumque bono pariter ac malo deaſtro in compotationibus libant.*

Extirpatio Idoli. §. X. Tandem *Radegaſti* idolum *ab Ottone M.* Imperatore circa annum 960. penitur deletum eſt; (*a*) apud Obotritos tamen cultum, donec omnes Slavorum populi Sec. XII. Chriſto nomen dedere.

(*a*) Cum omnes ferme Slavos perdomuiſſet Otto; Rethram quoque urbem cœpit, atque impiis Slavorum everſis numinibus, totam idolorum ibi ſuſtulit ſuperſtitionem. Ut *Ditmarus lib. II. p 24.* alique docent. Sed vero circa annum 1130. *Radegaſti* meminit adhucdum *Helmoldus lib. I. c. 52. p. 125. §. 2.* cum aliis idolis ab *Obotritis* culti. Hos ergo majorum ſuorum numina, cum iisque & *Radegaſtum* repetiiſſe oportet. Quæ ſententia *Bangerti* quoque eſt *cit. lib p. 127.* & qui eum ſequitur *Cl. Sagitt. d. l. p. 55.* Seculo vero XII. & ipſi cum aliis veram Chriſtiani nominis religionem amplexi ſunt.

DISSERTATIO HISTORICA TERTIA DE IDOLIS SLAVORUM.

*** *** ***

§. I.

Juterbogus. MAlos æque ac bonos Deos Slavi coluerunt (*a*) inter illos Czernebog erat; hos inter eminebat Juterbog; quod Luciferi nomen apud Slavos fuiſſe exiſtimo (*b*) de cujus tamen cultu ac imagine ſilent Hiſtorici (*c*).

(*a*) *Schedius* ult. de *DIs Germ. cap. Vandali*, inquit, *in conviviis & compotationibus ſuis pateram olim certis verbis conſecrabant, autore Cranzio lib. III. Vandal. c. XXXVII, ſub nominibus Deorum* boni & mali: *omnem proſperam fortunam a* bono *Deo, adverſam a* malo *dirigi putantes.* Sed duplici malo Schedius haeret: qui primum *Vandalos* cum *Venedis* confundit, Cranzio ſuo domeſtico errore, ac peculiari; deinde hoc ipſo antiquiorem paulo nominare debuiſſet auctor, quando hæc verba non *Cranzii* ſed *Helmoldi* ſunt, *lib. I. c. 52. p. 125. §. 2.* de Slavorum potandi ritu id aſſerentis. Cum quo *Ditmarus* quoque ac *Saxo* faciunt, auctores paſſim a nobis citati. Quæ colendi mala Numina conſvetudo apud alias quoque gentes invaluit. De quibus *Ramundus, Vives, Steuchus, Mornaus, Voſſius, Grotius, Seldenus, Cluverus, Schedius, Roſſeus*, aliique veterum ex inſtituto variarum gentium theologiam docentes, prolixius egerunt.

(*b*) *Juterbocum* Numinis loco Slavis veniſſe, apud veteres ſcriptores non inveni. Oppidi mentionem *Ditmarus lib. VI. p. 141.* facit, nihil tamen præter nomen commemorans. *Albinum* vero in *Chronico Miſnenſi* conjectura ſaltem de Idolo augurari, ipſa verba ejus *tit. XI. p. 150.* indicant: Zernebog iſt ſo viel als ein ſchwartzer Gott; gleichwie Juterbog ein Morgen-Gott. Da man* ohne Zweifel auch ein ſolchen Abgott, welches* vielleicht aurora geweſen, geehret. Daraus dann zu mercken, daß es ein lauter Fabel, was daſelbſt von der Jutta und ihrem Bock* geſaget wird. Nemo enim putet *Albinum* poſterioribus verbis fabuloſos hujus rei ſcriptores taxare; qui ipſe ad fabulam temere ab incolis ejus loci creditam, ac tenaciſſime in hunc usque diem cuſtoditam reſpicit. Quod edoceri facile poterat *Albinus* Vitembergæ antea Profeſſor, a qua oppidum non adeo procul diſtat. Dicunt vero quantum ſermone per alios accepi: Juttam inſignem liberali hoſpitio feminam ibi vixiſſe; quæ caprum manifeſta ſuperſtitione aluerit: apud hanc cum peregrini diverterent ſubinde, in proverbium abiiſſe, ut illi qui peterent locum quærentibus de itinere inter viam reſponderent: nach der Jutte ihrem Bock, indeque Jutterbock factum eſſe; quod etiamnum creditur a plerisque. Alii tamen, quæ conjectura plurium hodie in primis eſt, quaſi guter Gott dictum eſſe putant, errore, qui ex Linguæ Slavicæ imperitia provenit. Slavis enim Juterny *mane* & Bog *Deum* atque ſic Juternybog matutinum Deum denotat Luciferum aut Phoſphorum; appoſite Germani ein Morgenſtern. Eundem vero hunc Deum & oppido nat[a]les dediſſe, atque alio nomine Belbog Slavis, ſeu album Deum dictum eſſe allegati auctores exiſtimant.

(*c*) Cum nullum hujus rei veſtigium apud veteres Hiſtoricos extet, quid de cultu ejus divinare nunc debeam, ignorare me fateor. Memini equidem me apud *Varronem* legiſſe, auroram Græcis æque ac Romanis multum honoratam fuiſſe; qui *lib. V. de LL. §. 2. p. 31.* inquit: *Principium diei* mane, *quod tum* manat *dies ab oriente.* Niſi *potius quod bonum antiqui dicebant* Manum. *Ad cujusmodi religionem Græci quoque, cum lumen adfertur, ſolent dicere Φῶς ἀγαθόν.* At idem Slavis applicari poſſe, cum nullibi in veterum monumentis reperiam, non affirmo, obtrudere enim quid præter illa, temerarii eſſe cenſeo. Quantum autem conjectura aſſequor, *Juterbocum* a *Belboco* paulo diverſum eſſe puto, ſub illo *auroram*, ſub hoc *bonos Deos* in univerſum omnes cultos. Iſthuc enim *Helmold. p. 6.* digitum intendit; quando plures Deos bonos, id eſt *Belbocos*, plures itidem malos, ſeu *Zernebocos* apud Slavos fuiſſe edocet: qui tamen ſinguli propriis denuo nominibus diſtingvebantur.

§. II. Belboci diſſimilis Czernebog Zernebocus. erat, *malus* Deus, Slavisque a nigredine dictus. (*a*) Neque de hoc plura apud Hiſtoricos extant (*b*).

(*a*) Hujus dei *Helmoldus lib. I. cap. 52 p. 125. §. 2.* meminit: *malum Deum Slavi ſua lingva diabol ſive Zcerneboch*, lege Czerneboch, *id eſt nigrum deum appellant.* Quod repetunt ex eo *Erneſt. Brottuffius Chronic. Merſeburg. lib. I. p. 446. Munſter. Coſm. lib. III.*

Albi-

Albinus tit. XI. p. 150. Voſſius de Idol. gent. lib. I. c. 5. Sched. p. ult. Arnoldi p. 199. Paſtor. p. 20. ll. cc. nullus vero eorum quidquam addit. Czorny tamen *niger* Slavis, Bog *Deus* eſt, a quo Czernebog ater, ſeu malus Deus dicitur. Cum terrorem hic color oculis animoque incutiat, quot mali Dei munus eſſe gentes crediderunt; lucis atque albi coloris, omniumque deliciarum ſimul *Belbocum* ſive *Juterbocum* ex adverſo arbitrati.

(*b*) Quanti hic populus malos Deos fecerit *Helmold.* p. 6. §. 12. indicat; *Regem metuunt Slavi propter familiaritatem Deorum, vel potius Dæmonum, quos majori præ ceteris cultura venerantur.* Hos enim rebus adverſis præeſſe, quas avertant a cultoribus ſuis, & hoſtibus inſerant, exiſtimarunt, ut ſupra indicatum ex Helmoldo eſt. Addit *Brotuffius lib. cit. p. 446.* Zernebog halten ſie vor einen Gott, welcher ihnen in jenem Leben böſes zufüget &c. quod ex *Pirnenſi* quoque *Albinus p. 150.* aſſumit, vellem tamen veterum teſtimoniis uterentur, cum vitam poſt mortem non crediſſe Slavos, cenſeant alii. Ceterum de cultu ejus denuo nihil quicquam reperi, multo minus de imagine Idoli edoctus. Quo fit, ut in ſupra dictis nunc penitus perſiſtam.

Trigla.

§. III. *Trigla* Slavis *triceps* eſt, (*a*) Stetinenſium olim ac Brandeburgenſium aliorumque locorum idolum; (*b*) cui cœli terræque ac inferorum tribuebatur poteſtas. (*c*) Quod ipſum tandem diverſo tempore diverſis in locis everſum eſt (*d*).

(*a*) Multi abditum SS. Trinitatis myſterium in ſuperſtitioſa variarum gentium religione quæſiverunt, ſubtilitatis magis, quam veritatis laude conſpicui. Contra quos, mea ſententia, omnium eruditiſſime *Hieronym. Floravantius* egit *lib. III. de Beat. Trinit. contra Ethnicos. Cluverus* enim ſua hic conjectura quoque aberravit, qua ejus notitiam Germanorum majores habuiſſe *lib. I. c. XXIX. p. 202.* aſſerit, hinc merito ſuo in *Voſſii* cenſuram *lib. I. c. 87. p. 271.* incurrit, qui tamen ipſe *lib. VIII. c. 12. p 397. de Idolol. gent.* non penitus ab errore immunis. Meo nunc judicio omnes quoque illi falluntur, qui in *Trigla* Slavorum idolo reconditæ hujus ſapientiæ veſtigia quædam latere exiſtimant: cujus rei quam falſiſſimi conjectores ſint, inferius puto conſtabit apertius. Quod ante quam fiat, in diverſam nominis ſcripturam, & veram ejus originem denuo inquirendum eſt. *Triglaff Chytræus in proœm. Metrop.* exprimit; *Arnold. ad Roſſ. p. 179.* Triglas legit, *Albinus Chronic. Miſnenſ. p. 149. Trigla.* Omnium diverſiſſime a reliquis *Brotuffius Chronic. Merſeb. p. 446. Triphas* ſcribit. Quid vero hæ ſcripturarum differentiæ ac diſſimilitudines velint, ſæpius jam indicatum eſt. Nominis veras natales quod attinet, a Slavorum trzy, id eſt, *tria*, & Hlowa *caput* proveniſſe id arbitror. Hinc Trihlowa latinis *Trigla*, ad cujus indolem reſpiciendum eſſe aliquoties docuimus: huic vocabulo *triceps* aliquis apud Romanos *cerberus* reſpondet, de quo *Heſiodus*, *Hyginus*, *Apollonius*, *Palæphatus* aliique agunt: cujus deſcriptiones nihil divini ſapiunt, æque ac *Trigla* Slavorum nulla veri cultus veſtigia præbet, ut ſupra dictum eſt.

(*b*) Non unius loci idolum *Trigla* Slavis fuit. *Brotuffius l. c. p. 446. Brandenburgi* ſtetiſſe dicit, veſtigiis ejus ad ſua usque tempora relictis. *Albinus l. c. p. 149. Brotuffi* auctoritate nixus idem ſentit; ex *Sabino* tamen addens Brandenburgi Marchiæ Metropoli eo loco Triglam ſtetiſſe, ubi nunc templum B. Virginis ſit. Idem porro in *Miſnia* ac *Grimmenſi ponte* inprimis, triceps idolum fuiſſe memorat. Et ſimile quid *Zwikavia*, templi mœnia incluſiſſe, ex ejus oppidi Chronico *Cnauth Prodrom. Miſn. p. 383.* nuper edito, docet. *Julini* vero celeberrimo olim Pomeraniæ oppido nunc *Wollini* anguſtis finibus terminato cultum eſſe *Zeillerus Part. I. Itin. Germ. c. 7.* ſcribit. At *Stetini* omnium ſplendidiſſime Idolum extructum fuit. Nam teſte *Cramer. lib. I. c. 21. ſeqq.* aureum aureo velamine in capite tectum, in meditullio civitatis, ſupra montem ſtabat, templi quoque magnitudine ac ſplendore cum quovis alio Deaſtro certans. Eodem plane modo *Triglam* olim ad *Colbergam* celebratam eſſe, nomenque Idoli pagum ad urbem ſitum, cum aliis in monte ibidem veſtigiis retinere, amicus quidam certiores nos fecit.

(*c*) Quid muneris tributum *Triglæ* fuerit, *Sabinus libro de Brandeburgo March. metropoli, apud Albinum p. 148.* docet: *triceps Idolum, Trigla dictum, olim Venedi ſumma veneratione coluerunt. Id Dianæ fuit ſimulachrum.* Hanc Sabini ſententiam Albinus ſuo teſtimonio approbat: cum, quod ipſa Diana ab Euſtachio ex veterum mente Trigla appelletur: cui addi etiam illud *Horatii lib. III. Carm. Od. XXII.* in Dianam poteſt:

Ter vocata audis:
Diva triformis.

Nam a *Virgilio* pariter ac *Ovidio* tria Dianæ ora aſſignari paſſim invenies. Cauſam ex *Porphyrione* in hunc Horatii locum *Anton. Mancinellus* ſubjungit: *quia eadem exiſtimatur Lucina, Diana, & Proſerpina. Acron* item Horatii Scholiaſtes in h. l. dicit: *Trina Dianæ poteſtas putatur.* Et utraque *Aſcenſius* conjungit in ejusdem loci commento; Quod omne ſuo quoque Idolo Slavi tribuerunt.

runt. De cetero a numero ternario *Triglam* quoque Græci piſcem dixere. De quo *Jovius c. XVIII. p. 135. de Piſc. Rom* conſulatur. Tum vero, quod idem cum Diana *Trigla* idolum fuerit Albini conjecturam auget: quando *Triglæ* luna quoque tribuebatur: *Dianam* vero quaſi *diem* cum nocte *unias*, luna lucente exiſtima, dictam eſſe *Cic. de nat. Deor. p. 310. lib. II.* ac alibi docet. Quibus etiam *Schedium Syngr. c. X. p. 500.* adderem, niſi, quod & alibi obſervavi, omnia ex *Albino* tranſcripſiſſet auctor, nullibi in toto libro ejus facta mentione, quod tanto viro utique indignum eſt, niſi fatis impeditum, quo minus ultimam libro manum imponeret excuſandum eſſe putemus. *Arnoldus* vero pleraque *Schedio* debet, qui ex auctore Anonymo *vita Othon lib. II. c. 20. & 21.* refert: *Trigla equus generoſus ſacer erat, nigri coloris, qui magno ſtudio a quodam Sacerdote curabatur, a quo in bellum ituri rei eventum explicabant.* Quod cum nullibi apud alios reperiam, & ipſe ritus ex aſſe *Suantevito* reſpondeat, aut hunc cum *Trigla* confundi, aut rem omnem fabuloſam eſſe exiſtimo, cum bella & prælia curare Deæ non ſit; in Dearum vero numero *Triglam* fuiſſe hactenus oſtenſum eſt, nec ipſi, qui contra ſentiunt Schedius & Arnoldus, inficiantur auctores.

(*d*) Stetini cultus hic ſæpe interdictus eſt. Tandem caput idoli *Otto* Epiſcopus *Honorio* Pontif. Romam miſit, corpus vero confregit. vid. *vita Ott. Epiſc. p. 36. edit. Colberg.* Quod ſubinde repetiiſſe Slavos, nonnunquam & reparaſſe Cramerus d. l. auctor eſt. In pago tamen ad Colbergam ſito, cui Trigla ab idolo hoc nomen eſt, rudera ejus in montis faſtigio, ad hunc usque diem oſtenduntur. Et ante ſeculum in Miſnia quoque imaginem ejus hincinde latuiſſe, ſupra docuimus.

Flinz. §. IV. Flinz Luſatorum præcipuus Deaſter (*a*) a Flinß lapide, cui inſiſtebat, dictus, (*b*) facie pallidus erat, (*c*) ac mortis propterea arbiter, (*d*) a Lothario tandem II. deletus (*e*).

(*a*) Sorabis, Slavorum in Luſatia genti inprimis ab auctoribus tribuitur Deaſter. Citat Chronicon Saxon. *Syngram. III. c. VII. p. 486. Schedius* in hanc rem; Vandalos equidem cum Venedis denuo confundens, errore ſuperius a nobis animadverſo. *Brotuffius* itidem *Luſatorum Idolum p. 446. lib. cit.* dicit. Quibuſcum præter recentiores ſcriptores, veterum quoque monumenta concordant. Cum locus ubi ſteterit idolum, in pago ad Budiſſam cui Oehne nomen eſt, pluribus in Luſatia cognitus ſit, cujus ingens lapidum in monte moles, certiſſima veſtigia præbet. De quo vid. Plur. Rev. D. Frenzel parens tractat. de Bapt. in præfat.

(*b*) Nomen Flinz Illuſtris Spate in *Lexic. Germ.* a Germanico Flincken deducit; cum quo feciſſe & *Schotteelius* videtur. Quanquam vero hoc literæ admittunt, Slavos tamen ſuos ſua lingua Deos dixiſſe arbitramur. Flins enim Slavis lapidem deſignat, ſplendidum forte ac durum, qualis ein Flinten-Stein. Huic quando impoſitus Flinſius fuit, ab eodem quoque dictum eſſe cenſeo. Aberrat conjectura *Schedius* l. c. *Suſpicor Flinſium in honorem Viſilai, vulgo* Wizlauw *erectum fuiſſe, Regis Obotritorum, quæ vox tandem corrupta annis ſit, atque* Flinz *ab imperitis ſcriptoribus dictum.*

(*c*) Figuram Idoli *Albin. lib. cit. p. 149.* deſcribit, *Monachi Pirnenſis* ac *Chron. Sax.* nixus aſſertis: Flinz ſilici impoſitum Saxones *a lapide* dicunt. Hujus cadaveroſum corpus longo pallio tegebatur, manu baculum tenens, cum tumente veſica. Siniſtro humero leo inſidebat; quod veteres ita interpretantur, ac ſi per eum ſe a mortuis excitandos crediſiſſent Slavi. Addit *Verſtegan* apud *Arnold. p. 178.* dextra manu facem geſtaſſe. Aliter paulo *Manlius in chron. MSC.* deſcribit; *fuiſſe* enim perhibet *Idolum nigra cæſarie, rubei coloris pallio accinctum. Dextra manu perticam geſſiſſe, cui ceu flava merges ſive manipulus ſpicarum, & is quidem in ſummitate ardens eſſet præfixus.*

(*d*) Cum tota figura ad brevitatem partim vitæ humanæ facere queat, quorſum veſicam, ac facem referas; partim aperta funeſti caſus ſigna, ut pallium, baculum, facem etiam ac Leonem, præ ſe ferat; ipſumque idolum cadaveri ſimile ſit: morientium patronus Slavis fuerit, ſcriptores collegerunt. • Quod judicium *Albinus* quoque de citatis ſibi auctoribus fert.

(*e*) *Lotharium II.* Saxonem cIↄ CXXVI. novennio antequam Imperator fieret, deſtruxiſſe Idolum *Manlius in Chron MSC.* refert, cui *Brotuffius* quoque & *Albinus ll. cc.* patrocinantur.

§. V. Faunus Slavorum *Zuttiber* fuit (*a*) a Zowdzowy nominatus. (*b*) Ejus idolum in ſylva Merſeburgo proxima Dæmonis inſtar colebatur: (*c*) At ſeculo XI. jam lucus exciſus eſt, ipſaque ſuperſtitio penitus ſublata (*d*). Zuttiberus.

(*a*) Romanorum aut Græcorum in ſylvis ſuperſtitiones exponere prolixum nimis eſſet, quanquam non a ſcopo penitus alienum. Quid Celtæ ac Germani in lucis fecerint, *Schedius* ac *Cluverus* exponunt. Hac vero ſuperſtitione Slavi *Zuttiberum* ſuum coluerunt. Quem *Brotuffius* Dæmonem

monem propterea dicit, einen Holzteuffel.

(*b*) Errant denuo, qui nomen a Germanorum Zottigt & Beer derivant, urſique figuram ſine fundamento idolo tribuunt. Faunos equidem piloſos plerumque deſcribi ab auctoribus ſcio; at vero Germanos cum Venedis confundendos non eſſe, id eſt, quod ſæpius monui. Quæri igitur vocabulum apud Slavos debet, cui quoque Zolczower vel Zowdzower, quod illis *glandifer* eſt, Deus in *quercubus* cultus, reſpondet. o w facile in u tranſit; ut Græcorum *ου*: W itidem cum *υ* & *β* ſæpiſſime permutatur, ſic Wandali, Vandali, & *βάνδαλοι* ſcribitur, quibus ita diſpoſitis Zudzober fit, & ad pronunciationis difficultatem ſublevandam Zuttiber. Quercum vero honoratam arborem Slavis ac Deo huic ſacram fuiſſe nunc porro docemus.

(*c*) Lucum Idoli ac ſuperſtitionem omnium clariſſime *Brottuffius Chron. Merſ. p. 462. lib. II. c. VI.* deſcribit; cujus verba, cum auctor non adeo obvius ubique ſit, huc adſcribemus: *Zuttibero* haben die Bürger der Stadt Merſeburg einen lucum, das iſt, ein Eichwald heiligen laſſen, darinn hat bey Verliehrung ſeines Lebens, niemand einen Baum oder Aſt dürffen abhauen, denn ſie alle dem Abgott geheiliget, daſelbſt ſeind im Jahr zu gewiſſer beſtimmten Zeit, viel Heyden und abgöttiſche Wenden von fern zuſammen kommen, haben dem Teufel Zutribero geopffert, und ihn angebetet, es hat auch der Zutriberus ſeine eigene Pfaffen gehabt, mit ihren ritibus ſacrificiorum. Ex quo ad verbum *Albinus Chron. Miſnienſ. p. 146.* transſcribit. Nec alia *Schneiderus Chronic. Lipſ. lib. I. p. 142.* aſſert, cui quoque *Peiſer. in Lipſ. lib III. p. 279.* aliique accedunt. Sylvam vero ad *Salam* fluvium non procul a Merſeburgenſium ponte floruiſſe, idem *Brottuffius lib. II. c. 6. p. 582.* arbitratur.

(*d*) Wigbertum (quem alibi Wigwertum vocat, *v* cum *b* mutato, uti ex *Zuttivver Zuttiber* factum ab eodem eſt) Merſeburgenſium Epiſcopum, cujus vitam *lib. II. c. 6. p. 585 ſq.* recenſet, ſuperſtitioni huic finem feciſſe l. c. dicit; quando poſt C. N. 1007. lucum cum cultu, igne ac flammis penitus deleverit. Cujus rei veſtigia e Salano ad Merſeburgum ponte, ſuo ſe adhuc tempore innumeris quercibus terra ſabuloque ſepultis in fluvio obſervaſſe, idem teſtis eſt.

Henilo. §. VI. Inter Deos domeſticos ac tutelares Slavorum *Henilo* fuit, ab Honidlo, averrunco eis, ſic appellatus; (*a*) Qui oſtiatim ad cultores deferebatur, certa ad cuſtodiendum ſuos a ſacrificulo formula admonitus (*b*).

(*a*) Honiu Slavis arcere eſt, Honidlo averruncum iisdem denotat, German ein Geſcheuhe. Ab Honidlo vero *Henilo* factum eſſe, arbitramur; quandoquidem id omne, quod dicitur de idolo, cum hac voce optime concordat.

(*b*) Omnium apertiſſime idolum *Ditmarus lib. VII. Chron. Merſ. p. 226 ſq.* definit. Cum enim de ſpectris diſſeruiſſet, mulieri cuidam, ſuo tempore ſatis infeſto, inquit: *Non eſt admirandum, quod in his partibus tale oſtendatur prodigium. Nam habitatores illi raro in Eccleſiam venientes, de ſuorum viſitatione cuſtodum nil curant: domeſticos colunt Deos, multumque prodeſſe eosdem ſperantes, his immolant. Audivi de quodam baculo, in cujus ſummitate manus erat, unum in ſe ferreum tenens circulum, qui a Paſtore illius villæ, in qua is fuerit, per omnes domos has ſingulariter ductus in primo introitu a portitore ſuo ſic ſalutaretur:* Vigila Henil, vigila. *Sic enim ruſtica vocabatur lingua, & epulantes ibi delicate de ejusdem ſe tueri cuſtodia ſtulti autumabant.* Et hactenus *Ditmarus*, in reliquis enim ſcriptoribus nihil ejus invenimus.

§. VII. Inter Deas Soraborum *Ciza* Ciza.
erat, a *mammis* ſic dicta; *a* unde Cicæ urbi nomen venit, ubi ſteterat ante idolum, *b* ad Caroli M. tempora usque cultum (*c*).

(*a*) Cze (Germ. Ziz) Slavorum Lingva *mammillas* notat: Deam itaque Mammillarum *Cizam* interpretamur. Nam *Iſidis* loco, de qua *Plutarchus*, *Lucianus* aliique, Slavis *Cizam* fuiſſe, munia ejus comprobant. Quæ eo tendebant ſingula, ut fœcunditatem in omni animantum genere promoveret, & parturientium maxime ſublevaret labores. Quorſum *Albini* teſtimonium *p. 154.* pertinet; qui quidem *Cizam* a Cerere dictam eſſe putat; mox tamen addit: Ciza id eſt, mammoſa quaſi altrix. Eine Ernehrerin aller Ding. Von welchen Nahmen etliche das Ziſtkraut darauf in der Marck und bey dem Laußizern viel gehalten wird, her deriviren, gleichwie von Iſide das Kaut Iſerhatr. hæc Albinus

(*b*) *Brotuffius lib. II. Chronic. Merſ. p. 565.* Zizam a *Zittone* Principe ac conditore ſuo dictam eſſe exiſtimat. De qua tamen origine *Joh. Garzon Bononienſis in Chron. p. 384.* ante eum admodum ambigit, qui *Zizam a quodam fortaſſis Zittone* dictam eſſe, dubius omnino pronuntiat. Nobis Ziza Dea oppido nomen dediſſe videtur: cum, quod ibi ejus idolum ſtetiſſe ſciamus; tum vero Numburgenſes Epiſcopi, pariter mammillarum Præſules, id eſt Zizæ urbis dicantur.

tur. Quæ conjectura *Cnauthii* quoque eſt *p. 296. l. c.*

(*c*) Carolus M. Imperator cum conditor Epiſcopatus Cizenſis ſit, juxta *Brottuffium lib. I. c. 18.* & *Albinum c. XI. p. 142.* Cizam idolum deſtruxerit quoque ac deleverit oportet. Coarguendi propterea illi ſunt, qui idem Henricum Aucupem præſtitiſſe demum exiſtimant. In quorum numero præter meritum a *Cnauthio Ditmarus* habetur, cum nihil ejus rei apud auctorem, quantum videre potui, extet.

Marzana. §. VIII. Mortem Slavi ſub *Marzana* idolo coluerunt; ne ante tempus ea prævenirentur. (*a*) Communis hæc ſuperſtitio Polonis, Sileſiis, Luſatis, Miſnenſibus aliisque fuit: a *Mieſco* Polonorum Rege ſeculo X. maxime ſublata (*b*).

(*a*) Morze Polonis *interficere* eſt; pro quo Slavi Moriu dicunt, Germani morden. Marzana ergo (rectius Marzawa, vel Marzava) *feminam homicidam* notat, eine Mörderin. Mortem enim ſubſtantiam eſſe miſera gens credidit, quam precibus ac ſacris arcere a ſe facile poſſet, ne immaturo obitu ab ea obrueretur. Qua in ſuperſtitione qui præterea ex Ethnicis fuerint *Voſſ. de Idol. lib. I. c. 19 & lib. IX. c. 39.* tradit. Et plures ſane extiterunt, qui murtem ſive aërem peſtilentiſſimum eſſe, ſive beſtiam mordacem exiſtimarunt, hinc ipſam mortem a mordendo quidam dixere, quo de Critici. Illud vero commentum hodienum defendere, Chriſtiano Philoſopho longe indigniſſimum eſt. Pudet turpiſſimi erroris, quo anonymus quis mortem *vermiculum* eſſe in epiſtola Francofurti 1650. edita aſſeruit: quem jure meritoque *Wagnerus* peculiari diſputatione perſtrinxit, cui titulus, *Mors Mortua* eſt, Vitembergæ aliquoties recuſa. Sed in viam redeundum, & quam tenaciter Slavi cultum *Marzana* tenuerint, demonſtrandum eſt. Errat vero *Cromerus*, qui *lib. III. de Reb. Geſt. Polon. Marzanam* cum *Cerere*, aut *Ziza* Slavorum confundit. Nec melior eo *Voſſius de Idol. lib. I. c. 39.* eſt, quando pro *Venere Marzanam* Slavis fuiſſe exiſtimat. Uterque enim ſibi ipſe in ritibus ac cæremoniis huic Deæ tributis, quas lugubri pompa abſolvit, adverſatur. Et quam aperte ipſa, quæ in hunc usque diem in Luſatia *Marzana* conſvetudo viget, Cereri ac Veneri Deabus repugnat. Dominica enim *Lætare* idolum ſtramineum, quod altera manu ſcopas tenet, altera falcem fœnariam geſtat, ac albi coloris veſte tegitur, in perticæ faſtigio circumferunt, luctuoſo veſtimenti genere amictæ mulieres. Hoc poſtea inter cantus lugubres ac ejulationes, variis inter viam contumeliis agunt, lutoque conſpergunt, ac extra fines tandem ſuæ regionis poſitum diſcerpunt, ac dilaniant. Domum vero reverſæ mulieres convivia celebrant, totum diem iſtis conſumentes. Quem ritum & ſuo tempore obſervarunt *Matth. de Michovia lib. II. Chron. Polon. c. 2. Alex. Gvaguinus Chron. Pol. de Mieſcone, Schneid. Chron. Lipſ. L. IV. p. 143.* & qui hos citat *Arnold. ad Roſſ. c. 8. p. 116. ſeqq.*

(*b*) Deſtructum idolom Seculo *X.* a *Mieslao* ſeu *Mieſco* Polonorum Rege eſt. Cum enim maximam partem Poloni ad fidem tunc Chriſtianam perducerentur, in deſvetudinem hæc ſuperſtitio abiit, ipſaque idola die VII. Martii, ad annum Chr. 965 Dominica *Lætare*, jubente ac imperante *Mieslao*, in cineres cremata partim, & in flumen præcipitata; partim ex altiſſimis locis dejecta, & nullis non contumeliis acta ſunt. In cujus rei memoriam diem hunc *atram dominicam* appellant, ipſasque cæremonias, ſive ſuperſtitionis, ſive contumeliæ cauſa in priſtinos Deaſtros ſuos, ad hunc diem usque ſolenni ritu repetunt, vid. *Cureus in Annal. Sileſ. p. 31.* & *Gvaguin. l. c.* Alios vero hujus generis ritus *Arnoldus* addit *c. 8. p. 118.* auctor ſæpius a nobis citatus.

§. IX. Sivva Raceburgenſium Dea **Siva.** fuit, (*a*) a Siwa, quod Slavis *vitalem* notat, dicta. (*b*) Hæc *Cereris* imagine pingebatur: (*c*) quam Henricus Leo demum deleviſſe creditur, templo in iſtius locum ad Seculi XII. exitum magnifice extructo (*d*).

(*a*) Polaborum Deam, hoc eſt, Racenburgenſium in primis *Sivvam* fuiſſe, *Helmold. lib. I. c. 52. §. 2.* autor eſt. Quo ergo hic fundamento *Broſſuffius lib. I. c. 3. p. 446. Chron. Merſeburg.* nitatur; qui eandem Nordalbingorum facit, quæ *Oldenburgi* (nunc Lubeca dicitur, teſte *Woltero Chronic. Bremenſ. p. 44. Tom. II.* Scriptor. Germ. Meibomii) culta fuerit, equidem neſcio. Quem tamen citra ulteriorem inveſtigationem ſequitur *Albinus Chronic. Miſnenſ. tit. XI. p. 150.* Sub *Polabis* enim minime Nordalbingos intelligit Helmoldus, quo nomine ſolos *Sturmarios, Holzatos* & *Thetmarzos* complectitur *lib. I. Chron. c. XLVII. p. 114. §. 2.* licet aliis ſcriptoribus *Polabos* nonnunquam *Nordalbingos*, vel Lubecenſes eſſe largiamur.

(*b*) Unde nata *Sivva Dea* vox ſit, auctoribus non adeo conſtat. Schedius a veritate mihi nimis abire videtur, quando ad ejus Originem repetendam *Syngram.* II. c. IX. p. 457. ita diſſerit: *Syebam hanc puto corrupta voce dictam eſſe, alias ſymbullam. Argumento eſt, quod a Polabis ſeu Herulis culta fuerit, & ipſa mater totius Regiæ Proſapia*

Prin-

Principum Vandaliæ & Megaliſpoleos, cui poſteri tanquam magnæ matri gratificaturi in perpetuam memoriam ſtelam dedicarunt. Fuit filia Stalcis Regis Gothorum, Anthyrio Magno nupta. Sed ob multas cauſas hæc nobis origo ſubleſtæ fidei videtur. Primum enim Anthyrium, quem ſub Alexandro Magno militaſſe dicunt, Obotritorum primum Principem fuiſſe, plures dubitant, de quibus *Bangert. in Helm. p. 35. columna 1. ſubfin* agit, cum quo confer, quæ *p. 123 lat. 1.* habet. Deinceps a *Symbulla Syeba* quam longiſſime abeſt, & longius, ſi cum Helmoldo & reliquis *Sivva* exprimimus; imo de re ipſa altum apud ſcriptores ſilentium eſt, hinc jure meritoque ab illo hic facimus diſceſſum. Veriores illi nobis videntur, qui Slavicam vocem etiamnum uſitatam Ziwa hoc eſt *vitalem* huc trahunt; quod idolo ac ſcripturæ quam aptiſſime convenit. Vitæ enim & frugalitatis mater Raceburgenſibus fuerit, figura ejus rem indicat apertius.

(*c*) Idolum enim ſic deſcribitur a *Bangerto p. 127. in Helmoldum*: ſtabat illa utraque manu in tergum rejecta, altera uvam cum folio viridi, pomum aureum altera tenens. Capilli per tergum ad poplites usque fluebant. Eodem modo *Schedius Sy. gr. III. c. IX. p. 487.* deſcribit, qui tamen de cultu ejus addit: *Hanc venerabantur ſummo honore, eique uti & Radaguſa variis ritibus ſacrificabant. Congregabantur enim tam viri quam feminæ, una cum juvenibus, & Diis hiſce immolabant boves & oves: Chriſtianos etiam, quorum ſangvine delectari ſtatuas illas Hierophantas prædicabant. Mactatis hoſtiis ſangvinem myſtæ libabant, quo paratiores & habiliores eſſent ad vaticinandum. Finito ſacrificio populus ad comedendum & bibendum convertebatur.* Vellem hic Schedius auctorem ex veteribus nominaſſet, mihi enim ex aliorum Deorum ritibus hæc compilaſſe hactenus videtur; cum omnia Helmoldus aliis quoque Deaſtris tribuat.

(*d*) *Vicelinum* Lubecenſem Epiſcopum, qui circa annum 1150. Cætum divinum moderatus eſt, Idolum *Sivva* deleviſſe *Brotuffius l. c.* vult, cui equidem non refragamur, quippe in variis locis verbum domini diſſeminaſſe illum *Alberti Crummedykii chronicon Lubecenſe* a Meibomio Tom. II. Scriptor. Germ. p. 389. editum, ad an. M. C. LII. teſtatur. Neque diſſentiunt ab illo, qui Henricum Leonem deſtruxiſſe idolum, atque ædem ſacram iſthuc, ubi ſteterit Dea, ſplendide extruxiſſe, exiſtimant; qua in ſententia *Bangertus*, & *Arnoldus* ſunt l. c. Henricus enim Leo ſub idem tempus vixit, & Vicelino Epiſcopo in capite religionis ſubinde uſus eſt. vid *Helmold. lib. I* capitibus diverſis. Quando vero templum extrui cœpit, tunc fatis jam conceſſerat Vicelinus. Sub finem enim vitæ ſuæ Henricum ad templa hinc inde erigenda multos demum ſumptus feciſſe *Arnoldus lib. IV. c. XX. p. 419. §. 5. in continuatione Helmoldi* tradit.

§. X. Ditmarus, Saxonum Imperatorum Seculi X. Scriptor, Dearum quarundam mentionem facit, quas Luſati in bellis ac præliis ſecum habuerunt, vexillis cum artificio intextas. Cum vero de earum nominibus nihil porro commemoret auctor, nec ſuppleri hiſturia ex aliis facile queat, in hujus unico teſtimonio acquieſcendum eſt (*a*). De Deabus Luiticiorum.

(*a*) Luiticios hic Luſatos eſſe *Manl. de Reb. Luſat. lib. I. MSC* teſtatur; neque verba Ditmari, quæ *lib VII. Chron p. 223.* extant, aliter volunt: *Luitici redeuntes irati dedecus Deæ ſuimet illatum, queruntur. Nam hæc in vexillis formata a quodam Hermanni Marchionis ſocio lapide uno trajecta eſt: & dum hoc miniſtri ejus Imperatori dolenter retuliſſent; ad emendationem XII. talenta perceperunt. Et cum juxta Worzin civitatem, Mildam nimis effuſam tranſire voluiſſent, deam egregio L. militum comitatu alteram perdiderunt. Tam malo omine reſidui domum venientes, a ſervitio Cæſaris ſe malorum inſtinctu abalienare nituntur. Sed habito poſt communi ſuimet placito a prioribus ſuis convertuntur*; hæc ille. Plura enim non inveni, neque apud alios auctores harum Dearum memoriam fieri memini. Rarum enim exemplum, quando ſequior ſexus fortitudinis ac roboris vim largiri militibus, a Luiticis juxta Ditmarum credebatur. Sed nihil tamen novi apud Germanos eſt, qui non ante præliis decertabant, quam matres familias in conſilium adhibuerant, an committendæ ſint acies, de quibus erudite *Schedius* egit de *Diis Germ. Syngram. II. c. XLIII. p. 430. ſeqq* cum quibus *Cluverus* quoque conferri meretur *lib. I. in German. antiqua* & alibi paſſim. Sacrarum item mulierum conſilia, juſſa, reſponſa & omnia plurimum apud Celtas valuiſſe *Marc. Zuerius Boxhornius in originibus, Gallic. c. 2.* &c. erudite demonſtrat. Cauſam hujus rei invenies apud *Tacitum* inprimis de M. G. ubi confer, quæ inter alios interpretes *Magnif. Kirchmajerus* in hæc loca animadvertit.

§. XI. Magna in veneratione apud Wagrios *Prono*, aliis *Prove* deaſter fuit. Prono ſ. Prove.
(*a*) Quem *agriculturæ* patrocinium ſtinuiſſe e nomine inprimis conjector.
(*b*) Virili ceterum forma in columna ſtabat, corona caput redimitus, oblongis atque erectis auribus. Dextra

vomerem geſtabat, haſtam ſiniſtra manu cum vexillo tenens, ac ocreas pedibus indutus. (c) Ei ſingularis ſacerdos erat, qui Miche dicebatur, atque luci curam, deaſtro dicati, gerebat. (d) Sublata vero hæc ſuperſtitio a Geroldo Altenburgenſi Epiſcopo Sec. XII. dicitur, luco propriis ab eodem manibus exciſo (e.

(a) Helmoldus Deaſtri hujus aliquoties mentionem facit. Quem *lib. I. c. 52. p. 125. §. 2. Altenburgenſis terræ Deum* dicit, quod idem *lib. I. c. 69. p. 160. §. 15. & c. 83. p. 185. §. 3.* repetit. Cum vero inter principes Wagriorum urbes *Altenburgum* fuerit, nullum eſt dubium, quin in tota eorum regione hic quoque cultus deaſter ſit, quamvis in ſola Altenburgo urbe ejus ſteterit idolum; id quod & in aliis Slavorum idolis animadvertimus. Et Wagriorum deaſter a *Bangerto* dicitur *p. 126. in Helmoldum.* Celebratiſſimam enim ejus ſuperſtitionem fuiſſe, indicata modo Helmoldi loca ſatis ſuperque teſtantur.

(b) In ſcriptura hic admodum diſcrepant auctores, magisque in origine quærenda diſſentiunt. *Bangertus l. c.* de hac voce ita diſſerit: *Nomen idoli dupliciter effertur*: Prove & Prono. *Prior lectio eſt in MSC. altera in chronico antiquo Saxoniæ. Priorem confirmat nomen vici in Wagria, ubi idolum ejus in luco ſtetit, qui vicus ab illo Provenow in hunc usque diem dicitur.* Sed ipſe hæret Bangertus, cum unde vox orta ſit, neſciat Slavicæ Linguæ ignarus, quanquam *Prono* ſcribendum eſſe, ſtatuere videatur. Ceterum de natalibus vocabuli multa aſſeruntur, alii a *probando* Germanorum etwas probiren, id eſt explorare rem, dictam *Prove* ab initio eſſe exiſtimant. Cujus officium ac munus fuerit in veritatem ac falſitatem rerum inquirere, quorſum etiam ferrum, quod manu tenebat idolum, referunt, & *probationis* dicunt, ein Proveiſen. vid. *Bangertus d. l. Cranzius* vero apud Schedium a Græco *πρόνοια* deducit, quod Dei providentia mundus regatur. Sed hunc ipſe refutat *Syngram ult. c. XI. p. 501.* ubi ita ait: *potius, prout conjicimus, Brennus erit Rex antiquæ Germaniæ, cui poſteri ſtatuam erexere, & templum dicarunt in perpetuam memoriam; quam deinde ignara & ſtupida plebecula pro Brenno Prono dixit.* Sed fallitur *Schedius*, quid enim Germani cum Venedis? & quis Slavorum deaſtros Germanorum heroes, juratos hoſtes fuiſſe niſi contra omnes hiſtoricos aſſerat? Illis igitur hæc etyma digna ſaltem ſunt, qui Slavicæ Linguæ indocti, inanibus conjecturis quid aſſequi voluerunt, quam vero aberraverint ſemper, hactenus indicatum eſt. Nobis *Prono* a Slavorum Brone nomen veniſſe credibile videtur; ea vero voce quicquid ad agriculturam pertinet comprehendunt. Et hoc modo vomerem idoli, ocreas, coronam, ac aures aſſumimus, uti nunc porro conſtabit.

(c) Ipſum idolum & figuram ejus *Bangertus p. 126.* exhibet, a quo *Arnoldus p. 158.* repetit. Vultus ejus ibi rugis contrahitur, totum corpus incultum plane & aſperum eſt, ac ita ubivis deforme; ut agreſtem & ruſticum hominem bene penitus ſiſtere videatur. Vomerem hinc, quem dextra tenet, non probationis eſſe, quo ferro candido in veritatem inquiſiverint Slavi, uti cum aliis *Bangertus p. 189.* vult, ſed ſignum ſui, quod habebat muneris inter agricolas exiſtimamus, uti modo indicatum eſt. Coronam deinceps meſſem decere, quæ agrorum deliciæ ſerta ac coronæ dicitur, quam notiſſimum eſt. Aures vero ſive bovis ſive aſini dicam, agricolarum labores optime referunt. Ipſa deinceps haſta hominem agreſtem convenit, qua beſtias ab agris arcere, aut alia ſe ratione contra hoſtes tueri valeat. De quibus *Helmoldus, Cranzius, Bangertus, Schedius, Arnoldus*, aliique conferantur.

(d) Sacrificulum hujus deaſtri peculiare a munere ſuo nomen habebat, de quo ita *Helmoldus lib. I. c. 69. p. 160. §. 15. nomen Flaminis, qui præerat ſuperſtitioni eorum, erat Mike.* Schedio Miche ſcribitur. Unde vox ipſa provenerit, non certo conſtat; in Luſatia hodiernum Miche monachum dicunt, quod an huc pertineat non curo.

(e) De deſtructione idoli ita loquitur *Schedius* l. c. *Geroldus Epiſcopus Aldenburgenſis idolum ſubvertit, lucum & nemus illi dicatum propria manu excidit, & combuſſit.* Sed cum nulla veterum ſcriptorum nitatur auctoritate Schedius, merito de re ipſa dubitamus. *Vicelinus* enim jam Aldenburgi aras ac focos veri Dei inſtituit, ipſeque Epiſcopatus ab Ottonis M. floruit temporibus, uti inter alios Chronicon Lubecenſe apud *Meibomium Tom. II. rerum Germanic. p. 395.* habet, *Geroldus* vero M. C. LVIII. ad Epiſcopatum pervenit, *Vicelino* ſurrogatus. Si vero *Prono* idolum Lubecæ quoque ſtetit, uti quosdam velle Bangertus indicat, Geroldum, qui Henrici Leonis ſuffragio Aldenburgenſem Epiſcopatum Lubecam tranſtulit, jam tum florentiſſimam urbem, cum primus ibi Epiſcopus factus eſſet, templis ac ſacris ædibus ornaſſe Epiſcopatum, & omnes ſuperſtitionis reliquias penitus deleviſſe, aliquanto cum veritate conſentit.

ABRA-

ABRAHAMI FRENCELII
COMMENTARIUS PHILOLOGICO-HISTORICUS
DE
DIIS SORABORUM ALIORUMQUE SLAVORUM,
In quo
Slavorum antiquitates, multaque hactenus obſcura illuſtrantur, aut minus recte intellecta & ſcripta corriguntur.

Conſpectus Commentarii
ſive
Syllabus Capitum

SECTIO I. παρασκευαστική.

Cap. I. De Religione Veterum Soraborum Slavorumoe in genere.
Cap. II. De πολυθεΐᾳ & Sacrificiis Soraborum Slavorumque, quam ſint abſurda, & non ex natura praeſcripto.
Cap. III. πολυθεότητα & Sacrificia Gentilium eſſe ab Eccleſia V. T. prava aemulatione aſſumpta.

SECTIO II. ἐπαγωγική.

Cap. I. De Soantevito, Deo Soraborum Slavorumque ſupremo.
Cap. II. De Radegaſto ſ. Marte Soraborumque altero ſupremo Deo.
Cap. III. De Vitbo ſive Deo vindice aut vindicta.
Cap. IV. De Porevitho praedarum & bello oppreſſorum Deo.
Cap. V. De Provo, Deo ſive praeſide Juſtitiae ac fori.
Cap. VI. De Siwa Polon. Zyvvie, Dea vitae.
Cap. VII. De Poreutio, Deo embryonis.
Cap. VIII. De Slota Baba, ſive Dea obſtetrice.
Cap. IX. de Ciza, Dea Nutrice vel Nutricum.
Cap. X. De Potrimpo, Deo ſufficientiae ſive victus & amictus.
Cap. XI. De Occopiruo, Deo fluminis.
Cap. XII. De Percuno, Deo tonitru & fulguris.
Cap. VIII. De Perdoito, Deo venti.
Cap. XIV. De Pogoda, ſeu ut alii ſcribunt, Podaga, Dea ſerenitatis ſeu temperiei.
Cap. XV. De Jutrobogo ſive Deo aurorae.
Cap. XVI. De Schvoaixtixio ſeu Zviczio Deo lucis atque ignis.
Cap. XVII. De Vorskaito & Schoveibrato Diis pecorum.
Cap. XVIII. De Dzievvauna ſeu Dzievonia, Dea ferarum Silveſtrium, Silvarumque.
Cap. XIX. De Antypo, Deo lacuum, fluviorum & fontium.
Cap. XX. De Pilvito DEO divitiarum.
Cap. XXI. De Pergubrio, Deo frugum & Meſſis.
Cap. XXII. De Curcho, i. e. demenſi, ſive portionem ſuam cuilibet diſtribuente Deo.
Cap. XXIII. De Hennilo excubitore Deo.
Cap. XXIV. De Trigla, Dea Poli, Solis Salique.
Cap. XXV. De Puſceto, Deo lucorum ſacrorum.
Cap. XXVI. De Svitiboro ſive Zuttibero, altero Deo lucorum ſacrorum.
Cap. XXVII. De Püſtrico, ritnum ac religionis neglecta vindice Deo.
Cap. XXVIII. De Auſchvoeito, Deo aegrotantium & bene valentium.
Cap. XXIX. De Marzava, Dea Morte ſeu Mortis.
Cap. XXX. De Flyniſo, Deo mortuos excitante.
Cap. XXXI. De Czernebogo & Diablo i. e. atro Deo ac Diabolo.
Cap. XXXII. De Picello, Deo inferorum.
Cap. XXXIII. De Barſchuccis & Marcopetis ſive Daemonibus adminiſtratoriis.
Cap. XXXIV. De Koltkis ſive Kobalis.
Cap. XXXV. De Daemone Meridiano.
Cap. XXXVI. De Deabus Luſitiorum & Equo eorundem.

In Nomine JEſu!

De

Diis Soraborum aliorumque Slavorum.

SECTIO I.

Παρασκευαστική.

CAPUT I.

De

Religione veterum Soraborum, Slavorumque aliorum in genere.

§. I.

DE *Diis* (ſeu *idolis* verius,) *Slavorum*, ac *Soraborum* in ſpecie acturi, ut ratio methodi operisque conſtet, illud præfaminis loco monendum duximus, nos hic non nuda tantum vocabula ſive nomina idolorum, unde ſint, quidve ſignificent; ſed hiſtoriam quoque eorundem, hoc eſt, originem ſive cauſas idolorum, ritus ſacros, & a quibus, quove in loco, & denique in quæ usque tempora culta fuerint, propoſituros eſſe. Nam his ipſis circumſtantiis poſitis & explicatis, non modo naturam idolorum, verum etiam partem hiſtoriæ patriæ (*Luſatiæ &c.*) rectius cognoſci atque abſolvi poſſe arbitrabar. Quinimo acceſſit ratio divina hæc uberius tractandi: Ait enim divus *Paulus* Apoſtolus, *Epheſ. 2, 11. Mementote, quod gentes fueritis in carne,* &c. Ad quæ verba bene *B. D. Ægidius Hunnius* in *Comment. p. 206 edit. Francoſ. ad Mœnum. an. 1593. Quemadmodum Paulus vult Epheſios perpetuo memores eſſe veteris ſuæ calamitoſæ conditionis: ita nos etiam decet noſtræ infelicitatis, in qua fuimus, nunquam obliviſci: nos enim a gentibus illis veri dei ignaris noſtram trahimus originem. Proinde convenit multoties ad animum revocare majorum noſtrorum cæcitatem, cum præſentiſſima rerum omnium deſperatione conjunctam: quo pacto in tenebris & umbra mortis ſederint.* Et *B. D. Balduinus Comm. §. 1. Jucunda eſt memoria priſtinæ miſeriæ, ſi ea jam eſt ſuperata. Ideo Paulus Epheſios ſuos meminiſſe vult, quod quondam gentes fuerint: facit hæc memoria nos deo, pro exoptata liberatione gratos, & præſenti ſorte contentos: quemadmodum autem hæc memoria in omnibus eſt neceſſaria, ita inprimis in rebus Spiritualibus ſæpe inculcanda eſt.* Non male etiam *Gerardus Joannes Voſſius præfat. Lib. 1. de Orig. Idol. Non inficior, deos gentiles eſſe σκύβαλα, imo ſtercora: ſed ſtercorare agrum utile eſt.*

§. II. Illud vero, quod *Paulus eodem loco ait: gentes quondam fuiſſe ἀθέους;* vel ita accipiendum erit, quod, verbis *Athanaſii Orat. contr. Idol.* πολυθεότης ſit ἀθεότης; vel ſimpliciter, quod gentes caruerint notitia veri & unius illius Dei, qui ſe populo Ebræorum, nuncque Chriſtianis mediante verbo, patefecerit: aut quod cultum ac nomen dei iis tribuerint veteres, quæ commentitia ſane bruta, muta idola, atque humani cerebri figmenta fuerunt. Quare non vult dicere Apoſtolus, quod fuerint olim pagani. (Ait tamen *Cicero Lib. 1. de nat. deor. p. 283. Equidem arbitror, multas eſſe genteis ſic immanitate efferatas, ut apud eas nulla ſuſpicio deorum ſit. Quid? Diagoras, atheus qui dictus eſt, poſteaque Theodorus, nonne aperte deorum naturam ſuſtulerunt?*) plane ἄθεοι, ſumpta voce in latiſſimo ſignificatu, hoc eſt, quod nullum omnino Dei ſenſum & notitiam habuerint: profecto enim Deum illum verum eſſe, ejusque inviſibilia, & divinitatem, ac potentiam cordibus eorum fuiſſe inſcriptam ac manifeſtatam, alibi idem affirmat, adeo ut etiam ex divinis operibus, mentis acie, Deum inveſtigare illos poſſe contendat. Audiſis eum, *Rom. 1, 19. 20. Id quod de Deo cognoſci poteſt, manifeſtum eſt in ipſis: Deus enim eis manifeſtum fecit: nam ipſius inviſibilia jam inde a condito mundo ex iis, quæ fecit, mente perpenſa pervidentur: Ceterа videlicet ejus tum potentia, tum divinitas ad hoc ut ſint inexcuſabiles.* Quamobrem Deum eſſe unum, verum, bonum, juſtum, vindicem ſcelerum, naturalibus argumentis non tantummodo ethnici condidicerunt: verum etiam praxi ipſa, Deos ejusmodi fingendo & colendo demonſtrarunt. Quo *Cicero libr. I. de LL.* edit. *Gothofrd. Tom. IV. p. 427.* aſſerens: *nullam gentem, neque tam immanſuetam, neque tam feram eſſe, quæ non, etiamſi ignoret, qualem Deum habere deceat, tamen habendum ſciat.* Et *lib. 1. de Nat. Deor.* Tom. IV. p. 280. it. lib. 2. p. 298. *Hoc omnibus innatum & in animo inſculptum eſt. idem lib. 2. de nat. Deorum* p. 305. *Eſſe deos, ita perſpicuum eſt, ut id, qui neget, vix eum ſanæ mentis exiſtimem.* De *divinat. lib. 2. in fine p. 410 Religio eſt conjuncta cum cognitione naturæ* (alii legunt, *religione eſt juncta cum*

cogni-

cognitione naturæ.) Marſilius Ficinus lib. de volig. Chriſt. Sicut corporis in cœlum erectio propria hominis: ita cultus divinus ferme hominibus naturalis, quemadmodum equis hinnitus, canibus latratus, ap. M. Sam. Edel. Theſ. Catech. Homil. I. Part. 2. p. 4. Confer. Ariſtoteles l. 1. de cælo, c. 3. Tom. I. Oper. p. 601. edit. Aurel. Hieronymus Comment. in Pſal. 95. Tom. VIII. Oper. fol. 68. Lutherus Tom. III. Jen. G. f. 204. & Gerhardus Exeg. Locor. loc. 2. c. 4. f. 240. ſeqq. B. Cluverus Germ. Antiq. l. 1. c. 22. p. 164. Seldenus de Jure N. & G. lib. I. c. 6. p. 75. ſeqq. Voſſius de Orig. Idol. lib. 1. c. 1. Joh. Ludov. Fabricius in Apolog. pro genere humano contra calumniam Atheiſmi, edit. Heidelberg. anno 1652. (vid. Act. Erud. Lipſ. An. 1683. p. 76. Lutherus bene Tom. II. Jen. Lat. f. 152 b. Niſi eſſet notitia divinitatis inextinguibiliter omnibus hominibus indita, nunquam fuiſſet idololatria inventa. Cur enim idola coluerunt, niſi quod divinitatem aliquam eſſe, omnes perſuaſum habuerunt? quomodo eam tribuerent hominibus, dæmonibus & ſic veritatem Dei in mendacia verterent, ſi eam non eſſe putaſſent? aut quomodo eos honorare præſumpſiſſent, quibus nihil, id eſt, divinitatem nusquam exiſtentem tribuiſſent? cognoverunt ergo, ſed in hoc erraverunt, quod veritatem Dei commutaverunt in mendacium: & e contra mendacium in veritatem Dei, hoc eſt, id quod vere Deus eſt, tribuerunt homini, aut creaturæ, & e uverſo quod non eſt Deus, ſed mendacium, tribuerunt Deo. Idem ita quoque Tom. IV. Jen Lat. f. 618. b. Majorem hanc omnium gentium animis inſtillavit natura, quod Deus colendus ſit, qui mundum & omnia condidit: ſed poſtea in minore vitium eſt, quod ratio non ſequitur cultus verbo inſtitutos, ſed fingit ipſa ſibi modum, quo Deum coli velle putat. Adde de Theologia Homeri. Adam. Rechenberg. Exercit. in N. T. p. 263. - 286. D. Balduinus Caſ. Conſc. lib 2. c. 1. caſ. 10. p. 68. Veri Dei aliqualem Cognitionem habuerunt ethnici, ex lumine naturæ, non quidem quid ſit, nempe Pater, Filius, & Spiritus Sanctus; hoc enim ex ſolo verbo diſcitur, ſed an ſit, & qualis ſit. Origenes Homil. 6. in Geneſ. Tom. I. Part. 1. Oper. f. 12. Philoſophiæ operam dantes, licet non integrum & perfectam regulam pietatis attigerint, tamen ſenſerunt Deum Patrem & regem eſſe omnium, id eſt, qui genuerit & regat univerſa. Igitur hoc ſenſu utique nec plane ἀθέους, ſeu ſine religione & cultu Numinum Sorabos Slavosque alios unquam fuiſſe dixerim.

§. III. Teſtes autem religionis priſcæ Slavicæ, ut veritas eluceſcat, adſcribimus ſequentes. De Luſatiis noſtris, ita illuſtris Ditmarus Epiſcopus Merſeburgenſis Chron. lib. 6 f. 65. edit. Francof. Poſthac Luizici (Luſati,) noſtris pridie quam ad Oderam fluvium venirent, ſociantur, Deos ſuimet (ſuos) præcedentes ſubſecuti. Et de Redariis, ibid. Eſt urbs quædam in pago Redariorum, Riedegaſt (Rethre) nomine, tricornis ac tres in ſe continens portas, quam undique Sylva ab incolis intacta & venerabilis circumdat magna. Duæ ejusdem portæ cunctis introeuntibus patent: tertia, quæ orientem reſpicit, & minima eſt, tramitem, & mare juxta poſitum, & viſu nimis horribile monſtrat. In eadem nil niſi fanum eſt, de ligno artificioſe compoſitum, quod pro baſibus diverſarum ſuſtentatur cornibus beſtiarum. Hujus parietes varia Deorum Dearumque imagines mirifice inſculptæ, ut cernentibus videtur, exterius ornant: interius autem Dii ſtant manufacti, ſingulis nominibus inſculptis, galeis atque loricis, terribiliter veſtiti, quorum primus Luaraſici dicitur, & præ ceteris a cunctis gentilibus honoratur & colitur. De Slavis porro ſupra & ad mare Balticum ſitis, Helmoldus Chron. Slav. lib. 1. c. 52. ita: Inter multiformia Slavorum numina præpollet Zvantevith, Deus terræ Rugianorum, utpote efficacior in reſponſis, cujus intuitu ceteros quaſi ſemideos æſtimabant. Unde etiam in peculium honoris annuatim hominem Chriſticolam, quem ſors acceptaverit, eidem litare conſueverunt. Quin & de omnibus Slavorum provinciis ſtatutas ſacrificiorum impenſas illo tranſmittebant. De Diis Obotritis ſeu Idolis Meklenburgenſium vid. Schediaſma Hiſtorico Philologicum. Hectoris Godofredi Maſii, edit. Hafn. an. 1688. De Diis, locis ſacris, feſtis, & Pruſſorum, Chr. Hartknoch Diſſ. 6. 7. 8 9. 10. 11. de Reb. Pruſſ. add. Jo Dlugoſſus Hiſt. Pol. lib. 2 fol. 118. De Bohemis ſuis ita M. Paulus Stranskius de Republ Bohem. cap. 6. p. 248. Æro quo primi gentis (Bojemicæ) conditores mei majores in has oras ingreſſi, divos penates ſuos ſecum attulerunt, & aliquot ſeculis poſtea profana & eadem fere in Bojemia, quæ apud Slavicas gentes ceteras culta fuit religio: iidem ſacrorum ritus eadem Deaſtrorum numina, quorum parens fere (falſo mihi) creditur fuiſſe Græcia. Nec potuit, cæcum in divinis genus hoc hominum, publice receptis numinibus eſſe contentum, privatim ſibi quisque domi quoque ſua, Deos confingebat. Credebantur autem ii, alii aliis eſſe majores, & potentiores: Maximus ſane omnium fuiſſe perhibetur principio Pron ſive Peron, a verbere; Non a verbere, quidem, id eſt a prani, quod eſt a verbo prati, verberare, ferire: Pron, ſive Peron; (Polon. Pioron,) id eſt, fulmen, vid. infra cap. XI. num. 3. forte κεραύνιος Ζεὺς, cui poſtea anteferebatur, vel ad minimum æquabatur, Swanto-Wit; illius cultui ſacer erat locus in urbe veteri Starogrado, apud Oldenburgum: hujus vero Julini ſive Vineta, urbe apud Rugianos omnium quondam Europæ urbium maxima. Pronio nullum, Swianſo-Viti adoleſcentis facie expreſſum, ponebatur ſimulacrum:

crum: Huic delubrum, illi lucus peculiaris, cultu ampliſſimo dedicabatur, ac ſtatis utraque menſibus concurſu maximo frequentabatur. Omnes illuc Slavi, ipſi adeo quoque Bojemi, rebus deploratis reſponſa ac opem petebant, omnes Deaſtros iſtos ſacrificiis honorariisque annuis colebant. Pronii cultus ex Græcia, ut diximus, ad Slavos videtur commigraſſe: Svianto-Viti vero ex monachorum Corbejenſium diſciplina profluxiſſe. Imp. enim Ludovici I ævo perhibetur ex S. Viti nomini conſecrato cœnobio Corbejano, in Rugiam veniſſe monachi aliquot religionis Chriſtianæ præcones, jactaque in populo ſuperſtitioſo ab ipſis tum ſuiſſe qualiacunque, ſed ea tamen immodica S. Viti martyris deprædicatione reſperſa chriſtianiſmi fundamenta. Cum autem armis tributique ambitioſorum ac avarorum nominis Germanici principum, cum cetera Slavica gentes, tum Rugiani quoque acerrime premerentur, mutaſſe apud eos profano cum dominatu etiam novos cultus chriſtianos & Rugianos excuſſo jugo Germanico, pulſiſque Corbejenſibus doctoribus, religionem vertiſſe in ſuperſtitionem, colendoque tam operoſe Svianto-Vito principia dediſſe; Lucus & cultus Pronii a Geroldo antiſtite ſucciſus: Svianto-Viti vero ſimulacrum, direpto ejus fano ac ærario opulentiſſimo, a Waldemaro, Danorum Rege, contiſum crematumque fuit. Veſtigia tamen venerationis Svianto-Viti ex Slavicarum gentium animis nec dum penitus eximi potuerunt: Hodie namque inter eos adhuc amicum amicus manu gratulabunda excepturus, Witey, Witey, vel Witam te, ſolet ingeminare: compellationeque hac ſua Svianto-Vitum, quaſi ſoſpitatorem celebrare. (ſed etymon hocce verbi Witey, falſum, vid. Orig. L. Sorab. lib. 2. c. 4 p. 837. ſeq.) Summis hiſce diis jungebantur Dii complures quaſi intermedii, ſuperi videlicet & inferi: ac inferi viciſſim partim ſtygii, partim terreſtres, partim aquatici: nymphæ etiam ſeu montium, fontium & nemorum potentes Deæ. Cœleſtium a me numero cenſentur. Chaſen, Ladon, Zizlila, Marzena, Ziwiena, Chrvorz, Zelun, Pohoda, Mokſla, Pochwiſt, vel Nehoda, qui, niſi ego fallor, notant ſolem, Martem Venerem, Dianam, Cererem, Typhonem, Mercurium, Serenitatem, Pluviam, Nimbum, vel quamvis intemperiem. Inter Stygios videntur referendi, Merot, Radamaß, Niwa, Taſani, Sudice, Wily, Trzibek, (leg. Trzibog) quod eſt Pluto, Rhadamanthus, Proſerpina, Eumenides, Parcæ, Hecate, Lues; Terreſtres habiti ſunt Zel, Poleb, Shetek, ſive Sjurzitek, Diblik, hoc eſt, Genius, Liber, (Cromero Caſtor, Polluxque.) Lar, Verta: Fontium, montium, ſilvarum, imo & aëris Deos, Deasque apriſcis Bojemis invocatos quoque fuiſſe memorant noſtri ſcriptores: ſed nomina eam in rem, quod ſciam nulla prodidere.

Domi ſimiliter quisque ſua Deos fere ſibi comminiſcebatur, & præter publica illa numina, libamentis victimisque colebat. Sic Climbam Teta Libuſſæ ſoror; Dyrſam Przemyslus, Craſatinam Neſamyslus, Kyhalam Banca, Croſinam Lidmila, coluiſſe feruntur. Hæc Stransky. Confer. Dubravius Hiſt Bohem. lib. 1. p. 52. ſeq. Porro de Polonis ita Alexander Gvagninus in Deſcript. Sarmat. Europ f. 9. edit. Spir. an. 1581. Mieczslaus mandavit omnibus & ſingulis ſuo imperio ſubjacentibus, die ſeptima Martii, idola omnia vanorum Deorum comminuere, demoliri, igneque conſumere. Nam antea qualibet vanas Creaturas, Solem, Lunam, Auram, quam Pogwisd appellabant, cultu divino proſequebantur. Præterea Jovem, quem illi Jeſſam, Plutonem, quem Lacton, ſive Lactonem, Cererem quam Niam, cujus templum Gneſnæ celeberrimum erat, Venerem, quam Marzanam, & Dianam, quam Zievonam gentis lingva appellabant, Lelum quoque & Poletum, Romanis Caſtorem & Pollucem appellatos pro Diis colebant. Et adhuc in compotationibus illa gens nomine eorum utitur, Lælum Poletum vociferantes. Solebant autem Viri, mulieres, juvenes & ſenes horum Deorum ſuorum, diebus feſtis ad luſus & choreas pariter convenire, maxime vero 25. die Maji & 25. Junii. Quam congregationem populi Stado, i. e. agmen (Stado, Polon. & Bohem. grex, it. armentum eine Heerde, Sorabi Stadlo, & vulgo Stadwo, pronunciant) appellabant, quod ad huc apud Ruthenos & Lituanos paſſim in villis obſervari videtur. Poſt Dominicam enim conductus Paſchæ ad Divi usque Johannis Baptiſtæ feſtum mulieres & virgines diebus feſtis ad choreas turmatim convenire ſolent, Ladonem, que canentes, & Lado, Lado frequentius ingeminantes, manibus complaudentes in gyrum choreas ducunt. In Sileſia quoque conſvui Poloniæ 17. die Martii, quo videlicet tempore hæc idola demolita ſunt, pueri in villis & oppidis ex more recepto ſimulacrum quoddam (ſtramineum) ad ſimilitudinem mulieris, conficiunt, oppidoque turmatim egreſſi quandam cantionem ingeminantes ſimulacrum illud de ponte in flumen præcipitant. (ſed ritum illum etiam Romani obſervarunt, vid. Lactantius Inſtit. divin. lib. 1. c. 21. p. 131.) Sic & Joannes Dlugoſſus Hiſt. Polon. lib. 1. f. 36.-38. edit. Lipſ. anno 1711. Conſtat autem Polonos ab initio ſuæ originis idololatras extitiſſe, & pluralitatem Deorum, & Dearum, videlicet, Jovem, Martem, Venerem, Plutonem, Dianam, & Cererem, ceterarum gentium & nationum errore lapſos crediciſſe coluiſſeque. Appellabant autem Jovem Jeſſem lingva ſua; a quo velut Deorum ſummo, omnia temporalia bona, & omnes tam adverſos, quam felices ſucceſſus ſibi credebant præſtari. Cui etiam præ ceteris Diis amplior impendebatur honos frequentioribusque colebatur

tur ſacris. Martem *vocabant* Liadam, *quem præſulem & Deum belli, poëtarum figmenta pronunciant. Triumphos de hoſtibus, & animos feroces ab illo ſibi precabantur confecti, aſperrima illum placantes cultura. Venerem nuncupabant* Dzidzielia, *quam nuptiarum Deam exiſtimantes, prolis fœcunditatem, & filiorum atq; filiarum ab ea ſibi depoſcebant numeroſitatem donari.* Plutonem *cognominabant* Niia, *quem inferorum & animarum, dum corpora linquant, ſervatorem & cuſtodem opinabantur, poſtulant ſe adeo poſt mortem in meliores inferni ſedes deduci. Quibus etiam delubrum primarium in* Gneſtrenſi civitate, *ad quod ex omnibus locis fiebat congreſſus, fabricarunt.* Diana *quoque, quæ ſuperſtitione gentili fœmina & virgo exiſtimabatur, a matronis & oirginibus, ſerta ſimulacro ſuo ferebantur.* Ceres *a colonis, & agriculturam exercentibus frumentorum grana ſacris certatim ingerentibus colebatur. Habebatur & apud illos pro Deo* Temperies, *quem ſua lingua appellabant* Pogoda, *quaſi* bonæ auræ largitor. *Item* Deus vitæ, *quem oocabant* Zywie. *Et quia imperium* Lechitarum *in regione vaſtiſſima ſilvas & nemora continente fundari contigerat, quibus* Diana *a veteribus inhabitare & illorum habere imperium perſuaſum fuerat, fingebant nomen illorum lingua* Dziewanna. Ceres *autem mater & Dea frugum, quarum ſatis regio indigebat,* Marzanna *vocata, apud illos in præcipuo cultu & veneratione habita fuit. His autem diis Deabusque a Polonis delubra, ſimulacra, flamines & ſacroſancta inſtituta, lucique in præcipuis ac frequentioribus locis venerationes & ſolennitates cum ſacrificiis inſtituta, ad quas mares & fœmina cum parvulis convenientes, Diis ſuis oictimas & hoſtias, de pecoribus & pecudibus, armentisque, nonnunquam de hominibus in prælio captis offerebant. Qui confuſam ac popularem Deorum placandam multitudinem libamentis credebant, in eorumque honorem ludi certis temporibus anni decreti & inſtaurati ſunt, ad quos peragendos multitudo utriusq; ſexus ex vicis & coloniis in urbes convenire, pro diebus inſtitutis juſſa, ludos hujusmodi impudicis, laſcivisque decantationibus & geſtibus nonnunquam plauſu, & delicata fractura, ceterisque venereis cantibus, plauſibus & actibus, Deos Deasq; præfatas receptu invocando obſervationibus celebrabant. Horum ludorum ritum, & nonnullas eorum reliquias Polonos, quamvis ab annis quingentis Chriſtianitatis cultum conſtat profeſſos usq; in præſentia tempora annis ſingulis in Pentecoſtes diebus repetere, & veterum ſuperſtitionem gentilium annuali ludo, qui Idiomate eorum* Stado, *id eſt, grex appellatur, quod greges hominum ad illum peragendum conveniant, & in cuneos ſeu greges diviſi homines tumidi & ſeditioſi, in voluptates, ſegnitiem, & comeſſationes proni, peragunt, meminiſſe.* De *Lithuanis* rurſum ita *Alexander Gvagninus loc. cit. f. 52. Ad* Jagielonis *Uladislai Regis Poloniæ ex Ducibus Lituoniæ tempora, tota gens Lituanica, & Samogitica priſca multorum Deorum, ſeu potius Dæmonum ſuperſtitioni dedita erat. Imprimusq; ignem, (quem ſua lingua* Znicz (leg. Zvicz.) *ut rem ſacram appellabant;) cultu divino ſequebantur, eumque in celebrioribus locis atque oppidis perpetuum obſervabant, & ſacerdotes cum miniſtris ad hoc munus obeundum ad Sibeliant, quod ſi in curia miniſtrorum ignis extingueretur, capite plectebantur. Hujusq; modi ignis Vilno metropoli Lituaniæ in arcu medio, (ubi nunc baſilica divo Stanislao dicata, erecta eſt,) perpetuo aſſervabatur.* Fulmen *quoque quod* Perunum, (Piorum Polon. *fulmen.) Slavonica lingua appellabant, pro Deo colebant,* Lucos *præterea & eximias procerasque arbores in ſylvis ſinguli ſacroſanctas habebant, easq; cultu latriæ venerabantur, ita ut oiolare eas ferro injuriave aliqua nefas eſſet, quod ſi Lituanus ejusdem fidei perpetraret, ut videlicet aliquam arborem, vel ignem quolibet modo dehoneſtaret, ſtatim vel dæmonum violentia interibant, vel membro aliquo arrepti privabantur. Solem forte nubibus obſcuratam credebant ſibi ſuccenſeri, ideo ſeſe illi, quo placaretur devovebant. Viperas item atq; ſerpentes Deos eſſe credebant, eisque cultum præcipuum exhibebant, & ſinguli patres familias, cives, coloni, & nobiles ſingulos ſerpentes domi aſſervare ſolebant, quos pro penatibus & laribus familiaribus adorabant; lacq & gallos gallinaceos eis immolabant eratque inauſpicatum & exitiabile toti familiæ, quempiam ex eis violaſſe dehonoraſſeve, aut domi non foviſſe, tales enim, vel bonis omnibus privabantur, vel crudeliter lacerati interibant. Erat autem apud eos quotannis ſolenne ſacrificium, ſub initium menſis Octobris poſt collectas fruges, ad quod frequentes cum uxoribus & liberis ſervisq; conveniebant: ac toto triduo opipare epulabantur, de his quæ diis ad offerendum mactarant. Quod & nunc in Samagitia, Lituania, & quibusdam locis Ruſſiæ, ab agreſtibus obſervatur. Ex bellis revertentes manubias & unum aliquem de captivis præcipuum, & inſignem virum victimæ loco igni conſecrabant.* Denique de *Ruſſis*, vel *Ruſſiæ populis Gvagninus libro dict. f. 82.* ita: *In civitate* Novogrodia magna *erat olim quoddam* idolum Perun *appellatum, hoc in loco, quo nunc eſt monaſterium,* Perunski monaſter, *ab idolo eodem dictum. Hoc idolum a Novogrodenſibus præcipue, cultu latriæ adorabatur; habebat autem formam hominis, lapidem ignitum manu tenentis, ſimilem fulmini. Nam Perun Ruthenis, & Polonis fulmen ſignificat. In hujus laudem & honorem ignis ex quercubus, qui perpetuo die nocteque arderet, conſtruebatur. Quod ſi negligentia mi-*

niſtrorum, ad hoc officium obeundum deſignatorum, ignem extingvi contingeret, tunc capitis pæna plectebantur. Et fol 85. *In* Obdoriæ *regione ad oſtia Obdi fluvii, eſt quoddam antiquiſſimum Idolum de lapide exciſum, quod Moſchovitis* Zolota Baba, *id eſt*, aurea anus *dicitur. Eſt autem ſimilitudo mulieris vetulæ infantem in gremio tenentis, & alterum juxta ſe infantem habentis, quem nepotem illius eſſe incolæ dicunt. Hoc Idolum ab Obdorianis Jubriſcis, & Vobuliſcis, aliisq́ conterminis gentibus cultu latria veneratur, &c. Sed ſatis de religione priſca Slavorum*, Sarmatarum &c. Soraborumque in genere.

CAPUT II.

De
Πολυθεΐᾳ *& ſacrificiis Soraborum Slavorumve, quam ſint abſurda, & non ex naturæ præſcripto.*

§. I.

Illud autem ex antedictis, & num. quidem ult. breviter conſtabit, errore πολυθεΐας impio excæcatos olim fuiſſe Slavos; ſed de hoc plura paulo poſt exempla nos dabimus: acceſſit præterea huic malo aliud longe pejus, ſcilicet quod ſacrificia fecerint, hoſtiisque humanis aliisve rebus Diis ſuis litarint quondam. (de ritu immolandorum hominum uſitato multis populis, vid. *Lactant. Inſt. Divin. lib. 1. c. 21. p. 129-133.*) Ita *Grunovius* rerum Pruſſicarum ſcriptor ait: *antiquis temporibus apud Pruſſos multos Kriwaitas, id eſt, ſummos pontifices ſenio confectos ſeſe Diis patriis devoviſſe.* Hartknoch *Diſſert. 9. de rebus Pruſſicis p. 155.* Adiſis ejusdem *Diſſert. 10 p. 159.* De *Slavis*, id eſt, *Wagriis, Sorabis* & *Obotritis* ſic quoque *Helmoldus Chron. Slav. lib. 1. cap. 52.* Diis *dicati erant flamines, & ſacrificiorum libamenta, multiplexque religionis cultus: porro ſolennitates Diis dicatas ſacerdos juxta ſortium nutum denunciat: conveniuntque viri & mulieres cum parvulis, mactantque Diis ſuis hoſtias de bobus & ovibus: plerique etiam de hominibus chriſtianis, quorum ſangvine Deos ſuos oblectari jactitant. Poſt cæſam hoſtiam ſacerdos de cruore libat, ut ſit efficacior oraculis capeſſendis. Nam ſanguine dæmonia facilius invitari, multorum opinio eſt.* Et paulo poſt: *In peculium honoris annuatim hominem Chriſticolam, quem ſors acceptaverit Zuantevitho litare conſveverunt. Hoc ſacrificii genus ſubiit Princeps Godeſcalcus*; nam teſte eodem *Helmoldo, lib. 1. c. 27. in urbe Leontio, quæ alio nomine Lenzim dicitur, 7. idus Junii* (an. 1066.) *cum presbytero Eppone ſuper altare immolatus eſt.* Idem etiam ex parte expertus eſt *Johannes Epiſcopus Mecklenburgenſis*, quo de ita rurſum *Helmoldus lib. 1. c. 23.* Joannes Epiſcopus *ſenex, cum cæteris Chriſtianis, in Magnopoli, id eſt, Mecklenburg, captus ſervabatur ad triumphum. Ille ergo pro confeſſione Chriſti fuſtibus cæſus: deinde per ſingulas civitates Slavorum ductus ad ludibrium, cum a Chriſti nomine flecti non poſſet, truncatis manibus ac pedibus corpus ejus in plateа projectum eſt. Caput vero deſectum, quod barbari conto præfigentes in titulum victoriæ, Deo ſuo Radigaſto immolaverunt. Hæc in metropoli Slavorum Rethre geſta ſunt IV. idus Novembris* (an. 1066.) *conf. Hector. Gothofr. Maſius Schediaſm. Hiſt. Philolog. De Diis Obotrit. c. 5. p. 110. 111. 112. Nicol. Mareſcalcus Annal. lib. 2. c. 11.* Idem *Helmoldus lib. 2. c. 12.* de *Rugianis* differens, *Inter varia*, ait, *apud eos libamenta, ſacerdos nonnunquam hominem Chriſtianum litare ſolebat: hujusmodi cruore Deos omnino delectari jactitans. Accidit ante paucos annos maximam inſtitorum multitudinem eo* (ad Rugiam) *conveniſſe, piſcationis gratia. In Novembri enim flante vehementius vento, multum illic halec capitur, & patet mercatoribus liber acceſſus, ſi tamen ante Deo terræ legitima ſua perſolverint. Adficit tunc forte* Godeſcalcus *quidam* ſacerdos Domini de Bardewich, *invitatus, ut in tanta populorum frequentia ageret ea, quæ Dei ſunt. Nec hoc latuit diu ſacerdotem illum barbarum, & accerſitis rege & populo, nunciat irata vehementius Numina, nec aliter placari poſſe, niſi cruore ſacerdotis, qui peregrinum inter eos ſacrificium offerre præſumpſiſſet. Tunc barbara gens attonita, convocat inſtitorum cohortem, rogatque ſibi dari ſacerdotem, ut offerat Deo ſuo placabilem hoſtiam. Renitentibus Chriſtianis, centum marcas offerunt in munere. Sed cum nihil proficerent, cuperunt intentare vim, & Craſtina bellum indicere. Tunc inſtitores onuſtis jam de captura navibus, nocte illa iter aggreſſi ſunt, & ſecundis ventis vela credentes, tam ſe quam ſacerdotem atrocibus ademere periculis.*

§. II. Sunt vero, ut breviter dicam, hæc *duo principia, Deos multos eſſe, & delectari eosdem victimis*, & cupere id, quod crudelitatem præ ſe ferat, plane abſurda, ac rationi atque Theologiæ naturali, quæ penes gentes fuit, omnino adverſa & contraria. Unum enim eſſe Deum, *monarcham*, veteri vocabulo, quo de *Adam Rechenberg. Exerc. in N. T. p. 352.* ſs. ac rerum moderatorem ſummum una cum aliis emunctioris naris gentilibus, quorſum vid. *Lactantius* Inſtit. Divinar. lib. 1. c. 5.-7. & lib. 2. c. 1. p. 159. *Voſſius de idololatr. lib. c. 2. Schedius de Diis Germ. lib. 1. c. 12. Adam Rechenberg. Exercit. in N. T. de Monarch. Heret. p. 348. ſs.* Slavi ipſimet quoque confeſſi ſunt. Huc ita iterum ſæpe memoratus *Helmoldus Chron. Slav. lib. 1. c. 83. Inter*

multi-

multiformia Deorum numina, quibus arva, ſilvas triſtitiæ atque voluptatis attribuunt, non diffitentur, unum Deum in cœlis ceteris imperitantem: illum præpotentem Cœleſtia tantum curare: hos vero diſtributis officiis obſequentes, de ſanguine ejus proceſſiſſe, & unumquemque eo præſtantiorem, quo proximiorem illi Deo Deorum. Vocarunt autem Deum Deorum, vel unum illum Deum vernaculo ſuo vocabulo **Boh, Bůh, Bog,** vel **Bohg,** quod *Deum* ſonat: utunturque eo nomine etiamnum hodie univerſi Slavi, ubi de Deo res eſt: legitur illud in ſimplici ſua forma apud *Helmoldum Chron. Slav. lib. 1. c. 52* cum ait: *malum Deum ſua lingva* (Slavi) *Diabol, ſive* **Czerny Bog,** (vel **Czerneho Boha,**) ſic enim legam, non **Zcerneboch**, *id eſt, nigrum Deum appellant.* Nec compoſitum quidem nomen eſt, **Czerny Bog** quemadmodum olim ſuſpicabar una cum fratre meo *Michaele*, vid. *Ejus Diſſert. 1. De diis Slavorum:* rectius duæ ſunt voces, quarum prior **Czerny**, adjectivum ſive ἐπίθετον διακριτικὸν eſt, id eſt, *niger*, & **Bog**, *Deus* appellativum. Quidquod in compoſitis idem ſæpe occurrit, quale eſt, v. g. *Bogiſlaus, Bugiſlaus, Bugslaus*, vel *Buggezlaus*, apud *Saxonem Grammaticum, Hiſt. Dan. lib. 16. f. 375. Helmoldum Chron. Slav. lib. 2. c. 12. Arnoldum Chron. Slav. lib. 5. c. 4.* & *D. Mayerum Hiſt. Verſ. Bibl. Luther. c. 6. p. 65.* nec non *Svatebogus*, apud *Aventinum Annal. Bojor. lib. 4. f. 331.* & *Miſtobogus*, vel *Miſtobogius*, &c. apud *Dubravium Hiſt. Bohem. lib. 5. v. 179.*

§. III. Igitur cum unus ſit Deus, mirari ſubit, quanam fronte πολυθεΐαν potuerint palliare Slavi, dicereque, *ſemideos de ſanguine ejus* (unius Dei) *proceſſiſſe.* Sane ergo corpus, quod conſtat materia & forma, tanquam partibus eſſentialibus, & matrimonium Deo tribuendum foret. At ſi corpus Deo eſſet, Deus abſolute perfectus haud foret, nec unius ac ſimplicis eſſentiæ, ſed ex eſſentiis diverſis conflatus. Tum etiam partes illæ eſſentiales aut forent productæ aut improductæ. Si productæ, etiam ipſe Deus unus vel Deus Deorum, quem componerent, productus eſſet: itaque nec revera Deus eſſet, a quo ceteri. Sin improductæ, utraque earum eſſet & infinita, & abſolute perfecta, id eſt, peculiaris atque diſtinctus Deus: ac conſequenter ille Deus, ad quem eæ conſtituendum concurrerent, ex binis Diis compoſitus: & horum uterque rurſus ex binis aliis, itaque porro in infinitum. Sique partes iſtæ improductæ eſſent, tum aut per ſe & ſuam naturam jam ab æterno invicem junctæ cohæſiſſent: aut eſſent ab aliquo principio externo invicem revinctæ ac coagmentatæ. At prius non eſt; quoniam repugnare videtur aliquid ex aliis eſſe conjunctum atque compoſitum, nec tamen exiſtere, a quo id ſit compoſitum. Sin autem poſterius, agnoſceret utique Deus unus ille aliquem ſui auctorem ac opificem, a quo eſſet conſtructus, atque compoſitus: neque proinde verus & unus Deus eſſet. Amplius contra matrimonium Dei, quod ſemidei de ſangvine ejus procedant, graviter *Plinius Nat. Hiſt. lib. 2. c. 7. Matrimonia quidem inter Deos* (Huc *Cl. Claudianus lib. 1. de Raptu Proſerp. v. 37 ſſ.*

Dux Erebi quondam tumidas exarſit in iras,
Prælia moturus ſuperis, quod ſolus egeret
Connubii, ſteriles, diu conſumeret annos,
Impatiens neſcire locum, nullasque mariti
Illecebras, nec dulce patris cognoſcere nomen.)

credi tantoque ævo ex his neminem naſci, & alios eſſe grandævos, ſemperque canos, alios juvenes atque pueros, atri coloris, aligeros, claudos, ovo editos, & alternis diebus viventes morientesque, puerilium prope deliramentorum eſt. Quamobrem abſurdum & puerile eſt, credere de ſanguine Dei proceſſiſſe ſemideos aliave numina: nec enim ſanguis Deo eſt, eo quod corpus ſive materiam & formam non habet, ſed Spiritus eſt, vid. hic *Lactantium Inſtit. Divin.* lib. 1. c. 8. p. 54. ſeq. c 16. p 104-106.

§. IV. Porro eſt illud etiam abſurdum, quod ille unus ac ſupremus Deus cœleſtia tantum curet; reliqui autem Dii ei obſequantur & diſtributis officiis mundum regant. Adhæſit huic opinioni quoque *Ariſtoteles lib. de Mundo cap. 6. Epicurus* ap. *Cicer.* lib. 1. de Nat. Deor. p. 281. *Quærere a nobis ſoletis, quæ vita Deorum ſit, quæque ab iis degatur ætas. Ea videlicet, qua nihil beatius, nihil omnino bonis omnibus affluentius, excogitari poteſt. Nihil enim agit, nullis occupationibus eſt implicatus: nulla opera molitur, ſua ſapientia & virtute gaudet: habet exploratum fore ſe ſemper cum in maximis, tum in æternis voluptatibus.* (Parum aliter *Grotius*, naturam univerſam inferiorem gubernari per *angelos* ſcribit in *annotat.* ad *Matth.* cap. 22, 7. quod dogma videtur hauſiſſe ex Rabbinorum & gentilium ſchola, quas frequenter adit, ita *D. Joh. G. Dorſcheus Comment. in Matth.* loc. cit. p. 337. Conf. idem ad Luc 1, 19 p. 600) *Plinius Nat. Hiſt. lib. 2. c. 7. Irridendum*, inquit ille, *agere curam rerum humanarum illud, quicquid eſt ſummum: Anne tam triſti atque multiplici miniſterio non pollui credamus, dubitemusve?* Et *Ovidius 2 Hiſt.*

Non vacat exiguis rebus adeſſe Jovi.

At enim pie *Ambroſius Offic. lib. 1. c. 3. Tom. I. Oper. f. 5. Sunt quidam, qui Deum putant curam mundi nequaquam habere: ſicut Ariſtoteles aſſerit, uſque ad lunam ejus deſcendere providentiam. Et* (at) *quis operator negligat*

gligat operis ſui curam? quis deſerat & deſtituat, quod ipſe condendum putavit? Si injuria eſt regere; nonne eſt major injuria feciſſe, cum aliquid non feciſſe, nulla injuſtitia ſit: non curare quod feceris, ſumma inclementia, conf. Lactantius Inſtit. Divin. Origenes Homil. 3. in Geneſ. edit. Pariſ. an. 1512. f. 7. Tom. I. Oper. Part. I. lib. 1. c. 2. Ariſtoteli opponimus *Ariſtotelem*, qui *Ethic. lib. 7. c. 12.* ait *Deus nulla re eget, nec amico* (adminiſtratoreve) *opus habet. Cicero lib. 1. de nat. Deor. f. 271.* Tom. IV. Oper. *Sunt Philoſophi, & fuerunt, qui omnino nullam habere cenſerent humanarum rerum procurationem Deos. Quorum ſi vera ſententia eſt, quæ poteſt eſſe pietas? quæ ſanctitas? quæ religio? hæc enim omnia, pure ac caſte tribuenda Deorum numini ita ſunt, ac ſi animadvertantur ab his.*

§. V. Ut autem denuo deſtruamus pluralitatem Deorum, eorumve, quam Slavi ſomniarunt, divinitatem negemus, argumentari ita porro licebit: Si mundus hic non niſi ab uno gubernatur atque regitur, etiam non niſi unus ac ſingularis Deus datur; mundum autem non niſi unus Deus regit; itaque nec niſi unus Deus exiſtit. Major primum iſto fundamento nititur; quoniam ſi præter hunc ipſum Deum, qui actu regit, & adminiſtrat hunc mundum, daretur adhuc alius Deus; tum ille, qui regit, faceret id, vel cum conſenſu, ac voluntate alterius, vel citra eundem. At citra conſenſum ac voluntatem Dei quicquam fieri non poteſt, quia hoc eſt contra majeſtatem Dei & potentiam. Si cum conſenſu vero id facit, aut neceſſario id facit, hoc eſt, ita ut ſine conſenſu alterius alioquin nec poſſet mundum regere: aut libere, hoc eſt, ita ut etiam ſine conſenſu alterius id poſſet præſtare. Sed ſi neceſſario, ipſe omnipotens non eſt, nec abſolutam poteſtatem in ſuum opus a ſeſe creatum habet, quod abſurdum. Si denique libere, poterit ſine alterius conſenſu atque voluntate quicquam fieri, quod, uti dictum, contra majeſtatem Dei eſt, ac potentiam. Quo deinde & illud accedit; ſi præter hunc ipſum Deum, qui actu gubernat hoc univerſum, daretur adhuc alius Deus; tum alter ille, qui dari ultra illum concipitur, (poſito, quod actu illius regimini ſeſe non immiſceat,) vel poſſet omnino ſeſe immiſcere, vel non poſſet. Si non poſſe dicas, Deum impotentiæ argues, quem tamen Deum, hoc eſt, omnipotentem eſſe affirmas. Quod ſi vero poſſe inquias, id ſequi omnino fateberis, poſſe alterum illum Deum, quem fingis, in mundo noſtri Dei aliquid velle fieri, quod hic fieri tamen nolit. Sed ſi hoc, ut vel alterutrius voluntatem prævalere alteri, vel non prævalere dicas, neceſſum eſt. Si prius, tantum is erit omnipotens, vel Deus, cujus voluntas alteri prævalet; alter vero non omnipotens vel non Deus. Si poſterius, neutrius voluntas fieri poterit: eritque ita uterque eorum impotens, quod abſonum. Pro minore autem confirmanda dicimus: Si a pluribus rectoribus mundus hic gubernatur, aut ſubordinati ii invicem eſſent, ut unus ab altero in regendo (eſſentialiter,) dependeret: aut coordinati, ut neuter ab altero dependeret. Jam ſi ſubordinati dicantur, tum ſolus ille, a quo alter dependeret, , Deus eſſet: alter, qui dependeret, ſaltem ita nuncuparetur, reipſa autem aliquid Deo inferius, vel plane non Deus eſſet. Atqui vero nec coordinati dici poſſunt, quaſi neuter ab altero in regendo mundo dependeat. Primum enim cum minoris virtutis non ſit, vaſtiſſimum illud, multoque elegantiſſimum mundi ſyſtema ex nihilo producere, quam ſingulas ejus partes regere ac adminiſtrare; nihil profecto cauſæ erit, quamobrem plures uno rectores fingamus, aut neceſſarios omnino eſſe arbitremur: neque enim niſi ab uno, fabricatum hoc totum univerſum eſt. Nunc autem conſtat, nequidem inferiora in hoc mundo regimina adminiſtrari a pluribus rectoribus coordinatis poſſe: Multo igitur minus illud mundi hujus totius regimen, quod tam ſumme arduum, tamque incomprehenſibiliter majus eſt quovis terreno imperio, a pluribus adminiſtrabitur. Alias vero melius tanto ſemper eſt regimen quanto pauciores fuerint rectores. Eſt autem mundi regimen haud dubie optimum, itaque & unum tantum illius moderatorem eſſe, eſt veroſimile.

VI. Denique ſi coordinati iſti gubernatores eſſent, oporteret vel ita eſſe coordinatos, ut ſinguli ſingulas mundi partes regerent: & ſic quidem *Slavi* ſenſerunt, teſte *Helmoldo loc. cit.* ſupra, num. 2. vel ut ſinguli mundum univerſum quovis tempore adminiſtrarent: vel denique ut ſinguli mundum quidem univerſum, ſed diſtinctis tamen temporibus, moderarentur: At vero nihil horum aſſeverari citra abſurditatem poteſt. Nam ſi primum, ita coordinati plures illi rectores eſſent, ut ſinguli ſingulas mundi partes gubernarent: tum nullus eorum univerſali, atque perfecto in totum mundum, omnesque res mundanas polleret dominio: id quod vero aliquam impotentiam finitudinemque ac imperfectionem arguit. Tum autem nec ſic conformi huic, & ad finem eundem atque communem reſpicienti regimini ſua amplius conſtaret ratio. Quandoquidem niſi ſingularum partium poteſtas ad unam providentiam referatur, non poterit ſumma ipſa conſtare; unoquoque nihil curante amplius, quam quod ad eum proprie pertineat, ait *Lactantius lib. 3. Inſtit. cap. 3.*

ſi

ſi vero ita plures iſti rectores ſint coordinati, ut ſinguli mundum univerſum quovis tempore adminiſtrent: aut id faciunt per communem voluntatum conſenſionem atque concordiam, aut per diſſenſum atque diſcordiam. At non per diſſenſum atque diſcordiam; aut enim alter alteri prævalet: aut neuter alteri prævalet. Si prævalet, tum ille tantum, qui prævalet, omnipotens atque Deus eſt, alter impotens, atque Deo inferior. Si neuter alteri prævalet; aut utrumque eorum, quæ ambo per diſcordiam volunt, efficitur, aut neutrum. Si neutrum, ceſſat utriusque gubernatio, & quidem ſufflaminata ab intercurſu alterius: itaque neuter omnipotens, adeoque nec Deus eſt. Si vero utrumque, fiet idem ſimul, & non fiet: quia quod unus eorum vult fieri, alter vult non fieri. Sed neque per communem voluntatum conſenſionem, atque concordiam. Vel enim iſta conſenſio daretur inter plures mundi rectores ex quadam naturæ neceſſitate, vel ex libero eorum arbitrio. At non ex naturæ neceſſitate; alias enim nullus eorum ſe ſolo liber in agendo ad extra eſſet, quin dependeret ex naturæ conditione a conſenſu alterius. Si vero ex libero eorum arbitrio, poterit tamen unusquisque eorum, ubi velit, contra voluntatem alterius aut ceterorum agere, quod eſt abſonum. Poſtremo nec plures iſti rectores ita dici poſſunt eſſe coordinati, quaſi ſinguli mundum quidem univerſum, ſed diſtinctis tamen temporibus moderentur. Primum quod ſic unusquisque eorum nec perpetuum, nec in omnes omnino res mundanas, tanquam alias aliis tractu temporis ſuccedentes, haberet imperium: quod contra divinam majeſtatem. Tum, quia oporteret, vel ut alter alterius modum regiminis ſequeretur: vel ut quisque alium modum regiminis adhiberet. Jam autem non datur unquam alius regiminis modus, quam qui ſemper obtinuit. Sed ſi alterius modum regiminis ſequeretur, aut faceret id neceſſario, ut non poſſet aliter agere: aut libere, ut poſſet etiam præcedenti regimini contravenire. Si neceſſario: Deus in agendo ad extra, ab alterius nutu & voluntate ita dependeret, ut contra eandem haud poſſet agere. Si libere, poſſet nihilominus contra arbitrium alterius agere, atque id deſtruere, quod quidem alter ille Deus deſtructum nollet, quod perabſurdum. *B. Chriſt. Donati Inſtit. Pneumat. Part. Spec. ſect. I. cap. 7. p. 172.* add. *Lactant. Inſtit. Divinar. lib. 1. c. 3. &c.*

§ VII. Supereſt, ut pariter cultum Deorum, qui mactando victimas peragebatur, tanquam abſurdum & rationi prorſus contrarium demonſtremus. Pontificii quidem nonnulli, *Gregor. de Valent. lib. 1. de Miſſa c. 4. Bellarmin. de Miſſa lib. 1. c. 20 Ribera in Comment. ad cap. 10. Hebr. Jacobus Bolducius tractat. de Oppio Chriſt. Johannes Pelleterius diſſert. de arca Noa.* (vid. *Act. Erud. Lipſ. Anno 1702. p. 531*) nec non *D. Joh. Spencerus lib. 3. de Legib. Hebræor. ritualibus, diſſert. 2.* (vid. *Act. Erud. Lipſ. Anno 1686. p. 118.*) quibus cum facit etiam *Rudolphus Hoſpinianus in Epiſt. dedic. de Origine Templorum*, naturæ ductu ſacrificia & oblationes gentibus (ut & Patriarchis,) innotuiſſe contendunt. *William Cave Antiq. Apoſt.* Einleit. 1. Theil. *n. 7. p. 18. 19. edit. Lipſ. an 1696.* Ich meines O. es halte es vor klar und ausgemacht, was zum Exempel des Danck-Opffer betrifft, daß ſelbige, als die Heiligung der Erſtlinge unter den Früchten, und die Darbringung anderer dergleichen Gaben allerdings dem Menſchen aus ſeiner eigenen Vernunfft gelehret worden ſeyn, daß es nemlich recht und billig ſey, ſelbige zu Bezeugung eines danckbaren Gemüthes, dem HErrn zu heiligen. Was die blutige Verſöhn-Opffer, die GOtt an des Sünders ſtatt annahm, belanget, ſo mögen wie billig dafür halten, daß ſie ausdrücklich von GOtt ſelbſt eingeſetzet worden ſeyn. Denn weil die Vergebung der Sünde aus lauter unverdienter Göttlicher Gnade und Barmhertzigkeit herrühret, ſo muß nothwendig das Mittel, wodurch ſelbige kan erholten werden, von GOtt ſelbſt verordnet ſeyn, der es auch ſonder zweiffel zu erſt dem Adam offenbaret, von welchem es hernach auf ſeine Kinder kommen. vid. infra *Sect. 2. c. 1. §. 18.* Quinimo *Leſſius lib. 2. de juſt. & jure c. 38.* eo usque inſaniæ proceſſit, ut hodieque absque ſuperſtitione fieri poſſe, & licitum eſſe pronunciet, (ſed vide huc alia ap. *Euſeb. Cæſ. demonſtr. Evangel. lib. 1. c. 10*) ſi quis apud Indos & Japonios ſacrificia Deo offerat, etſi Deus id non præceperit. Recte autem *Svarez. in 3. Part. Thom qv. 83 art. 1. diſt. 71. ſect. 8.* contra ſocios diſputat, *nullum eſſe naturale præceptum, ex quo ſufficienter colligi poſſit, determinationem illius ad talem modum cultus, ſcil. per ſacrificium, eſſe omnino neceſſariam ad morum honeſtatem.* Hæc ille, quibus nihil verius aut rectius dici poterat. Nec enim natura conſtat, dona ac munera ſenſibilia Deo offerenda, qui iſtis non eget: multo minus id conſtat, hanc eſſe veram & optimam colendi Deum rationem: omnium denique minime, ut id per deſtructionem rei oblatæ fiat; quin abſurdum potius rationi videri poterat, Deum tanquam ſpiritum, aut delectari iſtis victimis externis & corporeis hoſtiis, aut cupere id, quod crudelitatem aliquam præ ſe ferat. Placet hoc ipſum exemplis & verbis gentilium declarare: *Pythagoras* certe in victimarum mactationes, quibus *Dei nomen contaminari putavit*, licere cognatas cæde ne-

ſanda exturbare animas, graviter conqueſtus de iis, qui ipſos

Inſcripſere Deos ſceleri, nomenq; ſupernum
Cade laboriferi credunt gaudere juvenci.

Curtius lib. 7. c. 7. Sacrificare & exta ſpectare, &c. *Superſtitionem & humanarum mentium ludibria eſſe*, ſcripſit. Et *Porphyrius* apud *Theodoretum Orat. 7. de curand. Græc. affect.* (quo de autore & libro, vid. *Rivetus Critic. Sacr. lib. 4. c. 21. & Act. Erud. Lipſ. an. 1685. p. 47. ſeqq.*) inquit, *cum ſacrorum primitiæ ad multam iniquitatem hominibus proceſſiſſent, execrabilem paulatim uſum victimarum inductum eſſe crudelitatis pleniſſimum: Et Deos nullo pacto habendos eſſe, qui ſibi rem divinam fieri caſis animantibus gaudeant, eſſe injuſtum, impium, ac ſceleſtiſſimum facinus, mactare Diis animalia, ideoq; ne ipſis quidem hoc gratum contingere.* Quinimo *Plato Epimonide* in genere de ſacrificiis & quovis cultu Numinis dixit; οὐδ' ὂν δυνατὸν εἰδέναι τῇ θνητῇ φύσει τῶν τοιούτων πέρι, *non poteſt natura mortalis quicquam certi de his cognoſcere.* Porro illud etiam exemplo ſuo probarunt Slavi; *Helmoldus* enim *lib. 2. c. 12.* barbaram illam gentem *attonitam* fuiſſe ſcribit, cum percepiſſet irata ſua numina non aliter, niſi cruore placati poſſe: ideoque ut victimas ipſimet darent, ad fictas & ementitas revelationes & argumenta recurrere ſacerdotibus opus fuiſſe, quo perſvaderent, delectari Deos ſangvine humano. Vid. ſupra num. 1. Prorſus ut *Romanis*, quibus Sibyllinos libros conſulere; & *Græcis*, quibus oraculorum reſponſa requirere, ſacrificiis divina facturis opus fuit. Quamobrem vero verius jus ſacrificiorum abſurdum fuiſſe viſum gentilibus, ac ſpeciatim *Slavis* quoque, ac tale, quod nullo modo erui ex natura & inveſtigari unquam potuerit. Sentiunt mecum *Euſebius Cæſarienſis demonſtrat. Evang. lib. 1. c. 10. D. Joh. Meiſnerus Tract. de Prophetis ſect. 3. num. 20.* & *21. Stephanus Clotzius diſſert. de Agno Dei, Joh. 3. 29. punct. 2. §. 14. num. 6. edit. Roſtoch. anno 1634. & recuſ. anno 1703. Joh. Saubertus de Sacrific. c. 2. p. 23.-26. Maſius de Diis Obotr. c. 5. p. 93. ſ. Simon Patricius Comm. in Gen. c. 43.* cit. in *Act. Erud. An. 1696 p. 198. & 199. Petrus Jurius, Hiſt. Critic. Dogmatum & cultuum Part. 1. c. 13. vid. Act. Erud. Anno 1704. p. 491. ſeq.*

CAPUT III.

Πολυθεότητα, & *Sacrificia gentilium eſſe ab Eccleſia V. T. prava æmulatione ſumpta.*

§. I.

IGitur cum divinæ Philoſophiæ ac naturæ repugnent πολυθεότης, & ritus ſacrificandi, prout exemplo ſuo Slavi ipſimet, aliique priſci ſuperſtitioſi probant, nihil prohibet, quo minus aſſeramus, eſſe iſthæc *duo capita*, autore diabolo, illo *mimo & ſimia Dei*, ut eum vocat *B. D. Lutherus Tom. III. Jen. Lat f. 300. B. & alibi*, (quo videſis etiam *D. Matth. Zimmerman. Analect. Menſ. 3. n. 7. p. 133-138.*) ſumpta & ad paganos olim translata ex prava æmulatione, per traditionem falſam & corruptam, a doctrina ritibusque ſacris Eccleſiæ veræ; qualis quidem penes Patriarchas & Judæos V. Teſt. olim fuerit. Corrumpere autem eam doctrinam perfacile fuit Diabolo: quia ſine ſcripto usque ad Moſem, propagata eſt olim: quare vero illam doctrinam veram tum ore tantum, & non alia ratione, ſeu ſcriptura propagare voluerit Deus, noſtrum non eſt curioſius inquirere; neque enim omnium operum ſuorum nobis rationes Deus reddere tenetur. *Ludovicus* equidem *Ellies du Pin in præfat. ad Bibl. Sacr. cap. 3. edit. Pariſ. an. 1699* autumat, eos, qui Theologiam gentilium & commenta Poëtarum a Moſe (vel Patriarchis) repetunt, *conjecturis ſolum niti*, quibus *demonſtrandi probandique* vim *ac robur nullum ineſſe.* vid. *Act. Erud. Lipſ. an. 1700. p. 7.* Vellem autem ego, ne Vir doctiſſimus tam levi brachio tot tantorumque ſapientum κορυφαίους φροντίδας, excuſſiſſet: incumbit enim ipſimet probandum, quo jure conjecturarum vocabulum iis adfingat. Senſit autem longe aliter jam pridem *Tertullianus* libr. de *Præſcript. adv Hæret. f. 522. edit. Baſil. an. 1539. Si Numa Pompilii*, inquiens, *ſuperſtitiones revolvamus, ſi ſacerdotalia officia, inſignia & privilegia, ſi ſacrificantia miniſteria, & inſtrumenta & vaſa ipſorum ſacrificiorum ac piaculorum & votorum curioſitates, conſideremus, nonne manifeſte Diabolus moroſitatem illam Judaa imitatus eſt? Chryſoſtomus* Homil 49. in c. 24. *Matth*, ait: *Hæreſis omnia ſimiliter habet, ſcil. quæ ſunt in Scriptura.* Ita dicere poſſumus: Paganiſmus omnia ſimiliter habet, quicquid docuit Deus in Scripturis. Chriſtiani & credentes habent ea in veritate, pagani in corruptione. *Tertullianum* denique ſequuti feliciter ſunt e *Noſtratibus, Philippus Melanchthon Apolog. Aug. Conſ. artic. 3. p. 98. Gentes habebant*, ait ille, *ſacrificia ſumta a patribus: horum opera imitabantur: D. Caſparus Peucerus* libro de divinat. paſſim. *D. Chemnitius* Exam. Concil. Trid. Part. I. p. 16. *Franzius* item, *Waltherus, Dilherrus, Taubmannus, Buchnerus, Dietericus, Urſinus* Analect. Vol. I. lib 4. *Mebius, Carpzovius, Schedius, Fabricius, Funccius, Bornmeiſterus, Johannes Nicolai, Colbergius, Chriſt. Wormius, Daniel Omeiſius* Part. 2 der gründlichen Anleitung zur Teutſchen accuraten Reim-und Dicht-Kunſt. (conf. *Act. Erud. An. 1704 p. 254.*) *Lic. Chriſt. Frid Garmannus* Lib. de Miraculis Mortuor. e *Cal-*

vinia-

vinianis Mornæus, Grotius, Seldenus, Heinſius, Voſſius, Joann Donghtejus, Joh. Bompartius, (conſ. *Act. Erud.* An. 1690. p. 58. ſ.) *Bochartus, Dickinſonus, Witſius, Spanhemius, Joh. Jac. Cramerus, Petrus Jurien,* (vid. *Act. Erud.* An. 1705. p. 11.) *Thomas Godwinus* Moſ. & Aar. l. 4. c. 1. p. 314. ait: *Origo & fons tot generum idololatriæ exiſtit ex abuſu & detorſione S. Scripturæ. E. Pontificiis, Steuchus, Huetius, Picinellus,* &c. qui uno ore omnes maximoque cum applauſu Theologiam omnem ac ſapientiam gentilium ex ſacris literis paſſim, atque a veteribus judæis ſumptam fuiſſe adfirmant, probant & declarant.

§. II. Nos ergo veſtigia ſequentes noſtrorum aliorumque Doctorum, (præſuppoſitis iis, quæ *B. Doctor Martinus Lutherus* Tom. III. Jen. Germ. f. 204. ſ. de ratione corrupta habet: Die Vernunfft kan nicht die Gottheit recht austheilen, noch recht zueigen, dem ſie alleine gebüet: Sie weiß, daß GOtt iſt, aber wer oder welcher es ſey, der da recht GOtt heiſt, das weiß ſie nicht. Et paulo poſt: Die Vernunfft ſpielt der Blinden-Kue mit GOtt, und thut eitel Feilgriffe, und ſchleicht immer neben hin, daß ſie das GOtt heiſt, das nicht GOtt iſt: und wiederum, nicht GOtt heiſt, das GOtt iſt, welches ſie keines thät, wo ſie nicht wüſte, daß GOtt wäre, oder wüſte eben, welches oder was GOtt wäre. Darum plumpt ſie ſo herein, und gibt den Namen und göttliche Ehre, und heiſſet GOtt, was ſie düncket, daß Gott ſey, und wil alſo nimmermermehr den rechten GOtt, ſondern allewege den Teufel, oder ihr eigen Dünckel, den der Teufel regirt. Darum iſts gar ein groß Unterſcheid, wiſſen, daß ein GOtt iſt, und wiſſen, was oder wer GOtt iſt. Das erſte weiß die Natur, und iſt in allen Hertzen geſchrieben; das andere lehret allein der Heilige Geiſt,) omnino vero ſimile arbitramur: (1) *πολυθεότητα Slavorum,* quemadmodum & reliquorum paganorum fraude & aſtutia Satanæ primitus ortam, & progreſſam eſſe, *ex Articulo ** de ſanctiſſimo individua & S. S. Trinitatis myſterio:* quo docemur & credimus unum eſſe Deum, quoad eſſentiam, & Trinum, quoad perſonas, Patrem, Filium, & Spiritum Sanctum. Factum enim eſſe nunquam puto, ut hunc Articulum ſive etiam vocabulum Trinitatis ſecreto habuerint, & *diſciplina Arcani* occultandum crediderint veteres, ſive primitivæ eccleſiæ, ac Novi Teſtamenti Doctores, ut ut de his quidem tale quid ſentiant *Emmanuel Schelſtratenus Diſſert. de Antiquitate eccleſia 2.* (vid. *Act. Erud. Lipſ. an. 1693. p. 199*) *& Gilbertus Burnetus in expoſitione. Unde quadraginta Articulorum Confeſſionis Anglicana, ad Artic. I.* vid. *Act. Erud. Lipſ An. 1700. p. 359. Jacobus Laderchius* ad Acta Paſſionis Ss. Creſcii & Sociorum Martyrium p. 80. ſeq. edit. Florent. an. 1707. vid. Act. Erud. An. 1707. p. 99. Juſſerat enim Chriſtus Apoſtolos ſuos *exire in univerſum mundum, & docere omnes gentes, & baptizare in Nomine Patris Filii & Spiritus Sancti;* quamobrem omnes articulum de SS. Trinitate omnibus

** Alia de origine idololatriæ ex *Guil. Surenhuſio Comment. ad Tr. Talm.* עבודה זרה ſive *de cultu peregrino,* docent *Acta Erud. Lipſ. An. 1702. p. 47. ſeq. Athanaſius Lib. contra Gentiles, p. 12. ſt. edit. Vitemberg. an. 1532. Lactantius Inſt. Divin.* lib. 1. c. 8. ſ. *J. Rondellus* Traject. ad Moſam Profeſſor Græcæ Lingvæ, & Collegii Rector, quid ſentiat, nobis hiſce verbis ex Ejus *Animadv. in cap. qu. Theophraſti, edit. Amſtelod. anno 1686.* exponunt *Illuſtres Collectores Actor. Erud. Lipſ. anno 1686.* Scilicet, *non dubitat is aſſerere, ſacratiſſimorum etiam religionis noſtra myſteriorum veſtigia & umbras aliquales in gentilium ſacris deprehendi: puta Trinitatis in Apolline, ſub triplici forma repræſentato: it. in Sanco, Fido & Semone, utpote quibus nominibus unum idemque numen cultum eſſe conſtat: pariter incarnationis myſterium fabula* Æſculapii, it. Promethei, *ſpecioſe ſatis putat adumbrari. Fatetur quidem ſe dubitare, unde gentilibus hac talia innoteſcere potuerint, cum revelationem utique præſupponere videantur: arbitratur tamen harum quoque rerum naturalem quendam forte dari ſenſum: non ſecus, ac ipſius divinitatis magis licet obſcurum, confuſum, ac in hominum cordibus tantum non penitus obliteratum. Probabilius id ex eo evadere putat, quod experientia teſte conſtet, in aliis quoque rebus humanam mentem ſibi relictam quandoque formare ſibimet ideas rerum antea nec viſarum, nec auditarum: quas tamen reipſa tales exstare poſtmodum liqueat. Exempli loco adducit hiſtoriam* J. C. Scaligeri, *cui aliquando per ſomnium apparuit Brugnolus quidam, celebris quondam apud Venetos Grammaticus, nomen ipſi ſuum, patriam ac profeſſionem commemorans, de quo tamen expergefactus nil unquam aut legiſſe aut inaudiiſſe ſe recordari potuit; uti teſtatur in eleganti Carmine, quod in hujus rei memoriam, & præter ſomnum adhuc dum ignoti Brugnoli honorem compoſuit: extitiſſe vero aliquando hujus nominis Virum, decennio demum poſt edita parentis Carmina, filius Joſephus Scaliger ſciſcitando perdidicit. Eodem referendum ait Rondellus, quod inter Americanos ab iis, qui ex noſtris primi has in terras appulerunt, tot fidei capita ac ceremonia deprehenſa fuerint, qua noſtra religionis umbram rituumque figuram manifeſto ſatis retulerint, quorum longum catalogum ex Montano recenſet.*

bus ac ſingulis ſtudioſe tradidiſſe crediderim. Porro etiam a conditu mundi, & poſt diluvium *a Noachicu* iſtud fidei caput habitum non ſecreto, ſed publice ſumma cum diligentia propoſitum, & inculcatum eſt omnibus atque ſingulis quovis tempore & loco. Bene S. *Hieronymus Epiſt. ad Damaſum. Tom. III. Oper. f. 117. Im ambobus Teſtamentis Trinitas prædicatur. Origenes* itaque errat, Homil. 3. in Geneſ. T. I oper. p. 6. *In baptiſmo Chriſti primum capiſ ſacramentum pateſcere Trinitatis.* Hinc recte etiam miratur *Nicolaus Gurtlerus S.S. Theol. D. & Profeſſor Athenei Hanovienſis Inſtit. Theol. c. 4. §. 5. & 6.* quare Viri quidam docti putaverint, primos Pareotes, iotegros adhuc & rectos, myſterium Trinitatis venerandæ ignoraſſe: cum certiſſimum ſit, mentem ipſorum primo ſtatim vitæ momeoto fuiſſe a Deo determinatam (*informatam*) ad haſce cogitationes: Patrem, Filium & Spiritum S. ens unum perfectiſſimum, & hominem & reliqua omnia feciſſe; & eas cogitationes ſervare, ac ſubinde repetere (ſecum & coram aliis) debuiſſe. vid *Act. Erud. Lipſ. An. 1694. p 350.* Præſtat vero robur & firmamentum aſſertioni noſtræ (1) *Nomen* אלהים *Elohim*, quod plurale eſt, & pluritatem perſonarum in Deo omoino deſignat *Gen. 1, 1.* conſtruitur enim cum verbo ſingulari ברא *bara, creavit*, ut eſſentia doceatur. vid. *D. Michaël Waltherus Spong. Moſ. adh. 1. Hottingerus Hiſt. Creat. quæſt. 12. p. 21. ſeq.* (2) *Sermo divinus Gen. 1, 27.* נעשה *faciamus hominem ad imaginem noſtram, ſecundum ſimilitudinem noſtram.* vid. *Hottinger. lib cit. 86. p. 249. & 256.* Et (3) denique *Moſes* diſerte *Geneſ. 1. v. 1. & 2.* אלהים *Elohim* in tres determinat perſonas: nam *Patrem* iotroducit mandantem; per *Dixit* ſeu Verbum mandantis indigitat *Filium*: & per *Spiritum* aquis incubantem inculcat *Sanctum*, *Chemnit. Part. I. Locor. de Spiritu S. p. 113. Gerhard. Loc. de Creatione cap. 2. §. 9. ſeqq.* Atque hinc *Patres* antiqui haoc collegerunt Perſonarum in divinitate diſtinctionem, collato pronunciato Apoſtolico, *Rom. 11, 35.* Quod Pater ſit αἰτία creationis προκαταρκτικὴ ex quo omnia; Filius δημιουργικὴ, per quem omnia: Spiritus S. τελειωτικὴ, in quo perficiantur omnia. Quod tamen dextre accipiendum eſt, noo de eſſentiæ, vel potentiæ in agendo inæqualitate, ſed de perſonarum diſtinctione, &, qui ex ea reſultat in operibus ad extra agendo, ordine. *Waltherus Spong. Moſ. loc. cit. p. 9. edit. Norimberg. an. 1642.* (*D. Georg. El. Edzardus in annotat. ad Avod. Sar. p. 196.* aſſerit etiam ac probat, Judæis antiquioribus fuiſſe perſvaſum, quod nomen אלהים non modo pluralitatem perſonarum inferat, ſed talem omnino pluralitatem, *quæ minimum tribus* abſolvatur: Aſſerunt enim judæi, *judicium tribus minimum viris conſtitiſſe*: ideoque Syoedrium illud *Pſal. 82, 1.* vocari אלוהים *Jarchius: Synedrium non vocatur* אלהים *niſi tribus conſtet Judicibus, edit. Hamburg. an. 1705.*) Atque hæc quidem ſunt tria argumeota deſumpta ex Articulo creationis. Quorſum optime *B. D. Johannes Gerhardus in Exegeſ. Loc. 3. de Sanct. Trin. myſterio cap. 8. §. 109.* Moſes *Scripturam Sacram ab opere Creationis exorditur, neque cuiquam poteſt eſſe dubium, hujus articuli doctrinam divinitus traditam in publicis eccleſiæ Iſraelitica conventibus perpetuo fuiſſe repetitam: præſertim cum Sabbatum ipſum debuerit eſſe perpetuum memoriale creationis, Exod. 20, 10. Sex diebus operaberis, ſeptimo celebrabis Sabbatum; ſex enim diebus fecit Deus cœlum & terram; ſed requievit die ſeptimo. Quod ſi ergo ex creationis articulo, prout in Vet. Teſt. deſcribitur, myſterium Trinitatis demonſtrari poteſt, eo ipſo confirmatum erit, doctrinam de Trinitate non fuiſſe populo Iſraelitico penitus ignotam, ſed in eccleſiaſticis conventibus traditam, ac perpetuo repetitam.* Hæc *Gerhardus*, quo etiam confer. *D. Lutherus Tom. VI. Jen. Germ. f. 544. ſeq.*

§. III. Crediderunt vero *Noachici* etiam atque Patriarchæ *poſt diluvium* unum eſſe Deum in eſſentia, & trinum in perſonis: quod iiſdem, ut paulo antea, argumentis probabimus. Conſtruitur enim (1.) iterum cum verbo ſingulari אלהים *Elohim*, v. 9 *Gen.* 8, 1. ויזכר אלהים & *recordatus eſt Deus*; nec non v. 15. וידבר אלהים & *locutus eſt Deus.* (2.) Ait Deus in plurali, *Gen* 11, 7. הבה נרדה ונבלה *agite deſcendamus & confundamus ibi labium eorum.* Et *Jacob, Gen. 20, 13.* Et *fuit quando* התעו אתי אלהים *fecerunt me errare Deus de domo patris mei.* (3.) Clare etiam אלהים *Elohim in tres* determinatur perſonas, v. g. a *Jacobo Gen.* 48, 25. אלהים *Deus* (Spiritus S.) *in cujus conſpectu ambulaverunt patres mei, Abraham & Iſaac*: אלהים *Deus* (Pater) *qui paſcit me a tempore præcedente usque ad diem hunc*: המלאך *Angelus* (Chriſtus) *qui redemit me ab omni malo, benedicat pueris.* Quo referam etiam *Gen.* c. 18. v. 2. quod ſcribit, Dei Filium ſtipatum *duobus angelis* creatis Abrahæ apparuiſſe: nam his tribus hoſpitibus ſymbolice Trinitatem Abrahamo adumbratam fuiſſe, nonnulli docent, vid. *D. Franzius de Interpr. Script. Orac. 151. Gerhard. Exeg. Loc. 3. §. 164. D. Clotzius tr. de Angelolatria Diſp. 5. punct. 9. th. 24. D. Auguſt. Pfeiffer Dub. Vex. Cent. 1. loc. 45.* Imo *B. D. Wilhelmus Lyſerus in Triſol. religion. Diſput. 2. part. gen. theſ. 17.* cum *Athanaſio Dialog. 3. de Trin.* docet, *non abſurdam videri ſententiam qua dicit, omnes tres Deitatis perſonas*

ſonas in aſſumptis viſibilibus formis apparuiſſe. Verum litem hanc meam non facturus, concludo, cum religionis primævi mundi caput fuerit ſanctiſſimum, plures uoa perſonas eſſe in Deitate: quod, illud ipſum accipiens infernalis cacodæmon, quo ægre faceret Sacroſanctæ Triadi, hinc *πολυθεότητα* in mundum introduxerit; ſuppreſſo enim ternario numero determinato perſonarum divinarum, (quem alias ſatis ſe noſſe, publice coram Chriſto confeſſus eſt, vocans eum *Sanctum Dei, Marc. 1, 24. Luc. c. 4, 34.* ex triſagio *Eſai. c. 6, 3. D. Joh. Georg. Dorſchaus Comment. in Luc. pag. 770.*) dari אלהים *Elohim* ſive plures Deus, indefinite ex hoc ipſo nomine ac fonte, ut crederent, ſuis perſuaſit. Itaque inde factum puto, ut idolis porro tribuatur vox אלהים *Elohim, Exod. 22, 20.* & alibi; cum tamen revera non ſint אלהים *Elohim*, ſed אלילים *Elilim. Lev. 19, 4. Eſa. 9, 10.* ab אל *al, nihil, nihilum, res non exiſtens, inutilis:* quia idola nihil ſunt, nihil proſunt, *1. Cor. 8, 4. ſcimus, ὅτι οὐδὲν quod nihil Idolum in mundo.* q. d. לא אלהים *non Dii, 2. Paral 13, 9.* quinimo Scriptura per contemptum Idola vocat גלולים *ſtercora*, Deos *ſtercorarios, 1. Reg. 15, 12. 2. Reg. 17, 12,* Poteſt etiam eſſe diminutivum ab אל *El*, Deus. q. d. *Deunculi*, Götterchen, contemptim ſic appellati. Item אַל אל *non Deus*; Idola enim non ſunt vere Dii; vel etiam אל לַיִל *Deus noctis, nocturnus, lucifugus*; quales ſunt Dæmones, qui in Idolis coluntur: vel ab אלה *alah, execratus eſt*; quia Idola ſunt res execrandæ. *Gerhard. Exeg. Loc. 2, cap. 2. §. 13. Glaſſius Gramm. Sacr. lib. 3. tr. 1. cap. 34. p. 466.*

§. IV. Sed jacto in animis corruptis hominum πολυθεϊσμοῦ fundamento, veterator porro Diabolus ſuos effaſcinavit, ut (II) *tot Deos crederent, quot in Scripturis eſſent Dei attributa, vel nomina, Symbola, atque opera.* Nimirum communicata cum Ebræis per Moſen & Propheras Scriptura Sacra, male habuit Diabolum, quod indies nomen honosque ſummi Dei creſceret, atque per orbem omnem paſſim diſſeminaretur: Vero ſimile namque eſt, hiſtoriam & doctinam Scripturæ Sacræ ad omnes omnino gentes dimanaſſe ſtudio atque opera Ebræorum: quamobrem cum lumen verbi divini extingvere non potuerit, dedit operam, ut etiam circa illa corruptæ jampridem mentes humanæ errarent, quæ de DEO dicuntur, quod ſit ipſe Deus: vel quæ unum idemque ſunt cum ipſa divina eſſentia: juxta regulam tritam: quicquid in Deo eſt, *illud ipſe eſt Deus.* Hæc autem *Attributa* vulgo vocant, nec non *nomina*, ut teſtatur *Occam. lib. 3. qv. 3. antiquos*, inquiens, *id vocaſſe in divinis nomina, quod nos dicimus attributa.* Qualia ſunt, v. g. quæ *operativa* ſeu ἐνεργητικὰ vocantur, *potentia, bonitas, juſtitia*, & alia. Hinc, inquam, quot *nomina* fuerunt, tot *numina* eſſe poſt Numen unum ſive Deum ſupremum, gentes ſibi ſunt perſuaſi. *Ratio prima* erat, quod hæc attributa ratione ſeu mentaliter, & ut Græci loquuntur, λόγῳ ac ἐπινοίᾳ, id eſt, mentis cogitatione ſeu cognitione diſferre conciperent, cum inter ſe, tum ab eſſentia divina: utut in re idem ſint, tum cum eſſentia divina, tum inter ſe mutuo: quia Deus eſt ſimpliciſſima eſſentia, & compoſitionem realem non admittit: *Donati Pneumat. Part. Sect. 1. cap. 5. § 8. ſqq.* In rem noſtram *Philippus Cluverius Germ. Antiq. l. 1. c. 29. p. 217. Cauſa tanta confuſionis* (plurimorum Deorum) *origoque nulla alia fuit, niſi ea, quod Adamus & primi* (addo ſecundi tertiiq;) *ejus poſteri, uni illi vero Deo ob multiplicem potentiam ac vim, variasque ob virtutes & effectus, varias ac multiplices tribuiſſent appellationes.* Et *Seldenus de Diis Syris, prolegom. cap. 3. A nominum in ſacris adhibitorum multitudine ingens Deorum fiebat acceſſio: & quæ primum nomina tantummodo, numina deinde diverſa æſtimabantur.* (Ita *Valentinus* ſecundo poſt Chriſtum natum ſeculo ſingulis Dei operibus ſingulos Deos attribuit. vid. *Tertull. lib. adv. Valent. Iren. lib. 1. c. 1. & 5. Epiphan. Hæreſ. 31. Theodoret. lib. 1. Hæret. fab. c. 10.* &c. *Gerhard. Tom. I. Loc. de Natur Dei c. 6. §. 45 fol. 58. 4. Mart. Chemnitius Loc. de Deo in ſpecie Part. I. Locor. p. 35.*) Eo etiam pertinent ipſa teſtimonia Ethnicorum: *Seneca lib. 4. de Beneſic. c. 7. & 8.* ita: *Quid aliud eſt natura, quam Deus & divina ratio, toti mundo & partibus ejus inſerta? Quoties voles, tibi licet aliter hunc auctorem rerum noſtrarum compellare: & Jovem illum optimum ac maximum rite dices, & Tonantem, & Statorem: qui non, ut hiſtorici tradiderunt, ex eo, quod poſt votum ſuſceptum, acies Romanorum fugientium ſtetit, ſed quod ſtant beneficio ejus omnia, Stator, Stabilitorque eſt: hunc eundem & Fatum ſi dixeris, non mentieris: nam cum fatum nihil aliud ſit, quam ſeries implexa cauſarum, ille eſt prima omnium cauſa, ex quo cetera pendent. Quæcunque voles illi nomina proprie aptabis, vim aliquam effectumque cæleſtium rerum continentia. Tot appellationes ejus poſſunt eſſe, quot munera. Hunc & Liberum patrem, & Herculem, ac Mercurium noſtri putant; Liberum patrem: quia omnium parens ſit: quod ab eo primum inventa ſeminum vis eſt, conſultura per voluptatem Herculem, quia vis ejus invicta ſit, quandoque laſſata fuerit operibus editis in ignem receſſura. Mercurium, quia ratio penes illum eſt, numerusque & ordo, & ſcientia. Quocunque deflexeris, ibi illum videbis occurrentem tibi, nihil ab illo vacat: opus ſuum ipſe implet.* Et *Maximus Mandarenſis Grammaticus Epiſt. ad*

Auguſtinum num. 43. Tom. Epiſt. Auguſtini, edit. Baſil. ann. 1593. Equidem *unum eſſe Deum ſummum ſine initio, ſine prole naturæ: ſeu patrem magnum atque magnificum: quis eam demens; tam mente captus neget eſſe certiſſimum? Hujus nos virtutes per mundanum opus diffuſas; multis vocabulis invocamus: quoniam nomen ejus cuncti proprium videlicet ignoramus. Nam Deus omnibus religionibus commune nomen eſt: Ita fit, ut dum ejus quaſi quædam membra carptim variis ſupplicationibus proſequimur, totum colere profecto videamur. Sic etiam Varro* apud *Auguſtinum lib. 4 de C. D. cap. 9. & 11.* docet, gentiles plures quidem Deos deasque nominaſſe, omnes autem *in uno Jove* comprehendere voluiſſe. Quo & *Macrobius Aurelius Theodoſius* pertinet, qui *Saturnaliorum lib. 1. c. 19.* ait: Omnes *pene Deos duntaxat, qui ſub cœlo ſunt, ad ſolem referunt; addens: Id non vana ſuperſtitio, ſed ratio divina commendat; ſi enim ſol, ut veteribus placuit, dux & moderator eſt reliquorum luminum, & ſolus ſtellis errantibus præſtat, ipſarum vero ſtellarum curſus ordinem rerum humanarum, ut quibusdam videtur, pro poteſtate diſponunt, velut Plotino conſtat placuiſſe, ſignificant, neceſſe eſt, ut* Solem, *qui moderatur noſtra moderantes, omnium, quæ circa nos geruntur, fateamur autorem. Et ſicut Maro cum de una Junone dicat, quo numine læſo oſtendit, unius Dei effectus varios pro variis cenſendos eſſe numinibus, ita diverſæ virtutes ſolis nomina Diis dederunt; unde* ἓν τὸ πᾶν, *ſapientes principes prodiderunt. Virtutem igitur ſolis quæ divinationi, curationique præeſt,* Apollinem *vocaverunt; quæ ſermonis auctor eſt,* Mercurii *nomen accepit; nam quia ſermo interpretatur cogitationes latentes,* ἑρμῆς, ἀπὸ τοῦ ἑρμηνεύειν *propria appellatione vocitatus eſt.* Porro in ſequentibus capp. c. 20 - 30. prolixe docet ac demonſtrat *Macrobius ſolem;* ſeu virtutes ſolis, ſignare *Apollinem, Liberum Patrem, Martem, Mercurium, Æſculapium, Herculem, Serapim, Adonim, Atinem, Oſirim, Nemeſin, Inonem, Saturnum, Jovem.* Bene autem *S. Auguſtinus* de *C. D. lib. 4. cap. 11.* Non ſit *neceſſe per cuncta diſcurrere: Deus unus, de quo multi a poeta nobiliſſimo dictum putant, Deum namque ire per omnes terrasq; tractusq; maris: cœlumque profundum. Ipſe in æthere ſit Jupiter, ipſe in aëre Juno: Ipſe in mari Neptunus: in inferioribus etiam maris ipſe Salacia: & in terra Pluto: in terra inferiore, Proſerpina: in focis domeſticis Veſta; in fabrorum fornace Vulcanus: In ſideribus Sol & Luna & Stellæ: in divinantibus Apollo: in merce Mercurius: in Jano initiator: in termino Terminator: Saturnus in tempore: Mars & Bellona in bellis: Liber in Vineis: Ceres in frumentis: Diana in ſilvis: Minerva in ingeniis. Ipſe ſit poſtremo etiam in illa turba quaſi, plebeiorum Deorum; ipſe præſit nomine Liberi virorum ſeminibus & nomine Liberæ fœminarum: Ipſe ſit Dieſpiter, qui partum perducat ad diem: Ipſe ſit Dea Mena, quam præfecerunt menſtruis fœminarum. Ipſe Lucina, quæ a parturientibus invocetur: Ipſe opem ferat naſcentibus, excipiens eos ſinu terræ: & vocetur Ops. Ipſe in vagitu os aperiat, & vocetur Deus Vagitanus: Ipſe levet de terra, & vocetur Dea Levana: Ipſe cunas tueatur, & vocetur Dea Cunina. Non ſit alius, ſed ipſe in Deabus illis, quæ fata naſcentibus canunt, & vocantur Carmentes, præſit fortuitis, voceturq; Fortuna. In Diva Rumina mammam parvulo immulgeat: quia rumam veteres dixerunt mammam. In diva Potina potionem miniſtret. In diva Edulica eſcam præbeat. De pavore infantium Paventia nuncupetur: De ſpe, quæ venit, Venilia. De voluptate, Volupia. De actu, Agenoria. De ſtimulis, quibus ad nimium actum homo impellitur, Dea ſtimula nominetur. Strenua Dea ſit, ſtrenuum faciendo. Numeriaque numerare doceat. Camena, quæ canere. Ipſe ſit & Deus Conſus, præbendo conſilia: & Dea Sentia, ſententias inſpirando. Ipſe Dea Juventa, quæ poſt prætextam excipiat juvenilis ætatis exordia. Ipſe ſit Fortuna Barbata, quæ adultos barba induit: quos honorare voluerit; ut hoc qualecunq; numen ſaltem maſculum Deum, vel a Barba barbatum: ſicut a nodis, Nodotum, vel certe non fortunam, ſed quia barbas habeat, Fortunium nominarent. Ipſe in Jugatino Deo conjuges jungat: & cum Virgini uxori Zona ſolvitur, ipſe invocetur ſive virtutes ejus, & Dea Virginenſis vocetur. Ipſe ſit Mutunus, vel Tutinus: qui eſt apud Græcos Priapus, ſi non pudet. Hæc omnia, quæ dixi, & quæcunque non dixi; non enim omnia dicenda arbitratus ſum: hi omnes Dii Deæque ſit unus Jupiter; ſive ſint, ut quidam volunt, omnia iſta partes ejus, ſive virtutes ejus, ſicut eis videtur, quibus eum placet eſſe mundi animum: quæ ſententia velut magnorum multorumque doctorum eſt. Hæc ſi ita ſunt, quod quale ſit, nondum interim quæro: quid perderent, ſi unum Deum colerent prudentiore compendio? quid enim ejus contemneretur, cum ipſe coleretur? Denique ratio ſecunda* erat, quia gentes argumentabantur, Deum ſibi nolle tribuere actiones plurimas & diverſas, ideoque nec præſentem videri: quia beatiſſimus ipſe ſit, neque enim ad Deum pertinere putabant, commune axioma: *actiones plurimas unius eſſe poſſe ſuppoſiti.* confer. quæ dixi *ſupra cap. 2. num. 4.* Quamobrem etiam abſentiam numinis, præſentia ſimulacrorum reſarcire aut exhibere voluerunt, vid. hic *D Zimmermannus Analect. Miſcell. Menſ. 3. n. 8. p. 138. ſeq.*

§. V. (III.) *Sacrificia.* quoque *ac ritus,* qui a Slavis ac reliquis gentilibus circa ſacra adhibiti ſunt; ex conſvetudine eccleſiæ Patriarcharum, Judæorumque V T. fluxiſ-

fluxiſſe credendum eſt. Extat eam in rem *Diſſertatio Philologico-Theologica B. Doctoris Georgii Mœbii, tum Licentiati & illuſtris Gymnaſii Martisburg. Rectoris, quæ una cum Tractatu de Oracul. Ethnic. Orig. &c. prodiit Lipſiæ anno 1660. & ſecunda vice anno 1685.* Hinc ſequentia omnino huc apponemus: (1) Certum eſt, ab Adamo ejusque filiis ad omnes illorum poſteros ritum ſacrificandi propagatum fuiſſe. (2.) Nec tamen ex recta naturæ inclinatione Patriarchas ſacrificaſſe, prout Pontificii nonnulli, aliique volunt (*vid. ſupra c. 2. n. 7.*) quorum craſſum errorem *Pererius in Gen. cap. 4. v. 2. n. 13.* & *Capnio in Cabala lib. 3.* aliique rejiciunt. vid. *D. Gerhard. Confeſſ. Cathol. Tom. III. p. 1207.* (Bene omnino *Origenes*, ſive quisquis eſt autor lib. 1. in Jobum c. 1. Tom. I. Oper. Part. II. p. 7. ad verba verſ. 5. Vitulum unum pro peccatis animaque illorum offerebat: *Dic, o beate Job, quis te docuit vitulum mactare pro animarum peccatis? quis te docuit ita de longe figuram adimplere illorum, quæ perficienda ſunt in noviſſimo tempore? Spiritus, inquit, Sanctus mihi revelavit: Spiritus me docuit, ut vitulum pro animabus offeram in figuram illius vituli, de quo dictum eſt: cito adducite vitulum ſaginatum: & ut vitulum pro peccatis jugulem in typo illius, de quo dictum eſt: ecce agnus Dei, ecce, qui tollit peccata mundi. Ipſe, inquit, Spiritus Sanctus me docuit vitulum pro peccatis animarum offerre, atque de longe figuram adimplere illius, qui tanquam vitulus ſaginatus pro mundo mactandus eſt in noviſſimo tempore: qui tanquam agnus immaculatus pro mundi peccatis erit immolandus. Qui enim docuit Eſaiam dicere, ſicut ovis ad victimam ductus eſt; & ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce: & peccata noſtras ipſe portavit, & propter impietates noſtras deductus eſt ad mortem; qui docuit Hieremiam dicere: ego autem tanquam agnus immaculatus ductus ad immolandum, aliaque innumera his ſimilia: qui ergo omnes illos docuit dicere: & prophetare de eo, qui erat venturus: idem ipſe, inquit, etiam me illuminavit, ut vitulum pro peccatis offerrem, & typum futuri vituli atq; agni adimplerem.*) Tum quia ſacrificia haud fuiſſent in Statu innocentiæ: cæperunt autem ſtatim poſt lapſum, quando Mediator in ſeſe receperit luendam pœnam: *J. Tolandi* in Diſſert. de Origin. Judaic. ſententiam, acceſſiſſe demum ritus ac ceremonias eccleſiæ Judaicæ poſt adorationem vituli, quas nec fine, nec natura ſua bonas fuiſſe idem putat, nemo noſtratium probabit, vid. *Act. Erud. Lipſ. Anno 1709. p. 253.* utpote quia commonefactio de futuro ſacrificio Meſſiæ in ara crucis offerendo eſſe debuerant: tum quia, ut ſacrificium Deo placeat, requiritur expreſſa Dei ordinatio; quoniam norma ſive ſuprema ratio cultus divini pendet abſolute a voluntate Dei: extra mandatum autem eſſent ſacrificia ἐθελοθρησκεία, & ſic nullo modo grata & accepta. Confer. *D. Gerhard Tom. III. Loc. de Lege Ceremonial. & Foreuſ. §. 14. f. 108. ſeq.* add. *Nicol. Gürtlerus de Origin. mundi lit. t. p. 15.* (3.) A Patriarchis & Judæis ad gentes ritum ſacrificandi migraviſſe. Eo pertinet ὁμοψηφία *B. D. Dorſchei*, & *D. Riveti. Dorſcheus in Myſteria Miſſæ cap. 1. §. 12.* ita ait: *Ethnici, & qui a vera eccleſia deſciverunt, imitatione eorum, quæ a Patriarchis ad venerationem ſupremi Numinis inſtituta viderunt, ad ſuas ſacrificiorum proceſſerunt ceremonias, tum quia omnes e Noacho orti; tum quia ex Patriarcharum vel peregrinatione, vel converſatione, vel celebritate hauſerunt: tum quia fama templi & religionis in gente Iſraelitica inſtituta, ad orbis etiam fluxit incolas. Hinc veſtigia etiam non obſcura cultus Moſaici emicant in illis licet myriadibus ſuperſtitionum. Rivetus Exercit. 42. in Gen.* hæc habet: *Dæmonum, quos gentes colebant, vafrities, quia cultus divini avidiſſimi ſunt, etiam eos ritus ſuis ſuggerebant clientibus, quos a Deo præſcriptos fuiſſe populo ſuo noverant. Ergo partim ex κακοζηλίᾳ, quia mundus in quibusdam imitari Eccleſiam ſolet, partim inſtigante Diabolo, varia ſacrificia, & varii ritus etiam apud ethnicos obſervabantur.* Hæc *ille*. Et ſic quidem ex *Mœbio* hactenus. Addimus illud: *Agnum* Dei *mactari neceſſe fuit ab origine mundi: Apoc. 13, 8.* non in decreto, efficacia, promiſſis & oraculis ſolum: ſed in typis quoque & agnis, victimisque legalibus, usque ad tempus, quo Agnus ille *ſeſe traditurus eſſet oblationem & hoſtiam Deo, Epheſ. 5, 2.* quo præſtito ἀπὸ μηχανῆς ſilentium œconomiæ Moſaicæ imponendum erat: quamobrem ut ab Agno Dei antitypo optimo, gregem hominum averteret Diabolus, inde a prima mundi origine, & poſt diluvium, ſacrificia ſimiliter atque victimas inſtituit, (videſis hic iterum *D. Mœbium Orat. cit. p. 99. ſeqq.*) maxime in eum finem, uti jam dixi, ut Agni Dei memoriam partim ex animis evelleret, partimque Scripturas ſacras viliores redderet: Denique ut homines tanquam αὐτόχειρας *& homicidas* in orcum ſecum pertraheret ac conjiceret. conf. *D. Michael. Walther. Offic. Bibl. Repoſ. poſter. 12. t. arcul. 1. §. 667. p. 572. & arcul. 3. §. 745. p. 657. ſſ.*

§. VI. Inſuper *alia* quoque *multa* occurrunt, quæ gentes exteræ e Sacris paſſim Scripturis hauſerunt, aut fama, aut lectione, quorum copiam magnam videſis ap. *Waltherum in Offic. Bibl. cit. §§. 667 725. 745. 758. 772. 783. 849. 898. 1068. Dilherr. Elect. lib. 1. c. 4. & 16.* nec enim ea hic repetendi ſpatium datur. *Carolus Robothamus*

Disquiſ. in hypotheſin Baxterianam de fœdere gratiæ cap. 2. ait: *Manſiſſe apud gentes plurimas notionem de ſacrificiis expiatoriis & propitiatoriis in genere: aſt periiſſe omnem de ſacrificio illo unice propitiatorio in individuo memoriam, periiſſe typicam rationem & σχέσιν ſacrificiorum, quæ ad Chriſtum reſpicere gentiles plane ignoraverint. Præterea e Sacrificiis intelligere quidem eos potuiſſe, Deum non eſſe implacabilem; ſed quod actu placatus jam ſit, nulla cum fiducia ſtatuere ipſis ex hoc fundamento licuiſſe*, ut referunt verba ejus *Act. Erud. Lipſ. Supplement. Tom. III. p. 65.* Ex his vero, atque aliis, quorum hucusque meminimus, ſatis abundeque patere puto, non aliunde, quam e Scripturis Sacris, minus tamen intellectis & applicatis, omnem omnino pariter *Slavorum Soraborumque priſcorum* emanaſſe & profluxiſſe Theologiam, qualis qualis iſta fuerit. Igitur argumentum hoc obſignare aut confirmare paucis, at graviſſimis *D. Philippi Nicolai Comment. de Regno Chriſti lib. 1. cap 4.* verbis licebit: *Inundavit Satan*, ſic ille, *permiſſu Dei, omnes fere terrarum populos* (ergo & Slavos) *fluctibus & procellis denſiſſimarum ſuperſtitionum: quo vero id præſtaret verſutus, imitatus eſt opera Dei, & umbram religionis cœlitus allatæ callida & fallaci æmulatione*: ſic *ille*. Verum enim vero hactenus dicta exemplis Numinum συν Θεῷ jam confirmabimus.

S E C T I O II.

Ἐπαγωγική.

CAPUT I.

De Svantevito, Deo Soraborum Slavorumque ſupremo.

§. I.

Scriptura Sacra adulterum non inepte appellari Diabolum, verbo *Tertulliani*, (*ex Eſai. c. 1, 22. & 2. Cor. 2, 16.* forte id nomen ſumpſit, quod *ſicut caupones οἱ κάπηλοι, Vinum aqua infuſa adulterant, ita hic Scripturas*,) nemo opinior inficias ibit, qui vel *Svantevviti*, Soraborum Slavorumque numinis primatum, figuram, aliaque accuratius penſitaverit. Sunt enim ita fere hæc comparata, ſicut ſonant illa, quæ in divinis paſſim literis Deo O. M. tribui ſolent. Dicitur (1) Deus אל עליון *El elion, Deus altiſſimus, Gen. 14, 19. 20. cui ſimilis nemo*, באלם *Baëlim, in Diis, Exod. 15, 11.* אלהי האלהים *Elohe baelohim, Deus Deorum, Pſalm. 136, 2.* אל גדול יהוה ומלך גדול על־כל־אלהים׃ *Deus magnus Dominus, & Rex magnus ſuper omnes Deos, Pſal. 95, 3. Magnus Deus & laudabilis, valde terribilis ipſe* [illegible] על־כל־אלהים *ſuper omnes Deos, Pſal. 97, 9.* Sic de *Swantevvito Helmoldus Chron. Slav. lib. 2. cap. 12. Adeo hæc ſuperſtitio apud Ranos invaluit, ut Svvantevit* (leg. *Svvantevvit*) *Deus terræ Rugianorum, inter omnia numina Slavorum primatum obtinuerit, clarior in victoriis, efficacior in reſponſis; unde etiam noſtra adhuc ætate non ſolum Wagirenſis terra, ſed & omnes Slavorum provinciæ illuc tributa annuatim transmittebant, illum Deum Deorum eſſe profitentes.* (2) *Metaphorice* vel ἀνθρωποπαθῶς Deo tribuuntur *Oculi*, qui exactiſſimam ejus notitiam ac providentiam ſignificant. *Job. 34, 21. Pſal. 11, 4. Sirac. 23, 25. Deut. 11, 12. 1. Reg. 9, 3. 2. Paral. 16, 9. Amos. 9, 4. Enſis* ſive *Gladius*, ceu iræ & vindictæ ejus ſymbolum, *Deut. 32, 41. Jud. 7, 20. Pſal. 7, 13. & 17, 13. Eſa. 29, 1. c. 34, 5. 6. Ezech. 21, 8. 9. 10. Zachar. 13, 7. Equus, Habac. 4, 8. Equitatio*, qua glorioſa Dei operatio prædicatur, quam in cœlis exſerit in tempeſtatibus, *Deut. 33, 26. Pſal. 68, 34* tum celeritas in exequendis judiciis, *Pſal. 18, 11. Eſa. 19, 1. Currus*, quo vel nubes, *Pſal. 18, 11. 12. Pſal. 104, 3. Eſa. 19, 1.* vel magnificentia divina hominibus patefacta, *Habac 3, 8.* vel miniſtrantium Angelorum myriades denotantur, *Pſal. 68, 16. Crater* vel *Calix*, qui vel beneficia, *Pſal. 21, 5.* vel divinarum afflictionum modum diverſum, *Pſal. 75, 9* innuit. Talia vero paſſim *Svvantevviti* effigiei per μίμησιν attributa eſſe paulo poſt videbimus. (3) Dicitur Deus, *Jehovah Zebaoth ſeu exercituum, 2. Sam. 5, 10. Pſal. 24, 10. Pſal. 46, 8. 11. Rom. 9, 29. Jac. 5, 4.* יהוה איש מלחמה *Dominus Vir belli*; Der Herr iſt der rechte Krieges-Mann, *Luther. Exod. 15, 3.* cujus *dextera frangit inimicos, Exod. 15, 6. dat ſalutem* (*Luth.* Sieg) *Regibus, & redimit ſuos de gladio malo, Pſal. 144, 10. docet manus ad conflictum, & digitos ad bellum, ibid. v. 1. roborat vectes portarum, Pſal. 147, 13.* Atque hujusmodi fere *bellatorem* gentiles in opprobrium Dei, *Svvantevvitum* eſſe credebant. Videas etiam *gladium* ei attribui, quomodo ad Deum Chriſtum *Pſaltes* ait: *accingere gladio tuo ſuper femur o! potens*, gürte dein Schwerdt an deine Seiten, du Held, *Pſal. 45, 4.* Vel *Gladius Svvantevviti* ſumptus videtur ex *Joſ. 5, 13.* ubi dicitur, quod Joſua vidit *Chriſtum* ceu *Virum ſtantem e regione ſua & gladium evaginatum in manu ipſius.* Excurſus perpetuos

os & nocturnos quoque eundem agere Swantewitum Slavi credebant: quomodo de Chriſto Deo iterum *David* ſcribit: *Pſal. 45, verſ. eod. Equita ſuper verbum veritatis, & manſvetudinis juſtitiæ. Luther.* Zeich einher der Wahrheit zu gut, und die Elenden bey Recht zubehalten. *Signum* tribuitur Swantewito, quia *Exod. 17, 15.* Deus dicitur יהוה נסי *Dominus elevatio mea*, der HErr mein Panier. *Capita quatuor Swantewiti* forte ſuperioritatem imperii ſignificarunt; ita Chriſtus dicitur שר־צבא־יהוה *princeps exercitus Domini*, ein Fürſt über das Heer des HErrn. *Joſ. 5, 14.* Denique facta *paco adipe triticorum ſaturare ſuos* Deus dicitur, *Pſal. 147, 14. Tibullus Eleg. 11. lib. 1.*

> *Pax arva colit: pax candida primum*
> *Duxit araturos ſub juga curva boves.*
> *Pax aluit vites, & ſuccos condidit uva:*
> *Funderet ut nato teſta paterna merum.*
> *Pace bidens, vomerque vigent, at triſtia duri*
> *Militis in tenebris occupat arma ſitus,*
> *Ruſticus e lucoque vehit male ſobrius ipſe*
> *Uxorem plauſtro, progeniemque domum.*

Ovidius 2. Faſtorum:

> *Sub juga bos veniat, ſub terras ſemen aratas:*
> *Pax Cererem nutrit, pacis alumna Ceres.*

Igitur a Swantowito quoque Slavi ſegetes, & meſſem copioſam precabantur. Sed de his ſatis. *Paulus Hachenberg lib.* de *Germania Media diſſ. 8. p. 256.* ait: *Ad Manni honores pertinere videtur clariſſimum illud apud Rugianos ſimulachrum, ad ſimilitudinem Jani, qui non alius ac Noachus dicendus eſt, affabre effictum, quod Saxo Grammaticus Hiſt. Dan. lib. 14. pluribus deſcripſit.*

§. II. Antequam autem hiſtoriam *Swantewiti* commemorem, prius Scriptor antiquiſſimus *Ditmarus, Epiſcopus Merſeburgenſis* exponendus erit, qui palmam ſive primatum *Swantowito* negare videtur: ita enim ille *Chron. Merſeb. lib. 6. f. 65. primus* (Deorum Slavicorum) *Luaraſici dicitur, & præ ceteris a cunctis gentilibus honoratur & colitur.* Hæc *ille*. Reſpondeo (1) error forte non *Ditmari* ipſius, ſed typographi eſt, quo *Luaraſici* nomen confictum ponitur pro *Radegaſt*: nam Autor illuſtris de *Redariis* loquitur, deque eorum urbe *Rethre*, ubi idolum Radegaſti fuit. Clare *Helmoldus Chron. Slavorum lib. 1. c. 2. Civitas* (Redariarum) *vulgatiſſima Rethre, ſedes Idololatriæ, templum ibi magnum, conſtructum dæmonibus, quorum princeps* (ibi) *eſt Radegaſt.* (2) Diſtingv. inter Slavos in genere omnes, & *Redarios in ſpecie. Swantewitus* Slavorum omnium primarius Deus fuit: ſed *Radegaſt* Redariorum, ut & ceterorum Slavorum fuit, habito tamen reſpectu & ratione non *Swantewiti*, ſed numinum, quorum in urbe Rethre figuræ repertæ ſunt. Huc iterum *Helmoldus* in verbis citatis: *Templum ibi* (in Rethre) *magnum conſtructum dæmonibus, quorum* (*ſcilicet ibi extantium,*) *princeps eſt Redegaſt.*

§. III. Sequitur jam obſerv. (1) *Nomen Swantewiti*; multifariam hoc ſcribitur: *Saxoni Grammatico Hiſt. Dan. lib. 14. f. 321.* audit Swantovithus; *Helmoldo Chron. Slav. lib. 1. c. 52.* Zvantevith: *& lib. 2. c. 12.* Zwantevith, it. Zvanteviti: *Enſero de Vita & Miraculis Bennonis*, Swantewitus. *Dubravio Hiſt. Bohem. lib. 1. p. 53.* Svatovitus: *Albino Chron. Miſnenſ. tit. 11. p. 299.* Swantewitz. Clariſſ. *Dn. Samueli Groſſero* Lauſitz. Merckwürd. II. Haupt-Theil. *f. 4.* Svantowiz. *Zachariæ Schneidero Chron. Lipſ. lib. 4. p. 141.* Schwanthewitz. *Paulo Stranskio de Republ. Bojem. cap. 6.* Swanto-Wit, & Sviantewitus. *Stephano Johanni Stephanio in not. uber. in libr. 14. Hiſt. Dan. Saxonis Grammatici f. 246.* Santevith. *Johanni Henrico Urſino Analect. Sacr. Vol. 1. lib. 6. in appendice. p. 421. & M. Johanni Caſparo Zophio, in Chron Gerau. Part. I. f. 196. Johanni Henrico Urſino* iterum in *Analect. ſive Quæſt. Bibl. lib. 2. c. 22. p. 83.* Svvante-Vithe. *Jeremiæ Simoni in Chron. Ileburg. Part. I. p. 196.* Svvantevvitz. *Jacobo Ticino in Epit. Hiſt. Roſenthal. cap. 1. p. 31. & 92.* Svvantevvicus, &c. ſed Sorabis atque *Slavis* olim dictus eſt in vernacula ſua Swanty-Witej.

§. IV. Obſerv. (2) *Etymon Swantewiti*. Hic iterum variant autores: alii enim vocabulum origine *Slavo-Latinum* eſſe contendunt: alii *Slavicum ſimpliciter*, qui rurſum in varias abeunt ſententias.

§. V. Qui *Swantewiti* vocabulum *Slavo-Latinum* eſſe volunt, illud a ßwiaty, *ſanctus*, & *Vitus*, quod nomen S. Martyris fuit, derivant. Ubi notandum: quoniam *Swantevitus* (uſu Autorum) compoſitum, & tritum ſermone Slavico nomen eſſe perhibetur, a nemine, quod ſciam, hactenus impugnatum eſt, quod pars prior vocis non ſit ſumpta a Slavico adjectivo ßwiaty, *ſanctus*: quamobrem non de hac, ſed de parte, ut volunt, poſteriore vocis, *Withus, Witus, Vitus*, ſeu Witz, lis ſaltem eſt. Præterea & illud notandum; ut hodie dicitur Sorabis ßwiaty, Polonis ßwiety, Bohemis ſwaty, *ſanctus*: ita olim veteres nonnulli *per epenthesin* ſwenty, (leg. ßwenty,) ſzwenty, & ſwynty, dixerunt. Sic enim legitur illa vox in *Catechiſmo Pruſſico, & Symbolo Apoſtolico Lithuanico*,

nico, apud *Chriſtophorum* Hartknoch *Diſſert. 5. de reb. Pruſſicis p. 84. 86. 87. & 94.* Porro a *Vitus*, ſeu *Vito Sancto martyre*, eſt *Vitus*, *Vithus*, *Witus*, *Wicus*, Witz, &c. Ita *Helmoldus Chron. Slav. lib. 1. c. 6. Tradit veterum antiquarelatio, quod temporibus Ludovici Secundi, egreſſi fuerint de Corveia monachi ſanctitate inſignes, qui Slavorum ſalutem ſitientes, impenderunt ſeipſos ad ſubeunda pericula & mortes pro legatione verbi Dei. Peragratisque multis Slavorum provinciis, pervenerunt ad eos, qui dicuntur* Rani, *ſive* Rugiani, *& habitant in corde maris. Ibi ſomes eſt errorum, & ſedes Idololatriæ. Prædicantes itaque verbum Dei cum omni fiducia, omnem illam inſulam lucrati ſunt, ubi etiam Oratorium ſundaverunt in honorem Domini ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti, & in commemorationem* Sancti Viti, *qui eſt patronus Corveia. Poſtquam autem permittente Deo, mutatis rebus, Rani a fide defecerunt, ſtatim pulſis ſacerdotibus atque Chriſticolis, religionem verterunt in ſuperſtitionem. Nam Sanctum Vitum, quem nos martyrem ac ſervum Chriſti confitemur, ipſi pro Deo venerantur, Creaturam anteponentes Creatori. Nec eſt aliqua barbaries ſub cœlo, quæ Chriſticolas ac ſacerdotes magis exhorreat. Solo nomine* S. Viti *gloriantur, cui etiam templum ac ſimulacrum ampliſſimo cultu dedicaverunt, illi primatum Deitatis ſpecialiter attribuentes. Et lib. 2. c. 12.* Tenuis *fama commemorat, Ludovvicum Karoli filium, olim terram Rugianorum obtuliſſe B. Vito in Corbegia, eo quod ipſe fundator extiterit cœnobii illius. Inde egreſſi prædicatores gentem Rugianorum, ſive Ranorum, ad fidem convertiſſe feruntur, illicque Oratorium fundaſſe in honorem Viti martyris, cujus venerationi provincia conſignata eſt. Poſtmodum vero, ubi Rani, qui & Rugiani, mutatis rebus, a luce veritatis aberrarunt, factus eſt error pejor priore; nam* Sanctum Vitum, *quem nos ſervum Dei confitemur, Rani pro Deo colere cœperunt, fingentes & ſimulacrum maximum, & ſervierunt creaturæ potius quam creatori.* Sic & *Saxo Grammaticus Hiſt. Dan. lib. 14. f. 371. Rugiani quondam a Carolo Cæſare expugnati, Sanctumque* Vitum *Corvegienſem, religioſa nece inſignem tributis colere juſſi, defuncto victore, libertatem repoſcere cupientes, ſervitutem ſuperſtitione mutarunt, inſtituto domi ſimulacro, quod* Sancti Viti vocabulo *cenſuerunt; Ad cujus cultum, contemptis Corvegienſibus, penſionis ſummam transferre cœperunt, affirmantes, domeſtico Vito contentos, externo obſequi non oportere. Dubravius Hiſt Bohem. lib. 1. p. 52. ſeq. Succeſſit deinde nova* (ſuperſtitio.) *Carolo Magno rerum potiente victoreque Saxonum, & in his Sclavorum quoque, quos Rugianos cognominant: placuerat Victori, ut gens victa, cultui præterea & ſacris ritu Romano peragendis animos dederet, ac cum ceteris Saxonibus ad ſanitatem paulo ante ab eodem Carolo revocatis, ut templum Divi Viti maxima tunc in veneratione apud illas nationes habiti, tributis coleret. Pendebant Rugiani templo tributa, quoad* incolumis viveret Carolus: *ipſo mortuo nec tributa dare, nec cultum retinere Romanum volebant, ſed domi ſibi ſanum, & in eo ſimulacrum conſtituentes, ſtipem quotannis viri mulieresque unum quisque eorum per capita nummum ſano inferebant. Et cum tributi reddendi nomine a finitimis appellarentur, contentos ſe eſſe domeſtico & Vito, & tributo, reſpondebant. Huic ſimulacro,* Svatoviti, *hoc eſt,* Divi Viti, *vocabulum indiderant. Confer. Paulus Stransky* citatus ſupra *ſect. 1. cap. 1. n. 3. & Boecrus* apud *Albinum Chron. Miſn. tit. 11. p. 300.*

§. VI. Itaque de *S. Vito* paucis, quis fuerit, nobis erit dicendum; *Sanctus Vitus* puer VII. annorum, juxta *Zwinger. Theatr. Vit. Hum. vol. 16. lib. 1. f. 3016.* juxta *Hendorfſium* & *Sturmium* in *Calendar. Sanctor. f. 155.* XII. annorum, una cum *Modeſto* & *Creſcentia* ſub Imp. Diocletiano, martyrii palmam accepit. *Martyrologium Romanum* ad *diem XVII. cal. Julii: In Lucania apud Silarum flumen natalis Sanctorum martyrum Viti, Modeſti, atque Creſcentia, qui ſub Diocletiano Imperatore e Sicilia illuc delati, ibidem poſt ollam ferventis plumbi, poſt beſtias & cataſtas divina virtute ſuperatas, curſum glorioſi certaminis peregerunt. Petrus de Natalibus Catalog. Sanctor. lib. V. cap. 118.* Vitus, *Modeſtus, & Creſcentia martyres ſub Diocletiano Imperatore in Sicilia martyrio claruerunt: qui Vitus ex Luciana* al. *Lucania,* qua de *Phil. Cluverius Ital. Antiq. lib. 4. c. 14. p. 720-740. provincia, nobili progenie, patre Hyla ſenatore progenitus: ætatis ſuæ anno - ad Martyrii palmam pervenit. Cum enim pater ejus idola coleret: & Vitus Chriſtum adoraret: ſæpius eum pater verberabat eo quod idola colere nolebat. Demum pater illum Modeſto ejus nutritori tradidit: ut ei ſvaderet, quatenus Deos colere ſtuderet. Cui apparens angelus ipſum conſortavit; & adhuc puerum ad coronam martyrii animavit. Qui & in Chriſti nomine miracula patrare cœpit: & multos a diverſis langvoribus ſanavit. Quod audiens Valerianus præfectus puerum acceſſivit: & ſacrificare nolentem, cathomis cædi juſſit. Brachia autem & manus verberantium ſubito aruerunt, Præfectus quoque manum amiſit; pro quo tamen Vitus oravit: & continuo ſanitatem percepit. Præfectus ergo puerum patri tradidit: & ut ipſum corriperet, perſuaſit. Tunc pater Vitum in domum ducens diverſis muſicorum generibus, & puellarum luſibus aliisque deliciarum generibus mutare animum pueri ſatagebat. Et cum ipſum in thalamo incluſiſſet ornato, mirabilis* fra-

fragrantia inde exiit, qua patrem & familiam nimio odore perfudit. Aſpiciensque pater per rimas hoſtii, VII. angelos radiantes circa infantem conſpexit: quos Deos ſuos eſſe putavit; ſtatimque excæcatus eſt. Ad cujus vocis clamorem tota civitas commovetur; ita ut præfectus accurreret, & cur ei hoc accidiſſet, interrogaret; Qui dicebat, quod Deos igneos videret, & eorum aſpectum ferre non valens lumen amiſerat. Et cum in templum jovis, pro recuperando lumine ductus eſſet, & nihil proficeret: filium pro ſanitate rogavit, & lumen ejus precibus recuperavit. Cum autem nec ſic crederet, ſed puerum occidere cogitaret, Angelus Modeſto & Creſcentia nutritoribus ejus apparuit: & ut navem conſcenderet puerum ad aliam terram ducerent, imperavit. Qui naviculam preparatam divinitus invenerunt: & angelo duce una nocte ad territorium Tonagritanum (*a Tonagro* fl. ſic dictum, vid. *Phil. Cluver. Ital. Antiq. lib. 4. c. 14. p. 722.*) *pervenerunt, & juxta fluvium Silarum* (*de* Silaro fl. *Id. l. c. p. 721. ſq.*) *ſub arbore quieverunt: ubi aquila eis cibum deferebat: & multa miracula puer faciebat. Interea filius Diocletiani imperatoris a dæmone accipitur; & niſi Vitus Lucanus veniat, ſe nunquam exire fatetur: locum quoq;, ubi inveniendus ſit, ab eodem explicatur. Vitus ergo quæritur: & inventus adducitur ad Imperatorem: qui ſuper ejus filium manum impoſuit, & protinus ab eo dæmonem effugavit. Cum autem illum Imperator ad Deorum ſacrificia invitaret: & Vitus recuſaret, & cum Modeſto & Creſcentia in dirum carcerem miſſus eſſet: ſubito ferri moles ei impoſita ceciderunt, & carcer immenſo lumine coruſcavit. Chriſtus quoq; Sanctis apparens, illos ad paſſionis tolerantiam animavit, Quod imperator a cuſtodibus intelligens, eos eductos in clibanum ignis immiſit: quos tamen ignis omnino non tetigit; in quo pſallentes hymnum trium puerorum audiuntur: indeque illæſi omnino educuntur. Tunc leo terribilis ad ſanctos devorandos demittitur: ſed tamen ab eis fidei virtute placatus eorum veſtigiis modeſte proſternitur. Tandem in eculeo eos Imperator juſſit appendi, & in illo diutius extorqueri. Sed orante puero, ut eos Dominus liberaret, ſubito aër turbatur, terra concutitur, tonitrua mugiunt, templa Deorum corruunt, & multos opprimunt: Imperator autem territus fugit: & angelus ſanctos exolvit, atque fluvium Silarum, unde venerant, in momento repoſuit: ubi oratione fuſa Domino animas reddiderunt. Quorum corpora ab aquilis cuſtodita, Florentia illuſtris fœmina ſancto Vito revelante, reperit: & cum aromatibus in Mariano prædio ſepelivit. Qui paſſi ſunt 16. cal. Julii.* Sed vero *Viti corpus* primum translatum eſt *Roma Pariſios*, A. C. DCCLV. inde *in Saxoniam* delatum Anno Chriſti DCCC XXXVI. Ludovici Imperatoris anno XXIII. *Sigebertus Gemblacenſis* ad *annos jam dictos* ita: *Fulradus Abbas Sancti Dionyſii Pariſienſis, corpus ſancti Viti martyris Roma Pariſios tranſtulit.* Et paulo infra: *Hoc tempore reliquiæ Viti martyris a Pariſiis ad Corbejam Saxoniæ transferuntur. Unde ipſi Franci teſtati ſunt, quod ab illo tempore, gloria Francorum ad Saxones translata ſit. Witichindus Monachus Geſtorum Saxonicorum lib. 1.* Poſt multa *tempora Romam veniens quidam Fulradus nomine, & ibi geſta legens pretioſi martyris, notavit locum ſepulcri: veniens levavit reliquias ſacras, collocavitque eas in pago Pariſiaco. Inde regnante Luthovico Imperatore translatæ ſunt in Saxoniam, & ut legatus Caroli confeſſus eſt, ex hoc res Francorum cœperunt minui, Saxonum vero creſcere.* Habet hæc quoque *Stephanus Johannes Stephanius Not. Uber. in lib. 14. Hiſt. Dan. Saxon. Grammatic, f. 246.* Præterea *duplicem Corbejam* faciunt, *veterem* & *novam*: *Vetus Corbeja* ad Samonam fluvium ſita; *Nova ad Viſurgim* in Epiſcopatu Paderbornenſi, translatis eo reliquiis Viti effecta eſt. Vid. *Meibomius Sen. Tom. I Rer. Germ. in Chron. Corbejenſ. not. & in Tract. de Translatione S. Viti, & Inſtitut. Corbejæ adject. f. 763 edit. Helmſtad. anno 1687.* Tandem *Divus Wenceslaus, principem Bohemiæ agens impetratis ab Othone Cæſare divi Viti reliquiis, ſanctum Vitum venerandum Bohemis exhibuit*: ita *Dubravius Hiſt. Bohem. lib, 1. p. 54.*

§. VII. Alii, qui *Slavicum* eſſe *nomen ſimpliciter* pronunciant, in *quatuor claſſes* diſpeſci poſſunt. Vel enim ipſis *Swantewitus* eſt a **ſwiatz** & **ſwieza**, id eſt, *ſanctum lumen*; vel a **ſwiata** & **Wiez**. id eſt, *ſanctum fundamentum* (vel *res ſancta* rectius;) Prius etymon amplectitur *Emſerus in Vita Bennonis*, *B. Zacharias Schneiderus Chron. Lipſ. lib. 4. p. 141. Chriſtianus Heckelius* Beſchreib. Biſchoffswerd. c. 2. p. 3. *Johannes Henricus Urſinus in Theol. Symbol. num. XI. p. 27. Swantevitus ſacer ignis.* Et *Analect. Sacr. Vol. I. Lib. 6.* in appendice p. 421. *Schwantewitz Vandalorum* (Soraborum) *vox, ſacrum lumen ſignificat.* Alterum alii. *Petr. Albinus Chron Miſn. tit. XI. p. 300. Emſerus* legt dieſen Nahmen in der Sclaviſchen Sprache aus, und ſagt Swante ſey ſo viel, als *ſanctus*, heilig, Witz, ſo viel, als *lumen*, wie denn ſolches nicht unglaublich, weil ſonſten ſolcher Wendiſchen Nahmen ſehr viel, ſo auf das witz ausgehen, als Carolwiz, *Caroli lumen*, Hugwitz, *Hugonis lumen*, Zernewitz, *nigrum lumen*, Belwitz, *album lumen*, Starewitz, *vetus lumen.* Wiewohl andere das Wörtlein Witz auslegen, es ſoll ſo viel heiſſen, als ein Grund; in welcher Bedeutung Swantewitz ſo viel wäre, als ein heiliger Grund; gleich wie etliche die Stadt Zerbiſt, oder Zerbitz, auslegen, ſchwartzer Grund, Zernewitz.

newitz. *M. Caſpar Zopbius Cbron. Gerav. Part. I. p. 175.* Andere ſagen, weil Witz auf Wendiſch, ſo viel heiſſe, als Licht, ſo ſey Schwantewitz, ſo viel als ein heilig Licht. *M. Jeremias Simon Cbron.* Eilenburg *Part. I. p. 196.* Die Sorben-Wenden hatten zu ihren fürnehmſten Abgott den Swantewitz, welcher ſeinen Nahmen hatte von dem Wendiſchen Worte Swante, das iſt, heilig, und witz, das iſt Licht, oder Grund: Daß alſo Svvantevvitz ſo viel heiſſt, als ein heilig Licht, oder helliger Grund. Hæc *ille.* At enim harum neutra mihi placet notio; quod utraque ſit contorta valde & aliena a genio Lingvæ Slavicæ: ſic enim non *Svvantevvitus*, ſed Swata Swieza vel Swante-Svitius & Schwanteſwitz, ſcribendum foret: nam ßwieza, *lumen* ſonat. *Secundo* Wiez, non *fundamentum*, ſed *rem, cauſam, negotium*, ſignat: Græce dixeris πρᾶγμα, ἔργον, χρῆμα, Germ. ein Ding, Sache, Handel, Geſchäffte. *Tertio* nec *fæmininum* Swata aut ßwanta ßwieza aptum omnino eſt, ut idolo Svvantevviti applicari queat, quod formam viri, non mulieris geſſit. *Quarto* Zwiez; vel *Svoitzius Deus lucis*, εἴδωλον minorum gentium, diverſumque a Svvantevvito fuit, de quo infra. Denique quinto haud probabile, quod Slavi Sorabique Swantewitz, pronunciaverint: Witz enim terminatio Slavica non eſt: ſed Teutonica correpta, & exprimens voces Slavorum, Soraborumve, quæ in ez, vel eze, deſinunt: ſic ubi Sorabi Jileze, Bielſcheze, Roſwodeze, Döbßeze; ibi Germani Eilewitz, Belſchwitz, Rodewitz, Debſchitz. &c. Quare nollem, ut clariſſimi Viri *Albinus, Simoniusque* huc quoque retuliſſent dictiones proprias, Carolwitz, *Caroli lumen*, Hagwitz *Hugonis lumen*, Zernewitz *nigrum lumen*, Belwitz, *album lumen*, Starewitz, *vetus lumen*, & Buckowitz, *Dei lumen*, GOttes Licht, oder GOttes-Grund. Iſthæc enim vocabula longe aliter a Slavis, & niſi fallor, hoc modo atque ſono prolata enunciataque ſunt: Kraholijez (a Sorab. Kraholz, *viſus.*) Huczez *Vir familia clamantium aut frementium.* Czornez, aut Czerniz, *Vir ater, aut ſpinis ſeptus, ſpinoſus*, German. der von Schwartz, oder Dorn. Bielez, *Albus*, Weiſſe; Starez, *Vetuſtus, antiquus*, Alter; & Bukeze. *faginus*, Buchheim, Buchsdorf, a Buka, eine Buche, *fagus*, Addeſis *Fratris noſtri Michaëlis Differt. 2. de Idolis Slavorum. §. II. & annotat. ibid.*

§. VIII. Ulterius aliis *Svantevvitus* idem quod *Sancta eſſentia*, aut *Sanctum Ens*; quia adjectivum ßwiaty, ßwyata, & ßwiate, *Sanctus. a. um*; & Wiez, *ens, eſſentia*, (rectius *res*) Sorabis. Meminit hujus etymi beatus ac venerandus meus Parens *Michael Frencelius, in Nuncupat. Conc. de Baptiſmo*, Swantewitz, das iſt, ßwiata wiez, *ſancta eſſentia*, das heilige Weſen, nec non *Frater percharus Differt. cit. 2. de Idolis Slavor. §. II.* Aſt nec iſtud, meo judicio, ſalva autoritate, cujuscunque ſit, firmo talo conſiſtit; Sorabis enim & Slavis. *Ens*, ſive *eſſentia*, non Wiez, dicitur, ſed Byczi; confer. *Pſalter. Sorabicum in præfat. ad lector. lit. C. 3. edit. Budiſſ. an. 1703.* Wiez autem *res, cauſa, negotium*, uti dixi *num. 7. praeced.*

§. IX. Denique *quarti ordinis* etymologiam exhibet chariſſimus *Frater* germanus meus, *Michael Frencelius*, nunc temporis Verbi divini miniſter Colmæ in agro Hoierswerdi oppidi, *Differt. 1. & 2. de Idolis Slavorum, edit Witteberg. anno 1692.* cujus hæc verba ſunt §. 11. *Vox* Svvantevviti *non* Sanctum Vitum, *uti gloriantur adverſarii*, *ſed* ſolem *denotat Slavis*; & §. 12. *Svvantevitum a* Slonzez *vel* (vulgari) Swonzez, *quod apud Slavos* ſolarem *aut* Deum, *aut* Dominum ſolis *notat, dictum appellatumque fuiſſe exiſtimamus.* Porro in gloſſa: *Ut de etymo vocis recte pleneque conſtet, danda a nobis opera eſt: primum igitur* Slonco, (*leg.* ßlonzo,) *vel κατ' ἀντίστοιχον* Swonco, (*leg.* ßwonzo,) *Slavis* (Sorabisque) ſol *dicitur: a quo* Sloncec, *vel* Swonzez, *ſolaris*, (*ſeu arbiter ſolis*) *provenit: appoſite Germanis*, ein Sonnen-Mann. *Nunc vero, quod perpetuum eſt, ultimam ſyllabam* zez, *in Slavicis vocibus Germani in* wiz, *præmiſſo E in ſua lingva transferunt: & ita a* Swonzez, *habes* Swonzewiz; *uti ex* bunec, (*vel* bunez,) Bünewitz, Slunkec, (aut Slunkeze) Slunkewiz, *factum, qua nomina pagorum in Luſatia* (*ſuper.*) ſunt *Cum autem* d, *vel* c. *Sorab. in una voce bis non ſine moleſtia ac pronunciationis difficultate audiatur: unius porro ejusdemq; cum* Z & S. *organi ac originis ſit: alterum* Z *in* T. *mutatur; ſicque a* Swonzewiz, Swontewiz, *dictum: ad terminationem item indolemque Romanæ lingvæ, non Svvantevizus, ſed* Svantevitus *ſcriptum eſt. Et cui hæc non ſole meridiano clariora videbuntur? qui ſaltem a Ruzzis, Ruſſos, & Ruttos in veteribus Hiſtoricis paſſim legi animadvertit. At vero inſtabis, non Svvontevitum, ſed Svantevitum legi. Hunc ego, qui mihi hæc objicit, in Sveviam, aut ſi longius abeſt, in Thuringiam,* (Luſatiamque) *relego, audiet ibi* Woter, Schwoger, *& apud Pontificios in ſacris ibi cantibus*, Poter noſter, *&c. quis vero ab elegantioribus lingvæ cultoribus* Vater, Schwager, *Pater & ſcribi & pronunciari dubitet? Ceterum falſo* alii *legunt* Svvantovitus: *Helmoldus enim, a quo reliqui omnes ſua habent, Svantevitus ſcribit: principem autem hujus idoli ſcriptorem omnes ſequantur par eſt. Vides ergo, quam nulla literula, apex nullus obſtet, quo minus Svantevitum, Germanice* den

Swan-

Swantewitz, *Solis idolum dicamus: quot vero flexus & reflexus, metatheſes, & aphæreſes requiruntur? Si* Svantevitus, *Sanctus Vitus eſſe*; aut Sanctum Lumen, *ſive* ſanctam ſubſtantiam, (eſſentiam) *notare debeat: hoc tamen neminem hactenus animadvertiſſe, libere profitemur.* Huc usque ex *Fratris diſſertatione*; ubi etiam argumenta plauſibilia ſatis ad confirmandum etymon legi poſſunt.

§. X. Cum itaque, ut vidimus, circa etymon *Svvanteviti*, אין אל אצבעות חרמים שוות: *non omnes digiti eruditorum ſint æquales*, quemadmodum veteres *Ebræi* loqui ſolent, in *Talm. Peſach. f. 112. 2. & Nidda f. 66. 12.* ſupereſt, ut quid ego ſentiam, paucis ſignificem; nimirum ſexagenarii, *Helmoldus Saxo*, &c. de ponte non dejiciendi ſunt. Sentiunt enim conſtanter, *Svvanteviti* nomen ſumptum eſſe, ex vocabulis *Sancti Viti*. Hos ut defendam probemque, multæ me cauſæ urgent; *primo* enim ſtetit Svanteviti ſimulacrum (multo autem vetuſtius illud eſſe dicit *Nicolaus Mareſcalcus*, v. infra ejus verba citata §. 17. *c. fin.*) præter propter ab An. Chr. DCCC LXXVI. ad annum M C LXVIII. usque vid. *Helmoldus Chron. Slav. lib. 1. c. 6. & 7. & lib. 2. c. 12.* ſed currente anno 1168. *Helmoldus*, in vicinia in vivis fuit, viditque novellos denuo Chriſtianos factos Rugianos; quamobrem credibile prorſus, quod ab ipſismet Rugianis, aut ſacerdotibus eorum fando acceperit, quicquid de Svanteviti nomine aliisque conſignavit. Secundo *Saxo* quoque, utpote *Helmoldi σύγχρονος*, vixit in contubernio Abſalonis Archiepiſcopi Lundenſis, quo præſente Svanteviti ſimulacrum dirutum eſt: Scripſit autem *Saxo* autore Abſalone *hiſtoriam Daniæ ſuæ*; quare non dubium, quin ex ore Abſalonis perceperit, quæ de Svantevito, ejusque nomine, accurate ſcribenda & recenſenda eſſent; nec enim pro compilatore Helmoldi, *Saxonem* habere poſſumus. Igitur utrisque his teſtibus oculatis & auritis, *Helmoldo*, inquam, & *Saxoni*, injuria quodam modo fieret, niſi verbis eorum crederemus. Accedit *tertio* aſtutia & calliditas Slavorum. Hi enim æquivoce ſaltem, aut per *μίμησιν* Deum ſuum *Svantevitum* hoc eſt, *Sanctum Vitum* appellarunt, ut quæſiti a Chriſtianis, quem Deum colerent? Sanctum Vitum, dicere poſſent. Hinc *Helmoldus lib. 1. c. 61. Sanctum Vitum, quem nos martyrem ac ſervum Chriſti confitemur, ipſi pro Deo venerantur, Creaturam anteponentes creatori.* Et paulo poſt. *Solo nomine Sancti Viti gloriantur*, ſic & *Saxo lib. 14. f. 249. Erat ſimulacrum urbi præcipua religione cultum, crebrisque finitimorum officiis celebratum, ſed falſo Sacri Viti vocabulo inſignitum. Falſo*, inquit, id eſt, in ludibrium Chriſtianorum. Ceterum *quarto*, Vocabula ὁμοιόπτωτα καὶ ὁμοιότροπα fere ſunt *Vitus*, latin. German. Veit: Sorab. Witaj (Witaſch) it. Wicjas, & Bohem. Witez, quorum tamen duo poſtrema *Victorem, ſuperiorem*, & *triumphatorem*, einen Sieger oder Uberwinder ſonant: *Vitus* autem (a quo Veit, & Witaj, vel Witaſch,) quaſi *avitus nomen ſeniorum*, ut nos docet *Chr. Becmannus Orig. Lat. Lingv. in voc. Viganteu, p. 1156. edit. Francoſ. & Lipſ. anno 1672. in 8.* Sed credentes Slavi, vocabula Vitus & Witez, ſeu Wicjas, in utraque lingva ſcil. latina & Slavica ſenſu uno convenire: ex eo Idolum ſuum Swanty Witez, vel Sorabice ßwiaty Wicjas, appellarunt, id eſt, *Sanctus Victor.* Cauſa nominis erat, quod illud *adverſum ſacrorum ſuorum hoſtes bella gereret*, ut refert *Saxo lib. 14. f. 371. & clarum in victoriis eſſet*, ut ſcribit *Helmoldus lib. 2. c. 12.* Igitur Swanty vel ßwanty Witez, (a quo Germanis Swantewiz, corrupte & Latinis *Svvantevitus*) omnino ex latino *Sanctus Vitus*, ratione ſoni externi, & uſus vulgaris: differt autem ab eodem ratione ſurmæ internæ ſeu ſignificationis. Paucis, *Svantevitus a Sancto Vito* quidem dictus eſt; ſed nomen tamen, quid ſignet, ex genio vernaculæ ſuæ interpretati Slavi ſunt. Atque ſic inventa nunc a me eſt nominis Svanteviti vera atque genuina appellatio Slavica, ßwianty Witez, quæ hucusque in ruderibus ſuis alte ſepulta fuit.

§. XI. Obſerv. (3) *Figura* ſeu *ſimulacrum Svanteviti*, (ſimulacra quam ſint vana, & ſupervacua, probat *Lactantius Inſt. Divin. lib. 2. c. 2.*) & *locus*, ubi ſteterit. De utroque ita *Saxo Grammaticus Hiſt. lib. 14 f. 319. ſeq. edit. Soreuſ. an. 1644. in fol.* Arkon (urbs inſulæ Rugiæ) *in excelſi promontorii cujusdam vertice collocata, ab ortu, meridie, & aquilone, non manufactis, ſed naturalibus præſidiis munitur, præcipitiis mœnium ſpeciem præferentibus, quorum cacumen excuſſa tormento ſagitta jactus æquare non poſſit. Ab iisdem quoque plagis circumfluo mari ſepitur: ab occaſu vero vallo quinquaginta cubitis alto concluditur. Cujus inferior medietas terrea erat, ſuperior ligna glebis interſita continebat. Septentrionale ejus latus fonte irriguo ſcatet, ad quem muniti collis beneficio, oppidanis iter patebat. - - Medium urbis planities habebat, in qua delubrum materia ligneum, opere elegantiſſimum, viſebatur, non ſolum magnificentia cultus, ſed etiam ſimulacri in eo collocati numine reverendum. Exterior ædis ambitus accurato calamine renitebat, rudi atque impolito pictura artificio varias rerum formas complectens: unicum in eo oſtium*, (videas heic æmulationem pravam Satanæ, ortam ex loco *1. Reg. 6, 8.*) *intraturis patebat. Ipſum vero fanum duplex ſeptorum ordo claudebat;*

equibus exterior parietibus contextus, puniceo culmine tegebatur: interior vero quatuor ſubnixus poſtibus, parietum loco penſilibus aulais nitebat, necquicquam cum exteriore prater tectum, & pauca laquearia communicabat, (alias diis ſine tectis templa ædificarant pagani. *Rudolph. Hoſpin. de Orig. Templ. c. 1. p. 2. edit. Tigur. 1587.*) *Ingens in ade ſimulacrum, omnem humani corporis habitum granditate tranſcendens: quatuor capitibus, totidemque cervicibus mirandum perſtabat: e quibus duo pectus, totidemque tergum reſpicere videbantur*, (ſic *Janus quadrifons, quia omnium rerum principium, & quatuor anni tempora ſignificaret, vid. Jan. Pierius Vol. Hieroglyph. lib. VI. c. 30 & 31.*) *Ceterum tam ante, quam retro collocatorum unum dextrorſum alterum lavorſum contemplationem dirigere videbatur, Corraſa barba, crines attonſi figurabantur, ut artificis induſtriam, Rugianorum ritum in cultu capitum amulatam putares. In dextra vero cornu, vario metalli genere excultum geſtabat, quod ſacerdos ſacrorum ejus peritus, annuatim mero perfundere conſueverat, ex ipſo liquoris habitu ſequentis anni copias proſpecturus. Lava arcum reflexo in latus brachio figurabat. Tunica ad tibias prominens, fingebatur, qua ex diverſa ligni materia creata, tam arcano nexu genibus jungebantur, ut compaginis locus nonniſi curioſiori contemplatione deprehendi potuerit: pedes humo contigui cernebantur, eorum baſi intra ſolum latente. Haud procul frenum ac ſella ſimulacri, compluraque divinitatis inſignia viſebantur. Quorum admirationem conſpicua granditatis enſis augebat, cujus vaginam ac capulum prater excellentem calatura decorem, exterior argenti ſpecies commendabat. Dubravius Hiſt. Bohem. lib. 1. p. 53. Effigies* (Svantoviti) *erat quadrifrons, qualis olim Jani apud nonnullos, ut circumſtantes ab omni fani parte, conſpectu ſimulacri perfruerentur: dextra cornu, lava arcum geſtabat, proxime ſuſpenſa erant enſis, frenum, ſella, juxtaq; candidus equus ſtabulabatur, ſimulacro conſecratus, &c. D. Chytraus Chron Saxon. lib. 1. f. 11. Idoli Rugii effigies in pago Altenkirchen, in aditu templi, Saxo inciſa, oſtenditur. Cacodamonis monſtro potius; quam Dei alicujus ſimile, quod Svantovitum veteres incola: hodierni Vitoldum appellant.*

§. XII. Præter illa, quæ *ſupra* §. 1. diximus, nonnulla adhuc, occaſione ſimulacri Svanteviti, annotabimus, ut denuo κακ. ζηλίᾳ Satanæ, & male ſanam harmoniam gentilium perſpiciamus. I. *Svanteviti fanum penſilibus aulais* nitebat. Sic quoque Deus Tabernaculum, & Sanctum Sanctorum velis & peripetaſmatis tegere & ornare juſſerat, *Exod. cap. 26, 1. ſeqq. & cap. 36, 8. ſeqq.* Illud *Turca* etiam imitari ſolent. *Joh. Bapt. Tavern. in Deſcript. Aula Turcica cap. 22.* Es werden drey Millionen Frantzöſiſche Pfund von zwölffen, die jährlich aus Egypten eingehen, von Türckiſchen Kayſer guten Theils angewandt auf reiche Teppich und koſtbare Gezelte, die er alle Jahr nach dem Chetz abſchickt, das Grab des Mahomets damit auszuzieren, und zubedecken, das Gezelt, ſo man gegen das Moſquee aufſpannt, iſt vor den Chetz, welcher die ſiebenzehen Tag nie daraus kömmt, ſo lang die devotion währet; Der oberſte Prieſter des Mahometiſchen Geſetzes hat dieſen Grieff erdacht, und trägt ihm dieſer Teppich ſamt dem Gezelt unbeſchreibliche Summen Geldes ein, welches Mittel er denn alle Jahr von neuen hervor ſucht. Wenn nun das Geſchenck vom Kayſer angekommen iſt, ſo ſchickt ſolcher oberſter Prieſter aus ſonderlichen favor und Wohlwollen denen meiſten Mahometaniſchen Potentaten ein Stück von dem Fürhang des alten Gezelts; welche ihm hingegen auch groſſe præſente wieder zurück ſenden; dieſer Fürhang, welcher auſſen um das Gezelt herum hangt, und verhindert, daß man die nicht ſehen kan, die darunter ſind, beſtehet aus vielen ſtücken, iſt ſechs Schuch hoch, und von ziemlicher Länge. Es bildet aber dieſer Chetz denen Potentaten, welchen er etwas davon zuſchickt, ein, daß wenn ſie ein ſolches ſtück vom Fürhang an ihre Gezelte machen laſſen, wenn ſie wider die ſo genannte Ungläubige in Krieg ziehen, ſie ſo dann lauter Glück haben, und den Sieg gewiß davon tragen werden. Es muß gar ein vornehmer Potentat ſeyn, als etwa der Tartar Cham, oder der groſſe Mogol, wenn er ihm den Fürhang des Gezelts, oder den Teppich gantz ſchickt, welchen er denn alle zehen oder zwölff Jahr, bald dieſem bald jenem offerirt. *Thevenot.* ReiſeB. *Part. I. lib. 2. c. 21.* Das Beytullah oder Gottes-Hauß zu Mecha, das, wie die Türcken ſagen, zuerſt vor den Patriarchen Abraham ſolle erbauet worden ſeyn, iſt äuſerlich mit einer Tappezerey von ſchwartz ſeidenen Zeug, einer Art Damasken, überzogen, und es wird alle Jahr von Alkair eine neue, auf Unkoſten des Groß-Türcken dahin geſchickt. *Et l. 1. c. 37 p. 67.* In allen Türckiſchen Moſqueen iſt ein ſtück Zeug, ſo zu Mecha gebraucht worden. II. *Cornu Svanteviti, annuatim mero perfuſum.* Videas hîc male illud Prophetæ *Habacuci* applicatum. *cap. 3, 4 Splendor ejus, ut lux erit, Cornua in manibus ejus.* conf. *Jul. Firmicus lib. de errorib. Prof. relig.* Similem ritum cum Slavis, *Zeilanenſes* pagani hodieque fere obſervant: quo de ita *Robertus Knox Ceylan.* ReiſeB. *lib. 3. cap. 4 p. 167.* Jährlich im Junio, oder Julio wird in Ceylan ein Feſt und allgemeine Verſammlung gehalten, ſo ſie Perahar nennen, da die drey Götter fürnehmlich ihren Umgang halten, dieſes Feſt währet vom neuen Monden an, bis zu dem vollen Mond: zwey oder drey Tage vor

den vollen Mond wird einem jeden von den Abgöttern ein ſilbern Gefäß nachgetragen: womit ſie denn gleich um die Stunde, da der Mond voll wird, hinaus an einen Fluß ziehen, ſelbiges darein tauchen, und voll Waſſer ſchöpffen; welches von ihnen mit zurück nach dem Tempel getragen, alda bis auf das folgende Jahr, aufgehoben, und alsdenn hinweg geſchüttet wird. *ὡς ἐν παρόδῳ* legi etiam poteſt, quid *Grotius de cratere Joſephi, Gen.* 44. ſentiat: & quemadmodum eum confutat *B. D. Abraham Calovius Bibl. Illuſtr. ad h. l.* III. *Enſis Svantevit* prægrandis, docet nos memoria repetere, quod annotavit *Joh. Phil. Pfeiffer Antiq. Græc. lib. 1. c. 5. p. 7. Lacedæmonii omnes Deos ſuos colebant armatos: auctor enim eſt Plutarchus in Inſtitutis Laconicis, quod non ſolum Venus, ſed omnes alii Dii, tam mares quam fœminæ, Spartæ fuerint haſtata, tanquam omnibus virtutem bellicam habentibus. Alias ubique nuda, vel ſaltem ſine armis proponebatur Venus. Armata tamen apud Spartanos Veneris etiam meminit Pauſanias, eamque Morphus nomine dictam fuiſſe ſcribit, lib. 3. Laconicorum: Meminit item ejus Quintilianus lib. 2. c. 4. & Epigrammata Veterum Græcorum, quæ ibidem armatam Venerem celebrant, lib. 4. Anthalog. c. 12 n. 9 21. 22. 23. 24. 25. 31.* (Sic etiam *Michaël Angelus* in ſuis *Gemmis Antiquis delineatis edit. Romæ an. 1700.* figura 73. *Venerem victricem* oſtendit, nudam quidem, & ſcuto ſuffultam, dextram haſta, *lævam enſe armatam*, adſtat quoque cupido, qui matri galerum porrigit, doc. *Collect. Act. Erud. Lipſ. an. 1700. p. 482.*) Cauſam enſis Veneri olim præbiti, optime nobis explicat *Hieronymus Epiſt. ad Principiam Virginem, Tom. III. Oper. f. 107. Ut ſcias ſemper virginitatem gladium habere pudicitiæ, per quem truncat opera carnis, & ſuperat voluptates: gentilis quoque error Deas Virgines finxit armatas.* Alia legas ap. *Lactant. Inſt. Divin. lib. 1. c. 20. p. 126.* Sed vero quod & *alios ſuos Deos armatos ob oculos poſuerint priſci gentiles, forte ideo fuit factum, quod ab iis virtutem bellicam eſſe petendam judicarint: ſummum enim decus in armis ponebant. Charilaus tamen cauſam ſciſcitanti cuidam, cur Spartæ omnia Deorum ſimulacra eſſent armata? reſpondit, Ne, quæ opprobria hominibus objiciuntur, ob ignaviam in Deos referamus: ac ne inermes noſtri juvenes Diis vota nuncuparent, ut eſt apud Plutarchum in ſuo Apoph. Reg. Laconicor. p. 332. Unde videtur, juvenes quoque Lacedæmoniorum armatos fuiſſe, dum Deos ſuos colerent.* Hæc *Pfeifferus. Cicero lib. 1. de Nat. Deor. p. 291.* galeatæ etiam meminit Minervæ: *Sittaviæ Luſatorum* in æde Sancti Johannis, hiſtoriam vidimus *Matth. 25. 1-13.* depictam in tabula antiqua, qua Chriſtus Salvator noſter Hiſpanice veſtitus, & gladio prælongo cinctus ſiſtitur. Atque hoc poſterius ſaltem in gratiam antiquitatis, & rei domeſticæ, monendum erat. *D. Martinus Lutherus Comm. in Pſal. 45, 3. Tom. III. Jen. Lat. fol. 466. a. Chriſtus non eſt pingendus cum ſelle vel gladio in ore, ſicut eum paſſim pingunt, niſi ſpiritualiter intelligas: ſed ita pingendus eſt, ut labia ejus videantur eſſe merum ſaccarum, & mel, qui aliter pingit hoc ot, is errat.*

§. XIII. Obſerv. (4) *Cultores Svantevitі.* Hi fuere (1) *Slavi in genere omnes:* ita *Helmoldus Chron. Slav. lib. 1. c. 6. De omnibus provinciis Slavorum illic* (Arconæ apud Svantevitum) *reſponſa petuntur, & ſacrificiorum exhibentur annuæ ſolutiones. Et cap. 52. Inter multiformia autem Slavorum numina præpollet* Zvantevith, *Deus terræ Rugianorum: -- De omnibus Slavorum provinciis ſtatutas ſacrificiorum impenſas illo tranſmittebant. Saxo Gramm. Hiſt. Dan. lib. 14. f. 321.* Statuam Svanteviti *totius Slaviæ penſionibus cultam fuiſſe ſcribit. Et mox: Alia quoque fana (præter Arconenſe) compluribus in locis hoc nomen habebant, quæ per ſupparis dignitatis ac minoris potentiæ flamines regebantur.* (2) *In ſpecie*, quod mirum, etiam *Chriſtiani* nonnulli. Ita enim *Saxo loc. dict. Hanc Svanteviti ſtatuam totius Slaviæ penſionibus cultam, finitimi quoque reges, non abſque ſacrilegii reſpectu donis proſequebantur.* Scilicet (1) *mercaturæ ergo:* id factum eſſe memorat *Helmoldus lib. 1. c. 6.* inquiens: *Sed nec mercatoribus, qui forte ad illas ſedes appulerint, patet ulla facultas vendendi vel emendi, niſi prius de mercibus ſuis Deo ipſorum* (Rugianorum, Svantevito) *pretioſa quæque libaverint: & tunc demum mercimonia foro publicantur.* (2) *Piſcationis gratia.* Ita rurſum *Helmoldus lib. 2. cap. 12. In Novembri flante vehementius vento, multum illis* (in Rugia) *halec capitur, & patet mercatoribus* (Chriſtianis) *liber acceſſus; ſi tamen ante Deo terræ legitima ſua perſolverint.* (3) *Bohemi-Slavi:* Ita *Dubravius Hiſt. Bohem lib. 1. p. 53. Diu ſuperſtitio & cultus ejusdem ſimulacri* (Svateviti) *etiam inter Bohemos viguit.* (4) *Luſatii & Miſnenſes-Sorabi:* Ita *Hieronymus Emſerus in vita Bennonis cap. 8. Jacebant Miſniaci & Luſatii fallacibus cacodæmonis technis irretiti, & offuſis Idololatriæ tenebris occæcati adeo, ut ſimulacris tribuerent honores ſoli divino Numini deferendos. Horum Idolorum unum* Radgoſt, *alterum* Czornebog, *tertium, idque potentiſſimum, Svantevoitz appellabatur.* vid. *Petrus Albinus Chron. Miſn. tit. 11. p. 299. ſeq. Simon Chron.* Eilenburg. *Part. I. c. 8. p. 197. Jacobus Ticinus Epit. Hiſt. Roſenthal. cap. 1. p. 29. ſq. Sebaſtian Mann* in kurtzen Entwurf der Stadt Hayn in Meiſſen, *edit. Dresd. an. 1663. in 4.* Man hält dafür, daß ſo wohl der Abgott Swante-

witz und Zutiberus (zu der Soraber Wenden Zeiten) in dieſer (der Stadt Hayn) Gegend abſonderlich ſind veneriret und angeruffen worden. Dieſes Bildnüß nun des Svvantevvizi, ſo auf teutſch ſo viel als ein heiliges Licht, oder wie etliche wollen, ein heiliger Grund heiſſen und bedeuten ſoll, und welchem die Soraber Wenden an dieſem Orte im Heydenthum, die meiſte Ehre angethan, ſoll noch für unſerer Zeit (nach Ausweiſung und Berichte Laurentii Beccenſteins) in S. Annen Capellen, alhier vor dem Dreßdeniſchen Thore gelegen, deßen rudera E. E. Rath ohngefehr für 2½ Jahren hat vollends übern hauffen werffen laſſen, in einem Winckel, (gleich wie der Roland noch heute zu Tage in etlichen Städten) möchte man wohl ſagen, bloß zum Gedächtniß geſtanden und aufgerichtet, zu ſehen geweſen ſeyn, von welchem Abgott auch das Dorf Swantewitz, ſo anitzo Tit. Herrn Chriſtian Seydeln, Churfl. Sächß. wohlbeſtalten hieſigen Amt-Schreiber zuſtehet, alſo ernennet worden ſeyn ſoll. (Alhier ſtehen ihrer etliche in den Gedancken, obberührtes Bildnüß des Götzens Swantewitz ſey zwar bey Manns gedencken an dieſen Orte annoch zubefinden geweſen, nicht aber habe eigentlich ſelbiges in S. Annen Capellen, ſondern vielmehr in einer abſonderlichen Clauſe, nechſt darbey geſtanden: welches ich auch auf gewiſſere Nachrichtung muß geſtellet ſeyn laſſen.) Hæc *Maunus.* (5) *Wagrii*, id eſt, *Lubecenſes: Helmold. lib. 2. c. 12. Etiam noſtra adhuc ætate, non ſolum Wagirenſis terra, ſed & omnes Slavorum provinciæ illuc* (ad Svantevitum) *tributa annuatim trasmittebant, illum Deum deorum eſſe profitentes.* Denique, ut alios ſicco prætercam pede, (6) Imprimis *Rugiani: Helmold. lib. 1. c. 36. Sunt Rani, qui ab aliis Runi appellantur, populi crudeles, habitantes in corde maris, Idololatriæ ſupra modum dediti, primatum præferentes in omni Slavorum natione, habentes Regem, & fanum celeberrimum* (Svantevitii:) *Unde etiam propter ſpecialem fani illius cultum, primum venerationis locum obtinens; & cum multis jugum imponant, ipſi nullius jugum patiuntur, eo quod inacceſſibiles ſint, propter difficultatem locorum. Gentes, quas armis ſubegerint, fano ſuo cenſuales faciunt. Major flaminis, quam regis veneratio apud ipſos eſt: qua ſors oſtenderit, exercitum dirigunt. Victoriæ aurum & argentum in ærarium Dei ſui conferunt, cætera inter ſe partiuntur. confer. ſupra §. 5.*

§. XIV. Obſerv. (5) *Cultus Svantevitii. Helmold. paucis ita lib. 1. c. 52. Inter multiformia Slavorum numina præpollet Zvanthevith, Deus terræ Rugianorum: utpote* (1) *efficacior in reſponſis, cujus intuitu ceteros* (2) *quaſi ſemideos æſtimabant: Unde etiam* (3) *in peculium honoris annuatim hominem Chriſticolam, quem ſors acceptaverit, eidem litare conſueverunt. Quin* (4) *de omnibus Slavorum provinciis ſtatutas ſacrificiorum impenſae illo trasmittebant.* (5) *Mira autem reverentia circa fani diligentiam affecti ſunt: namque juramentis facile indulgent, neque ambitum fani, vel in hoſtibus temerari patiuntur. Et lib. 2. c. 12. Rugiani Sanctum Vitum, quem nos ſervum Dei confitemur, pro Deo colere cœperunt, fingentes ei* (6) *ſimulacrum maximum, & ſervierunt creaturæ potius, quam creatori. Adeo autem hæc ſuperſtitio, apud Ranos invaluit, ut Zvantevit Deus terræ Rugianorum inter* (7) *omnia numina Slavorum primatum obtinuerit,* (8) *clarior in victoriis, efficacior in reſponſis. Unde etiam noſtra adhuc ætate, non ſolum Wagirenſis terra, ſed & omnes Slavorum provincia, illuc tributa annuatim transmittebant, illum Deum Deorum eſſe profitentes.* (9) *Rex apud eos modicæ æſtimationis eſt, comparatione flaminis. Ille enim reſponſa perquirit; & eventus * ſortium explorat. Ille ad nutum ſortium, & porro Rex & populus ad illius nutum pendent. Inter varia autem libamenta, ſacerdos nonnunquam ** hominem Chriſtianum litare ſolebat: hujuscemodi cruore Deos omnino delectari jactitans;* reliqua vid: *ſupra ſect. 1. cap. 2. §. 1. Dubravius Hiſt. Bohem. lib. 1. p. 53. Sacerdos* (10) *ſacra Svantovito, vino & placenta faciebat: vinum pridie ſolenniter* (11) *in cornu, quod dextra gerebat, infuſum; ſi poſtridie integrum ſine ulla diminutione manebat, bonum incrementi liquidarum fluentiumque rerum illius anni eventum ſignificari dicebat: malum vero, ſi quid de vino fuerat ſua ſponte diminutum. Habuit &* (12) *placenta, a ſacerdote & populo comeſa, ſua præſagia, futuram ejus anni frugum copiam, aut inopiam præſagiens. Erat que ſacrificium utrumque ad mores gentis prorſus appoſitiſſimum; ſiquidem in hunc usque diem Sclavini placentis & vino nimium delectantur, tractantque liben-*

* Per *ſortes* enim olim Satanas oracula quoque edebat; qua de he legatur *D. Mabius de Orac. Ethnic. cap. 2 p. 39. ſeqq. Ant. van Dale Diſſert de Oracul. Ethnic.* (conſ. *Act. Erud. Lipſ. an 1684. p. 211.*) *D. Caſparus Peucerus de Divinat. cap. de Sortibus. p. 396-421.* Modus autem ille ſortitionis ab Ebræis ad gentiles tranſiit, ita nos docet *Robertus Sheringhamius Comm. in Jonam.* vid. *Act. Erud. Lipſ. an. 1696 p. 395.* aliam ſortium originem tradit *Cicero lib. 2. de Divinat. Tom. IV. Oper. p. 197.*

** De ἀνθρωποθυσία gentilium, & cauſis ejus prolixe diſſerunt *D. Mabius Orat. de Sacrificiis. p. 102-111. Johannes Saubertus Libr. de Sacrific. cap. 21. Maſius de Diis Obotrit. c. 5 p. 112. ſſ. M. Adami* (vulgo *Miſander,*) *Delic. Bibl. V. T. Tom. V. quæſt. 141. p. 94--106.*

libenter arma & belligerantur: ſimulacrum illud oetus bellicoſum armisque inſtructum imitantes.

§. XV. Atenimvero prolixior longe hic eſt *Saxo Grammaticus Hiſt. Dan. lib 14. f. 320 ſeq* quem nunc audiemus: *Solennis eidem* (Svantevito) *cultus hoc ordine pendebatur:* (13) *Semel quotannis poſt lectas fruges promiſcua totius inſulæ frequentia, ante ædem ſimulacri, litatis pecudum hoſtiis, ſolenne epulum religionis nomine celebrabat. Hujus ſacerdos præter communem patriæ ritum,* (14) *barba comaq; prolixitate ſpectandus, pridie quam rem divinam facere debuiſſet,* (15) *ſacellum (quod ei ſoli intrandi fas eſt)* (16) *adhibito ſcoparum uſu, diligentiſſime purgare ſolebat: obſervato,* (17) *ne intra ædem halitum funderet. Quo quoties capeſſendo vel emittendo opus habebat, toties ad januam procurrebat, ne videlicet Dei præſentia mortalis ſpiritus contagio pollueretur. Poſtero die populo præ foribus excubante detractum ſimulacro* (18) *poculum curioſius ſpeculatus, ſi quid ex inditi liquoris menſura ſubtractum fuiſſet, ad ſequentis anni inopiam pertinere putabat. Quo annotato, præſentes fruges in poſterum tempus aſſervari jubebat. Si nihil ex conſueta fœcunditatis habitu diminutum vidiſſet, ventura agrorum ubertatis tempora prædicabat. Juxta quod auſpicium inſtantis anni copiis, nunc parcius, nunc profuſius utendum monebat. Veteri deinde mero* (19) *ad pedes ſimulacri libamenti nomine defuſo, vacuefactum poculum recenti imbuit: ſimulatoq;* (20) *propinandi officio ſtatuam veneratus,* (21) *tum ſibi, tum patriæ bona, civibusq; opum ac victoriarum incrementa ſolennium verborum nuncupatione poſcebat. Qua finita admotum ori poculum nimia bibendi celeritate continuo hauſtu ſiccavit, repletumque mero ſimulacri dextera reſtituit. Placenta quoq; mulſo confecta, rotundo forma, granditatis vero tantæ, ut pene hominis ſtaturam æquaret, ſacrificio admovebatur. Quam ſacerdos ſibi ac populo mediam interponens, an a Rugianis cerneretur, percontari ſolebat. Quibus illam a ſe videri reſpondentibus, ne poſt annum ab hiſdem cerni poſſet, optabat. Quo precationis more non ſuum, aut populi fatum, ſed futuræ meſſis incrementa poſcebat. Conſequenter* (22) *ſub ſimulacri nomine præſentem turbam conſalutabat, eamq; diutius ad hujus numinis venerationem ſedulo ſacrificii ritu peragendam hortatus, certiſſimum cultus præmium, terra mariq; victoriam, promittebat. His ita peractis reliquum diei* (23) *plenis luxuriæ epulis exigentes, ipſas ſacrificii dapes in uſum convivii, & gulæ nutrimenta vertere, conſecratas numini victimas intemperantiæ ſuo ſervire cogentes. In quo epulo ſobrietatem violare pium æſtimatum eſt, ſervare nefas habitum.*

§. XVI. Antequam reliqua *Saxonis* huc transferam, quædam interſerenda erunt. *Johannes Spencerus de Urim & Thummim cap. 4. ſect. 13. p. 226.* multus in eo eſt, ut aſſerat, falſiſſimum eſſe illud veterum verbum: *Dei ſimiam eſſe Diabolum.* Verba ejus apud *D. Carpzovium Comment. ad Schickard. Jus Reg. cap. 1. th. 2. p. 26. edit. Lipſ. an. 1674. hæc ſunt: Probe novi, illud e conſtrina dictum, Diabolus eſt Dei ſimia; multo plurimos non aliter, quam ut oraculo miſſum accipere ſolere; at quam vanum & a vero alienum ſit, facile percipiat quiſpiam, qui plurima illa legis inſtituta recolat, quorum ne rudiores lineas & umbellas in tota rituum ethnicorum farragine reperiamus, quæ tamen omnia eadem opera, qua ulla alia, templis ſuis donare potuit diabolus: & voluit ſane, ſi cultum ex divino per omnia ornatum tanti habuiſſet. Præterea ſi Diobolus Dei inſtituta tanquam cultus ſui exemplar & ſpeculum ante oculos ſemper habuiſſet, ipſe procul dubio ritus ſuos veteres e veſtigio permutaſſet, cum Deus leges aliquas iis e regione pugnantes eradidiſſet. Deinde, quas nuces, quid commodi captare poterat Diabolus, (qui cuncta ex uſu agit,) ſi modo ſimia fuiſſet, & ſeſe ad cultus divini imitationem tam ſedulo compoſuiſſet? quid, ipſe video, illius magis intererat, plane diverſas cultus ſui ceremonias inſtituere, ut per eas, tanquam proprios characteres, greges ſui ab ovibus Paſtoris Iſraelis diſtinguerentur. Neque credibile eſt, Diabolum cultum divino ſimilem, ut vanitati & faſtui inutili litaret, ambire voluiſſe: procul dubio non adeo delirat vetus ſerpens. Hæc Spencerus.* add. *Ejuſdem Librum 8. de Legibus Hebræor. ritualibus.* Sed vero non primus ille quidem eſt, qui ſe inveteratæ apud eruditos, & omni deſtitutæ dubio ſententiæ opponat: nam ante ipſum totus pridem in eo fuerat *Sam. Parkerus libro 2. Tentam. Phyſ. Theol. cap. 1. p. 181. ſeq.* ut oſtenderet, vana omnia eſſe, quæ eruditi e gentilium Theologia promant, quaſi e veri Dei cultu ad ipſos translata eſſent, & *toto cap. 3. inde a pag. 268. & ſeqq.* prolixe iſthoc unum caput probare nititur, plerumque gentilium Theologiam Hiſtoricam perperam & temere Sacræ Hiſtoriæ accommodari. Nuper etiam his accedere *Johannes Marchamus* voluit; quem docte eleganterque celeberrimus Academiæ Ultrajectinæ Theologus *Hermannus Wituſius in Ægyptiacis, edit. Amſtelod. an. 1683.* refutavit. vid. *Act. Erud. Lipſ. an. 1684. p. 211. ſeqq. Spencerum* autem correxerunt *Johannes van der Waeyen. in Var. Sacris. diſſert. 3.* (vid. *Act Erud. An. 1693. p. 362 ſeqq.*) *Chriſtianus Wormius de corruptis Antiquit. Hebr. apud Tacit. & Martial. veſtigiis, c. 3. Salomon a Til, in Atrio Gentium, Part. 2.* (*conſ. Act. Erud. Lipſ. An. 1695. p. 397.*)

Quicquid ſit, nos *Parkero*, etiam *Spenero*, aliisve opponenda noſtra duximus, quæ ex cultu *Svanteviti* nunc recitato, pro confirmanda veterum ſententia collegimus *I. Efficax vel efficacior aliis Diis in reſponſis dicitur* fuiſſe *Svantevitus.* Mihi vero dubium non eſt, quia reſponſa Svanteviti opera ipſiusmet Diaboli data fuerint, ut ſic imitaretur *Urim & Thummim* (de quo *Exod. c. 28.*) & reliqua divina oracula, compellationes atque οἰκονομίας, ſeu conſociationes, quibus ſeſe evidenter Deus communicavit & aperuit Patribus & Prophetis; de quibus *Paulus Ebr. 1, 1.* inquit, *Deum olim* πολυμερῶς καὶ πολυτρόπως, *multis vicibus, & multis modis olim locutum eſſe Patribus.* Evolveſis huc *D. Georg. Mebium, in Tract. de Oraculis Ethnicorum, cap. 3. & 4.* & quidem editionis recentioris *Lipſ. anno 1685.* quo data opera *Antonium van Dale* refutat, ſibi adverſantem in *libro de Oraculis*; quippe qui Oracula ethnica ex meris artificiis ac fraudibus hominum, honorem, autoritatem, lucrumque captantium eſſe orta magno ſtudio contendat. Etiam mihi *D. Caſparus Peucerus Budiſſin: libro de divinat. cap. de Oraculis. p. 220. & ſeqq. edit. Francof. an. 1593.* aſſentitur. *De Urim & Thummim* vid. *Waltherus Spicileg. quæſt. 16. D. Quenſted. Antiq. Bibl. & Eccleſ. cap. 1. n. 6. p. 44. 45. 46. 47. Johannes Lundius Jud.* Heiligth. *lib. 3. c. 6. ſ. 428 - 448. edit. Hamburg. & Rudolſtad. anno 1704. in fol.* Data inſuper reſponſa illa Diaboli per idolum Svvanteviti ſententiam infringunt *Joh. Aventini Annal. Bojor. lib. 2. f. 81.* aliorumque dicentium, Oracula nato Chriſto plane deſiiſſe; at hos confutant quoque *D. Mebius tract. dict. c. 6. p. 96 ſeqq. Antonius van Dale diſſert. de Oracul. Ethnic. edit. Amſtelod. anno 1682.* (conf. *Act. Erud. Lipſ. an. 1684. p. 207. ſeqq.*) *Eraſmus Franciſci in Exoticis cap. 45. de Oracul. p. 524-540. Miſander. Delic. Bibl. V. T. tom. III. qv. 61. p. 839. ſeqq. Rabenerus in Amœnitatibus p. 11. & ſequentib.* quibus addendus Vir clariſſimus *Wilhelmus Johannes Müllerus*, talia in *Deſcript. regni Fetu, p. 59.* nobis narrans: Wann der Cucu (idolum ſeu diabolus terræ) um etwas ſoll gefraget werden, ſo begeuſt einer von ſeinen Pfaffen den daſelbſt liegenden groſſen Stein dreymal mit Waſſer, und gebraucht ſich hiebey einiger Beſchwerungs-Worte; alsdenn erſcheinet Cucu in Jäger-Geſtalt, und giebt auf die gethane Frage Antwort. Et p. 57. Wenn eine wichtige Sache vorfällt, um welcher willen der Abgott ſoll befragit werden, beruffet man hierzu einen Pfaffen, demſelben wird das Vornehmen entdecket, ingleichen ein Opffer gegeben, um ſich einer Antwort und Raths bey dem Abgott zu erholen. Mit ſolchem Opfer gehet der Pfaff entweder an einen beſondern Ort, welcher dieſem oder jenem Oboſſun (Gott) gewiedmet iſt: aber es hat der Pfaff in einem dicken Gepüſche eine eigene Hütte, zu welcher er ſich allein verfüget; wie es aber eigentlich mit ſolchen Fragen und Antworten beſchaffen ſey, habe ich niemahls weder von den Pfaffen, noch von den Schwartzen recht erfahren können. Sic & *Jacobus* Apoſtolus ad Hermogenem: *Idolum, quod aderas, & divinationes, quas tibi putabas ab eo reſponderi, confringe:* ita *Abdias* Apoſtol. Hiſt. lib. 4. c. 4. p. 521. II. *Mira reverentia circa fani diligentiam affecti ſunt.* Sic *Levit. c. 19. 30. Sanctuarium meum metuite: ego Dominus.* Docent autem Ebræi, conſtitiſſe reverentiam Templi in V. T. in geſtibus externis erga templum exhibendis, v. g. ne intraret aliquis in templum baculo vel calceis, vel pulvere pedibus inhærente, vel pecunia ſindoni illigata, &c. item, ne exſpueret, vel ne tranſiret Templum, ut viæ faceret compendium, ſine neceſſitate: vel ne ad lævum latus more lugentium, aut excommunicatorum Templum ingrederetur, ſed ad latus dextrum ingrederetur, & exiret in ſiniſtrum; vel ne finito miniſterio ſuo tergum obverteret templo: vel ne ſeſſum caperet in templo, quod ſoli Regi licebat: vel ne domum ſuam ad formam templi: vel utenſilia domeſtica, ad formam utenſilium templi fabricaret, &c. ita *Maimonides de Domo Electa, ſive Templo, c. 7. Talm. Babyl. de Fratriarum jure c. 1. & de Menſuris Templi c. 2. & de Juge ſacrificio, c. 1. & de Die Expiat. c. 2. D. Daſſovius Comment. MS. in Levit. loc. dict. ſect. 9. III. Ambitum fani ne in* (ab) *beſtibus temerari patiantur.* Illud *a Judæis* quoque obſervatum eſt. Hinc *Herodes* Atrium pro peregrinis a ſe conſtructum, muro lapideo trium cubitorum, diſcrevit ab Atrio fœminarum: quem murum condecorabant pilæ paribus intervallis diſpoſitæ, inſcriptionem ejusmodi literis Ebraicis, Græcis & Latinis exaratam ferentes. *Non debet alienigena locum ſanctum tranſire. Joſephus de Bell. Jud. lib. 6. c. 6. Quenſted. Antiq. Bibl. & Eccleſ. c. 8. num. 4. p. 736. Goodvvin. Moſ. & Aaron. lib. 2. c. 1. p. 152. Chladni Inventar. Templor. c. 2. artic. 2. p. 167.* Sic & apud Græcos non omnibus adire templum licebat, de quo *Pfeifferus Antiq. Græc. lib. 1. c. 39.* per totum. IV. *Solennis cultus poſt lectas fruges.* Iterum heic Slavos videas æmulos rituum populi *Ebræi.* Juſſerat enim *Ebræos* Deus collectis frugibus panes primitiarum duos offerre, cumque panibus ſeptem agnos immaculatos anniculos, & vitulum de armento unum, & arietes duos, libamentaque, &c. *Lev. 23, 16. ſeqq.* Et poſtea v. 39. *A quinto decimo die menſis ſeptimi, quando congregaveritis omnes fructus terræ veſtræ, celebrabitis ferias Domini ſeptem diebus.* Itaque ſolennia duo feſta cele-

celebranda a judæis erant, lectis frogibus: prius erat *Feſtum Pentecoſtes*, & poſterius *Feſtum Tabernaculorum*. Alia huc pertinentia dabimus infra in capite de *Pergubic*. V. *Sacerdos barbæ comaque prolixitate ſpectandus.* Scilicet id factum, quia Deus prohibuerat *Lev. 21, 5. nec radent caput, nec barbam ſacerdotes filii Aaron* vid. *D. Gejer. de luctu Ebræor. cap. 8. §. 8. p. 227. ſeq.* præterea aliis etiam judæis dictum eſt, *Lev. 19, 27. neque in rotundum attondebitis comam, nec radetis barbam.* Erat tonſio anguli capitis, ſi quis tempora capitis pone aures æqualiter tonderet, ut quaſi coronam faceret capitis, & ſupra tempora multi ſucciſi crines apparerent: tonſio anguli barbæ erat, ſi tonderentur maxillæ ſuperius & inferius mentum. Ita *Raſchi, Autor Siphra, & Elias Orientalis in Lev. c. 19.* conf. *D. Gejerus de Luctu cap. 8. p. 281. ſeq.* VI. *Pridie quam res divina fieret, ſacellum ſcopis purgatum eſt.* Sic in Eccleſia V. T. ſingulo die ante lucem ortam, convocatis ſacerdotibus ad conclave vaſorum lapideorum, ſors prima de eo erat, *qui altare ſuffitus purgaturus eſſet*: facto ſortilegio ſacerdos purgaturus altare decinerabat. *Daſſovius Antiq. Ebr. MSS. ſect. 1. cap. 3. n. 5.* (In Synodo Carthagin. 4. anno 418. juxta Marianum Scotum habita, ſancitur, ut Templorum pavimenta energumeni verrant. de Orig Templ. lib. 1. cap. 12. fol 24.) Purgabatur autem etiam ſingulo mane *altare holocauſtorum, Lev. c. 6, 5. 6. veſtietur tunica ſacerdos & fæminalibus lineis tolletque cineres; quos vorans ignis excuſſit, & ponens juxta altare ſpoliabitur prioribus veſtimentis induetusque aliis efferet eos extra caſtra: &c.* Circa quam cinerum collectionem, not. (1) *Perſona colligentes:* Hæ erant ſacerdotes, induentes veſtes lineas, id eſt, caligas lineas, cuti adjacentes, induſium reticulatum, baltheum, & cidarim lineam. *Charkuni in Lev. c. 6.* Quas veſtes albas neceſſario fuiſſe requiſitas in cinerum remotione, nonnulli Ebræorum arbitrantur, quia remotionem ſpirituum immundorum adumbraverunt. *R. Menachem in Lev. c. 6.* Quicquid tamen de veſtium ſignificatione ſit, certum eſt, iſtas veſtes lineas, quibus ſacerdotes cineres collecturi induebantur, fuiſſe vilioris pretii, quam erant ordinariæ veſtes ſacerdotum lineæ, in quibus miniſtrabant. *Majmonid. de Jugeſacrific. c. 2. Talm. Babyl. de Feſto Expiat. f. 13* (2) *colligendi tempus*; communiter colligi ſolebat cinis altaris quam primum aurora effulgeret, niſi quod in feſtis circa initium tertiæ partis noctis, & in Feſto Expiationis media nocte colligeretur. Tempore autem ingruente, ſacerdotes ad munera Templi ſorte diſtribuenda convocabantur: deinde ſacerdos ad cineres colligendos electus lavabat corpus: & poſteaquam veſtes lineas induiſſet, manus ac pedes lavabat, ſive ſanctificabat, ac capiebat vas ſacrum argenteum Peſachta, quod cineribus colligendis erat accommodum. *Majmonid. de Jugeſacrif. c 2. Miſchna de Feſto Expiat. c. 1. circa finem.* (3) *Denique deportatio cineris* ita inſtituebatur: nempe ſacerdos, qui quotidie cinerem de altari deferebat, implebat vas ſacrum ſuum argenteum, cineribus, & quantum capere eo vaſe poterat, tantum de altari deferebat, & ad latus altaris auſtrale, effundebat in locum peculiarem cineribus effundendis deſtinatum, & a ſcala illa, tribus palmis remotum: in quem etiam avium ingluvies & cinis altaris aurei interioris, ut & cinis candelabri ſacri dejiciebantur. *Miſchna de Jugeſacrific. cap. 10. Maimonid. de Jugeſacrific. c. 2. Abarbenel in Levit. fol. 236. col. 4. Elias Orient. in Levit. c. 6. & Raſchi in Levit. c. 6.* Deinde alii Sacerdotes poſteaquam laviſſent manus & pedes, reliquos in altari cineres coacervabant, facientes in medio altari acervum cinerum. Pomum altaris dictum: & eorum dimidium Omer, ſive quintam partem Ephæ in vaſe deportabant, ac in eundem locum, ad ſcalam altaris projiciebant. A quo loco poſtea per alios ſacerdotes, ultro ſe ad illud miniſterium offerentes, & promiſcue per omnes, modo non eſſent vitioſi, in vaſis minoribus extra civitatem cineres deportabantur, deportatique in locum mundum deponebantur, ubi difflari a ventis nequirent; quem locum a parte orientali civitatis fuiſſe, Ebræi aſſerunt. *Majm. de Jugeſacrific. c. 2. Miſchna de Juge ſacrif. c. 2. Abarben. in Levit. f. 236. R. Levi Ben. Gerſon in Levit. c. 6.* Hæc *Daſſovius Comment. MS. in Lev. cap. 6. ſect. 1.* Addatur *Johannes Saubertus de Sacrif. c. 17. p. 715 - 718.* VII. *Ne intra ædem halitum funderet.* Mira ἐθελοθρησκεία nata & prapagata, ut opinor, ex his cauſis: Deus decalogum promulgaturus, populo Iſrael per Moſen dixerat: Cavete, ne aſcendatis in montem nec tangatis fines illius, omnis, qui tetigerit montem, morte morietur, *Exod. 19, 10. & 21. Conteſtare populum, ne forte velit tranſcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo.* Et *ſteterunt procul, cap. 20, 18* confer. eo *c. 33, 20. 22. - 25. & c. 34, 3.* Sic & de *Elia* dicitur *1. Reg 19, 13. cum audiſſet* (ſibilum auræ tenuis, in qua Dominus,) *operuit vultum ſuum pallio, & egreſſus ſtetit in oſtio ſpelunca.* Illa itaque præcepta & exempla ſibi capienda duxit Diabolus, Spiritus ſuperbus, ſuisque perſuaſit, ut ſtatuas cominus intueri, & ore, tanquam parte corporis pudenda, contingere vererentur: nonnulli enim olim oſculabantur ſimulacra, *1. Reg. 19, 18.* eorumque ora ac manus, ita ut ſæpe ſalutantium tactu præ-

ter-

te: que meantium, idola mento eſſent attritiore,& dextris attenuatis. Hinc igitur duplex exorta eeremonia eſt: (1) *Adoratio*, qua eminus ſtantes a facie jactabant (id eſt, porrigebant,) manus, ut loquitur *Juvenalis, Satyr 3, 106.* vel *baſia*, ut *Phadrus fab. 88, 28.* manusque retractas velut auguſtiores factas verenter ad os ſuum referebant. Quem communem ritum colendi ſe non obſervaſſe, reſtatur *Jobus cap. 31, 27.* vid. *Zebuerus Adag. Sacr. Cent. 4. Adag. 36. Pfeifferus Antiq. Græc. lib. 1. c. 4. Bayerus additam. ad Selden. de Diis Syris, prolegom. c. 3. p. 38. ſq. Saubertus de Sacrific. c. 12. p. 281-283.* (2) *Capitis oriſque obvelatio*, qua cautum, ne inter devotionem & adorationem oculis circumſpicerent, *Virgilius Æn. lib. 3. Alexander ab Alexandro Gen. Dier. lib. 2. cap. 14. Tiraquellus in not. ibid. fol. 182. Saubertus de Sacrific. c. 12. p. 274. ſ.* vel ne impuro halitu Deos contaminarent. Huc *Mandetlov lib. 1. c. 16. Indian.* Reiſebeſchr. Im Tempel ſahen wir rinen Pfaffen, daß er dir Bilder mit Blumen und Kräntzen behreng, weiche dir, ſo zum Gebet oder Götzendienſt kamen, zum Opffer mitbrachten. . . Indem der Pfaffr den Schmuck on dir Bilder legte, hatte er das Moul mit einem groſſen Tuche verbunden, damit nicht etwa ſein unſauberer Odem an das Bild käme. cit. *Jacob. Nicol. Röſerus Evangeliograph. Emblem. Part. I. p. 255. ſeq. Robertus Knox Ceylan.* Reiſe-Beſchr. *lib. 3. c. 4. p. 164.* Die Cingulayen halten jährlich im Monat Junio oder Julio, an rinem Neu-Monden ein hohes Feſt, und allgemeine Verſammlung, das ſie Perahar heiſſen, zu Ehren ihren Göttern, und deren Hülffe und Beyſtand zu erwerben, wird auf folgende Weiſe angeſtellet: Der Prieſter träget einen gewiſſen Büntgen olten Stab (durch welchen Allour neur Dio, das iſt, der Gott und Schöpffer Himmels und der Erden obgebildet werden ſoll) hervor, welcher umher mit ongereyeten Blumen umhangen, und mit einen ſtück ſtreiffigten ſeidenen Zeuges alſo umwickelt iſt, daß ein Theil davon bedecket wird, und ein Theil unbedeckt bleibet: für dieſen bücket ſich das Volck nieder, und betet ihn an; es bringet ihm auch ein jeder einig Opffer zum Geſchenck dar, nach ſeinen freyen Willen. Wann nun ſolche freywillige Opffer von dem Volcke auf und angenommen werden, ſo nimt alsdenn der Prieſter ſeinen gemachten Stab auf die Schulter, wobey er denn ein Tuch um den Mund gebunden hat, um zuverhindern, daß nicht etwan ſein Athem dieſes reine ſtück Holtz beflecke, und ſetzet ſich alſo auf rinen Elephanten, &c. (*Johannes Xiphilinus Epit. Dionis in Auguſto. f. 196. Proculus cum primum Largo factus eſſet obviam, cœpit nares ſuas & os manu occludere, atq; ita ſignificare iis, qua aderant, praſentes tutum non eſſe coram eo reſpirare.* *Largus* war in groſſen Gnaden bey Auguſto, und hatte kurtz vorher den Cornelium Gallum Ægypti præfectum angegeben, daß er ſich ſelbſt ermordet, ous Furcht fürm Kayſer nicht zubeſtehen.) Eam igitur ob cauſam etiam apud *Slavos* inter ædes Svantevitı halitus nec captus, nec emiſſus eſt. Quod alias oris obvelationem attinet, ſolet eadem eeremonia ab *anlicis Regis Ceilanenſium* adhiberi: *Rob. Knoxius lib. 2. c. 2. p. 74.* Was jrgends nur zu eſſen, oder zu trincken vor den König gebracht wird, iſt mit einem weiſſen Tuch dedecket, und rin iedrr, der es bringet, hat eine Binde um den Mund gebunden, damit ſein Athem nicht des Königes Speiſe berühren möge. Seine manier Taffel zu holtrn, iſt folgende: Er ſitzet auf einem Stul gantz allein an einem kleinen Tiſch, ſo mit einem weiſſen Tuche gedecket iſt: Er iſſet auf einen grünen Plantan Blatter, welches in einem güldenrn Becken ligt: es werden zwantzig oder dreyßig Gerichte vor ihn zubereitet, und in ſein Eßgemach gebracht; von welchen nun unter dieſen Grrichten dem Könige beliebet zu fordern, von demſelben nimmet ein Edelmonn, der hierauf beſtellet iſt, ein Theil heraus, und reichet es mit einem großen Löffel in des Königes Beckrn/ dieſer Bediente pflegt auch mit verbundenen Maule aufzuwarten. Sie & *Wilhelm* Boßmann *in Deſcript. Guinea, de regni Fida populis. p 406.* Im reden halten dir Geringern die Hand vor den Mund, um vermittelſt ihres Athems den Vornehmen nicht zu ineommodiren. De *Papa Rom.* vero ita *Zwingerus Theatr. Vol. I. lib. 3. f. 218. Cunradus Dietericus Tom. I. in Eccleſ. f. 489. & Erneſtus Delic. Hiſt. colloqv. 30. p. 553. ſcribunt:* Er bindet den neuen Cardinælen im rrſten Roth-Sitz das Maul zu, damit ſie alſo mit ſtill ſchweigen die Aeltere hören lernen; und wenn ſie ein oder dreymal ſo verbunden im Rath geſeſſen, bindet er ihnen das Maul wieder auf, und giebet ihnen Macht und Gewalt, dasjenige zu reden, was zur gemeinen Wohlfart der Kirchen vorträglich iſt. VIII. *Poculum curioſius* ſpeculatur, &c. *Albericus Monachus Trinm Fontium Chron. Part. II. ad ann. 1003. p. 42.* Henricus Imperator (*Pius & Sanctus vocatus*) *Reges gentilium in interiori Germania commorantes, qui Winidi dicuntur, tributarios ſibi facit. Licet Guillelmus ſequenti* Henrieo Conradi filio *hac adſcribat. Henricus hic Windelicos ſubegit, populos Suevis conterminos, qui Windelici Fortunam adorabant, cujus Idolum in loco nominatiſſimo potientes cornu illius dextera apponunt plenum potuillo, quod ex aqua & melle confectum, ydromellum vocant Graco vocabulo. Idem feciſſe Ægyptios, & omnes pene Orientales populos, affirmat Sanctus Hieronymus ſuper* Iſaiam: *Unde ultimo die menſis Novembris ſedentes in commune preguſtant, & ſi cornu plenum inveniunt, magno ſtrepitu ap-*

plau-

plaudunt, quod eis ſcilicet in futuro anno pleno cornu copia reſponſura ſit in omnibus: ſi contra inveniunt, gemunt. Hos populos Henricus tributarios fecit; ita, ut in omnibus ſolennitatibus, quibus coronabatur, quatuor Reges eorum lebetem, quo carnes condiebantur, in humeris ſuis duobus vectibus per annulos quatuor inductis ad coquinam vectitarent. Hæc *Albericus*, abſque dubio de Idolo *Svanteviti* verba faciens. Fallitur autem in eo, quod *fortunam Windelicos*, id eſt, *Sorabos-Slavos* adoraſſe, ait. Diſerte enim *Jo. Dubravius Hiſt. Bohem. lib. 1. p. 52.* Fortunam, *quid ea ſit, nec ſciunt* (Slavi) *nec vim ullam in homine habere fatentur. Sed quando vel domi morbo langventibus, vel foris in prælio periclitantibus mors imminet, jubentur pro incolumitate ſacrificare, habentq; perſvaſum, per ſacrificia ſalutem ſibi redemptum iri.* Confer. huc, quæ dixi *lib. 4. cap. 1. de Orig. Lingv. Sorab. 1 52. ſeqq.* Ceterum φιαλομαντεία διὰ πελυῶν καὶ λεκανίδων, per pelves & cyathos, jamjam *Joſephi* ætate, inter probroſas Magiæ partes una fuit: quam vero obelo ſuo cenſorio imprimis configunt *Nicolaus Choniat. in Andronic. lib. 2. Artemidorus* Ὀνειρ. *lib. 2. cap. 74. D. Caſp. Pencerus de Divinat. cap. de Magia. p. 299. ſ.* Ita enim Oeconomus ejus, *Scyphum, quem furati eſtis, ipſe eſt, in quo bibit Dominus meus, & in quo divinare ſolet, Gen. 44, 75.* Sunt tamen, qui Joſephum non magice, ſed *inebriando divinaſſe*, id eſt, veritatem elicuiſſe epotis crateribus, intelligant: ita *Johannes Michaël Dilherrus Diſp. Philolog. edit. Jen. an. 1639*, Cujusmodi cratere, ſeu tripode uſus quoque eſt *Dionyſius. Athenæus Dipnoſ. lib. 2. cap. 1. fol. 16. In Dionyſii templo victoriæ ſignum eſt* Tripos; *nam ex tripode loqui dicimus, vera loquentes: eſt autem cognitione dignum: Dionyſii tripodem eſſe cratera: crater enim vel vinum oſtendit mentem hominis, & veritatem detegit.* IX. *Mero ad pedes ſimulacri, libaminis nomine defuſo.* Sic *ritus offerendi munera libaminum, Ebræis* demandatus erat; ut pupillus nim. ex munere in altari combureretur, vinum autem in baſin altaris effunderetur: verumtamen libamen ſive vinum cum adhibebatur, ſi munera cum ſacrificiis offerantur, & tunc dicebantur munera libaminum: ſi munera, quæ conſtabant ſimila mixta oleo, ſeorſim offerebantur, tunc vinum non adhibebatur: porro nec cum aliis ſacrificiis, quam holocauſtis beſtiarum, & ſacrificiis ſalutaribus tam publicis, quam privatis, (excepto ſacrificio pro peccato & reatu leproſi,) munera libaminum offerebantur: & triplici quidem quantitate: nempe ſi ſacrificium eſſet capra aut agnus anniculus, requirebat pro munere decimam Ephæ ſimilæ, permixtam cum quarta parte Hinis olei: & pro libamine itidem quartam partem Hinis vini: ſed agnus die ſecundo Azymorum in holocauſtum datus, habebat duas decimas permixtas tertia parte Hin olei; & pro libamine quartam partem Hin vini: ſi eſſet aries, requirebat pro munere duas decimas permixtas quarta parte Hin olei; & pro libamine dimidiam partem Hin vini. Si eſſet bos, requirebat pro munere tres decimas permixtas dimidio Hin olei: & pro libamine dimidiam partem Hin Vini. *Maimonid. præfat. in libr. Miſchn. de Munerib. & Abarbenel in Levit. f. 226. & 207.* Beſtiæ autem illæ, & munera dari de rebus communibus poterant, ſed vinum a præfecto libaminum accipiendum erat, dato ſigno ſacrificii, ad quod adhibendum eſſet. *Maimonid. de Sacrific. c. 2 & Miſchna de Sicln. c. 5 D. Daſſovius Comment. MS. in Levit. cap. 2. Sect. 1.* confer. *Num. 28. 14.* X. *Placenta mulſo confecta.* Placentæ pars itidem oblationum ſacrarum in V. T. erant. Erant autem placentæ illæ vel craſſæ, vel tenues, & dicebantur *munus in furno metallico coctum*, ein Speißopffer, vom gebacken im Ofen. *Lev. 2, 4.* Falſus ergo *Dubravii* ſarcaſmus, *ſupra §. 14. circa fin.* quo eo principio inſtitutum ſentit, utrumque *ſacrificium* (rectius *munus* vocaſſet,) meri & placentæ, quod *ad mores gentis fuerit appoſitiſſimum.* Præceptum enim offerendi munera eccleſiæ datum erat: uſus ergo munerum ab Eccleſia ad gentiles deſcendit ex æmulatione: paucis, *Dubravius* loquitur ex ignorantia Elenchi. XI. *Reliquum diei plenis luxuria epulis* exactum: conſecratæ numini victimæ intemperantiæ ſervire coactæ. His ſimilia habet *S. Hieronymus lib. 18. ad Eſai. cap. 65, it. Tom. V. Oper. f. 246. Eſt in cunctis urbibus & maxime in Ægypto, & in Alexandria Idololatria vetus conſvetudo, ut ultimo die anni, & menſis ejus, qui extremus eſt, ponant menſam refertam varii generis epulis & poculum mulſo mixtum, vel præteriti anni, vel futuri fertilitatem auſpicantes.* De Græcorum, Romanorumque epulis ſacrificalibus, vid. *Doughtejus Analect. Sacr. V. T. Excurſ. 147. p. 392. ſ. & Johannes Saubertus de Sacrific. cap. 26. p. 678 - 701.* Habeas hic rurſum, peſſimum abuſum verbi divini, *Levit. cap. 23, 4. Deut. 12, 18. &c.* Nimirum eccleſiæ pia & temperans lætitia per gentiles converſa eſt in impunitam nequitiam.

§. XVII. Jam e diverticulo in viam. Pergit *Saxo loc. cit.* (24) *Nummus ab unoquoque mare vel fœmina annuatim in hujus ſimulacri cultum, doni nomine pendebatur. Eidem quoq; (25) ſpoliorum ac prædarum pars, (vid. heic 1. Paral. 19, 7. 8. it. cap. 27, 27. 28.) tertia deputabatur: perinde atq; ejus præſidio parta obtentaq; fuiſſent. Hoc quoq; Numen* (26) *tre-*

trecentos equos deſcriptos, totidemque (27) ſatellites in eis militantes habebat: quorum (28) omne lucrum ſeu armis, ſeu furto quaſitum, ſacerdotis cuſtodia ſubdebatur. Qui (29) ex earum rerum manubiis, diverſigeneris inſignia, ac varia templorum ornamenta conflabat, eaque (30) obſeratis arcarum clauſtris mandabat: in quibus prater abundantem pecuniam, (31) multa purpura vetuſtate exeſa congeſta fuerat. Illic quoque (32) publicorum munerum ac privatorum ingens copia viſebatur, ſtudioſis beneficia poſcentium votis collata. Hanc itaque ſtatuam totius Sclavia penſionibus cultam, finitimi quoque reges non absque ſacrilegii reſpectu donis proſequebantur. (33) Alia quoque fana compluribus in locis hoc numen habebat, qua per ſupparis dignitatis ac minoris potentia, flamines regebantur. Praterea (34) peculiarem albi coloris Equum titulo poſſidebat, (35) cujus juba aut cauda pilos convellere nefarium ducebatur. (36) Hunc ſoli ſacerdoti paſcendi inſidendique jus erat, ne divini animalis uſus quo frequentiar hoc vilior haberetur: In hoc (37) equo opinione Rugia, Svantovitus (id ſimulacro vocabulum erat) adverſum ſacrorum ſuorum hoſtes bella gerere credebatur. Cujus rei pracipuum argumentum extabat, quod is nocturno tempore ſtabulo inſiſtens, adeo plerumque (38) mane ſudore ac luto reſperſus videbatur, tanquam ab exercitatione veniendo magnorum itinerum ſpatia percurriſſet. (39) Auſpicia quoque per eundem equum hujusmodi ſumebantur. Cum bellum adverſum aliquam provinciam ſuſcipi placuiſſet, ante fanum triplex haſtarum ordo, miniſtrorum opera diſponi ſolebat: in quorum quolibet bina e transverſo juncta, converſis in terram cuſpidibus figebantur, aquali ſpaciorum magnitudine ordines diſparante. Ad quos equus ducendus expeditionis tempore ſolenni precatione pramiſſa, a ſacerdote e veſtibulo cum loramentis productus, ſi propoſitos ordines ante dextro, quam lavo pede tranſcenderet, fauſtum gerendi belli omen accipiebatur: ſin lavum vel ſemel dextro pratuliſſet, petenda provincia propoſitum mutabatur. (40) Nec prius certa navigatio prafigebatur, quam tria continue potioris inceſſus veſtigia cernerentur. Hæc *Saxo*, Breviſſime *Nicolaus Mareſcalcus Annal. Herul. & Vandalor. lib. 1. cap. 9. Rugia Auchona, quondam in Oceani littore, numen quattuor frontibus aluit, cujus oculi in omnes vigiles, duo priora, terga totidem reſpectabant. Equus peculiaris numini, quem paſcere ſoli flamines ſolebant, quibus conſcendere ſolis permiſſum. Noctu plerumque ſudore maduit, tanquam multum exercitatus: alterum inſigne, cornu varie inornatum, quod dextera oſtentabat. Numen illud ſummum cenſebant, cui barbarus quispiam contra regionis morem adminiſtrabat comam colligatam & in tergum reflexam habens. Sacra ad colendas pracipue Septembres peregrini frequentes agebant. Hora ſtata flamen cornu oſtentabat, & ſi libamen imminutum, rerum omnium ubertatem pollicebatur: epotum rurſus complevit, auſpicium anni futuri reponens. (41) Nundina ſimul tunc agebantur, equibus & numinis ararium ditiſſimum; dedecus nullum ſacris peractis in propatulo concumbere. Duravit hoc ad,, Caroli tempora Magni. Divum Vitum cum mo-,, nachis e Corvea ſusceperunt; ſed non multo,, poſt eum ipſi deraſulis ſanctum deturbarunt,, & trucidarunt idolumque priſtinum in locum,, repoſuerunt, Svantovitum appellantes. Usque ad Baldomari regis Danorum tempora, ſub quo igni injectum, damonium figura animalis furni penetralibus exceſſit.*

§. XVIII. Licebit autem in hæc quoque breviter commentari. I. Ratio *nummi Svantevito annuatim penſi, & partis tertia ſpoliorum, nec non munerum*, quibus de *Grammaticus* in principio §. *praced.* ſumpta videtur, per traditionem partim ex *Exod. c. 30, 13.* partim *Num 31, 11. ſeq.* & *Exod. 35, 4. ſs.* Imo *decimas ſpoliorum*, ſive *ipſas manubias*, ut ſic loquar, jamjam *Abrahamus* obtulit, *Gen. 14, 20. Ebr. 7, 4. Joſephus* enim *Antiq. Jud. l. 1. c. 11.* δεκάτην τῆς λείας, vocat. Et Græci ἀκροθίνια quæ vox etiam legitur, *Ebr. 7, 4. Henr. Stephanus Theſ. Gr. Lingv. Tom. I. f. 1561.* ἀκροθίνιον, *& frequentius in plurali* ἀκροθίνια, *primitia*, ex ἄκρος, & θὶν, θινὸς, *id eſt, acervus: ut ſint* ἀκροθίνια *quaſi* τὰ ἄκρα θινος *id eſt, ſummitates acervi, quod videlicet primitia ex ſummo acervo ſive ſummitate acervi excerpi ſoleant. Ponit eamen & alias etymologias* Svidas *& poſt eum* Euſtach. *ſed futiles, meo quidem judicio. Conſtat autem* ἀκροθίνια *eſſe primitias frugum: nam &* θῖνα *volunt quidem proprie* frumenti acervum *appellari Capitur vero & pro primitiis manubiarum, qua Diis offeruntur.* Ἀκροθίνια λαφύρων, Decimæ ſpoliorum, *ab Dion. Halicarnaſſ. lib. 1.* πρῶτα μὲν νῦν ?οῖσι θεοῖσι ἐξεῖλον ἀκροθίνια, *ibi ante omnia Diis primitias* (ſeu prædæ decimas) *ſelegerunt, Herod. l. 8. c. 121.*

Ὁπᾷ ?ὰν πολέμου θόδοσιν
ἀκροθίνια ξελὼν ἔθυε.

Ubi belli munus ſpolia partibus immolaſſet (Hercules.) *Pindarus Olymp. Od. 10.* vid. plura ap. *Jo. Dougthejum Analect. Sacr. Excurſ. 123. p. 372. ſeq.* Is vero Gentiles ejusmodi aliasque decimas ſolo naturæ impetu actos, inſitæque rationis ſaltem ſvadela ſolviſſe contendit: *Analect. Sacr. Excerpt. 8. f. 26.* (exempla multa collegit *Hoſpinianus lib. 2. c. 13. de Orig. Templor. f. 75.*) cui non aſſentior: qui ritum iſtum ac conſvetudinem, uti jam dixi, e Scriptura Sacra, aut rebus geſtis Patriarcharum ortam pronunciem: confer *Gen. 14, 20. Num. 31, 11. ſeqq. Joſ 6, 24. &c.* lege σύμψηφον *B. D Waltherum in Offic. Bibl. 7. §. 85. p. 893.* Imo nec Patriarchas ipſos, v. g. Abrahamum, &c. decimas ejusmodi Deo obtuliſſe, ex ſola ſua gratitudine,

dine prout vult *Seldenus de Synedr. lib. 1. c. 2. p. 7. ſſ.* vide alios *ſupra ſect. 1. c. 2. §. 7.* affirmaverim, ſed id procul omni dubio ex inſtituto aut divino permotos inſtinctu & juſſu feciſſe autumo: ſic etiam ex parte *Johannes Doughthejus loco eodem p. 24.* mecum ſentit: *Rudolphus Hoſpinianus lib. 2. c. 12. de Orig. Templor. f. 74. 77.* anathemata ſacra, quæcunque ſunt in templis Chriſtianorum, orta ex ſuperſtitione judaica & gentili judicans damnansque, ſua per nos gaudeat perſuaſione; non enim in nimia nos profuſione peccamus, nec pauperes noſtros unquam negligimus. II. Equi autem miliſesque Svantevito fortaſſis ideo attributi ſunt, quod *Num. 4, 3. 23. 30.* Levitæ dicuntur *militaſſe militiam in tabernaculo*, in quæ loca ita *B. D. Heinricus Höpfnerus* in prælect. publ. ſuper *Pſalm. 68, 12.* Levitæ dicebantur exire in militiam tabernaculi, quia in tabernaculo æque ac milites in caſtris excubabant, ſuo ordine & certis ſtationibus, & Deo, quaſi duci ſuo ſerviebant, conf. *Num. 8, 24* Deinde quod etiam viri reliqui Iſraëlitarum in caſtris medium locum dare juſſi ſint. *Num. 2, 2.* Singuli turmas, ſigna, atque vexilla & domos cognationum ſuarum caſtra metabuntur filiorum Iſraël per gyrum tabernaculi fœderis. *B. Lutherus*: Die Kinder Jſrael ſollen für der Hütten des Stifts umher ſich lagern, ein jeglicher unter ſeinem Panier, und Zeichen, nach ihrer Väter Hauß. confer. huc etiam, quæ de ἱεροδούλοις, Veneris, Martis, fanorum, &c. obſervat *D. Zimmermannus Analect. Miſcell. menſ. 1. num. 10. p. 15.* Sed III. Unde equus albi coloris Svantevito ſacer? Sane equos (candidos) Diis conſecratos Perſæ etiam atque Germani veteres aluerunt, uti teſtantur *Herodotus lib. p. 76. & Tacitus de Morib. German. c. 10.* nec non Græci & Romani, ut ſcribunt *Pauſanias* in Laconicis, & *Ovidius lib. 2. Metamorph. fabul. 2.* qui Phætonti equos tribuit: add. *Doughthejus Analect. Sacr. V T. excurſ. 19. p. 313. ſeqq.* ſed Soli præcipue luminari maximo cœli, antiquitus equi albi & quadrigæ, ὡς τὸ τάχιστον τῶν ταχίστῳ θεῶν, ut loquitur *Heliodorus* Æthiop. 10. dicati erant: *Bochartus, Hieroz. Part. I. lib. 2. c. 10. p. 176.* populos varios recenſet, a quibus hoc ſit factum: quod genus idololatriæ ipſamet imago ſolis, vel hiſtoria verius, quæ exrat *Exod. 14. 24.* collat. cum *Habac. 4* (al. 3.) v. 8. peperit Et credibile eſt, ipſos judæos Solem inſidentem currui, equis albis candidisve tracto, pinxiſſe, ut ſibi ſuisque commemorationem hiſtoriæ ejus ſempiternam facerent. Verum alii aliter quoque. *Johannes Conradus Dietericus Diatribe de uſu, abuſu & neglectu lection. Secular. Scriptor. p. 149.* una cum *Tremellio* not. ad. *Eſaia cap. 46, 1.* arbitratur, *Tempore Joſiæ regis, ex Perſarum uſu, vel ex ſuperſtitione per Aſſyrios introducta, a judæis equorum quadrigarumque ſolis imagines ſuſas fuiſſe*: addens, p. 150. *Venerabilis Beda in lib. 2. Reg. 23, 11. quæſt. 23. Tom. IV. p. 459 eleganti conjectura exponit, cur equi ſoli fuerint attributi*; Oſtendit *hic locus omni generi idololatriæ & ſuperſtitionis Judeos omni tempore fuiſſe mancipatos, ita ut in venerationem Solis, quem more gentilium Deum eſſe credebant, ſimulacro ejus, quod fecerant currus equosq; ſubdiderint, & hoc in atriis templi Domini. Sic enim ſolent gentiles pingere vel facere ſimulacrum ſolis, ut puerum juvenem in curru ponentes equos eidem quaſi curſu cælum petentes ſubjungant. Cui propterea pueri aptam imaginem, quia ſol, velut quotidie novo ortu natus, nullum per ſecula ſenium incidit. Audientes* Græci ab *Iſraëlitis, quos divinas habere literas fama prodebat, quod Helias curru & equis igneis ad cæleſtia translatus, vel hoc ipſum in pariete depictum videntes, crediderunt vicinia decepti nominis*, (quia ἡλίας accentu in priorem ſyllabam rejecto & α in ο mutato fit ἥλιος) *Solis hic tranſitum per talos eſſe deſignatum, & miraculum divinitus factum, commutaverunt in argumentum erroris humanæ ſtultitia commentum, quos imitati ipſi judæi ſatagerunt, ne in aliquo gentilium ſtultiſſimis minus ſtulti parerent. Ex καυσζηλια igneos currus Eliæ in cælum tranſvecti, ad ſolis equos detorſiſſe ſcriptor iſte multis nominibus venerandus exiſtimavit*: (cujus ſententiam approbat *Jo. Doughthejus Anal. Sacr. Excurſ. 119. p. 316.*) *quanquam id valde incertum; etiamſi ipſe Chryſoſtomus eandem conjecturam praoccupaverit* in Serm. 2. de Elia. *Confer. Pellicanus in 2. Reg. 23, 11. J. Meurſius in Spicil. Theocrit. p. 150. ſeqq.* Hæc *Dietericus. Clar. Samuel Bochartus Hieroz. Part. I. lib. 2. c. 10. f. 177.* ſuperſtitionis originem ad Manaſſem & Amonem refert, quoniam ille *adoraſſe* dicatur *omnem militiam cæli. 2. Reg. 21, 3* hic *feciſſe malum coram Domino, ſicut fecerit Manaſſe pater ejus, 2. Reg. 21, 20.* Denique in hac idem eſt ſententia, f. 176. *Veros equos* intelligi, *2. Reg. 23, 11.* non ſculptas equorum effigies: *Nam ſi de ſtatuis hic ageretur*, ita ille, *non ſimpliciter diceretur, equos amoviſſe Joſias, ſed equos aureos vel æneos &c. Et materiam ſcriptura indicaſſet, ad vitandam homonymiam; quomodo vituli ab Aarone, & ſerpentis a Moſe, & boum ac leonum a Salomone conflatorum. Nec in una ſtatua equos a curru diſtinxiſſet, prout his verbis fecit: Et amovit equos, &c. & currus ſolis combuſſit igne. Præterea cum ſtatuæ non niſi loculum ſuum occupent, quorſum, equis, ſtatuæ affixis, quiq; adeo illius fuiſſent particulæ & appendices, aſſignatum fuiſſe diceretur ſpatium inter Templi fores, & domum Nathan-melechi in Pavarim, interjectum? Omnino hæc verba deſignant*

plateam aliquam Templo attiguam, in qua equis ſoli ſacratis exſpatiari liberum fuit. Quid quod ſolis imaginem idololatra potius in ipſo Templo erexiſſent, quam in vicina platea. Sic *Bochartus*, quem omnino laudat *Joh. Cyprianus in Contin. Hiſt. Animal. Part. I. c. 12. p. 303. ſe. Goodwinus Moſ. & Aar. lib. 4 c. 2. p. 328. ſeq. Romani in honorem ſolis pompas ſaſtuoſos equos & currus huc illuc ducebant, quod idem* (primi) *fecere Iſraëlitæ: unde 2. Reg. 23. 2, & Joſia removit equos, quos dicaverant Reges Jehuda Soli, & currus ſolis combuſſit igne.* Quicquid ſit, uti equos albi coloris ſoli fuiſſe adpictos, aut conſecratos a judæis, quo lucis ſolaris candorem ſplendoremq; quodammodo referrent; ſic eo ipſo Slavis datam cauſam aliquam fuiſſe ſuſpicor, conſecrandi ejusdem coloris equum Svantevito ſuo. Præterea IV. quod ait *Saxo: In hoc equo, opinione Rugiæ Svantovitus adverſum ſacrorum ſuorum hoſtes bella gerere credebatur.* Hoc autem ipſum, ducti vi veritatis jam a[illegible] de Deo dixerant Ægyptii, *Exod. 14, 25. Dominus pugnat pro eis,* (filiis Iſraël) *contra nos.* V. Idem *Saxo: Equus mane ſudore ac luto reſperſus videbatur.* Similia his *Corn. Tacitus Annal. lib. 12. cap. 13.* Gotarzes *apud montem, cui nomen Sambulos, vota Diis loci ſuſcipiebat, præcipua religione Herculis; qui tempore ſtatuto, per quietem monet ſacerdotes, ut templum juxta equos venatui adornatos ſiſtant; equi ubi pharetras telis onuſtas accepere, per ſaltus vagi, nocte demum vacuis pharetris, multo cum anhelitu redeunt. Rurſus Deus quos ſylvas pererraverunt, nocturno viſu demonſtrat: reperiunturq; fuſa paſſim fera. Alexander ab Alexandro Gen. Dier. lib. 2. c. 14. f. 185. edit. Lugdun. an. 1586 Præcipuæ admirationis, inquit, apud Perſas colitur Hercules in monte, cui nomen Sambulos, qui per quietem ſacerdotes monere dicitur, ut equos venatui ſiſtant ornatos: qui quum per nemora & ſaltus diu vagati fuerint, nullo rectore nocte redeunt ad ſtabula vacuis pharetris, mox omnes ſaltus feris confoſſis conſtratos reperiunt, ita ut multo venatu incolæ ditentur. Joh. Bapt. Tavernieur. Itin. Indic. lib. 3. c. 11. f. 265.* In der Pagode zu Bamarous iſt auf dem groſſen Altar, unter denen Abgöttern, ein Bildnis 5. oder 6. Schuh hoch, an deme man aber weder Arm, Füſſe, oder Leib ſiehet: es erſcheinet nichts von allen, als der Hals und Kopff, und alles das übrig iſt bis auf den Altar hinunter, mit einem langen Rock bedecket, welcher ſich unten herum aus einander breitet; man ſiehet bißweilen an deſſen Hals eine koſtbare Kette, oder Schnur von Gold, oder Rubinen, oder Peelen, oder Smaragden. Dieſes Götzenbild war Bainmadau zu ehren, und nach deſſen Bildnis gemachet, welcher ſonſt unter ihnen (den Indianern) eine groſſe und heilige Perſon geweſen, deſſen Nahmen ſie offtmahls im Munde führen. Auf der rechten Seite des Altars ſiehet man auch eine Abbildung eines Thiers, oder vielmehr Chimæren, oder Unthiers, als welches theils einen Elephanten, theils ein Pferd, und theils ein Maulthier vorſtellet; ſolches iſt von dichtem Gold, und nennen ſie daſſelbe Gareu, leiden auch nicht, daß ein einiger Menſch, auſſer denen Braminen, zu denſelbigen nahe. Sie ſprechen, daß dieſes das Bild des Thieres ſey, welches jene heilige Perſon, ſo lang ſie noch auf dieſer Welt geweſen, geritten, und auf demſelben groſſe Tagereiſen verbracht, indem er ausgereiſet, zu ſehen, ob die Menſchen ihre Schuldigkeit überall in obacht nehmen, und niemand Gewalt oder Unrecht thäten. Notes autem, ut ad *Svantevitum* redeam, quibus indiciis malus dæmon, ſub hoc idolo latitans, ſeſe veluti ſorex prodierit: quod nocturno tempore evagatus, mane redierit; Eſt enim *princeps tenebrarum, Ephes. 6, 12.* ἐξουσία τοῦ σκότους, *poteſtas tenebrarum, Luc. 22, 53. Col. 1, 13.* ἐξουσία, *poteſtas ad agendum conceſſa; non* δύναμις ſeu *potentia & virtus agendi.* (*Gerhardus Harm. Paſſ. c. 4. p. 181.*) Eo pertinent, quæ tradunt de malis dæmonibus, probati ſatis in ſua claſſa autores ethnici: ſolere nimirum eos, cum tota nocte ad libitum laſcivierint, adventum exorientis ſolis fugiendo ſollicite præcavere. Ita *Philoſtratus de vita Apoll. Thyanes lib. 4. c. 5. Apulej. Metam lib. 6. Lucianus in Philoſpeud. &c.*

> *Noctevagi ferimur, nox clauſas liberat undas,*
> *Errat, & abjecta Cerberus ipſe fera.*
> *Luce jubent leges Lethæa ad ſtagna reverti,*
> *Nos vehimur, vectum nauta recenſet opus.*

Propertius lib. 4. Eleg. 7.

> *Jamque vale, torquet medios nox humida curſus,*
> *Et me ſævus equis oriens afflavit anhelis,*
> *Dixerat, & tenues fugit ceu fumus in auras.*

Anchiſes ſcil. qui noctu ab inferis elapſus, & diu cum nato Ænea colloquutus jam tum reditum parabat *Æn. 5.*

> *Pergo age, Tartarea mecum ſimul omnia noctis*
> *Muſa ſequi: trepidam Phaëton afflavit ab alto*
> *Tiſiphonem, &c. Val. Flacc. Arg. l. 3.*

Tempus vero reditus hujusmodi, quo inferas ſuas ſedes rurſus repetere credebantur Dæmones, ſtatuebant id magis diſtricte circa gallicinii horas: quod inter ceteros annotavit *Philoſtratus in vita Apoll. Thyan. lib. 4. c. 6.* ſed nec Chriſtianos poſtea primoris ævi omnino incredulos habuit

buit hæc opinio, utut vel unius *Prudentii* autoritas in teſtimonium ſuffieiat.

Ferunt vagantes Dæmonas
Latos tenebris noctium,
Gallo canente exterritos,
Sparſim timere & cedere,
Invisa nam vicinitas
Lucis - - -

Cathem. od. 5. Lucis odium ſeu deteſtationem in cauſa ponit: & quidem, prout docet Salvator noſter, *Joh. 3, 20. Omnis, qui mala agit, odit lucem, & non venit ad lucem, ne arguantur ejus opera.* Hæc collegit *Jo. Dougthejus Analect. Sacr. Excurſ. 21. p. 61. ſeq.* add. huic Lic. *Chriſt. Frid Garmannus* de Miracul. Mort. lib. 2. tit. 10. n. 53. 54. p. 753. ſeq. ubi plura. Credam etiam Satanam ideo noctu evagatum in equo Svanteviti, ut aliquo modo ſibi applicaret historiam luctatoris nocturni Chriſti Viri dicentis ad Jacobum, *dimitte me, jam enim aſcendit aurora*, de qua *Gen. 32, 24. ſs.* Aſt vero ſicuti,

Ut jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones:

Horatius lib. 1. Epiſt. 2. add. *Job. 24, 14.* ita certe Satan, ille noctambulo, olim & hodie. Adiſis & *Fromman. de Faſcinat. lib. 3. part. 7 cap. 2. p. 896. ſeq.* ubi de tempore faſcinationis magicæ, hoc eſt, nocte, plura. Et *Eraſmus Franciſci in Prot. c. 58. 59. 60.* ubi de nocturno venatu Diaboli, vom wütenden Heer des treuen Eckards; (nobis des Dietrichs) von ſchädlichen nächtl. Jägerblick, und von der boßhafften Gauckel-Jagd des Satans. VI. Ait *Saxo Grammaticus*: *auſpicia quoq; per eundem equum ſumebantur.* Paria memorat de *Luſatis Ditmarus Chron. Merſeb. lib. 6. f. 65.* ubi de cultu Radegaſti agit: verba ejus cap. ſeq. proferam. Sic & de Germanis *Tacitus lib. de Morib. Germ. c. 10. Proprium gentis equorum quoq; præſagia ac monitus experiri, aluntur iisdem nemoribus ac lucis, candidi, & nullo mortali opere contacti, quos preſſos ſacro curru ſacerdos ac rex, vel princeps civitatis comitantur, hinnitusque ac fremitus obſervant. Nec ulli auſpicio major fides, non ſolum apud plebem, ſed apud proceres, apud ſacerdotes. Se enim miniſtros Deorum illos conſcios putant.* conf. *Cluverus Antiq. Germ. lib. 1. c. 36. p. 273. ſeq.*

§. XIX. Meminit præterea *Saxo* (42.) Vexilli, cui *Stanitia* nomen, quod Svantevito ſacrum eſſe voluerunt, & cultu plane mirabili, aut horibili prorſus proſecuti ſunt. Autor ille ita, *lib. 14. fol. 312. Oppidani portam urbis* (Arconæ) *quo minor eam attentandi facultas pateret, ingenti glebarum acervo præſtruxerant, aditumq; coacta ceſpitum compage claudentes, tantum ex eo opere fiducia contrahebant, ut turrim, quæ ſupra portam ſita fuerat, ſignis tantum aquilisque protegerent. Inter quas erat Stanitia magnitudine ac opere inſignis, cui tantum venerationis a populo Rugiano tributum eſt, quantum omnium pene Deorum majeſtas obtinuit. Eam præ ſe ferentes in humana divinaque graſſandi poteſtatem habebant, nec quicquam eis, quod libitum foret, illicitum habebatur: populari urbes, aras demoliri, fas ac nefas in æquo ponere, cunctosque Rugiæ penates, aut ruinis aut incendiis evertere potuiſſent, tantumq; ſuperſtitioni indultum eſt, ut exigui panni autoritas regiæ poteſtatis vires tranſcenderet: Plectentes ſigno perinde ac divino geſtamini honorem habebant, officiis damna, injurias obſequiis expendentes.* Quod attinet ad vocem *Stanitia*, quam & proverbio non immerito dixeris Helenam, pro qua digladiantur, notat *Stephanus Johannes Stephanius in Not. Uber. ad h. l. p. 246. Ad oram veteris codicis appoſitum fuiſſe*, Stuatira: *Sed utrum recte*, ita ille pergit: *forte legendum erit: inter quas erat Svantviti, ſub rude aquila; ita obſervante & monente Excellentiſſimo viro, & multarum antiquitatum peritiſſimo, D. Henrico Ernſtio, collega & amico meo conjunctiſſimo.* Hactenus *Stephanius.* Putaverim retinendam omnino eſſe vocem *Stanitia*: vocabulum enim Slavicum eſt: Bohemis ac Polonis adhuc frequentiſſimum, Stan, & dimin. Stanek, id eſt, *tentorium, papilio*, it. *ordo*, ein Gezelt, it. Stand, a verbo ſtaun, Sorab. ſive Stanic, Polon. id eſt, *ſurgo, erigo, ſiſto*, in Imperat. ſtan, *ſurge, exſurge*, ſtehe auf. Igitur a ſtan, vel ſtanek, tentorium, *Stanitia, per paragogen vel antiſtachon*, k in t, (quod ſæpe ut c, legitur) transmutato; ſic autem dictum vexillum a Slavis eſt, quod aut juxta, vel ſuper tentoria figeretur: aut *Synecdochice*, quod eſſet præcipua pars tentorii caſtrenſis, vel tentorium atque papilio ipſius idoli Svanteviti. Etiam Germanis Standart, equeſtris militiæ inſigne, labarum turmæ equeſtris, a Stand, quod eſt a ſtehen, ſtare, vel Goth. ſtanta, ſiſtere, quod ſit quaſi ſignum ſtatarium. Denique a Stan, Slav. nom. propr. *Stanislaus* nobis Stenzel, de quo alibi.

§. XX. Sequitur *vexilli* Svantevitici *cauſa*, & *æſtimium.* Unde utrumque fuerit. Quod cauſam concernit, ſive quamobrem ſignum peculiare, (*ſingulare ſimulacri ſignum* vocat *Saxo*, *lib. 14. f. 323.*) Svantevito Slavi dedicarint; non quidem pompæ ſaltem, & oſtentationis ergo factum eſſe crediderim, aut quod ſatellites trecenti, totidemque equi ipſi militaverint, quibus de *ante § 17.* Videtur enim res altius quærenda: nimirum Satan, ut jam ſæpius probavimus, quo magis miſellos homines a Deo abſtraheret, ad imitandum eccleſiæ ritus & ceremonias, more veteratoris totus

ſe compoſuerat: audiverat autem dixiſſe Moſen, יהוה נסי *Dominus ſignum meum*, der HErr mein Panier, quibus nominibus altare exſtructum vocarit, *Exod. 17, 15.* perceperat dixiſſe etiam Davidem, imo & Eccleſiam, dicere, *Dediſti* (Deus) *metuentibus te* נס *nes, vexillum, ut elevet ſe propter veritatem, Seloh,* aut *B. Luthero* interprete, du haſt aber doch ein Zeichen (Panier) gegeben denen, die dich fürchten, welches ſie aufwarffen, und ſie ſicher machte, Sela! quamobrem hæc facta dictaque veterum peſſime depravaturus *Stanitiam*, (ſeu Slavice Stanek.) Svantevito, ſive ſibimet potius comparandam curavit: qua comparata & publice recepta, tandem dolo malo ſuos inſtituit, ut de iſto vexillo non minus gloriarentur, quam pii veteres & Chriſtiani de ſuo יהוה נסי Dominus vexillum meum. Porro, quod eſt alterum, æmulatione prava effecit, ut probata autoritate Stanitiæ, fas eſſe ſui crederent, in quemcunque locum ipſa perferretur, omnia ruinis & incendiis evertere. Dicitur enim in hiſtoria, quæ anſam dederat Moſi altare conſtruendi, & vocandi illud יהוה נסי: *Et debilitavit* (ויחלש) *Joſua Amalec, & populum ejus in ore gladii. Dixit autem Dominus ad Moſen: ſcribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Joſuo, delebo enim memoriam Amalec ſub cœlo.* Ex hoc capite puto detortum jus, poteſtasque graſſandi in omnia, militum *Stanitiam* præferentium. Verum enimvero hinc ſigna etiam *apud Romanos* inſtar numinis ſunt habita: vid. *Lipſius Comment. in Tacit. Annal. lib. 2. p 88. Seldenus de Jure Nat. & Gent. lib. 2. c. 7. p. 219.* Hinc & *Dani* veteres vexillum ſuum Danne broge vocatum, cælo decidiſſe dixerunt, tempore Waldemari II. Regis, cum adverſus Livonos, adhuc gentiles, in armis eſſet, quibus ad fidem Chriſtianam convertere eos, omni ſtudio contenderet; ſcribunt autem, vexillum iſtud in infelici prælio commiſſo cum Dithmarſis, circa annum Chriſti 1500. fuiſſe amiſſum atque deperditum: *Stephanius ad Saxon. h. l. & Cl. D. Becmannus Syntagm. Dignit. Part. I. Diſſert. 7. c. 3. p. 748.* Nec inferioris apud Pontificios quondam æſtimii fuit *Mauritii vexillum*, quo de vid. *Chron Saxon. f. 153. 310. 381. 382. 490. edit. Witeberg. anno 1589.* Denique, quod ait *Saxo, Rugianos fiducia operis ſui, turrim ſignis tantum aquilisque protegiſſe*; Hoc ipſum ex ſimili ratione cosſentiam feciſſe, qua *Jebuſai* tale quid fecerunt, quo de legatur *2. Sam. 5, 6. & B. Lutherus in gloſſa ibidem.* Videtur etiam poſſe ex his verbis colligi, inſigne vexilli Stanitiæ, *aquilam fuiſſe*: licet aliis argumentis deſtitutus, nihil affirmo. Certum tamen, quam quod certiſſimum eſt, *Deorum Dearumve* imagines quaſdam vexilla Slavorum exhibuiſſe, teſtibus *Ditmaro*, & *Fabricio*: Confer. *Jo. Dougthejus Analect. Sacror. Excurſ. 54 p. 153. ſq.*

§. XXI. Obſerv. (6) *Svantevitii deſtructio*: & quidem (1) apud *Rugianos*. Geminam autem idoli everſionem bene memorat *Nicolaus Mareſcalcus Annal. Herul. & Vandal. lib. c. 9.* primam enim factam eſſe a Carolo M. Imp. & ſecundam a Waldemaro Rege Danorum, docent nos ipſius verba, ſupra a nobis recitata §. 17. Utut vero non negaverim, Slavos-Rugianos Chriſtianiſmum profeſſos eſſe ſvaſu Caroli M. quod & *Saxo* & *Dubravius* ſupra citati § 5. teſtimoniis confirmant; etſi *Helmoldus* ad Ludovici Imp. tempora referat, *Chron. Slav. lib. 1. cap. 6.* ſed cum hodie nobis non adſit priſtini Idoli figura, nec conſtet, utrum prorſus convenerit cum Svantevito, in cultu, autoritate, rebusque aliis: eapropter de Svantevitii ſic inſpecie dicti ſaltem excidio ultimo, ſive ſecundo, ut alii volunt, nunc dicendum nobis reſtat. Neglexerat vero ſuo tempore idoli everſionem atque vaſtationem, cum evertere atque delere omnino poſſet, Ericus III. Daniæ Rex: qua de re ita *Saxo, Hiſt. Dan. lib. 14. f. 248. ſeq. Ericus contracta adverſum Rugiam, claſſe, quo gnavius bella conficeret, maritima Danorum expeditioni primus equos adjecit, quaternos ſingulis navigiis mandatis: eumque morem diligens poſteritatis cura ſervavit. Claſſis eo numero digeſta, mille & centum navigiis frequens reperta eſt. Quibus Dani ad Rugiam appulſi, urbem Arcbon adverſum ſe valido præſidio firmatam inveniunt, &c. Igitur Arcbonenſes cum nec vires conſerendi belli haberent, neque locum ad contrahenda auxilia ſuppetere cernerent, neceſſitate victi, ſalutem & in Chriſtiano ſacra tranſitionem pacti, ſtatua, quam venerabantur, retenta, Danis ſe tradunt. Erat enim ſimulacrum urbi præcipua civium religione cultum, crebrisque finitimorum officiis celebratum, ſed falſo Sacri Viti vocabulo inſignitum. Quo aſſervato, oppidani veterem ſacrorum morem penitus abrogari paſſi non ſunt. Primum itaque ſolenni ritu prolui juſſi, ſtagnum majore pellendæ ſitis, quam ſitiandæ religionis ardore petentes ſub ſpecie ſacrorum feſſa obſidione corpora refecerunt. Datur Arcbonenſibus pariter rerum divinarum antiſtes, qui & eis cultioris vitæ formam perſcriberet, & nova religionis rudimenta contraderet. Sed poſt abſceſſum Erici, cum antiſtite pulſa religio; ſiquidem Arcbonenſes abjecta obſidum charitate, priſtinum ſtatuæ cultum repetentes, qua fide divinum ſuſceperunt, prodiderunt.* Itaque melius rem egit, adjutus opera Caſimiri & Bugiſlai Ducum Pomeranorum, & Pribiſlai Ducis Obotritorum, *Helmold Chron. Slav. lib. 3. c. 12. Waldemarus I.* nam is motus

tus multis belli cauſis, varias Rugiæ partes adortus eſt; *cum vero ubique prædæ, & nuſquam pugnæ materiam repeririſſet, Arkon obſidione tentavit. Hujus enim urbis non magis munimenta, quam ritus evertere cupiens, univerſa Rugia profanos cultus ejus excidio deleri poſſe arbitrabatur. Neq; dubium habebat, quin exſtante ſimulacro facilius gentis mania, quam ſacrilegia domarentur. Poſt dies aliquot, poſtquam Rex urbem igne ac oppugnatione afflixiſſet, ſequuta deditio eſt. Saxo* iterum ita lib 14. ſ 324. *Rex oppidanos in fidem hac lege recepit, ut ſimulacro cum omni ſacra pecunia tradito, captivos Chriſtianos ergaſtulo liberatos abſque redemptione dimitterent, omniaque vera religionis momenta Danico ritu celebranda, ſuſciperent. Quin etiam ut agros ac latifundia Deorum in ſacerdotum uſus converterent, ſeque quoties res poſceret Danicæ expeditionis comites exhiberent, nec unquam accerſiti, Regis militiam proſequi ſuperſederent. Præterea annuatim ex ſingulis boum jugis quadragenos argenteos tributi nomine penderent, totidemque obſides in earum conditionum firmamentum præſtarent.*

§. XXII. *Poſtero die Esbertus ac Suno, jubente Rege, ſimulacrum everſuri, quod ſine ferri miniſterio convelli nequibat, aulæis, quibus ſacellum tegebatur, abſtractis famulos ſuccidendi officium arripere juſſos, attentius monere coeperunt, ut adverſum tantæ molis ruinam cautius ſe gererent, ne ejus pondere oppreſſi, infeſto numini pœnas luere putarentur. Interea fanum ingens, oppidanorum frequentia circumſtabat. Svantovithum talium injuriarum autores, infeſtis numinis ſui viribus inſecuturum ſperantium. Jamque ſtatua extrema tibiarum parte præciſa, propinquo parieti ſupina incidit. Cujus extrahendæ gratia Suno miniſtros ad ejusdem parietis dejectionem hortatus cavere juſſit, ne ſuccidendi aviditate pericula ſua parum diſpicerent, neu ſe labenti ſtatuæ per incuriam proterendos objicerent. Ruinam ſimulacri non ſine fragore humus excepit. Præterea frequens ædem purpura circumpendebat, nitore quidem prædita, ſed ſitu tam putris, ut tactum ferre non poſſet. Nec ſylveſtrium beſtiarum inuſitata cornua defuere, non minus ſuapte natura, quam cultu miranda Dæmon in furvi animalis figura penetralibus excedere viſus, ſubito ſe circumſtantium luminibus abſtulit.*

§ XXIII. *Igitur oppidani ſimulacro urbe egerendo funes injicere juſſi, cum id priſtinæ religionis metu per ſeipſos exequi non auderent, captivis exterisq; quæſtum in urbe petentibus, ut illud ejicerent, imperabant ignobilium hominum capita divinæ iræ potiſſimum objectanda ducentes. Quippe domeſtici numinis majeſtatem, quam tanto cultu proſequi conſueverant, graves e veſtigio pœnas a ſuis violatoribus exacturam putabant. Tum vero variæ incolarum voces exaudiebantur, aliis Dei ſui injurias lamento, aliis riſu proſequentibus. Nec dubium, quin ingens prudentiori oppidanorum parti rubor inceſſerit, ſimplicitatem ſuam tot annis tam ſtolido cultu deluſam cernenti. Pertractum in caſtra* (Danorum) *ſimulacrum, admirantis exercitus concurſus excepit. Nec prius ſibi principes ſpectandi licentiam indulſerunt, quam plebem viſendi ſatietas amoviſſet. Reliquum diei in obſidibus, qui pridie remanſerant, accipiendis traductum eſt. Sed & ſcribæ principum in urbem mittuntur, qui ſacerdotali miniſterio rudem religionis populum Chriſtianis ſacris aſſuefacerent, ejusque ſacrilegis ſenſibus ſanctitatis diſciplinam ingenerarent. Veſpera appetente omnes, qui culinis præerant, ſimulacrum attentatum ſecuribus in exigua fruſta aptosque foculo ſtipites redegerunt. Crediderim tunc Rugianos priſtina piguiſſe cultura, cum patrium avitumque numen, quod maxima religione celebrare ſolebant, igni deformiter applicatum concoquendis hoſtium alimentis famulari conſpicerent. Poſthac noſtri pariter & fanum cremandum, & baſilicam lignis machiamentorum inædificandam curabant, belli inſtrumenta pacis domicilio permutantes. Itaque quod obterendis hoſtium corporibus excogitaverant, ſalvandis eorum ſpiritibus impendebant. Dies quoq; quo theſaurus Svantevitho obtorum nomine conſecratus a Rugianis traderetur, præfigitur. Veſpera tertia Regi ſeptem æqualis magnitudinis arcæ, conſecrata Deorum numini pecunia referta a Rugianis allatæ ſunt. His peractis remittendæ expeditionis decretum vulgatur.* Hactenus *Saxo.*

§ XXIV. Verumenimvero *Helmoldus* hic etiam audiendus, qui rem omnem hiſce brevibus complexus eſt, *Chron. Slav. lib. 3. c. 12. In tempore illo congregavit Waldemarus, Rex Danorum, exercitum grandem & naves multas, ut iret in terram Rugianorum, ad ſubjugandum eam ſibi. Et adjuverunt eum Kazemarus & Bugezlavus principes Pomeranorum, & Pribizlavus princeps Obotritorum, eo quod mandaſſet Dux* (Henricus Leo) *Slavis ferre auxilium regi Danorum, ubicunque forte manum admoviſſet ſubjugandis exteris nationibus. Proſperatum eſt ergo opus in manibus Regis Danorum, & obtinuit terram Rugianorum, in manu potente, & dederunt ei pro ſui redemptione, quicquid Rex impoſuiſſet. Et fecit produci ſimulacrum illud antiquiſſimum Zvantevith, quod colebatur ab omni natione Slavorum, & juſſit mitti funem in collum ejus, & trahi per medium exercitum in oculis Slavorum, & fruſtatim conciſum in ignem mitti. Et deſtruxit fanum cum omni religione ſua, & ærarium locuples diripuit. Et præcepit, ut diſcederent ab erroribus ſuis, in quibus nati fuerant, & aſſumerent* cul-

cultum veri Dei. Et dedit ſumptus in ædificia Ecclesiarum, & erecta ſunt duodecim eccleſiæ in terra Rugianorum & conſtituti ſunt ſacerdotes, qui gererent populi curam, in his, quæ Dei ſunt. Et aſſuerunt illic pontifices Abſolon de Roſchilde, & Berno de Magnopoli. Hi adjuverunt manus Regis cum omni diligentia, ut fundaretur cultus domus Dei noſtri in natione prava atque perverſa. Erat autem tunc temporis Princeps Rugianorum, vir nobilis Jaremarus, Tetiſzlavi Regis Rugiæ frater, qui audita vera Dei cultura & fide catholica, alacriter ad baptiſma convolavit, præcipiens etiam omnibus ſuis, ſe cum ſacro baptiſmate renovari. Ipſe vero factus chriſtianus, tam in fide firmus, tam in prædicatione erat ſtabilis, ut ſecundum Paulum, jam a Chriſto vocatum videres, qui fungens vice Apoſtoli, gentem rudem & belluina rabie ſævientem, partim prædicatione aſſidua, partim minis, ab innata ſibi feritate ad nova converſationis religionem convertebat. Acta hæc ſunt ſub *Tetiſzlao Rege Rugia*, Anno Chriſti M C LXVIII. quo Saxones civilia bella gerebant, *Saxo lib. 14 ſ. 326. Helmoldus Chron. Slav. lib. 2. c. 13. Chytraus Saxon. lib. 1. ſ. 11.*

§. XXV. (2) *Apud Sorabos-Miſnenſes & Luſatios.* Dubio procul Sorabi, & quidem Miſniæ, cultum Svanteviti exuere primo cæperunt temporibus Caroli M. Imp. Ita mecum ſentit etiam *Chriſtianus Heckelius Chron.* Biſchofswerd. *c. 2. p. 3. & 4.* refert enim *Hepidanus Cœnobita S. Galli in Annalibus ſuis brevibus: Anno 783. Rex Carolus Merſeburgi reſedit. Goldaſt, Rer. Alam. Tom I. ſ. 7.* Et *Regino: Carolus M. anno 808. contra Bohemos caſtrum ædificat Dresdam ad Albim, & contra Sorabos Vandalos ne Thuringiam vaſtarent, Numburgum ad Salam. Calviſius Op. Chron. p. 747.* proinde vero conſentaneum, multos Sorabos Miſniæ, relictis caſtris Svanteviti, Chriſtianos tunc factos fuiſſe: utpote, quos ideo dignos putaverit pius Imperator, ut urbes eorum aggere & mænibus muniret, & illic conſiſteret. Continuavit converſionem Imp *Henricus I.* ſive *Aucept*, imprimis circa ann. 927. quo capta & exciſa eſt urbs Soraborum *Grunavv. Calviſius Chron. p. 805. Peiſerus Grimmam* vocat, *Rer. Lipſ. lib. 1. p. 91.* Huc etiam ita *Helmoldus Chron. Slav. lib 1. c. 8 Henricus Rex Boëmos & Sorabos ab aliis regibus edomitos, & ceteros Slavorum populos, uno grandi prelio ita percuſſit, ut ceteri, qui perpauci remanſerant, & Regi tributum, & Deo Chriſtianitatem ultro promitterent.* Anno ſequenti 928. idem *Henricus* contra *Sorabos Luſatia*, & Slavos alios urbem Miſenam ad Albim ædificat: Ab iſthoc vero anno primordia quidem ſuſcepti Chriſtianiſmi a Sorabis Luſatiæ facienda arbitror: ſucceſſit enim Henrico I. filius, a quo Miſnenſis eccleſia, ſive Epiſcopa, ex teſtamento Patris, mediis imperii ipſius annis fundata, & acceptis literis pontificis Johannis XIII. an. 968. (al. 958. ſed falſo) perfecta eſt: vid. *Fabricius Annal. Urb. Miſn. Helmoldus Chron. Slav. lib. 1, c. 10. Albinus Meiſn. Chron. tit 22. p. 556.* Huic enim Epiſcopatui tunc *Luſatia Utraque* inſerta eſt. Inde igitur colligo, partem populi Sorabici Luſatiæ Utriusque jam tempore Henrici I. Imp. *a cultu Svanteviti* aliorumve Deorum receſſiſſe: univerſam autem gentem converſam, & Svantevitum abolitum eſſe ſub Ottone I. antequam is (anno 962.) in Italiam abiret: quorſum iterum ita *Helmoldus Chron. Slav. lib. 1. c. 9. Rebus rite peractis in Dania,* (an. 952.) *fortiſſimus Otto Rex convertit exercitum ad ſubjugandos Slavorum rebelles. Quos pater ejus uno grandi bello domuerat, ipſe tanta deinceps virtute conſtrinxit: ut tributum & Chriſtianitatem, pro vita ſimul & patria, libenter offerrent victori, baptizatusque eſt totus gentilium populus. Eccleſia in Slavonia tunc primum conſtructa.* Porro anno M XII. (alii habent an. 1013.) *Sorabi* denuo, una cum ceteris Slavis abjurata religione Chriſtiana, ad ſua idola, & *Svantevitum* redierunt: *Helmoldus lib. 1. c. 16. Omnes Slavi, qui inter Albiam & Oderam habitant, per annos ſeptuaginta & amplius Chriſtianitatem coluerunt, omni ſcilicet tempore Ottonum;* (Sed ſub Henrico II. Imp. ſe abſciderunt a corpore Chriſti & eccleſiæ, cui ante conjuncti fuerant. Igitur cum Henrici II Imp. (vid. ſupra verba *Alberici §. 18. num. 8*) Tertiique cura, tumque Bennonis Epiſcopi Miſnenſis opera Sorabi denuo ab idolo Svanteviti abſtracti ſunt. *Autor Legenda* de Vita & miraculis Bennonis, ap. *Jacobum Ticinum in Epit. Hiſt. Roſenthal. cap. 1 p. 31. Acri odio Sorabi ferebantur in Chriſticolas, inita adverſum eos, ubi ubi perſequendos, conſpiratione. Quod poſteaquam cum angore animi innotuiſſet Divo Bennoni, ſe poſitis aliis negotiis omnibus, in hanc duntaxat curam pro virili incubuit, quo excæcatos hoſce mortales tam periculoſo errore quamprimum eximeret; ut igitur conceptum opus expeditiori methodo effectum daret, benigniſſima compaſſione miſellos ſibi aggrediendos ratus eſt. Ita enim comparatam noverat gentem iſthanc, ut violentia, interminationibusque flecti neſcia humanitate ſolum & clementia inclinaretur: nam quantumvis Henricus III. Romanorum Rex annis ſuperioribus armorum ſtrepitu Chriſti profiteri nomen, Chriſtianaque amplexari dogmata eos compuliſſet; brevi tamen a diſceſſu ejus intercapedine temporis, in errores priſtinos relapſi, eoque ipſo effecti ſunt deteriores. Alia ergo via tentandos arbitratus Divus Benno, doctrina ac inſtitutionis ſuavitate, multos eorundem ad rectum ſalutis tramitem direxit: magna ani-*

animarum præda juratum humani generis hoſtem Svvantevvitumq́; idolorum principem deſpoliondo; cœleſtibus deliciis aſſerens illos, qui alioquin Tartareis fuiſſent ſuppliciis mancipandi. M. Martinus Heidenreich *in Vita Bennonis cap. 14. p. 11.* Quæ converſio poſtrema ad annum Chriſti 1066. & ſequentes, temporaque Henrici IV. Imp. referenda eſt. Nam Anno 1066. Benno præſul electus eſt Miſnenſis: obiit autem 16. cal. Julii, anno 1106. cum annos XCVI. vivendo feciſſet.

§. XXVI. Denique (3) apud *Bohemos. Dubravius Hiſt. Bohem. lib. 1. p. 53. Diu ſuperſtitio & cultus Svantoviti, ſimulacri etiam inter Bohemos viguit: donec Divus Wenceslaus principem Bohemiæ agens, impetratis ab Othone Cæſare Divi Viti reliquiis, ſanctum Virum, Idolo profano abolito, venerandum Bohemis exhibuit. Sed ne ſic quidem memoriam Svantoviti delere ex mente Bohemorum quivit: quippe nunc quoq́; nullam magis ſolemnem Bohemi ſalutationem habent, quàm eam, quæ fit ſub Viti nomine: excepturi enim vel hoſpitem, vel amicum, vel intimum quemquam peregre advenientem,* Vitei, Vitei, *ingeminant; ſoſpitati, quaſi a Svatovito conceſſæ, ita congratulantes, quia forte ita evenit, ut peſte circumvicinos increbeſcente, ipſi duntaxat, qui Svatovitum colebant, a contagio integri & incolumes permanſerint.* Hæc *Dubravius:* ſed quæ ille in teſtimonium ſuæ narrationis de voce atque etymo Witey, diſſerit, & a *Stranskio,* (vid. ſupra *Sect. 1. cap. 1. num. 3.*) *Schedio,* aliisque repetuntur nos diſcuſſimus *lib. 2. Orig. Lingv. Sorab. cap. 7. p. 837. ſeq.*

CAPUT II.

De

Radegaſto, ſeu Marte Soraborum Slavorumque, ac altero ſupremo Deo.

§. I.

INter nomina illa Dei, quæ vulgo attributa externa vocamus, ultimum non obtinet locum, *Juſtitia*, qua Deus ſumme juſtus, imo ipſa Juſtitia dicitur. Eſt vero, ut alias diſtinctiones præteream, Deus aut erga ſe, aut erga creaturas juſtus: erga ſe juſtus eſt, quia tribuit ſibi ipſi: atque a creaturis etiam ſibi tribui jubet ſummam illam gloriam, quæ ipſi ut ſummo Enti ac ſummo bono debetur. *Eſa. 42, 8.* Erga creaturas juſtus eſt, tum diſpoſitive, quatenus omnes actiones, omnia opera ſua ad extra, juxta normam æquitatis, & juſtitiæ diſponit: eſtque juſtiſſimus totius univerſi gubernator ac dominus: tum diſtributive, quatenus unicuique creaturæ reddit, ſecundum opus ſuum. Porro juſtitia ejus, qua diſtributive ſe exerit, vel remunerativa eſt, qua bonos præmiis afficit: vel punitiva, qua malos pœnis affligit. *D. Gerhard. Exegeſ. Loc. II. ſect. 12. §. 229. f. 319.*

§. II. Sed pœnas etiam tres primarias ſive capitales vocant, quæ mala communia, (Land-Plagen) vulgo audiunt, quod bonos ſimul & malos affligant, ſuntque ea: *λοιμός, λιμός, πόλεμος,* id eſt, *peſtis, annonæ caritas, bellum. 2. Sam. 24, 13.* Bellum reliquarum duarum mater, fons & ſcaturigo eſt: *peſtis*, malum magnum: *annonæ caritas*, malum majus: & *bellum*, malum maximum.

§. III. Cum autem *Bellum*, quo de nunc præprimis, a juſto Deo immittatur ob peccata hominum, qualia quindecim in Sacris Literis commemorantur. *Mollerus Num. Sacr. §. 63. p. 22. edit. Lipſ. an. 1669.* Idcirco juſti etiam atque boni *Imperatoris* munia Deo attribui ſolent: Dicitur enim Deus *Vir belli*, der rechte Kriegs-Mann, *Exod. 15, 3. Princeps exercitus Domini, Joſ. 5, 14.* יהוה צבאות *Dominus Zebaoth, 1. Sam. 1, 3.* vel צבאים *Zebaim*, id eſt, *exercitus, Pſal. 103, 21* confer. de hac phraſi *Walther. Spong. Moſ. ad Gen. 2, 1. p. 102. ſeqq.* Dicitur etiam de Deo, quod *portas hoſtium ipſe ſubvertat, Judic. 5, 8.* quod *ponat terminum pacem Pſal. 147, 14.* paucis: de præſentia Dei *in caſtris* legas *Deut. 23, 14.* de præſentia *in acie,* & *conflictu* cum hoſtibus, *2. Sam. 5, 24. 2. Paral. 32, 8.* de præſentia *in obſidione*, & *expugnatione* urbium, *Joſua. 6, 2. c. 8, 1. Pſal. 18, 29. Pſal. 60, 11.* de præſentia in aperiendis viarum & portarum clauſtris, *Deut. 9, 3. Eſa. 35, 2.* in obeundis vigiliis, *Exod. 13, 21. Zach. 2, 5.* in largienda victoria, *Deut. 7, 23. Judic. 20, 28. 1. Reg. 20, 13. 2. Reg. 13, 17.* confer. *Gerhard. Loc. de Magiſtrat. Polit. ſect. 6. membr. 8. §. 370 Tom. VI Locor. f. 416. ſeqq.*

§. IV. Itaque Slavi, Sorabique, iſtis aliisve ſimilibus publica fama, traditioneque acceptis, vel ipſa natura ſuffragante moti, cum Deum ſummum, cui hæc competerent, cœleſtia tantum curare crederent, *Radegaſtum* quendam confinxerunt, qui ut belli præſes atque imperator exercitus publice ſeorſimque ab omnibus ſit invocandus ac adorandus.

§. V. Hinc obſerv. (1) *Nomen Radegaſti.* Varie illud ipſum ac modo diſſimili a multis ſcribitur, quoniam lingva & pronunciatione non omnes conveniunt; atque Idolum Slavicum cum *Radegaſto* rege Gothorum confundunt. Nimirum apud *Zoſimum lib. 5. in Arcadio & Honorio f. 803.* & in *Olympiodori* Excerptis exprimitur Ροδο-

γάϊσος, *f 853. edit. Sylburg.* apud *Proſper. Aquitan. in Chron. ad A. C. 402. & ad ann. C. 407.* apud *Oroſium*, & *Abrahamum Bucholcerum* in Indice Chronologico, ad A. C. 405. *Abb. Urſpergenſ. pag. 125. Rhadagaiſus*: apud *Iſidorum Hiſpalens. & Freculphum* Epiſcopum *Chron. lib. 5. c. 5. Radagaiſus*: apud *Ditmarum Chron. Merſeburg. lib. 6. f. 65 Riedegoſt*: apud *Helmoldum Chron. Slav. lib. 1. c. 2. Redegaſt. lib. 1. c. 23. Rodigaſtus, & c. 52. Radigaſt*: apud *Bangertum* in not. ad eundem p. 126. & *Maſium* tr. de Diis Obotritis, *Radegaſtus*: *in Chron. Saxon. ad an. 1133. Ridegaſt*: apud *Albertum Cranzium Vandal. lib. 3. c. 4. & 37. Radegaſt*: apud *Nicolaum Mareſcalcum in Annal. Herul. & Vandalor. lib. 1. c. 4. Rhadagaſus*: apud *Emſerum* in Vita Bennonis, *c. 8. Radgoſt*: apud *Nicol. Petrejum de Cimbr & Gothor. Orig. lib. 2. p. 95. Radegaſtus*: apud *Fabricium Orig. Saxon. lib. 2. f. 159. Radagaſtus*: apud *Schneiderum Chron. Lipſ. lib. 4. p. 141. Radigaſt*: apud *Johannem Sambertum* de ſacrificiis *c. 5. Radegaſt & Redegaſt*: *& c. 22. p. 552. Radagiſius.*

§. VI. Obſerv. (2.) *Etymon Radegaſti.* Nomen *Radegaſti* derivaturis perplacet nonnullis non tam etymon, quam originem potius idoli tradere; nam a *Radegaſto* ſive *Rhadagaiſo*, rege Gothorum Vandalorumque (i. e. Germanorum) bellicoſiſſimo, communiter illud arceſſunt. *Petrus Albinus Chron Miſn. tit. XI. p 299.* Etliche halten dafür, Radegaſt ſey ein Wendiſcher (rectius der Wandalen) König geweſen, welchen ſie hernach zu ehren und anzubeten angenommen. Denn ſolches bey den Heyden nicht unbräuchlich geweſen, daß ſie ihre Obrigkeit, ſo ihnen für andern viel gutes gethan, ſie etwan aus einer groſſen Noth errettet, oder ſonſten ſich wohl um die Unterthanen verdienet, nach ihren Todt als Götter geehret: Der Nahme aber iſt ohnezweiffel deutſch, wie man derſelben Compoſition mehr hat. *Henricus Bangertus not. ad Helmold. Chron. Slav. lib. 1. c. 52. p. 176.* Radegaſtus *celebre Obotritorum numen. &c. nomen illi a Radegaſto, rege quondam Obotritorum bellicoſiſſimo, inditum fuiſſe putatur. Hunc enim cum poſt res magnas feliciter geſtas & præclara edita facinora, in prælio occubuiſſet, pro numine colere cœperunt.* Et p. 127. Radegaſtus, *ut illud de nomine adjiciamus, Græcis Ῥοδαγάϊσος, ut Zoſim.* lib. 5. *in Arcadio & Honorio, & in Olympiodori Excerptis Latinis nonnullis Radagaſtus appellatur*: ut *Iſidoro Hiſpalenſi* Chron. Goth. æra pag. 437. *Freculpho* Epiſcopo Chron. T. II. lib. 5. c. 5. Gaſt, vox noſtra, non ut hodie *hoſpitem*, ſed quemvis hominem ad omnia promtum & habilem ſignificabat. Multæ hinc apud veteres appellationes, cum hac voce compoſitæ. Inter Auctores Legis Salicæ, apud *Baſilium Joann. Herold.* occurrunt *Rodegaſt, Salogaſt, Windogaſt*, & *Wiſogaſt. Carolus M.* præfat. *Capitulorum*, quæ ad Legem Longobardorum addenda, ſcribit, Ducibus, Comitibus, & Caſtaldiis. Leg. Franc. l. 4. Alias voces hinc factas collegit *Meibomius* not. in *Witichind.* p. 42 Similiter *Thomas Reineſius* de Deo Endovellico p. 12. *Radagaiſum Scytham, qui a Gothorum quedam corpore Rex electus in Pannonia, adſumtis Hunnorum, Vandalorum copiis cum ducentis millibus Italiam inundaverat, circa A. C. 400. ut eſt ap. Jornandem & J. Magnum lib. 18. c. 7. Vandali Obotriti ſuperſtitione ſua in Deum refinxere nomine Radegaſt, cujus ſimulacrum in urbe Rethero venerabantur, teſte Kranzio lib. 2. Vandal. c. 22. & 25. lib. 3. cap 4. Metropol c. 43.* ſed bene *D. Gothofred. Maſius* Schediaſm. *de Diis Obotritis, & præcip. de Radegaſt. cap. 3.* dubiam variantemque de rege Radegaſto eſſe ſententiam Autorum, monet: cujus hæc verba ſunt: *Id obiter notamus, diſcrepantes eſſe Auctorum de* Radegaſto *ſententias, alii Gothorum Regem fuiſſe narrant, alii vero Vandalorum, vel potius Obotritorum Principem, qui Gothorum Sarmatarumq; auxiliis inſtructus tantam expeditionem ſuſceperit.* (*Radogaiſus* ex tranſrhenanis Celticis Germanicisque nationibus collectis hominum quadringentis millibus. *Zoſimus* lib. 5. pag. 803.) *De interitu etiam Radegoſti diverſa ſcribunt; alii in prælio fortiter pugnantem cecidiſſe, alii in fuga captum miſereque trucidatum a Romanis memoria prodiderunt. Quicquid autem de eo videatur, ad noſtrum quidem inſtitutum parum facit: utrobique illud conſtat, Radegaſtum ingenti animo Virum, magnaque apud ſuos & exteros auctoritate fuiſſe: unde etiam mortem ejus acerbe vindicandam Vandali rati, duce Carolo rege, novam ingentemque expeditionem 400000. equitum peditum qua in Italiam parabant, quam tamen in Galliam & Hiſpaniam deinceps ſuſceperunt, uti videre eſt apud Iſidor. Hiſpalenſ.* Chron. Goth. æra. 443. *Sigon. de occident. Imp. lib. 10. an. 404. 405. In vetuſto quodam Chronico Germanice ſcripto, hac de rege* Radegaſto *verba invenio*: Wie denn auch ihre (der Obetriten) Vorfahren, und ſonderlich Radegaſt der Obetriten und Herulorum König zur Zeit Stiliconis A. C. 407. nebſt andern in Italien mit groſſen Volck gezogen, allda gewaltig obgeſieget, auch nachgehends Africam und Hiſpanien bezwangen. *Quod tamen unde hauſerit Auctor, equidem ignoro. Certe, qui expeditionis hujus mentionem injiciunt, Rodedaſtum vel in prælio pugnantem cecidiſſe, vel non diu poſt ſuperſtitem memorant* (captum eſſe in fuga, & cum liberis obtruncatum, ſcribit ex *Zoſimo Calviſius* Chronol. an. 405. p 378. & ex *Oroſio Bucholzerus* Indic. Chronolog. h. a.) *quod autem de Africa & Hiſpania ſubacta, tradit Auctor,*

Duce

Duce Alarico poſt necem Radegaſti contigiſſe accepimus: tunc enim Alaricus immenſis Gothorum copiis ſtipatus Galliam petiit, a Stilicone vero inſidioſe invaſus eſt: quapropter (*Zoſimus* lib. 5. in fin. dicit, Honorium Imp. negaſſe Alarico poſtulata ſua; unde hic iratus Romam obſederit. &c. Hiſtoriam a. obſeſſionis narrat idem lib. 6) *in furorem rabiemquem converſus Italiam ferro & igne vaſtavit: Romam biennio obſidione cinxit, & tandem A.C. 410. cepit. Inde Gothi per Campaniam, Lucaniam, Brutiamque ſimili ſtrage progreſſi, Rhegium pervenerunt, iter in Siciliam meditantes. Sed & Alarico ſubita morte interempto Gothi Romam reverſi, quicquid reliquum erat, ad exitium vaſtitatemque vocarunt: Non uno igitur duce a Gothis Vandalisque geſta ſunt, quæ Auctor Chronici ſoli Radegaſto tribuere videtur. Hunc vero Radegaſtum propter eximiam virtutem & heroica facta poſt obitum inter cælites conſtitutum, divinoq́ honore affectum memorant, erecta in honorem ejus ſtatua aurea, cui Radegaſti nomen impoſitum, & oraculi celebritas acceſſit. Verum ut illud dicam quod res eſt*, qui ita ſentiunt, nominis potius, quam temporis rationem habent, & idoli hujus cultum duratione nimis brevi circumſcribunt. Fuiſſe heroa quendam fortiſſimum, qui originem idolo nomenque dederit, non equidem inficior; at hunc fuiſſe *Radigaſtum*, cujus ſeculo demum V injicitur mentio, dictu quam probatu eſt facilius; ſenſit hoc *Clariſſ. Bangertus*, hinc in notis ad *Helmold. Chron. lib. 1 c.52. Siquis*, inquit, *idolum Rege fuiſſe antiquius & hunc ab illo denominatum eſſe dixerit, non multum refragabor. Itaq́ & plures olim extitiſſe Hercules accepimus, ſic plures etiam Radegaſtos fuiſſe exiſtimo: quorum bellicoſiſſimum Vandali pro numine venerari cœperint. Etenim, ut apud Romanos & Græcos frequens erat virorum fortium apotheoſis; ſic eundem apud Germanos morem obtinuiſſe, conſtat. Habuere ſuum Romani Herculem; ſed & ſuum Germani habuere: ut innata huic genti fortitudo animi, ſic neminem magis divino honore dignum putabat, quam qui in prælio rem ſtrenue geſſiſſet. Hinc plures apud Germanos Dii nati, & a cæca gente religioſe culti; primum enim ſtatuas & imagines in honorem eorum, vel ſub dio, vel in templis collocabant: ut non niſi veneratio quædam civilis & defuncti memoria quæri videretur: ſimulac vero annorum ſeries vetuſtatis famam heroibus iſtis conciliaret, repente in concilio cæleſtium collocati fuerunt. Mox flamines & ſacerdotes idolo præfecti, qui vel fraudulosa, vel Diaboli ope adjuti reſponſa precantibus dedere. Quisquis ergo tandem fuerit Radegaſtus, dubium certe non eſt, quin Vir fortis & ſtrenuus miles fuerit, eaque propter inter Deos relatus ſuperſtitioſa gentis veneratione cultus ſit: quando autem cœperit iſte cultus, definire non licet: attamen ante ſeculum a Chriſto nato V. cœpiſſe ſentio; cui non obſtat, plures poſtea Gothorum Reges Vandalorumq́ Principes in honorem virtutis Radegaſti nomine inſignitos fuiſſe. Hactenus Maſius*, Vir celeberrimus. In hoc autem dicenti merito aſſentior, quod *Radegaſti* idolum, rege ſic dicto, multo vetuſtius eſſe poſſit: credibile enim eſt, quod jam a Slavis in patria veteri, cultum ſic, & nondum occupata Vandalorum terra. Addam vero, primo, me ſentiente, nihil prorſus præter nominis ſimilitudinem Radagaiſus rex, de quo tam multa ſcriptores, cum idolo Radegaſto commune habuit: Fuit enim ille Radagaiſus, ſeu Radegaſtus Rex Vandalorum & Gothorum, i, e. *Germanorum*, vid. *Nicolaus Mareſcalcus Annal. Herul. & Vandal lib 2. c. 14.* ſed Radegaſtus, idolum ſic dictum, ad *Obotritos, Redarios*, &c. id eſt, *Slavos Soraboſq́ pertinebat.* Secundo exigua valde apud Slavos regum erat quondam ſuorum autoritas: *Helmoldus lib. 2. c. 12. Rex apud eos* (Slavos Rugianos,) *modicæ æſtimationis eſt, comparatione flaminis*: quamobrem nec divinam autoritatem regi tribui poſſe putaverim: eſſet enim illud infra majeſtatem numinis, contraque autoritatem flaminis: Neque tertio legitur a Slavis fuiſſe unquam in numerum Deorum homines collocatos: nam pro diis apud illos æſtimabantur, qui procederent de ſangvine Dei in cœlis imperantis. Ita diſerte *Helmoldus lib. 1. c 73. Non diffitentur Slavi, unum Deum in cælis, ceteris imperitantem, illum præpotentem cæleſtia tantum curare* (ajunt:) *hos* (alios) *vero diſtributis officiis obſequentes, de ſangvine jus proceſſiſſe, & unumquemq́ eo præſtantiorem, quo proximiorem illi Deo Deorum.* Cum itaque Radagaiſus homo fuerit, & non de ſangvine Deorum fieri non potuit, ut in Deum eveheretur. Denique *quarto* nusquam in hiſtoria occurrit, quod Slavi Deos Germanorum, quales priſci Vandali fuere, in numerum ſuorum Deorum ſuſceperint: quippe quod Germanos, resque eorum odio plusquam Vatiniano, & cane pejus ac angve averſarentur: ea de cauſa nec Radagaiſus Teuto a Slavis pro Deo habitus eſt: nec etiam haberi potuit, quia ab ipſismet Vandalis, hoc eſt, Teutonibus pro numine agnitus cultusve non fuit: proinde ſimilitudo nominum Radagaiſi, & Radegaſti errorem omnem peperit, quo Radegaſtum idolum a Radagaiſo ortum trahere, dicitur: ſed de hoc plura infra § 9.

§. VII. Porro de *etymo* nominis Radegaſti ita quoque cap. dict. *B. D. Maſius*, perſuaſus ſcilicet, Obotritos Slavos, ſacra & lingvam ipſorum conveniſſe quondam cum gente, ſacris, & lingva Vandalorum

rum ſeu Germanorum. *Radegaſti nomen, ſic ille, qualo vel origine ſit, vel ſignificatione, conjecturæ potius res eſt, quam indubiæ obſervationis. Sunt qui natales ejus in Græcia quærunt, cum apud Zoſimum lib. 5. in Arcadio & Honorio, & Olympiodorum in Excerptis*, Ῥαδαγάϊσος, vel Ῥαδογάϊσος, *inveniatur. Alii vero vocem natura Vandalicam eſſe contendunt: quibus cur aſſentiamur, non tam autoritate movemur, quam rationibus: Certe cum in Vandalia & a Slavis coli cœptum fuerit Radegaſti numen, convenienter etiam originem vocis inde petimus, unde res iſta orta eſt: licet deinceps idem nomen & Græci & Latini (nam & Latinis quibusdam, ut Iſidoro Hiſpalenſi Chron. Goth. Æra 437.* Radegaiſus *dicitur,) terminatione ſuum fecerunt: perinde ac olim Romani nomina Arminii & Teutobochi, pro noſtris vocibus* Heermen, vel Herman, & Teutebuſ, *ut creditur, Latine efferebant, quorum tamen originem in Latino fruſtra quæſiveris. Sed nec una tamen inter Vandalos eſt nominis hujus expreſſio, modo enim Radegaſt, vel Radigaſt, modo etiam Riedegaſt, & Radegaſt, in hiſtoria antiqua legitur: quæ vocalium mutatio, ut fieri quandoque ſolet, propter variam Vandalorum dialectum, facile oriri potuit. Nobis præ ceteris placuit* Radegaſt, *cum eodem nomine hodieq; amnis inſigniatur, qui* Gadebuſchum *alluit, * ut ſic derivatio Germanica aptior eſſe videatur. Nam ſi vocem ex* Rade, & Gaſt componueris, ſenſum plane convenientem gignit: Gaſt *enim antiqua ſignificatione non tam hoſpitem notat, quam hominem omnium horarum, & ad negotia quævis alacrem & promptum: unde multa vocabula in veteri hiſtoria cum voce* Gaſt *compoſitionem ingrediuntur: quorum hodie ſupereſt appellatio: ut* Wolgaſt, Windegaſt. *&c. Cujus generis plura collegit celebris Meibomius not. Witichind. p. 42. quem vide. Nec diſſimile vero eſt* τὸ Gaſt *aque olim dignitatis & officii nomen fuiſſe, ac hodie nomina* Grafe, & Landgrafe *origine Germanica: vid. Limn. in Jur. Publ. Sane dum Carolus M. in præfatione Capitulorum, quæ Legi Longobardorum addenda, Ducibus, Comitibus, & Gaſtaldis ſcribit: conjecturæ noſtræ fundamentum præbet. V. Leg. Franc. l. 4. citante Bangerto in not. ad Helmold. Chron. Slav. p. 127.* Raden *vero noſtra voce eſt conſilium dare: ut ita* Radegaſt, *vi vocis, aliquem in conſiliis dandis verſatum ſignificet; quod in idolum, a quo oracula & in rebus dubiis conſilia petebant Vandali, non male quadrat; ſi vero primum heroa, Regem illum Obotritorum (unde nomen idolo inditum putant,) potius* Riedegaſt, *h. e. equitem generoſum & alacrem dictum fuiſſe contendas, equidem non repugno. Sed hæ ſunt, uti dixi, conjecturæ, nullis fere rationibus ſuffultæ: quibus, ut impune indulgere licet, ſic nimis curioſe immorari, non eſt opera pretium.* Huc uſque *D. Maſius.* Ab eodem etiam parum abit ἐπίκρισις aut ἐπίταγμα nobiliſſimi *Tenzelii in Colloq. menſtr. Anno 1689. p. 698.* Es hat der Autor (D. Maſius) eine Bedeutung deßelben, (warts Gaſt) ausgelaſſen, welche ſich meines Erachtens am beſten hieher ſchicket. Denn es heiſt auch (Gaſt) ſo viel als einen Geiſt, Spiritum, wie zu ſehen, aus dem alten Sächſiſchen Symbolo Apoſtolico, welches Freherus und Boxhorn ediret, in dem dritten Artickel: und ie gelyſe on than halgan Gaſt: und aus dem Glaubens-Bekäntnis, welches die alten Teutſchen vor mehr als 900. Jahren bey der Tauffe abzulegen pflegten, und Holſtenius in einem alten MSto gefunden: gelobiſt in halogan Gaſt? Reſp. ie gelobo in Halogan Gaſt: dafür in dem alten Fränckiſchen Symbolo, welches Lehmann und Boxhorn heraus gegeben, ſtehen. Kilaubu in wihan Keſt; demnach hieſſe Radegaſt, einen Geiſt, der einen Rath giebet, welches mehr eine religieuſe perſuaſion machet, als wenn man den Gott mit einem loſen durchtriebenen Gaſt conferiret.

§. VIII. Vidimus etyma eorum, quibus per μεταβολὴν ἐις ἄλλο γένος, dictionem Slavicam, ad fontes Germanicos deducere haud diſplicet: nunc, quid Slavicæ e contra lingvæ gnari ſentiant, diſpiciendum: Atque horum quidem *tres* leguntur notiones, ſingulæ tamen nomen *Radegaſti* tanquam compoſitum, ſiſtunt. Verba *Fratris* mei transſcribam, nam is paucis complexus eſt, quicquid autoribus huc pertinentibus, ſibique ipſi viſum fuerit: Ille ita diſſert. 1. de Diis Slavorum: Rade-„ gaſti *nominis natales expreſſuri, ad Polono-„ rum* Geß, *aut* Geſsa, *Romanis Jupiter, con-„ fugiunt alii: rurſus alii a* Radedaſcz *id eſt„ fatis conſilii,* (ſcil. Slavis eſt) *petunt, &c.„ Cum vero certo certius conſtet, Radegaſtum„ Martem ſuæ gentis fuiſſe, nomen ejus a* Raſ-„ wodz, *quod Ducem belli Slavis ſignificat, na-„ tales quoque ſumpſiſſe, nobis probabile videtur.„* Hæc *Frater.* Etymon primum eſt *Joachimi Paſtorii ab Hirtenberg in Diſſert. de Orig. Sarmat. p. 22.* quem credam aures præbuiſſe *Alexandro Gvagnino*, ſcribenti in *Vitis Regum Polonorum, Sarmatia Europea Deſcript. fol. 9. edit. Spir. an. 1581. Jovem,* ait hic, *Poloni veteres Jeſſam, gentili lingua, appellabant. Alterum* Radedoſcz, eruditorum, Sorabiceque ſcientium non calamo ſcripta, ſed ore tria παρωνομασία dici meretur, non enim lego, quod ullibi defendatur: tertium denique etymon ſagaci *Fratris* induſtriæ debemus: unde in annotatis ad ſua, loc. cit. ita pergit: *Ne Scripturæ diverſitas„ ſcrupulum injiciat legenti, quomodo concili-„*

au-

* *Nicolaus Mareſcalcus Annal. Herul. & Vandal. lib. 1. c. 4. Eſt in colliminio Gadebuſum, quam alluit Rhadagaſus amnis, nomen numinis obtinens.*

„*andum utrumq; vocabulum* (Radegaſt, & „Roſwodj) *ſit, oſtendendum eſt. Primum* „*autem illud ſciendum, ſcriptores in voce hac* „*admodum differre. Zoſimus enim lib. 8. in* „*Arcad. & Honor.* Ραδογάϊσος; *Iſidor. Hiſpal.* „*Goth 473. Radagatſus. Helmoldus lib. 1. c. 21.* „*p. 61. §. 1. Radigaſtus, lib 1. c. 2. p. 6. §. 6. Rede-* „*gaſt, & lib. 1. c. 52 p. 125 §. 2 Radigaſt; Dit-* „*mar. Chron. Merſ. lib. 6, f. 135. Riedegaſt: le-* „*gunt. Ex diverſa hac ſcribendi ratione nunc* „*facile colliges, vocis ſcripturam aut antiquam* „*eſſe, aut multam partem corruptam. Quod* „*ſi impetravero, non aliteris amplius vocis o-* „*riginem petendam; ſed in cultu idoli, ac mu-* „*neribus, quæ ſuſtinuit potius, quærendam* „*eſſe patebit. Et vero hoc ipſum* Reſwodj, „*Dux belli, Slavis, titulus Martis, oraculo,* „*quale Radegaſtus fuit, admodum conveniens* „*omnium optime præſtat.* Raſno *enim Sla-* „*vis dir eſt, ſeparandi vim habens particula.* „Wodzu *vero duco, illis ſignificat; & hinc* „Roſwodj belli dux, Germ. ein Hertzog. „S. *vero,* & T *aut* D. *litera admodum a ple-* „*be confunduntur, ut hujus terra* (Saxoniæ) „*incolæ agreſtiores, pro* Waſſer, Watter *di-* „*cunt,* alii Wader: *ſic q; ex* Roſwodj, Rod- „wodj, *factum, uti adhuc dum* Rodewiz, „(*Sorabis* Roſwodeze,) *pagus in Luſatia ſu-* „*per. eſt.* W *itidem cum G. facile miſcetur,* „*uti pro* Wilhelm, *Latinis Guilelmus, aut Gu-* „*lielmus dicitur: & ita* Roſwodj, *in* Rod- „godj, *ac vocalibus o in a mutatis,* Radgodj, „*habes; quomodo etiam Iſidorus loc. cit. legit:* „*Latinus vero Radgarſus, Radgaſtus, aut Ra-* „*degaſtus, ſcribitur, ad difficilem conſonantium* „*vitandam juncturam.* Hæc *Frater.* Poſſet etiam quarto antiquam Radegaſt, ortum credi, per epentheſin ſyllabæ eg, ex Sorab. & Bohem. Radoſcj, vel Radaſt, id eſt, *gaudium, lætitia, hilaritas,* ἐυφροσύνη, ἐυφρασία, χαρμοσύνη, ſic enim apud *Ditmarum Chron. Merſeb. lib 7. f. 106.* Knegini, ſcribitur, pro Kneni, id eſt, *Domina.*

§. IX. Verumenimvero ut litibus Grammaticalibus colophonem imponam: primo vellem ſane, ut pro diverſæ omnino lingvæ vocabulis, Radagaiſus vel Radegaſtus, & Radegaſt, habeantur: ſupra enim Radegaſti regis nomen, quia Gothus Vandalus ſeu Teuto ipſe fuit, eſſe e ſermonis Germanici vocibus rathen & gaſt compoſitum; audivimus *Doctorem Maſium & Tenzelium*: aut forſam rectius, meo arbitrio, Radagaiſus vel Radegaſtus erit ex nomine Alemannico proprio *Ratgis, Ratkes, Rutgoz, Ruthcoz, Ruadcoz, Radkoz, Ratgiſus,* vel *Rotgiſus*, ſic enim unum idemque nomen varie uſurpatum & ſcriptum legitur apud *Melchiorem Goldaſtum Tom. II. Part. 1. Rer. Alamann.* in *Catalogis Nominum Propriorum maſculinorum. f. 132. & 141.* Radegaſt, autem vox Slavica eſt, ut mox dicemus. Secundo, error autem eorum, qui nomina Radagaiſus, Radegaſtus, & Radegaſt, pro iisdem accipiunt, ideo condonari facile poterit, quod ſooo parum, aut nihil fere vocabula differant. Id enim peculiare & proprium lingva Germanica & Slavica ſive Sorabica, habet, ut ὁμοιοπτῶτα & conſona literis plurima vocabula in utraque videas; quæ tamen in forma aut ſignificatione prorſus diſcrepant: ſic v. g.

Germanis	Sorabis
Gaſt, hoſpes.	Goſt. teſqua.
Haube, vitta.	Huba, os, labium.
Heu, fænum.	Hai, ita, ſic.
Ja, ita, ſic.	Ja, ego, pronomen.
Krug, urceus.	Kruch, pars, particula.
Küſſen, oſculari.	Kußam, mordeo.
Lecker, linctor.	Lickar, medicus.
Leine, funis.	Lina argilla.
Löwe, leo.	Lowa, caput.
Loſe, malus.	Lojo, lectus.
Liſt, dolus.	Liſt, literæ, epiſtola
Mämme, mater.	Mam, habeo.
Mücke, culex.	Muka, farina.
Paß, tranſitus. it. literæ commeatus.	Paß, zona.
Pracht, decor.	Pruh, pulvis.
Riebe, rapa.	Rib, boletus,
Ritz, rima, fiſſura.	Rioj podex.
Schlau, verſutus.	Slawa, gloria.
Schöne, pulcer,	Jona. fœmina,
Speien, ſpuo.	Spiwam canto.
Wicke, vicia.	Wieko, operculum, tegillum, &c.

Præterea Sorabi ſive Slavi etiam una cum Germanis non pauca communia verba poſſident, quæ materia & forma plane conveniunt: v. g.

Mauer, Germanis.	Muria, Sorabis, murus.
Treme,	Trama, tignus, pila.
Rath, conſilium.	Rada, idem

plura vid. de *Orig. Lingv. Sorab. lib. 4. cap. ult.* Hinc etyma vocum lingvæ Slavicæ quæſituri, viſa harmonia nominum, prudenter ſibi caveant, ne eo ipſo ἐις ἀλλογένος lingvæ deſcendant, ex genioque peregrinæ dictiones explicent, aut ſedem illarum, ſpreta propria ac nativa prorſus alio transferant. Atque ſic, ut paucis me abſolvam, vocab. Idoli Radegaſt, non ex Germanico nomine ac ſignificatione Radegaſti aut Radagaiſi regis ducendum aut exponendum arbitror. Sed quia vox oris ac uſus Slavici, tanquam compoſita derivanda omnino eſt ex Slav. Sorab. Polon. Bohem. &c. rada, *conſilium,* & gaſt vel

 goſcj,

goſcʒ, *teſqua, ſaltus, condenſum.* Hincque Radegaſt, idem atque *conſultor, patronus,* (bellicus) *ſedem ſuam habens in ſilva denſa.* Germ. ein Waldrath, oder Kriegs-Gott, der im Walde ſeinen Sitz hat. Nam rada, conſilium, metonymice ſæpe pro conſultore aut conſiliario accipi ſolet. Bene ad etymon noſtrum *Ditmarus Chron. Merſeb. lib. 6. f. 65. Urbem* Riedegaſt (ſedem Radegaſti) *undiq; ſylva ab incolis intacta & venerabilis circumdat magna.* Et paulo poſt: *Hanc ad bellum properantes ſalutant, i. e. conſulunt Deum urbis de bello prudenter ſuſcipiendo, & gerendo conficiendoq; proſpere.* Ceterum Gaſt, aut Goſcʒ vocabulum eſt hodie obſoletum: hæret vero in nominibus propriis pagorum, ut Luchigoſt, Durrwald, pagus dynaſtiæ Seftenbergenſis in confinio Luſatiæ. Polonis pro Goſt, ſuper eſt Geſtwa, id eſt, *teſqua, ſaltus, ſaltuoſus locus,* a geſty, *denſus, ſpiſſus,* vel verbo geſceic, *craſſeſco, denſeo, condenſeo:* pro quo Sorabi huſcʒuju, dicunt ſcribuntque; & ab hoc huſty, *denſus, craſſus,* mutato G. in H. Igitur Goſt, vel goſcʒ, idem ac ſi Sorabice dixeris Luſcʒina rudikker, verwachſener Wald. Et tantum de etymo.

§. X. Obſerv. (3.) *Figura Radegaſti,* ſive *Martis Slavorum:* de hac ita *Adamus Bremenſis, Hiſt. Eccleſ. lib. 2. c. 11. Forma erecta auguſtiori conſpicuus erat, capillis non prolixis, ſed criſpioribus, & quaſi in gyrum actis decorum facie rotunda & ad majeſtatem magis quam venuſtatem compoſita; ſupra caput avis diſtentis alis capillo innexa ſtabat; pectus inſignia gentis oſtendebat, nempe nigrum Tauri caput, quod dextra tenebatur; ſiniſtra vero bipennem gerebat; de cetero nudus, nec ulla ſui parte obvelatus;* repetit hæc verba etiam *D. Maſius* de *Diis Obotritis cap. 4. p. 72. Helmoldus Chron. Slav. lib. 1. c. 2.* ita: *Civitas Redariorum vulgatiſſima Rethre, ſedes idololatriæ: templum ibi magnum conſtructum dæmonibus, quorum princeps eſt* Redegaſt. *Simulacrum ejus auro, lectus ejus oſtro paratus: pons ligneus tranſitum prabet, per quem tantum ſacrificantibus aut reſponſa petentibus via conceditur.* *Bangertus* in not. ad Eund. lib. 1. c. 50. *Radegaſtus, celebre Obotritorum numen: totus ille in urbe Rethra in fano ſuo ſtabat aureus, uti ſcribit Helmoldus* ſupra c. 2. n. 7. *capillis capitis avicula diſpaſſis alis inhærebat: pectori tauri caput nigrum gentis inſignia, additum, quod dextra fulciebat: ſiniſtra vero bipennem jactabat. Chron. Saxon. ad ann. 1133.* Der Obotriten Abgott zu Mecklenburg hieß Ridegaſt, der hatte für der Bruſt ein Schild, darinnen ſtund ein ſchwartzer Püffels-Kopff, in der Hand eine Streit-Axt, und auf dem Haupt ein Vagel. *Albinus Chron. Miſn. tit. XI. pag. 299.* Radegoſt wird alſo beſchrieben, daß er ein Schild für ſeiner Bruſt gehabt, darinnen ein ſchwartzer Püffels-Kopff geſtanden, hat in ſeiner Hand eine Streit-Axt, und auf dem Houpt einen Vagel gehabt. *Georgius Fabricius Orig. Saxon. lib. 2. f. 159.* Radegaſtus *regio habitu ex auro fuit ſolido, & pulvinaria purpurea habuit. Nicolaus Mareſcalcus Annal. Herul. & Vandal. l. 1. c. 9. Idolum* (Rhadegaſi) *erat armatum, thoricatum & loricatum, cui in pectore inſigne, tauri caput.* Zacharias Schneider *Chron. Lipſ. lib. 4. p. 141. ſeq.* Des Radegaſts Beſchreibung wollen wir aus der Sächſiſchen Chranick kürtzlich hieher ſetzen: Der Obotriten zu Mecklenburg Abgatt, (ſchreibet der Autor deſſelben Chronici,) hieß Riedegaſt, der ſtund auf einer Seulen, hatte in der einen Hand eine Streit-Axt, und hielt mit der andern einen über die Bruſt hangenden Schild, in welchem ein ſchwartzer Püffels-Kopff gebildet war: auf dem Kopff aber ſtund ihm ein Vagel, mit ausgebreiteten Flügeln. *M. Joh. Caſpar Zopf Geran. Chron. Part. I. p. 175.* Radegaſt ſoll var dem ein Wendiſcher (der Wondeln, oder Teutſchen) König geweſen ſeyn, welchen ſie (die Rendrer) nachgehends als einen Gott verehret. Er wird alſo beſchrieben, daß er ein Schild var ſeiner Bruſt gehabt, darinnen ein ſchwartzer Püffels-Kopff geſtanden, im güldenen Felde, hat in ſeiner rechten Hand eine Streit-Axt, oder Helmbart, und auf dem Haupt einen Vogel gehabt.

§. XI. Atenimvero bene notat doctiſſimus *Maſius* loc. cit. p. 83. ſeqq. non ubique eandem idoli (Radegaſti) imaginem & formam, neque æque pretioſam ſtatuæ materiam fuiſſe. *In urbe Rethre quidem,* ita ille, *totum aureum ſtetiſſe, ex Ad. Bremenſe* & *Helmoldo commemoravimus. Gadebuſchi vero ex alio quodam metalli genere ſtatua ejus confecta erat. Teſtatur illud Radegaſti coronam, quam hodie, ſi fides habenda incolis, ſuperſtitem habent, unde illud etiam evincitur, non ubique avem diſpanſis alis capillo inhæſiſſe, ſed ejus loco coronam impoſitam eſſe, adeoq; ornamenta pro arbitrio artificis varia, ſtatuam vero pro facultate incolarum modo ex auro, modo ex alio metalli genere fuſam & erectam eſſe, modo etiam ligno imaginem ejus inſculptam: ita Ditmarus lib. 6. Chron. In urbe Riedegaſt parietes templi varia Deorum Dearumque imagines mirifice inſculptæ, (ut cernentibus videtur) exterius ornant. Interius autem Dii ſtant manufacti, ſingulis nominibus inſculptis, galeis atque loricis terribiliter veſtiti, &c. Nec omnes Radegaſti ſtatuas in templis, multas quoque in lucis & ſylvis collocatas eſſe, probabile eſt illi, qui mores religionemq; Germanorum* (Slavorum rectius h. l. dixiſſet,) *novit. An a. orientem, vel occidentem verſus ſtatuas poſuerint, memoria proditum non invenio, nec res eſt tanti momenti, uti nec illud conſtat, num ubique ſtantem Radegaſtum, an alio etiam*

iam corporis habitu coluerint. In urbe Rethre, ubi celeberrimum & pretioſisſimum ejus fanum erat, non tantum aureum ſimulacrum memorat Helmoldus & Ad. Bremenſis, ſed & lectum oſtro paratum: veroſimile igitur eſt, vario habitu a cæca gente repræſentatum, nec ſimilem ubiq; ſitum fuiſſe, modo lecto jacentem, deprehenſum, forte etiam ſedentem, quod majeſtati numinis conforme erat, cum oracula & reſponſa Slavis daret, & ſolennes ſacrificiorum oblationes in maxima gentis frequentia, quotannis exciperet, de quo Ditmarus, Helmoldus, Ad. Bremenſis paſſim meminerunt. Prout enim danda erant populo reſponſa, decoratum fuiſſe credibile eſt, quale diſcrimen etiam in aliis Diis obſervatum eſt, ut alia bello, alia pace ornamenta præ ſe ferrent, atq; hinc modo coronam Radegaſto impoſitam, modo ſtantem cum bipenni, modo lectum ipſi ſtratum, modo galeam impoſitam reperimus.

§. XII. Non poſſum, quin hic quoque recenſeam conjecturas ejusdem *B. Maſii*, quibus quid ſibi voluerit exterior Radegaſti figura, ſapienter docet. *Pars imaginis*, ita ille, *pulcritudinem herois, pars vero res geſtas & inſignia illius oſtentat: quæ ſupra caput volitat avis, excellentiam ejus, famaq; celeritatem*, (*fama ob celeritatem avis, Eccleſ. 10, 20. D. Glaſſius* Rhet. Sacr. tr. 1. c. 11. p. 1283) *prodit. Fuit enim olim inter veteres avis alata* (pariter ut *Pegaſus alatus* in Hadriani & L. Pap. Curſoris, & aliorum quorundam numis, docente *Joan. Pierio Val.* in Hieroglyphic. lib. 3. c. 6. p. 46. edit. Francofurt. anno 1678) *etiam famæ hierographum, quæ, ut ait Poëta, vere volitat per ora virum: ſed & Regii diadematis ſymbolum illud eſſe crediderim, cum in eligendis Regibus auſpicia apud Gentiles multum valuerint, ut Romuli & Remi exemplo diſcimus. Dum autem ſiniſtra bipennem jactat, pugnandi alacritatem repræſentat, armorumq; ſcientiam: non minus etiam corporis robur animique fortitudo deſignatur. Cæterum quod caput taurinum in pectore geſtat, ad cognitionem gentis, unde ſatus prognatusq; fuerit, nos deducit, Obotritis enim ſeu Mecklenburgenſibus a prima vetuſtate inſigne fuit taurinum caput, quo hodie etiam Principes Mecklenburgenſes utuntur: quare vero illud inter inſignia Mecklenburgenſium referatur, cauſam afferunt, qui Genealogiam Principum deſcripſere: illi enim ad Anthyrium illuſtriſſimæ hujus proſapiæ originem referunt. Anthyrium vero ex Obotritis oriundum Alexandro M. militaſſe contendunt: cum vero diem ſuum Rex obiiſſet, ad ſuos Anthyrium rediiſſe navi vectum, & in ora Gothica prius, dein Balthica appuliſſe, urbes condidiſſe varias, Megalopolim, Herulam, & Stargardiam, natumq; ex ſe filium reliquiſſe, Anavam, a quo oriundi ſunt Herulorum Vandalorumq; Reges: ita memoriæ prodidit Nicolaus Mareſchallus* annal. Herul. & Vandal. l. 2. c. 1. *addit autem, quod huc potiſſimum ſpectat: Anthyrium reducem in prora navis, qua vehebatur, Bucephali caput, in puppi gryphum monſtraſſe, eaque duo poſtea in memoriam Alexandri ſueq; gentis famam ad poſterorum inſigne tranſiiſſe: quod ſi verum eſt, Bucephalus notat nigrum tauri caput, nec minus Anthyrio debetur gryphi ſignum: confer. Münſter.* lib. III. Coſm. Pergit mox *Maſius* in diſcurſu de *inſignibus Principum Mecklenburgenſium* his verbis: *ſunt*, inquiens, *qui Taurinum caput fruſtra a Bucephalo derivari ajunt, non enim ipſum Alexandri equum capite, ſed nomine tantum Bucephalum fuiſſe: hujus rationem affert Piccartus apud Becmann. de Orig. Lat. Lingv. p. 304. ſeq.* (edit. Francof. & Lipſ. ann. 1672. in 8. Picarto accedit *Joannes Pierius Valerianus* in Hieroglyph. lib. 3. c. 29.) *in Theſſalia olim Bucephalos eſſe dictos omnes equos, quibus* βυκράνιον *herbæ figura inuſta: atq; hujus generis etiam fuiſſe equum Alexandri, non bubulo præditum capite, ut vulgo putatur, idque etiam Etymologici autor affirmat:* Βυκέφαλος ὁ ἵππος, ὃ Ἀλέξανδρος ἐκέκτητο, οὐχ, ὥς τινες οἴονται, ὅτι βοὸς κέφαλα εἶχεν, τοῦτο γὰρ ψευδές· ἐκοσμεῖτο γὰρ ὑπὸ Ἀλεξάνδρου χρυσοῖς, ἀλλ' ὅτι οὕτως ἐν Θεσσαλίᾳ ἐκαλοῦντο ἐν ἵππον ἔχοντες ἐγκεκαυμένον βυκράνιον. *Cui, ſi fides habenda fruſtra taurinum caput a Bucephalo quis derivarit, quod tamen certum exiſtimat Clariſſ. Spenerus in Opere Heraldico part. 2. lib. 1. c. 61. ut poſt Piccartum vix negaturus ſit aliquis doctior. Malim igitur cum inclyto hoc viro bovis vel bubuli, quam Bucephali caput interpretari Mecklenburgenſium inſigne: quod fortitudinis cum prudentia conjunctæ emblema haberi demonſtrat in opere laudato lib. 1. c. 61. n. 3.* (vid. etiam alia apud *Joan. Pier. Valer. Hieroglyph. l. 3.* per totum) *hinc etiam Cimbris* (quomodo nunc *Luſatiis inferioribus* inſigne Taurus eſt,) *in uſu fuit tauri inſigne, ipſo teſte Plutarcho, veroq; ſimile videtur, a prima origine idem Henetorum & Obotritorum ſymbolum fuiſſe. Certe* & *illa pars Wagria, quæ ad Holſatiam ſpectat, Taurinum caput ideo ſibi vendicat, quod Obotritis Principibus aliquando ſubjecta eſſet: unde hic verſus exſtat* apud *Jonam Elverfeld de Holſat.*

Hæc, ſed Obotritis olim ſubjecta ſuperbis
Frontis habet torvi ſigna tremenda bovis.

Ex quo apparet, vetus & genuinum hujus gentis inſigne haberi: poſſet etiam alia Tauri capitis ſignificatio dari, ſi quis Poëtarum potius luſum, quam argumenti dignitatem imitari vellet, in ea, cujus ſupra meminerамus, fortitudinem & prudentiam ejusmodi ſymbolo deſignari, quorſum & Gryphus ſpectat virtutis & roboris inſigne, quod Vandalorum Principibus proprium ex Münſtero memorat Theodor. Hupingus de Inſign. c. 6. p. 5. §. 8. n. 708. confer.

fer. Limnæus in Jur. Publ. Sed Roſtochienſe dominium notari, docet Spenerus loc. cit. quod hic non diſputamus: exiſtimem tamen Roſtochienſes potius ſua inſignia a Principibus mutuo ſumpſiſſe, quam vice verſa. Cetera, quæ hic in genere concernunt illuſtris familiæ Mecklenburgica inſignia, apud Auctores memoratos inveniet: confer. Sibmacher in Wapen-Buch. *p. 7. Placet verſus, quo ſenſus eorum Hieroglyphicus exprimitur:*

> *Mecklenburgiaca virtutem & robora gentis*
> *Bucephali caput & gryphis imago docet.*
> *Juſtitia & fidei ſtudium nudata puella*
> *Brachia, quamque affert annulus arrha probat.*

ſic hucusque iterum *Maſius ὁ νῦν ἐν ἁγίοις.*

§. XIII. Sed quod ad Origines inſignium Mecklenburgenſium attinet, fortasſis illud ſatis antiquitatis foret, quod illa in pectore ſupraque caput idoli *Radegaſti*, tanquam emblema imperatoris bellicoſiſſimi ac prudentiſſimi geſtata ſint. Nam quod Romanis Mars, id certe Obotritis aliisque Slavis Radegaſtus fuit. *Maſius de Diis Obotrit. c. 5. p. 106.* Radegaſtus *Martis loco Obotritis cultus*: & *p. 121* Radegaſtus *Obotritis inſtar Martis fuit*. Adde eundem *c. 6. p. 149.* Huc etiam *Chron. Merſeb. lib. 6. f. 68. Hanc* (Riedegaſti urbem) *ad bella properantes ſalutant, illam proſpere redeuntes muneribus debitis honorant.* Imo & idoli nomen hoc ipſum confirmat, de quo ſupra: nec non effigies, ut *Maſius* eam interpretatur. Verum enimvero præſtat etiam circa hanc noſtram mentem exponere, (I) Supra caput *Radegaſti* avis diſtentis alis ſtabat, ut ſignificaretur *alacritas Ducis, motusq; & expeditiones celeres*. Tali emblemate *Nabuchdonoſor* depingitur *Ezech. 17, 13. Aquila grandis magnarum alarum longo membrorum ductu, plena plumis & varietate venit ad Libanum, & tulit medullam cedri, &c.* Et *Cyrus*, de quo Dominus inquit *Eſa. 46, 11.* quod ſit *in oriente volucris ſua, v. B. Lutherus in gloſſ.* ad h. l. confer. *Eſa. 8, 8. & Glaſſius Rhetor. Sacr. tr. 1. c. 11. p. 1284.* Sed de Ave Radegaſti pauca adjiciam: fuiſſe *gryphum*, *Nicolaus Mareſcalcus* ſentit, vid. *§. præced.* Eſt autem *Gryphus* avis peregrina & fabuloſa: quid ſi ergo fuerit *accipiter*, aut *falco*? ita quidem libenter ſentiam. Geſtrab enim *accipiter*, it *falco*, Bohemis & Slavis, ceterisque ex hoc Güſtrow, *Guſtrovium*, vel *Guſtroina*, caput Wendiæ, in Mecklenburgicis, nomen accepit: ſane ideo, ut conjicio, quod accipiter aut falco inſigne gentis, atque idoli ſui fuerit. (II) *Nudus* Radegaſtus, & nulla ſui parte obvelatus erat: ut ſignaret *belli prædas, & miſeram captivorum conditionem, nuditatemq;.* Hinc *Eſaias* dicitur *nudus* (i. e. exuta toga extima, induſiatus) mandato Dei ambulaſſe. *Eſa. c. 20, 2.* Ratio autem nuditatis illa datur a Deo, v. 3. & 4. *Sicut ambulavit ſervus meus Eſaias nudus & diſcalceatus* (*triduum annorum ſignum & portentum erit ſuper Ægyptum & ſuper Æthiopiam,*) *ſic minatur Rex Aſſyrtorum captivitatem Ægypti & transmigrationem Æthiopiæ, juvenem & ſenem, nudum & diſcalceatum, diſcoopertis natibus ad ignominiam Ægypti. Lutherus:* Alſo wird der König zu Aſſyrien hintreiben das gefangene Egypten, und vertriebene Morenland, beyde Jung und Alt, nackt und barfuß, mit bloſſer Scham, zu ſchanden Egypten. (III) *Aureum* erat *idolum*: nam *auri ſacra fames*, in militibus, conf. *Jerem. 20, 5. De aureis idolis.* vid *Eſa. 46, 6. Baruch. 6, 41. c. 6, 3. 10. 29. Seldenus de Diis Syris Syntagm. 1. c. 1. p. 141. & Bochartus Hieroz. Part. I. lib. 2. c. 34. f. 333.* (IV) *Nigrum tauri caput*, vere robur ac fortitudinem militum depingit; ſic enim de *Joſepho*, & poſteris ipſius, *Moſes Deut. 33, 17. Quaſi primogeniti Tauri pulcritudo ejus, cornua rhinocerotis, cornua illius, in ipſis ventilabit gentes usq; ad terminos terræ, &c.*

§. XIV. Obſerv. (IV) *Cultores Radegaſti.* Et (1) teſte ſane *Helmoldo, Chron. Slav. lib. 1. c. 21.* Ab *omnibus populis Slavorum*, (non ergo *Germanorum* numen Radegaſtus fuit, ut ſcribit *Johannes Saubertus de Sacrific. c 5. p. 105.*) *fanum Radegaſti frequentatum eſt, propter reſponſa, & annuas ſacrificiorum impenſiones.* (2) In ſpecie, *Tholenzi, & Redarii*, Radegaſtum ut Deum coluere. *Helmoldus lib. 1. c. 2. Poſt Odora lenem meatum, & varios Pomeranorum populos, ad occidentalem plagam occurrit Winulorum provincia, eorum, qui Tholenzi ſive Redarii dicuntur: civitas eorum vulgatiſſima Rethre, ſedes Idololatriæ. Templum ibi magnum conſtructum dæmonibus, quorum princeps eſt* Redegaſt: *Simulacrum ejus auro, lectus ejus oſtro paratus. Civitas ipſa novem habet portas, undiq; lacu profundo incluſas. Pons ligneus tranſitum præbet, per quem tantum ſacrificantibus, aut reſponſa petentibus, via conceditur. Tholenzi & Redari trans Panim habitant. Similia habet Adamus Bremenſis Hiſt. Eccleſ. lib. 2. c. 11.* Sed Rethram tamen urbem *Riedegaſt* appellat *Ditmarus Chron. Merſeb. lib. 6. f. 65.* Num autem diverſa fuerit hæc a *Rethra*, prout contendit *Maſius de Diis Obotr. 1. c. 4. p. 82.* aliis diſcutiendum relinquam. *Nicolaus Mareſcalcus Annal. Herul. & Vandaler. lib. 1. cap. 4. Rhata quondam Luteciorum caput, unde Rhatarii.* Rhætra *portis novem, lacu olim quoque verſum profundiſſimo intercludebatur: ponte tamen ligneo anguſtiſſimo, ceterum perinde longo tranſitum pandente, in qua urbe Rhadagaſi phanum, medioximi inter numina*

mina multa, tota ex auro, pulvinaribus purpura. Nihil jam horum, præter ponticulos quosdam nomine obſcuros: inter Malachinum ac Tetram, in pede montis, ubi Rhadagaſi lucum fuiſſe ſolennem exiſtimant. Non poſſum non, quin hic commemorem triſte ac diuturnum bellum, quod inter gentem cæcam Slavicam, Rhedarios, & vicinos eorum *Rhadagaſti* cauſa geſtum eſt: *Nicolaus Mareſcalcus Annal. lib. 2. c. 31.* Rhadagaſi *gazophylacii* cauſa, ortum eſſe ſcribit: *Helmoldus Chron. Slav. lib. 1. c. 21.* de eo ita: *In diebus illis factus eſt motus magnus in orientali provincia Slavorum, civili inter ſe bello dimicantium: Quatuor autem ſunt populi eorum, qui Lutitii ſive Wilzi dicuntur, quorum Kyzinos atque Circipanos circa Panim, Riaduros ſive Tolenzos cis Panim habitare conſtat. Inter hos de fortitudine & potentia valida orta eſt contentio. Siquidem Riaduri ſive Tolenzi, propter antiquiſſimam urbem, & celeberrimum illud fanum, in quo ſimulacrum Radigaſt oſtenditur, regnare volebant, adſcribentes ſibi ſingularem nobilitatis honorem: eo quod ab omnibus populis Slavorum, frequentarentur, propter reſponſa & annuas ſacrificiorum impenſiones. Porro Circipani atque Kycini ſervire detrectabant, imo libertatem ſuam armis defendere ſtatuerunt. Creſcente igitur paulatim ſeditione, tandem pervenitur ad prælium, ubi inter validiſſimas pugnas Riaduri atq; Tolenzi fuſi ſunt. Ideo ſecundo & tertio reſtauratum eſt prælium, item iidem ab eisdem contriti ſunt. Multa millia hominum hinc & inde proſtrata: Circipani & Kyzini, quibus bellum neceſſitas indixerat, victores, Riaduri atq; Tolenzi, qui pro gloria certabant, dejectionis ſuæ pudore vehementer afflicti, accerſierunt in auxilium fortiſſimum regem Danorum, & Ducem Saxonum Bernhardum, nec non & Godeſcalcum, principem Obotritorum, ſingulos cum exercitibus ſuis, aluerunt q; tantam multitudinem de propriis ſtipendiis ſex hebdomatibus. Invaluitq; prælium adverſus Circipanos atq; Kycinos, nec habuerunt vires reſiſtendi, obſeſſi tanta multitudine, cæſaq; eſt ex iis maxima multitudo, & quamplurimi in captivitatem ducti. Ad ultimum quindecim millibus marcarum, (40000. Imperial.) pacem mercati ſunt. Principes pecuniam inter ſe partiti ſunt.* (3) *Obotriti*, hoc eſt, *Mecklenburgici*, *Helmold. lib 1. c. 52. Radigaſt Deus* (erat) *terræ Obotritorum.* conf. *Bangertus not. h. l. p. 126. ſeq. & D. Maſius de Diis Obotrit. c. 4. p. 68. Nicolaus Mareſcalcus Annal. Herul & Vandal. lib. 1. c. 9.* Rhadagaſus *ſummus apud Herulos divorum, in urbe Megapoli phanum magnificentiſſimum habuit unum, alterum in Rheta: tertium in urbe Venetorum ampliſſima.* (4) *Bardi ſive Bardewici urbis incolæ, Sagittarius Hiſt. Bardewic. c 2. p. 85.* (5) *Luizici*, quibus de infra §. 15. ſequenti teſtem producam *Ditmarum Epiſcopum Merſeburgicum* Denique (6) *Sorabi*, hoc eſt, priſca gens Luſatiæ & Miſniæ; vid. hanc in rem verba *Emſeri* citata a nobis ſupra cap. 1. ſect. 2. n. 13. *Schneider. Chron. Lipſ. lib 4. p 141. David Peiferus Rer. Lipſ. lib. 3. p. 2·9. edit. Martisburg. an. 1689.*

§. XV. Obſerv. (5) *Ritus colendi Radegaſtum.* Agit de hiſce more ſuo, hoc eſt, accurate, prolixe, & optimo ordine *B. D. Maſius in Schediaſmate ſuo de Diis Obotritis* ſæpius citato *capp. 5. & 6. a pag. 86. - - 151.* Nos vero hiſtorice, hoc eſt, breviter procedemus. *Ditmarus* ergo in *Chron. Merſeb. lib. 6. f. 65.* ita: Poſthæc *Luizici noſtris, pridie quam ad Oderam fluvium venirent, ſociantur: (1) Deos ſuimet præcedentes ſubſecuti. Quamvis autem de his aliquid dicere perhorreſcam, tamen ut ſcias, lector amate, vanam eorum ſuperſtitionem, inanioremque populi iſtius executionem, qui ſint, vel unde huc venerint, ſtrictim enodabo. Eſt urbs quædam, in pago Redariorum, Riedegaſt, nomine, tricornis, ac tres in ſe continens portas, quam (2) undiq; Sylva ab incolis intacta & venerabilis, circumdat magna; duæ ejusdem portæ cunctis introeuntibus patent: tertia, quæ orientem reſpicit, & minima eſt, tramitem & mare juxta poſitum, & viſu nimis horribile, monſtrat. In eadem nil niſi (3) fanum eſt de ligno artificioſe compoſitum, quod pro baſibus diverſarum ſuſtentatur (4) cornibus beſtiarum. Hujus (5) parietes variæ Deorum Dearumque imagines mirifice inſculptæ, ut cernentibus videtur, exterius ornant: interius autem, (6) Dii ſtant manufacti, ſingulis nominibus inſculptis galeis atq; loricis terribiliter veſtiti: quorum (7) primus Luarafici* (ſeu Radegaſt) *dicitur, & præ ceteris (8) a cunctis gentilibus honoratur; & colitur (9) Vexilla quoq; eorum niſi ad expeditionis neceſſaria, & tunc per pedites hinc nullotenus moventur. Ad hæc curioſe tuenda (9) miniſtri ſunt ſpecialiter ab indigenis conſtituti, qui cum huc idolis (10) immolare, ſeu iram eorundem placare conveniunt, ſedent hi duntaxat, (11) ceteris ſtantibus & invicem (12) clanculum muſſantes terram cum tremore infodiunt, quo (13) ſortibus emiſſis rerum certitudinem dubiarum perquirant. Quibus finitis (14) ceſpite viridi eas aperientes (15) equum, qui maximus inter alios habetur, & ut ſacer ab his veneratur, ſuperfixas in terram duorum cuſpides haſtilium, inter ſe transmiſſorum ſupplici obſequio ducunt, & præmiſſis ſortibus, quibus id explicavere, prius per hunc quaſi divinum, denuo augurantur; & ſi in duabus his rebus par omnium apparet, factis completur: ſin autem a triſtibus populis, hoc prorſus omittitur. Teſtatur idem antiquitas errore deluſa vario, ſi (15) quando his ſeu a longe rebellionis aſperitas immineat, ut e mari prædicto aper magnus*

& candido dente e ſpumis luceſcente exeat, ſeq; in volutabro delectatum terribili quaſſatione multis oſtendat. Quot regiones ſunt in hu partibus, tot templa habentur, & ſimulacra dæmonum, ſingula ab infidelibus coluntur. Inter quas civitas ſupramemorata (16) *principalem tenet monarchiam.* (17) *Hanc ad bellum properantes ſalutant, illam proſpere redeuntes* (18) *muneribus debitis honorant, & qua placabilis hoſtia Diis offerri a miniſtris debeat, per ſortes ac per equum, ſicut præfatus ſum, diligenter inquiritur. Hominum, ac ſanguine pecudum ineffabilis horum furor mitigatur. Porro Helmoldus Chron. Slav. lib. 1. c.52.* hæc habet, quibus una diſſerit de modo colendi Deos alios Slavis uſitato. *Prove*, inquit ille, *Deus Altenburgenſis terræ: Sivva, Dea Polaborum: Radigaſt, terra Obotritorum. His dicati erant flamines & ſacrificiorum libamenta, multiplex religiones cultus. Porro* (19) *ſolennitates Diis dicandas ſacerdos juxta ſortium nutum denunciat, conveniuntq; viri & mulieres, cum parvulis, mactantq; Diis ſuis hoſtias de bobus & ovibus: plerisq; etiam de hominibus Chriſtianis, quorum ſanguine Deos ſuos oblectari jactitant. Poſt cæſam hoſtiam ſacerdos* (20) *de cruore libat, ut ſit efficacior oraculis capeſſendis. Nam ſanguine dæmonia facilius invitari, multorum opinio eſt. Conſummatis juxta morem ſacrificiis,* (21) *populus ad epulas & plauſus convertitur. Eſt autem Slavorum mirabilis error: nam in conviviis & compotationibus ſuis* (22) *pateram circumferunt, in quam conferunt, non dicam, conſecrationis, ſed execrationis verba, ſub nomine Deorum, boni ſcil ac mali, omnem proſperam fortunam a bono Deo, adverſam a malo dirigi profitentes, ideo etiam malum Deum ſua lingva* Diabol *ſive* Czernebog, *id eſt, nigrum Deum appellant. Hæc Helmoldus.*

§. XVI. Pauciſſimis ad ritus, cultum Radegaſti attinentibus, commentabimur. Dixi (1) ſupra ſect. 1 c. 2 §. 1. de *Johanne Epiſcopo* Mecklenburgenſi, mactato & capite ejus circumlato, in honorem Radegaſti: ſimilem prope in modum *Philiſtæi* caput *Saulis* regis Judæorum per varias urbes perferendum curavere, *1. Sam. 31, 8. 1. Paral. 11, 9.* (2) *Luizicios*, cum in bellum iverint, *Deos ſuos præcedentes, eſſe ſubſecutos*, inquit *Ditmarus*. Sic de *Caribibus* ſcribit *Hieronymus Benzo, Hiſt Nov. Orb. lib. 2. c. 6. Caribes*, ita ille, *ad bella Chioppem numen ſuum, velut victoriæ arbitrum, ſecum deferebant, eiq; priusquam expeditionem inirent, lectas humanas victimas vel ex captiva alicujus familia liberis, vel ex hoſtibus captis, mactantes. pluribus ſacrificiis litabant, totumq; ipſius ſimulacrum ſangvine oblinentes, carnes inter ſe ipſi epulabantur. Si victoriam domum referrent, effuſa cum lætitia cantantes, ſaltantes, & ſeſe ad ebrietatem usq; potu invitantes, hoſtium ſangvine, quos bello captos adducerent, Idolum ſimiliter ungebant. Victi vero, mæſti & confuſi novis ſacrificiis Chioppem placare ſtudebant, ut deinceps propitius ac volens adeſſet ipſis & victoriam daret.* Probabile eſt *Philiſtæis* quoque fuiſſe hunc morem, ut Deos ſuos præcedentes ſequerentur cum exercitu: hinc enim evenit, ut profligati a Davide, illos in caſtris relinquerent, *2. Sam. 5, 21. 1. Paral. 15, 12.* Videtur autem, a *populo Iſraëlitico* conſvetudinem iſthancad gentiles tranſiiſſe; nam *Arca fœderis nonnunquam præibat, cum in bellum egrederentur* Judæi, vid. *Joſ. 3, 6, 14. c. 6, 4. &c.* (3) Fanum pro baſibus diverſarum ſuſtentatur *cornibus beſtiarum*. Alias pagani & Diis ſuis *cornua* impoſuere, cornutos eos fabricando: ſic *Hammon* arietis cornuti figura præditus eſt. *Claudianus lib. 10. Pharſal. v 514 ſi. Tiraquellus not. ad Alexandr. ab Alexandr. lib. 6 c. 2. f. 806.* Et *Venus* cornuta colebatur, *Alex. ab Alex Gen. Dier. lib. 3. c. 12. f. 348.* vid. ibid. *Tiraquellum*: ſic & *Aſtarte. &c.* De *India* Orient. & Occid. *Diis cornigeris*, noſtro tempore viſis, legatur *Joh. Alb.* von Mandelslo *Deſcript. Ind. Orient. lib 1. c. 37. & Joh. Lud. Godfr. Hiſt. Ind. Occid. p. 38.* ſed rationem cornuum tradunt fuiſſe autores, ut poteſtas ſumma ſignificaretur; nam regni ſymbolum cornu habitum. vid. *D Mabius de Orac. Ethnic. c. 2. p. 27. ſeq. Joan. Doughteius Analect. Suor. V. T. Excurſ. 74. p 212. ſeq* (4) Quæ placabilis hoſtia Diis offerri a miniſtris debeat, per *ſortes* diligenter inquiritur, ait *Ditmarus*. Et hoc putarim derivatum eſſe ad Slavos, ex *Levit. c. 16, 7 8. 9. 10.* (5) *Helmoldus* ait: fuiſſe Slavis mirabilem errorem, quod in conviviis & compotationibus ſuis (ſacris ſcil.) *pateram* circumtulerunt, in quam contulerint *execrationis verba*, &c. confer. huc *Judic. 9, 27 Amos. 2 8.* recte vero pateram ejusmodi diceres *calicem Dæmoniorum*, de quo *Paulus 1. Cor. 10, 21.* vid. *Pfeiffer. Antiq. Græc. lib. 1. c. 30.*

§. XVII. Obſerv. (6) *Radegaſti deſtructio.* Quod ſi *Emſero in vita Bennonis* credimus: Videntur (1) *Sorabi*, id eſt, *Luſati & Miſnici*, tempore demum prædicti Epiſcopi, Radegaſto ultimum valedixiſſe. Ait enim *Antor, Sorabis præcipuos fuiſſe tres Deos Radegoſt, Czernebog, & Svvantevvitz*, vid. ſupra *ſect. 2. c. 1. §. 13.* verum *Bennonis* ſuaſu abſtinuiſſe eos *Svvantevito*: quo circa credibile, eodem tempore & autore *Radegaſtum* etiam exſtirpatum: factum autem illud eſt, præter propter A C. M LXVI. vel paulo poſt, vid ſupra c, 1. §. 25 (2) Apud *Oboeritos, Redarios*, &c. diutius hæſit idololatria: nam, teſte *Helmoldo*, ad huc dum A. C. M CXXX. Radegaſti cultum impium

um apud eos viguiſſe conſtat. Ita enim ille, *lib. 1. c. 52. Poſtquam mortuus eſt Kannтus, cognomento Lavvardus Rex Obotritorum, ſucceſſerunt in locum ejus Pribizlaus atq; Niclotus, bipartito principatu, uno ſcilicet Wagirenſium atq; Polaborum: altero Obotritorum provinciam gubernante. Fueruntque hi duo truculenta beſtia, Chriſtionis valde infeſti: Invaluitq; in diebus illis per univerſam Slaviam multiplex idolorum cultura, errorq; ſuperſtitionum. Nam præter lucos atq; penates, quibus agri & oppida redundabant, primi & præcipui erant, Prove, Deus Aldenburgenſis terræ; Sivva Dea Polaborum, Radigaſt Deus terræ Obotritorum. Sæpe quidem ante hæc tempora manus dederant Chriſtianiſmo: Anno cum primis DCCCC LV.* quo victi Redarii atque Obotriti. *Heppidannus* Cœnobita S. Galli h. ann. *Ditmarus Chron. Merſeb. lib. 2. p. 18.* quibus addendus *Helmoldus lib. 1. c. 9. 11. 12. 20, Georgius Fabricius Orig. Saxon. lib. 2. f. 159.* refert ad ann. DCCCCLVII (*quo ait, Rhedariorum metropolim Rhedam funditus exciſam, nec poſtea inſtauratam eſſe, &c.*) ſed promiſſis tamen diu non ſteterunt; *Helmoldus lib 1. c. 14. & 16.* Factum eſt ergo divina providentia, anno MCLI. ut Niclotus princeps Obotritorum paganus ipſemet aut ſubſidiaria ſua, cohors Saxonum, ſanum Idolumque Redegaſti deſtrueret, eo quod terræ incolæ ab eo defeciſſent. Huc mea opinione *Helmoldus lib. 1. c. 71. In diebus autem, quibus Dux aberat, venit Niclotus, princeps terra Obotritorum, ad dominam Clementiam Ductricem Luneburg, & conqueſtus eſt, in facie ejus & amicorum Ducis, quia Kycini & Circipani paulatim rebellare cœperint, & obniti tributis juxta morem perſolvendis. Et deſtinatus eſt Comes Adolfus, & populus Holzatorum & Sturmariorum, ut adjuvarent Niclotum, & coërcerent rebellionem contumacium. Abiitq; Comes cum duobus millibus & amplius electorum. Niclotus quoq; contraxit exercitum de Obotitis, & abierunt pariter in terram Kycinorum & Circipanorum, & pervagati ſunt terram hoſtilem, omnia vaſtantes igne & gladio. Fanum quoque celeberrimum cum idolis & omni ſuperſtitione demoliti ſunt. Nicolaus Mareſcalcus Annal. Herul. & Vandal lib. 2. c. 39. Sed & Ciſſinos & Rhatarios rebellantes Niclotus negotio bone ita magno coercuit, & in officio retinuit: Rhatam tamen ante urbem tum celeberrimam aratro æquavit, qua unquam coluit: Idolum Rhadagaſi cum numis argyrocopei ſuſtulit, in cæremoniis majorum inconcuſſus perſtitis.* Sed vero ſimile, quod in errore nihilominus permanſerint terræ incolæ *Obotriti* ſcil. ſeu *Mecklenburgenſes*, nec non *Kycini Rhedarii, &c.* pace impetrata; tamdiu usque eum clade ultima affecti vel deleti maximam partem, aut alio pulſi ſunt. Accidit illud opera Henriei Lennis Slavis *Mecklenburgicis* ſive *Obotritis*, tumque *Brizanis, Staderanis* aliisque Havelam inter & Albim habitantibus opera ac ſtudio Alberti Urſi, circiter ann. MCLXII. De converſione ultima enim *Mecklenburgenſium* plurimis agit *Helmoldus Chron. Slav. lib. 1. c. 87.* de reliquis idem iterum, cap 88. *In tempore illo Orientalem Slaviam tenebat Adalbertus Marchio, cui cognomen Urſus, qui etiam propitio ſibi Deo ampliſſime fortunatus eſt in funiculo ſortis ſua. Omnem enim terram Brizanorum, Stoderanorum, multarumq; gentium habitantium Havelam & Albiam, miſit ſub jugum, & infrenavit rebelles eorum. Ad ultimum, deficientibus ſenſim Slavis, miſit Trajectum, & ad loca Rheno contigua, inſuper ad eos, qui habitant juxta oceanum, & patiebantur vim maris, videlicet Hollandos, Selandos, Flandros, & adduxit ex eis populum magnum nimis, & habitare eos fecit in urbibus & oppidis Slavorum. Obotriti autem ab Henrico Leone deleti ſunt,* A. C. MCLXIV. Hue iterum ita *Helmoldus lib 2. c. 5. Omnis terra Obotritorum, aſſiduis bellis, maxime vero noviſſimo bello, tota in ſolitudinem redacta eſt, Domino ſcilicet favente, & dextram piiſſimi Ducis* (Henrici Leonis) *confortante. Si qua Slavorum extrema remanſerant reliquia, propter annona penuriam & agrorum deſolationes tanta inedia confecti ſunt, ut congregatim ad Pomeranos ſive ad Danos confugere cogerentur, quos illi nihil miſerantes Polonis, Sorabis atque Boëmis vendiderunt.* Add. *Cranzius Vandal. lib 5. c. 7.*

§. XVIII. Verum merentur etiam ſeorſim legi, quæ de Radegaſti deſtructione *Maſius* ſcripſit *lib. de Diis Obotrit. cap. 7. p. 151-158.* Denique hujus Viri caput octavum ſequens, ſive ultimum, quod de *reliquiis Radegaſti* diſſerit, pauciſſimis mutatis, vel omiſſis, huie noſtro capiti imponat colophonem. *In oppido Mecklenburgenſium Gadebuſch*, ſic ille, *coronam Radegaſti ſupereſſe incola hujus loci uno ore affirmant, idque ſe a majoribus accepiſſe conteſtantur. In monumentum rei coronam illam feneſtra templi verſus occidentem inſeruerunt, mutata tamen corona forma, ut in latitudine expanſa eo commodius iſti loco aptaretur.* (*Nicolaus Mareſcalcus* Annal. Herul. & Vandal. lib. 1. c. 4. *Eſt in collimitio Gadebuſum, quam alluit Rhadagaſius amnis, nomen numinis obtinens, cujus viſitur in feneſtra templi corona etiamnum ex ære ſimulacri ejus fuſilis.*) Ceterum *verane ſit illa corona Radegaſti, in utramque partem diſputari poſſet, ſi res tanti momenti foret. Præterquam enim, quod Gadebuſchi ſtatuam Radegaſto ſacram fuiſſe nemo hiſtoricorum, præter Reinerum Kock, cujus non adeo magna eſt auctoritas, teſtatur; aliis etiam de cauſis ſuſpecta eſt hac traditio; neque enim vel in*

Chronico Saxonico, ubi accurate imago idoli exprimitur, vel in alio ſcriptore corouam Radegaſto impoſitam legimus, ſed potius avem, diſpanſis alis aperto capiti inſidentem, nec etiam magnitudo coronæ permittit, ut capiti ſtatuæ olim aptata fuiſſe videri poſſit: In figura forte etiam Critici quicquam dubii invenerint, qui coronas veterum Germanorum, (rectius h. l. dixiſſet *Maſius*, *Slavorum.*)*earumque formam penitius norunt. Denique unde & a quo corona Radegaſti ſervata, cum tota adeo ſtatua a Chriſtianis deſtrueretur? Sed non diſputabimus cum incolis de rara antiquitatis monumento: nec ſi tanti eſt, coronæ vetuſtioris gloriam oppido invidebimus; aſſeremus ea potius, quæ traditionis fidem juvare poſſunt: ſolennem Radegaſti cultum hic loci olim fuiſſe, plura adhuc veſtigia monſtrant: nam & amnis qui alluit urbem, eodem nomine gaudet, eademque eſt vici cujusdam propinquioris appellatio, quod in memoriam Radegaſti factum eſſe intelligi poteſt; quæ obſtare huic aſſertioni videntur, tanti non ſunt, ut aſſenſum noſtrum remorari poſſint: neque enim quia* Chron. Saxonicum *coronæ non meminit, ideo nullibi hoc ornatu conſpicuum fuiſſe idolum negari debet, cum varius fuerit ſtatuæ habitus, varius etiam ornatus. Magnitudo coronæ non repugnat, quo minus ſtatuæ impoſita videatur, non enim mediocrem ſtatuam fuiſſe vero ſimile eſt. Unde reliquias, & quomodo ſervarint, non opus eſt, ut ſolicite inquiramus, ſufficit rem ipſam adeſſe; Cur templo inſeruerint idololatriæ veteris reliquias, ratione non caret; pio enim conſilio a majoribus id factum eſſe exiſtimo, ut eodem loco, quo Evangelii lucem ſolenniter vident incolæ, tenebras gentilium in memoriam revocaret, eoque nomine gratias divinæ benignitati agant, quod e denſiori illa cæcitate ereptos ad clariſſimam veritatis Evangelicæ cognitionem perducere voluerit; cumque Iſraëlitæ etiam gentilis idololatriæ reliquias Deo devoverint, convenienter illud Diaboli ſertum, velut quoddam trophæum & victoriæ ſignum erexere. Verum etiam ſingulare genus metalli eſſe ajunt, ex quo illa Radegaſti corona conſtata eſt, ut nulli artifices, quale eſt, dicere hactenus potuerint, quod quidem iſtis hominibus, quorum intereſt, accuratius expendendum relinquo. Certe tanta eſt metalli durities, ut a ſaxis parum abeſſe obſervaverint. Similia fere de cornu Oldenburgico & aliis narrantur: quæ id circo ex ignoto quidam metalli genere, facta eſſe compluret ſtatuunt, ſed levibus tamen experimentis conſiſi: norunt enim ſagaciores Docimaſtici, ignibus & arte eo adigi poſſe materiam, ut in propriam formam redeat, appareatque tandem, cujus ſit generis, ubi ſublata fuerint heterogenea, quibus quæ melioris notæ ſunt velut involuta latent. Sed in viam redeamus. Nuper adeo feneſtram illam, in qua Radegaſti corona videtur, grandine & vehementi fulminis ictu excuſſam eſſe accepi, ut tamen metallum nihil quidquam detrimenti ſenſerit.* Huc usque *Dominus Maſius.*

CAPUT III.

De
Vitho, ſive Deo Vindice aut Vindicta.

§. I.

A*Rma capite!* vel *Ad arma!* ſic ad ſuos quondam veteres *Romani*, ubi juſtum piumque Bellum gerendum, & impetus in hoſtes faciendus erat: formula utraque frequenter legitur. *Varro lib. 2. de Re Ruſt. c. 4. cum cohortaretur miles, ut caperent arma. Livius lib. 10. Coſ. arma capere milites jubet, & ſequi ſe extra vallum. Virgilius lib. 3.*

- - Sociis tunc arma capeſſant, Edico.

Silius Italicus lib. 7.

- - Propere capere arma maniplis
Edicit. - -

Et *lib. 8.*

Ite igitur, capite arma viri. - -

Porro *Cæſar* lib. 1. de *Bell. Civ. conclamabatur ad arma, atque omnes copiæ, paucis exceptis, præſidio exeunt. Livius.* lib 3. *Alterna voces, ad arma, & hoſtes in urbe ſunt, audiebantur.* Eodemque *lib. Curſus clamorque vocantium ad arma.* Et poſt: *perpulerunt ut ad arma conclamaretur.* Ibidemque, de Valerii Coſ. oratione: *ultimum orationis fuit, ſe arma capere, vocare omnes Quirites, ad arma. Idem* lib. 6. *Ingens in urbe trepidatio fuit, conclamatumque ad arma. Idem* lib. 7. *Conclamatum ad arma, concurſumque in muros.* Rurſus eodem lib. 20 *Conclamatum tamen celeriter ad arma eſt.* Et lib. 8. *Et concurſatum, conclamatumque ad arma eſt omnibus locis. Idem* lib. 9. *Decurrit inde quanto maxime poterat tumultu ad arma, & pro veſtram fidem cives, clamitans, arx ab hoſtibus capta eſt, ite, defendite.* Et lib. 20. *Quæſtorque ibi L. Opimius Pauſa occiſus, conclamatum inde ad arma.* Et lib. 21. *Et in oppido, ad arma, conclamatum eſt.* Et lib. 23. *Quem ut adeſſe tumultuoſi nuntii refugientes ex ſpeculis ſtationibusque attulere, ad arma, conclamatum. Idem* lib. 24. *Simul ad libertatem, ſimul ad arma, vocantes in Acradinem convenire jubent.* Et lib. 25. *Et pleroſque ferociter ſignum ut daret inſtitiſſe duci, ad arma vocantes ſciret.* Et lib. 29. *Aliis exercitibus alios jamque ad arma pro ſe quisque vocabat.* Et poſtea: *velut ad arma conclamatum eſſet, concurrerunt.* Iterumque eodem libro: *Velut ſi urbem extemplo aggreſſurus Scipio foret, ita ad arma eſt conclamatum.* Et lib. 42. *Cum vidiſſent*

pro-

procul venientem hoſtem, ad arma, conclamaverunt. *Ammianus Marcellinus* lib. 17. *ſignis illico fixis, ex more, cum undiq; ad arma conclamaretur.* *Ovidius* lib. 14. *Metamorph.*

Certatimque omnes uno ore, arma, arma, loquuntur.

Horatius lib. 1. Carm. Od. 35.

Ad arma ceſſantes, ad arma
Concitet, imperiumque frangat.

L. Anneus Florus lib. 2. Comploratum igitur publice ſtatim, & pari voce clamatum eſt, ad arma. Hæc *Barnabas Briſſonius* de *Formul. lib. 4. p. 344.* edit. *Francof.* ann. 1592. qui laqueo miſere ſuffocatus periit Pariſiis anno 1591. Symbolum ejus erat: *nondum effugimus fortunæ laqueos, Jac. Auguſt Thuan.* Hiſt. lib. 102. f. 1047. edit. *Germ. Francof.* ann. 1622. *Andr. du Sauſſay in Continuat. de Scriptoribus Eccleſiaſt.* p. 60. edit. *Colon. an 1684.*

§. II. Alio modo locutus Deus eſt, cum in hoſtes concitaret ſuos, nimirum iſthoc: e. g. ad *Moſen*: *ulciſcere filios de Madianitis, Num. 31, 2.* Hinc & *Moſes* ibid. verſ. 3. *Armate*, inquit, *ex vobis viros ad pugnam, qui poſſint ultionem Domini expetere de Madianitis.* Id circo *David* Deum *ultionum Dominum* appellat, *Pſ. 94, 1.2. Deus*, inquiens, *ultionum Dominus, Deus ultionum libere egit: exaltare, qui judicas terram, redde retributionem ſuperbis.* Et *Paulus 1. Theſſ. 4, 6. Vindex eſt Deus.* Imo Deus ipſe ait: *Mihi vindictam, & ego retribuam, Deut. 32. 35. Rom. 12, 19. Ebr. 10, 30.* Competit autem Deo vindicta, propter juſtitiam, quæ in eo eſt, *diſtributivam*; Hæc enim vel *Remuneratrix eſt*, vel *Vindicatrix.*

§. III. Amplius ratione etiam ſeu naturæ vi cognoſci poteſt Deus, quod ſit *juſtus* & *vindex*, quia ſanctus ipſe: nam ratione ſanctitatis ſuæ, per naturam, non niſi ad recte agendum fertur, nec poteſt non ſimul tam ad bonum remunerandum, quam ad vindicandum malum ſumma cum æquitate ferri: Hinc prudenter *Orpheus* in *hymnis*, apud *Stobæum* Serm. 9.

Ὄμμα δίκης μέλπω πανδέρκεος ἀγλαομόρφου.
ἣ καὶ Ζηνὸς ἄνακτος ἐπὶ θρόνου ἱερὸν ἵζει, &c.

Latine ita ſonat:

Oculum juſtitiæ canto retro videntis formoſæ,
Quæ etiam ſuper Jovis principis ſacro ſedet ſolio,
Cælitus reſpiciens vitam mortalium in varias gentes diviſorum,
Injuſtorum ultrix, ſuppliciis gravans juſtis:
Veritatis æqualitate reconcilians diſſimilia:
Omnia enim quæ mala mente committunt homines
Temere: nimium concupiſcentes malis conſiliis,
Hoſtis improborum, benevola autem verſaris cum juſtis.

Heſiodus lib. ἔργ. καὶ ἡμερ. ita ad Perſen fratrem de juſtitia ac Nemeſi Dei:

ἡ δέ τε παρθένος ἐστὶ δίκη Διὸς ἐκγεγαυῖα
κυδρή τ' αἰδοίη τε θεοῖς, οἳ ὄλυμπον ἔχουσιν.
καὶ ῥ' ὁπότ' ἄν τίς μιν βλάπτῃ σκολιῶς ὀνοτάζων,
Αὐτίκα πὰρ Διὶ πατρὶ καθεζομένη Κρονίωνι,
γηρύετ' ἀνθρώπων ἄδικον νόον, ὄφρ' ἀποτίσῃ
Δῆμος ἀτασθαλίας βασιλέων. id eſt, *Valla* interprete:

Illa quidem Virgo eſt ſupero Jove nata parente,
Nomine clara ſuo, cœtuque verenda Deorum:
Quam ſi quis violet, lacrymans ſua fata parenti;
It jovis ante pedes & lamentabile fundens,
Humanos queritur mores, & debita poſcit
Supplicia in populos. - .

Et *Ariſtoteles lib. de Mundo c. 7.* ſub *fin. Tom. I. p. 1223*: *Deus principium & finem & media rerum omnium tenens, rectaque linea incedens, operatur ille quidem ſecundum naturam: e veſtigio comitem habens juſtitiæ præſidem, quam* Δίκην *nominaverunt, divinæ legis vindicem ſimul, ut quicquam* ſanctionum *ejus prætermiſſum eſt.* Denique *Philemon apud Juſtinum de Mon. Dei. pag. 82.* ἔστιν Δίκης ὀφθαλμὸς, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ.

§. IV. Verum autem in eo lapſi ſunt graviter gentiles, quod vindictam Dei in idolum permutaverint; Hoc Græcis Δίκη. *Actor. 28, 4.* nec non νέμεσις *Nemeſis* vocatum, a νεμεσάω, *indignor, iraſcor juſta de cauſa, cupiens ſum cuiq;* νέμεσθαι: Latinis *Dice*, ac *Juſtitia*, quam dextra *pateram*, & ſiniſtra *haſtam* puram: vel loco haſtæ *ramum*, aliquando *bilancem* tenentem; alibi *ſedentem*: quod ſapientem judicem, vindicemque deceat deliberatio: *forma ſevera, integra, vivida, non velato capite, ſed diademate ornato* ſculpſerunt: *Anton. Auguſtin. Dial. 2. p. 20. 21. Alex* ab *Alex.* Gen. Dier. lib. 3. c. 26. f. 608. ſeq. *Bajerus* additam. *ad Selden.* de *Diis Syris* p. 104. ſſ. *Pomponius Lætus Hiſt. Rom.* lib. 2. p. 12. edit. Argentor. an. 1510. in 4. *Romani profecturi ad bellum: Nemeſi ſacrificabant, quod non ſine ratione factum arbitramur; Virgo autem & victrix Nemeſis numen fuit, quo, qui ex maleſactis delinquebant, puniebantur; unde victores Ne-*

meſim non fruſtra invocabant; Romani enim ſemper juſta movere arma: cetera nationes odio & malevolentia, livoreque, quod imperium tante urbis juſtitia augeretur, tela in populum Rom. capiebant. Nemeſis, *quam plerique exiſtimaverunt eſſe vim fortuna, alii filiam juſtitia, alii vim quandam eſſe inter cœleſtes diſcurrentem, prima rerum ſemina, qua fatorum & fortium vires temperat atque emendat, rebus humanis trutinam adhibens e caloq́; terrena deſpectans, nocentes punit, bonis præmia largitur, & cum ſit velociſſima, quia diu non permittit impios praeſſe, atque craſſari, alata fingitur a veteribus, & ejus pedibus ſupponitur rota, cum citisſime diſcurrat; ſed tandem multitudine ſcelerum indignata, oculos jam diu ab rebus humanis avertit & cum genitrice in remotiore parte cali, ultra terrarum regiones non reditura renaſcentem orbem expectat,* Rhamnuſia *eſt adpellata, ab Rhamnunte oppido Attica regionis, ubi templum & ſimulacrum habuit; & ab Adraſto,* Adraſtia: *Roma templum huic Dea poſuit in Capitolio, ut inde ſuam urbem poſſet ulciſci.*

§. V. Similiter & *Sorabis*, ſive *Slavis* vindex Deus, **Wet**, ſeu *Vithus* eſt dictus; aſt qualis fuerit idolum, quæ ejus ſacra, quive cultus peculiares ei exhibiti ſint, nunc *καθ᾽ὑλαμιν* explicabimus.

§. VI. Obſerv: (1) *Nomen Vithi*: dicitur *Vithus*, ita *Saxo Grammaticus Hiſt. Dan. lib. 14. f. 327. Simulacrum, quod Rigia* Vithum *vocabant. Rugievithus*, ita *πολυμαθέςατος Morhoſius Diſſert. Academ. de divinis Princip. p. 105. Fuerunt quoq́;* inquit ille, e *Regibus Dii, Porevithus, Rugievitus. Nicolaus Mareſcalcus Annal. Herul & Vandal. lib. 1. c. 9. Sed & Carentina Rugiorum quondam Rugiavitum, Porevitum, & Porenutium habuit.* Dicitur etiam *Rudianot*, apud *Petrum Albinum Chron* Meiſſn. tit. XI. p. 303. die Wenden hatten auch einen Gott mit ſieben Köpfſen, *Rudianot. Ragowiz*, & *Rugiewiz*, *ap. Samuelem Groſſerum* Lauſitz. Merckwürdigk. II. Haupt-Th. f. 4 Utraque autem nomina, *Rugievithus*, & *Rudianot*, ex errore nata ac ſcripta putaverim. *Rugievithus* enim tanquam compoſitum e Saxonis modo allatis verbis ſumptum, quum ait: *Simulacrum, quod Rugia* (i. e. terræ ſeu inſulæ Rugiæ) *Vithum vocabant.* Alterum *Rudianot* plane corruptum, forte autem *Rugievit* legendum; quod tamen æque falſum, atque ex vocab. *Rugievithus* ſumptum videtur.

§. VII. Obſerv. (2) *Etymon Vithi. Vithus* forma terminationeque latina gaudet; ſed lingva vernacula, id eſt, Slavica, Polonica, Sorabica, **Wet**, dicebatur; id eſt, *talio, vindicta*, die Rache. Verbum inde deſcendens **Wecżu**, Sorabis eſt admodum frequens, id eſt latine, *ulciſcor, vindico, expoſco*, Germ. ich räche. Hinc & ſubſt. **Wecżec**, *Vindex, ultor*, ein Rächer, & **Wecżeni** *vindicta, ultio*, das Rächen. Compoſitum **Newecżu**, *non vindico* ich räche oder vergelte nicht. Denique **Wet**, vel **Wecżu**, per *proſthesin*, ab Arab. אתת i. e. *lite vicit aliquem*: a quo etiam Græcorum *αἴτια, cauſa, culpa, crimen*, quod ultionem & viodictam meretur. verb. *αἰτιάομαι*, vel *αἰτιῶμαι*, *imputo* ſcil. *mala, vel in malam partem, criminoſe alicui objicio aliquid, in judicio accuſo.* Adfine alterum Arab. ערן *adverſarius fuit*; Chald. ערח *ſpoliavit*; Syr. עית *delevit peccatum*, nomen: nec non Ebr. עיט *invehi in aliquem.* Itaque *Vithus*, ſeu *Withus*, Slavice, **Wet**, idem quod *Deus talionis*, aut *vindicta*, ſeu ipſa *talio*, *vindicta*, *Nemeſis*, item *Bellona*. Huc *Saxo* loc cit. *Vithi numen perinde ac Martis viribus præditum, bellis praeſſe crediderant.*

§. VIII. Obſerv (3) *Figura Vithi.* De hac *Saxo loc. dict.* hunc in modum: *Amoeis* (velaminibus) *factum quercu ſimulacrum, quod Rugia Vithum vocabant, ab omni parte magno cum deformitatis ludibrio ſpectandum patebat. Nam hirundines, qua ſub oris ejus lineamentis nidos moliti fuerunt, in ejus pectus crebras ſtercorum ſordes congeſſerunt, dignum numen, cujus effigies tam deformiter a volucribus fœdaretur. Præterea in ejus capite ſeptem humana ſimilitudinis facies conſedere, qua omnes unius verticis ſuperficie claudebantur. Totidem quoq́; veros gladios cum vaginis uni cingulo appenſos, ejus lateri artifex conciliaverat. Octavum in dextra diſtrictum tenebat. Hunc pugno inſertum firmisſimo nexu ferreus clavis adſtrinxerat, nec manu, niſi præciſa, evelli poterat: qua res truncanda ejus occaſio exſtitit. Spisſitudo illi ſupra humani corporis habitum erat; longitudo vero tanta, ut Abſalon ſupra primam pedum partem conſiſtens, agre mentum ſecuricula, quam manu geſtare conſueverat, aquaret. Hoc numen perinde ac Martis viribus præditum, bellis praeſſe crediderant. Nihil in hoc ſimulacro jucundum viſentibus fuit, lineamentis impoliticalaminis deformitate ſordentibus.*

§. IX. Duabus autem, priusquam ulterius pergam, lineolis depicta *Vithi* ſpecies expolienda a me erit: Primo enim, ubi *Saxo* ait, *hirundines in Vithi pectus crebras ſtercorum ſordes congesſiſſe*: eo ipſo nihil novi plane, aut quod rude eſſet, nobis commemorat: prorſus enim ſub eodem habitu *Baruchus* in *Apocrypha Jeremia Epiſtola* cap. 6. v. 21. Idola Babelica depingit: *Supra corpus eorum, & ſupra caput eorum volans noctua, & hirundines,* (χελιδόνες) *& aves; etiam ſimiliter & catta* (οἱ αἴλουροι, *catti.*) *Lactantius Juſt. Divin.* lib. 2. c. 4. fol. 176. *aves ipſa, quas terrore falcis aut ignis abigi exiſtimant, ſimulacris fabrefactis,* id

Digitized by Google

id eſt, hominum plane ſimilibus, inſident, nidificant, inquinant. Credam ergo Slavos aliorum gentilium conſvetudinem obſervaviſſe, quia aves in templa admiſerunt, ut *analecta ſacra* legerent. Ita *Euripides in Jone act. 4 v. 1196. ſeq. Tom. II. p. 464. ſeq. edit. Heidelberg. anno 1597.* Delphicarum columbarum meminit, quarum opus erat, ſacrarum in templo epularum libamenta legere, ne quid de ſacris reliquiis interiret. *Urſinus Analect. Sacr. lib. 1. c. 3.* Hinc etiam *ſacra* & *inviolabilee* ille aves fuerunt. Quo *Herodotus lib. 1. p. 65. Ariſtodicus templum Branchidarum circumiens, paſſeres aliasq́; aviculas, quæ forte in templo iſthic nidulabantur, evidit exemit. Quæ cum ille faceret, memorant vocem ex adyto auditam, qua ad Ariſtodicum ferretur, atque hujusmodi quadam ſonaret: Hominum ſceleſtiſſime, quænam libido te inceſſit, ut auderes meos ſupplices diripere?* Quæri poſſet, unde hæc ſuperſtitio? Et non dubito, quin ſit ſumpta a *Tabernaculo Iſraelitico*, vel *Templo Hieroſolymitano*, ad cujus trabes nidulati ſunt paſſeres, avesque aliæ. Sic enim *David Pſalm. 84, 4. Paſſer invenit ſibi domum, & turtur* (*Kimchius* legit *hirundo, Bochartus palumbus,*) *nidum ſibi, ut reponat pullos ſuos; altaria tua,* (id eſt, Tabernaculum, vel Templum, *per Synecdochen*) *Domine virtutum.* Negant quidem Ebræi ullas aves templo Hieroſolymitano inſediſſe, quia eos id abigebat, quod כולה עורב vocabant, in ſummo tecti faſtigio poſitum: *Kimchius* in h. *Pſalm. Aliquid fecerunt* (judæi) *in templi tecto, ne aves ibi quieſcerent; quod vocabatur* כולה עורב *chole oreb, id eſt, arcens corvos.* Hujus in *Talmud* frequens mentio. *Eupolemus* etiam tale μοεμολυνειον tribuit Templo Salomonis. Ait enim apud *Euſebium, l. 9. feciſſe Salomonem retia duo ærea, annulis conſerta, & machinis impoſuiſſe, quæ viginti cubitis ſupra templum eminebant, & totum illum obumbrabant, & ex ſingulis regibus appendiſſe tintinnabula quadringenta magni ponderis: & tota illa retia ſic adaptaſſe, ut ſonarent tintinnabula, & aves ſonitu ſuo abigerent, ne templo inſiderent, & in portarum aut porticuum laquearibus nidificarent, & ſtercoribus ſuis templum polluerent.* Sed *libro primo Regum*, ubi Salomonis templum accurrate deſcribitur, nihil tale reperias, ut neque in *Joſepho*; quamvis idem ſcribat de Templo ab Herode exſtructo, de *Bell. Jud. lib. 6. c. 6.* κατὰ κορυφὴν δὲ χρυσέους ὀβελοὺς ἀνεῖχε τεθηγμένους, ὡς μή τινι προσκαθεζομένῳ μολύνοιτο τῶν ὀρνέων, *in ſummo autem aureis verubus horrebat acutiſſimis, ne ab inſidentibus avibus pollueretur.* Pone tamen etiam Salomonis templum in tecti vertice hujusmodi verubus vel retibus inhorruiſſe: hoc quidem aves a ſummo, non tamen a toto tecto aut ab aliis Templi partibus arcuiſſet. Si ἐπὶ τὸ πτερύγιον τοῦ ἱεροῦ, *ſuper pinnaculum Templi*, ſtare potuit Chriſtus illæſus, *Matth. 4, 5.* quanto magis aviculæ? *Bochartus Hieroſ. Part. 2. lib. 1. c. 8. f. 53. ſeq.* Ceterum ob illam *Vitbi* figuræ ſorditiem irridere priſcorum Slavorum inſaniam poſſumus, quod ſimulacra ipſi timuerint, quæ aves tamen inquinarint. Deridet ea propter gentilium idola *Lactantius lib. 21. Divinar. Inſtit. c. 4.* & *Minutius Felix in Octavio*; *Clemens Alexandrinus* Admonition. ad gentes breviter: αἱ δὲ χελιδόνες, καὶ τῶν ὀρνέων τὰ πλεῖστα, καταξερῶσιν αὐτῶν τῶν ἀγαλμάτων εἰσπετόμενα, οὐδὲν Φροντίσαντα, *hirundines autem & multæ aves ſæpe advolantes inquinant ejusmodi ſimulacra, ratione nulla habita.* fol. 34. edit. Colon. an. 1688. conf. *Stephan. Joh. Stephan.* not. uber. ad Saxon. h. l. f. 247.

§. X. Secundo cum ait *Saxo*, in capite *Vitbi ſeptem humanæ* ſimilitudinis ſpecies conſediſſe, & *ſeptem* gladios cum vaginis, uni ejus cingulo appenſos fuiſſe: Credam *Vitbo* iſta attributa eſſe (1) ideo, quod *ſeptenarius numerus* ſacer ſcil. vid. *Gellius Noct. Attic. lib. 3 c. 10. Macrobius in Somn. Scipion. lib. 1. c. 6. edit. Florent. an 1515. Philo lib. de mundi opificio fol. 14 - - 20. & lib. 1. de Legis Allegor. f. 28. ſeq. Rupertus Obſervat. in Prolog. Flor. p. 12. ſeq.* Et (2) quod *Scripturæ* teſtimonia fama ad gentiles perlata fuerint: quibus dicitur talionem vindictamque ut plurimum *ſeptuplam* ſumi ſolere. Sic enim Deus ad Cainum: *omnis, qui occiderit Cain, ſeptuplum punietur. Luther.* Wer Cain todtſchlägt, das ſoll ſiebenfältig gerochen werden, *Gen. 4, 15. & v. 24. Lamech: ſeptuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech vero ſeptuagies ſepties.* Sic *Levit. 26, 18.* inquit Deus: *Sin autem nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplum, propter peccata veſtra;* conſ. *ibid. v. 21, 24. & 28.* Sic *David* quoque prout interpretes LXX loquuntur. *2. Sam. 12, 6. Agnam reddet ſeptuplam.* Ubi tamen in Ebræo eſt, & pro ove reddet ארבעתים *quadruplum.* Et *Pſalm. 79, 12. Redde vicinis noſtris* שבעתים *ſeptuplum.* Hinc igitur Deo vindici ſuo Slavi *ſeptem* quoque *facies*, & totidem *gladios* adjunxerunt: ut adderent & innuerent vindictam certam, multam ac gravem; quamvis tarda illa ſeraque non nunquam eſſe ſoleat. conſ. *Glaſſius Rhetor. Sacr. tract. 1. cap. p. 1371.*

§. XI. Obſerv. (4) *Vitbi Cultores. Karentinenſes* Rugianos nobis nominat *Saxo* lib. cit. De *Karentia* autem urbe Rugiæ clariſſima, ita *idem libr. eodem f. 326. Hæc undique ſecus voraginibus ac lacunis vallata, unicum paluſtri ac difficili vado aditum habet. Quo ſi quis incautis via exceſſibus aberraverit, in profundum paludis incidat neceſſe eſt.*

Hoc

Hoc vadum emenſis prætentus urbi collis occurrit, hic ad portam ducit, mediusque vallum ac paludem interjacet. Et paulo poſt f. 327. *Inſignis hic vicus erium præpollentium ſanorum ædificiis erat, ingenua artis nitore viſendis. Iis tantum pene venerationis privatorum Deorum dignitas conciliaverat, quantum apud Arkonenſes publici numinis* (Svanteviti) *autoritas poſſidebat. Sed & hic locus, ut pacis tempore deſertus, ita tunc frequentibus habitaculis conſertus patebat. Quorum altitudinis tres ordines fuere, infimo, medii ſupremique ponderibus ſuſtentamentum præbente. Quin etiam tanta conſertionis anguſtiæ fuere, ut ſi tormentis in urbem lapides jacerentur, nudam humum, in quam conciderent, non offenderent. Super hæc natus immunditiis ſætor cunctos urbis penates aſperſerat: nec minus corpora, quam metus animos cruciabat. Unde Danis Karentinos obſidionique reſiſtere nequiviſſe, conſpicuum fuit. Neque enim eorum tam promptam deditionem ulterius mirari voluerunt, quorum tam arctam neceſſitatem liquido perviderunt.*

§. XII. Obſerv. (5) *Ritus colendi Vitbum.* *Saxo* in his admodum brevis eſt, dicit enim (1) *privatum* Deum Karentinorum fuiſſe: tantum tamen (2) *venerationis* ejus *fano* attribuiſſe incolas, quantum apud Arkonenſes publici numinis Swanteviti autoritas poſſederit. Denique addit: hoc numen perinde ac *Martis* (3) viribus præditum, (4) *bellis* præeſſe crediderant.

§. XIII. Obſerv. (6) *Urbi deſtructio.* Hiſtoriam totam his fere verbis *Saxo loc. alleg. f. 325. 326. 327. & 328.* recitat: *Poſtquam Waldemarus Rex Danorum Arkonenſes in fidem receperat, obſidesq; Abſolon ſuſceperat, hora propinqua noctis hora conubia quietem capiente, ingens barbari clamor inſonuit, Gutſkalki, quo Abſolon apud Slavos interprete utebatur, copiam flagitantis. Qui hac voce excitus, quid nam barbarus afferret, mutuo clamore perquirit. Ille poſtulato Abſolonis aditu, propius accedere permiſſus, eumq; extra tentorium ad ſe progreſſum per interpretem alloquutus, impenſius orare cœpit, permitteret ſibi Karentinis Arkonenſium fortunæ nuntium offerre, hortarique, ut ſimilibus pactis exitium præcurrentes ſuam atq; urbis incolumitatem paciſci non differant: præfatus ſe voluntatis eorum indicium poſtridie relaturum. Præterea ſe patre Littogo Karentiæ natum Granzamque dici aſſeverabat, præſentis urbis* (Arconæ) *non civem, ſed advenam eſſe, nec in eam ſponte profectum, ſed cum aliis inter ſupplementa tranſmiſſum. Quod ne fraudulenter aſſerere putaretur, debilitatum vulnere lacertum oſtendit, ſine cujus uſu civibus opem ferre non poſſet. Abſolon in homine tam graviter affecto parum momenti hoſtium viribus accedere judicans, parvique ducens pugnæ an deditionis hortator exiſteret, petitionem ejus ad Regis arbitrium relegavit: ac protinus Waldemarum e ſomno excitatum conſuluit. A quo rem arbitrio ſuo tractare juſſus, expectanti barbaro, omnia a Rege præter tridui inducias conceſſa, reſpondit ſollicite providens, ut hoſtibus longum muniendæ urbis tempus daretur. Ceterum inſequentis ſpatium, ne omnium induciarum expertem dimitteret, pollicetur, præfatus, ni in littore, quod urbi ſuæ proximum foret, ſe cum omni Rugiæ primatu, tempore prædicto, obvium præbuiſſet, ulterioris pactionis aditu cariturum. Sequenti die Abſalon Granza Karentinenſis promiſſione ducibus expoſita, cunctisq; ejus experimentum ſumi debere judicantibus, cum triginta navigiis noctu diſceſſit: Regi ſub primam lucem inſequi monito. Tantus autem Karentinis, Arkonenſis expugnationis nuntio, terror inceſſerat, ut locum, qui ab Abſolone prænotatus erat, ante præfixum tempus accederent. Illic Granza equo inſidens, voce eminus miſſa, quis nam claſſi præeſſet, rogabat. Quam poſtquam ab Abſalone ductari cognovit, Granzam ſe eſſe confeſſus, Regem Tetiſzlavum cum Jarimaro fratre, & univerſis Rugianæ nobilitatis proceribus adveniſſe perdocuit. Quos Abſalon, interpoſita fide, nave exceptos, ac per omnia Arkonenſium exemplo deditionem pactos, ad Regis adventum usq; detinuit. Quo per omnia pactionibus aſſentiente, ſolo Jarimaro ex Rugianorum optimatibus aſſumpto, una cum Svenone Aruſienſi, Karentiam pergit: reliquos quo tutius urbem peteret per Esbernum fratrem epulis allectos non ante reditum ſuum dimittendos curavit. Triginta ſolos domeſticos milites ſecum habebat, quorum majorem partem, orantibus Karentinis, ne quid rixa per ejus comites in urbe concitaretur, remiſit: fiduciaq; quam familia abundantior ad urbem contendit. Karentini interim, quo deditionem ſuam concinniorem efficerent, ſex millium numerum explentes armati ſeſe portis effundunt, viamq; Danorum progreſſui opportunam, ſuffixis humo cuſpidibus diverſa acie circumſtare cœperunt. Quo aſpectu ſtupentem Svenonem, rogantemq;, quid nam ſibi hoſtium vellet excurſus? Abſalon metu carere præcepit, eorum egreſſionem ab obſequendi ſtudio profectam docendo. Qui ſi nocendi animum gererent, facilius intra urbem facinus exſequi potuiſſent. Quanta porro illum fiducia præditum æſtimemus, qui capitis ſui poteſtatem armati hoſtis ancipiti arbitrio tam facile credere non dubitavit? Sed & milites ejus exemplo firmati, nec vultu, nec ordine mutato parem procedendi conſtantiam conſervaverunt, plus ſpei in unius Abſalonis præſidio, quam metus in hoſtium multitudine reponentes. Tranſgreſſos vadum, viamq; vallo citeriorem aggreſſos, Karentini, qui ſe hinc inde centuriaverint, humum proſtratis corporibus perinde ac ſuperos adorandi officio venerati ſunt. Jucundus Abſalo-*

ſalonis ingreſſus, avido egreſſionis populo extitit. Neq; enim ut privata rei legatus, ſed tanquam publica pacis miniſter excipitur. Porro in urbe majus ſanum veſtibuli ſui medio continebatur, ſed ambo parietum loco purpura claudebantur, tecti faſtigio ſolis duntaxat columnis impoſito. Itaq; miniſtri Abſalonis direpto veſtibuli cultu, tandem manus ad interiora ſani velamina porrexerunt. Quibus amotis, factum quercu ſimulacrum, quod Rugia Vithum vocabant, patebat: illi maxima cum totius urbis exanimatione, tibiis ejus ſecures applicare caperunt: quibus abſciſſis, comitante ſono lapſus terra truncus impingitur. Hoc viſo oppidani, Dei ſui viribus inſultantes, religionem mutavere contemptu. Deniq; vero ſtatuam ipſi oppidani, Abſalonn edicto, intra mœnia cremare juſſi, (quo etiam ſtatuis *Porevithi* & *Poreuutii* fieri debebat, de quibus infra) *preces imperio opponere caperunt, orantes miſereatur conſerta urbis, nec incendio objiciat, quorum jugulo parcat. Nam ſi is ignis ad vicina prolapſus, unum e tabernaculis corripuiſſet, ob eximiam conſertionem, univerſa indubitanter convelleret. Quapropter eam* (una cum Porevithi, & Porenutii ſtatuis) *urbe egerere rogati, diu repugnaverunt, quod ſe membrorum, quorum miniſterium imperiq; exhibuiſſent, numine pœnas exigente, uſum amiſſuros, metuerent, contemptumque religione excuſare pergebant: ad ultimum Abſalonis monitu, Dei, qui ſibimet opitulari non poſſet, potentiam floccipendere docti, ſpe impunitatis accepta, imperio ocius paruerunt. Sveno vero, quo magis ſimulacrum aſpernendum doceret, ſuper illud, cum a Karentinis ejiceretur, ſublimis conſiſtere voluit; quo facto pondus contumelia auxit, nec minus trahentes rubore quam onere vexavit, domeſticum numen alienigena pontificis pedibus ſubjectum cernentes. Dum hac a Svenone geruntur, Abſalon tribus cœmiteriis in agro Karentino dedicatis veſpere Karentiam rediit: deletoq; ſimulacro, una cum Jarimaro, profunda nocte ad naves pervenit, eumq; ſecum cœnitare coëgit. Sequenti luce ſcriba, & qui privata principum ſacra tractabant, ſacerdotiorum ornamentis donati, regeneranda per aquam provincia miniſterium peregerunt. Item baſilicas compluribus in locis moliti, privata ſuperſtitionis tuguria, publica religionis domiciliis mutaverunt.* Sic ſparſim *Saxo*. Acta hæc ſunt die ſecundo ac tertio poſt factam Swanteviti deſtructionem, Anno Chriſti M C LXVIII. confer. ſupra *cap. 1. num. 24. in fin.*

CAPUT IV.

De Porevitho prædarum & bello oppreſſorum Deo.

Pars II.

§. I.

SÆpe numero in Scripturis Sacris Deus vocatur אל שדי *El Schaddai*; & prima quidem vice. *Gen. 17, 1.* Iſta duo nomina, quid ſignificent, paucis indicabimus: אל *El*, quidem *Deum* ſonat; ſed שדי *Schaddai*, *fortem, robuſtum, potentem*; imo & *vaſtatorem*. Nam qui potens eſt, poteſt, ubi & quando vult, vel juvare homines, vel diſperdere. Quamobrem, cum Deus ſit παντοκράτωρ, poteſt juvare mortales, vel deſtruere eos, & quæ ſunt illorum, quandocunque vult, & ubi vult; & quibus tandem modis ipſe vult. Radix שדד ad Arabum nunc quidem lingvam proprie pertinet, & *corroborare potentiam*, it. *incurrere, durius excipere, ligare*, ſignificat. Ebr. *vaſtare*; Æthiop. *expellere*: Samar. *conſtringere*: ſed & alias τῦ שדי *Schaddai* origines interpretationesque dabit nobis *Druſius Loc. Diffic. ad Gen. h. loc, cap. 45. p. 61. ſeq.* qui conferri poteſt.

§. II. Nec vero nomine tantummodo, ſed & praxi nominis atque opere gaudet Deus. Diſerte ipſemet ita ait *Deut. 28, 6. 7. Benedictus eris, ingrediens & egrediens, dabit Dominus inimicos tuos, qui conſurgent adverſum te, corruentes, in conſpectu tuo; per unam viam venient contra te, & per ſeptem fugient a facie tua.* Idem e contra malis etiam fugam, ſpoliationem, vaſtationem, everſionem & ruinam denunciat, cap. eod. v. 19. *Maledictus eris ingrediens.* v. 25. *Tradet te Dominus corruentem ante hoſtes tuos, & per unam viam egredieris contra eos, & per ſeptem fugies: & diſpergeris per omnia regna terea.* v. 29. *Omni tempore calumnias ſuſtinebis, & opprimeris violentia, nec habebis, qui liberet te.* v. 32. *Filii tui, & filia tua tradentur alteri populo, videntibus oculis tuis; & deficientibus ad conſpectum eorum tota die: & non erit fortitudo in manu tua.* Hinc quos bello opprimere Deus vult, *armis privat*: quod malum evenit *Judæis*: *1. Sam. 13, 19. ſeqq. Porro faber ferrarius non inveniebatur in omni terra Iſraël; caverant enim Philiſtiim, ne forte facerent Hebræi gladium aut lanceam. Deſcendebat ergò omnis Iſraël ad Philiſtiim, ut exacueret unusquisq; vomerem ſuum, & ligonem, & ſecurim, & tridentem, & ſarculum; retuſa itaq; erant acies, vomerum & ligonum, & tridentum, & ſecurium, usq; ad ſtimulum corrigendum. Cumq; veniſſet dies prælii, non eſt inventus enſis & lancea, in manu totius populi, qui erat cum Saule & Jonatha: excepto Saule & Jonatha filio ejus.*

§. III. Perſpicuum eſt ex his, quæ jam dixi: utrumque vincere hoſtem, & prælio cadere, aut vinci ac privari armis, &c. eſſe ab omnipotente, ſive אל שדי *El Schaddai*, quod juſtus ipſe ſit, *2. Paral. 12, 6.* Secundum enim juſtitiam *remuneratricem* piis

ſæpe victoriam confert; & quoad *vindicatricem*, malos, propter peccata, ſtrage & clade multat; Quamobrem, ut pii victoria potiantur, Deum precari: & mali, ne dispereant, deprecari eum neceſſe habent: exemplo *Salomonis*, qui in inaugurali ſua oratione ita ad Dominum Deum Iſraël: *Si egreſſus fuerit populus tuus ad bellum contra inimicos ſuos, per viam, quocunq; miſeris eos, orabunt te contra viam civitatis, quam elegiſti, & contra Domum, quam ædificavi nomini tuo, & exaudies in cælo orationes eorum, & preces eorum, & facies judicium eorum. Quod ſi peccaverint tibi, non eſt enim homo, qui non peccet, & iratus tradideris eos inimicis ſuis, & captivi ducti fuerint, in terram inimicorum longe vel prope, & egerint pænitentiam in corde ſuo, in loco captivitatis, & converſi deprecati te fuerint in captivitate ſua, dicentes, peccavimus, inique egimus, impie geſſimus; & reverſi fuerint ad te, in univerſo corde ſuo, & tota anima ſua, in terra inimicorum ſuorum, ad quam captivi ducti fuerint, & oraverint te contra viam terræ ſuæ, quam dediſti patribus eorum, & civitatis, quam elegiſti, & templi, quod ædificavi nomini tuo; exaudies in cælo, in firmamento ſolii tui, orationes eorum, & preces eorum, & facies judicium eorum: & propitiaberis populo tuo, qui peccavit tibi, & omnibus iniquitatibus eorum, quibus prævaricati ſunt in te, & dabis miſericordiam coram eis, qui eos captivos habuerint, ut miſereantur eis. Populus enim tuus eſt, & hæreditas tua, &c. 1. Reg. 8, 44-51. 2 Paral. 6, 34-39.* proinde ad ſolum atque unicum Deum, exorta tempeſtate belli, ſupplices preces inſtituendæ ſunt. Nam Mars ἀλλοπρόσαλλος eſt; Dei autem eſt & adjuvare, & in fugam convertere, *2. Paral. 25, 8.*

§. IV. Deploranda itaque cœciſſimæ *Slavica* gentis inſania ſeſe denuo nobis hic ſiſtit: cum enim ſuo quosque diſtincto imperio, *minores* quidem *Deos* hæc inferiora regere, *Helmold. Chron. Slav. lib. 1, cap. 83.* Slavi crederent, tria idola excogitarunt, (unde figmenta cordis vere ea dixeris, a quorum poteſtate ac nutu res belli pendere ac regi putarunt, *Radagaſtum* videlicet, *Vithum*, & *Porevithum*, quorum ille imperium *in milites* exerceret, iſte vindictam *ab hoſtibus* ſumeret, & hic denique ſuis aſſiſteret, ne *præda*, ruinæ & captivitati exponerentur, ſed *ſpoliis* omnino opimis onuſti ac ditati domum revenirent. Quod ad ultimum attinet, Romanorum, contenderem, *Jovem Prædatorem*, a quo prædæ eſſent, eo pertinere: de quo *Alexander ab Alexandro Genial. Dier. lib. 1. cap. 14. & lib. 3. cap. 22.* Itaque jam de *Porevitho*.

§. V. Obſerv. (1) *Nomen Porevithi*. Dicitur *Porevithus a Saxone Grammatico Hiſt. Dan. lib. 14. f. 327. & Dan. Georg. Morhofio, Diſſert. Acad. de Divinit. Principum. p. 105. Porevitus, ab Nicolao Mareſcalco Annal. Herul. & Vandal. lib. 1. c. 9.* Et *Barovit, a Davide Chytræo. Chron. Saxon. f. 11.* ſed & Porevit, *a Petro Albino Chron. Miſnenſ. Tit. XI. p. 302.* Ac *Pierovviz a Sam. Groſſero* Lauſſn. Merckw. 11. Haupt-Theil. *f. 4.*

§. VI. Obſerv. (2) *Etymon Porevithi*. Nemo non gnarus lingvæ Slavicæ videt, convenire prorſus *Porevithi* vocabulum, quod ἔτυμον attinet, cum Polonico Porywacż, id eſt, *raptor, prædator*; it. *rapax, trahax*; quod oritur ex verbo Porywan, *rapio, arripio, corripio, ſurripio, apprehendo aliquid*; Hinc porro & Subſt. Porwanie, vel Porywanie, *raptus*: & adject. Porywczy, *proruptus, volaticus, impetuoſus, præceps*: & adv. Porywcze, *raptim, turbulente, temere*. Vi ergo etymi *Porevithus, Deus prædator, aut prædarum, ac bello oppreſſorum numen. Chytræus Chron. Saxon. f. 11.* cit. Barovit, *Mercaturæ præſidem*, ſeu *Mercurium* ſonare docet: attamen, qua voce Slavica nitatur, aut unde ſua habeat, non meminit: Boruti quidem Bohemis, *vaſtare, deſtruere* ſignificat: ſed hæc vis verbi ad *Mercurium* converti non poteſt. Plauſibilior interim videtur *B. Morhofii* ſententia, qua loco ſupra dicto, docet, fuiſſe *regem* quendam *Porevithum* vocatum, qui ſit in Deum conſecratus: ſed vero rationes non deſunt, quibus conjecturam ejus ſuſpectam facere poſſimus, quarum non poſtrema, quod *Porevithi* nomen in catalogo Regum aut Principum non legitur.

§. VII. Obſerv. (3) *Figura Porevithi*; de hac *Saxo* lib. & fol. allegato ita: *Porevithi ſimulacrum quinque capitibus conſitum, ſed armis vacuum fingebatur. Petr. Albinus tit. XI. p. 302.* die Wenden ſollen auch ejnen fünffköpfichten Gott gehabt haben, Porevit genennt. Circa figuram duo notamus, quæ ad noſtrum etymon & interpretationem non parum faciunt. Primo *armis vacuum* ſimulacrum fingebatur: eo quod ab hoc numine armis exui hoſtis crederetur: & quod ſuos juvaret, ne armis rebusque vacui domum redirent: denique quod pro tali ac tanto Deo haberetur, qui ſuis victoriam poſſet largiri, etſi armis inſtructi haut eſſent: qualis Deus Iſraëlis fuit. *Judic. 5, 8. & 1. Sam. 13, 19. 20. 21.* *Secundo quinq; capita Porevithi*, opinor ſignificaſſe, quod profligati & in fugam acti, propter confuſionem, quaſi uſu *quinque ſenſuum* ſint deſtituti: itemque quod, ut ait *Salomo Prov. 20, 18 gubernaculis ſeu conſiliis*, (non armis tantum) *tractanda ſint bella*. Nam *in bello plurimum ingenium poteſt*, ait *Saluſtius Bell. Catil. c. 2.* *Cui non eſt adverſus omnes ſatis virium, circumvenire quærit ſolitudinem ſingulorum*, ait *Cyprianus lib. 1. Epiſt. 1. f. 2. edit.*

edit. Baſil. an. 1521. Confer. huc ii, qui de *ſtrategematis* ſcripſerunt, *Valerius Maximus lib. 7. c. 3. Sextus Julius Frontinus*, it. *Flavius Vegetius de Re militari, Ælianus de Inſtruend. acieb. Modeſtus de Vocabul. rei militar. edit. cum Commentar. Godeſcalci Stevvechii, Antverp. an. 1585.*

§. VIII. Obſerv. (4) *Porevithi cultores, Saxo lib. 14. cit. Karentinos* nominat: quorum urbem ſupra deſcripſimus cap. 3. n. 11. *David Chytraus Chron. Sax. fol. 10 ſeq.* iis adjungit *Julinenſes Pomeranos*; ſcribit enim ita: *Emporium in littore Balthico ampliſſimum, & a multis externis gentibus, & diverſarum nationum, lingvarum & religionum populis, Henetis, Danis, Svecis, Slavis, rurſus Judæis & Ethnicis, ſola Chriſtianorum fide excepta, pagatim, ita ut ſinguli ſuas diſtinctas plateas, nominibus gentium inſignitas, tenerent, inhabitatum fuit Julinum*, (unde Julinenſes) *in inſula (quam a præſenti oppido* das Wolliniſche Werder *hodie appellant, ab ortu, ponte prælongo ſupra Divenovum fl. quem Viadri in mare properantis alveum eſſe apparet, continenti Pomeraniæ junctam: ab occaſu Sveno ſeu Svevo fl. a meridie lacu recenti, admodum piſcoſo: ad boream Balthico mari cinctam, & quatuor fere milliarium ſpatio undiquaque patente) ſitum: ac urbis ambitum milliare Germanicum exceſſiſſe, ex antiquis ruinarum veſtigiis, & montibus ſeu editioribus urbis locis, quibus caſtella olim adverſus hoſtiles inſulini impoſita fuerunt, conſtat, adhuc extantibus, quos* den Schloßberg. *Moderoni*, Raveinel, *&* Silberberg, *hodie appellant. Ubi vero nunc templum D. Michaëlis cum cœmiterio extra oppidum cernitur: eum florentis olim antiqui Julini umbilicum fuiſſe perhibent. Frequentiam populi & inde æſtimare licet, quod viginti duo millia civium Julini, ab Ottone Bambergenſi baptizata eſſe ſcribuntur. Priſtinam vero potentiam, diuturna bella, & victoria adverſus Svenonem Danorum regem, tandem ab eis captum, demonſtrant. Verum nihil in rebus humanis perpetuum aut firmum eſſe, ut ceterarum urbium olim florentiſſ. Troja, Hieroſolyma, Tyri, Carthaginis, Corinthi deletiones; ſic Julini etiam excidium, varias idolorum & libidinum confuſiones, luxum, æmulationes, & ſeditiones ſecutum demonſtrat, ubi ſingulæ gentes, ſua idola & ritus proprios ſervarunt: publice autem ex profeſſo, Triclaff*, (leg. Triglowe) *Deum Tricipitem (cujus adhuc in Brandenburgenſi canonicorum templo ad Havelum effigies cernitur) & minorum velut gentium Divos armorum ac mercaturæ præſides*, Haruit, & Barouit, (leg. *Vith & Porevith* id eſt, *Vithum & Porevithum*,) *quaſi Martem & Mercurium, præterea Bialbug & Zernebug, album & nigrum Deum coluerunt. Idololatriam tetra libidinum confuſiones, opulentiam, luxus, ſuperbia, petulantia, & inteſtina diſſenſiones, ac diverſarum nationum populos pernicioſa æmulationes ac diſtractiones ortæ ſunt: quibus adducta ſocietates mercatorum inde emigrarunt. Secuta ſunt cum Dania Rege Waldemaro I. bella, qui Rugiis domitis, & Daniæ regno ſubjectis, Julinum quoq;, jam inteſtinis ſeditionibus labefactatum, & mole laborans ſua, captum ſolo æquavit, A. C. 1170. ut campi jam ſint, maxima ex parte, ubi olim Julinum fuit, exiguo tamen oppido Wollin, veteris urbis veſtigium retinente adhuc ſuperſtite, quod D. Johannem Bugenhagium, Paſtorem Wittebergenſem, multarum in Germania & Dania Eccleſiarum οἰκιςὴν, naſcentem primum excepit.* Repetit eadem *Chytræus in Proœmio Metropol. & Stephanius not. in Saxon. f. 197. ſeq.* add. *Saxo. lib. 14. p. 359.*

§. IX. Obſerv. (5) *Porevithi cultus.* Pauciſſima huc pertinentia nobiſcum communicant Hiſtorici. *Chytræus* in verbis modo adductis, (1) *minorum gentium Divum* fuiſſe Porevithum, memoriæ prodit, *mercaturæque præſidem*, & quaſi *Mercurium*: ſed poſterius hoc *ſupra n. 6.* rejecimus. *Saxo* lib. alleg. *privatum* etiam *Deum* appellat; & paulo poſt ait, *Porevithi ſimulacrum* (2) in proxima *æde* (a fano Vithi non procul diſtante,) colebatur. Ædem autem ipſam (3) *ingenua artis nitore conſpicuam* fuiſſe perhibet. Denique, ut nos ſentimus, fuit (4) *Porevithus prædæ largitor*, & (5) *oppreſſorum* quidam *Deus*. vid. *num. 6. & 7.*

§. X. Obſerv. (6) *Porevithi deſtructio.* Accidit hæc Julini; ut nos *Chytræus* docet, A. C. M C LXX. vid. n. 8. circa finem. *Karentia* autem *Porevithi* ſtatua, eodem die, ac anno, quo *Vithi* exciſa & cremata eſt; Dicit enim *Saxo*: nec *Vithi excidio contenta ſatellitum manus*, ad Porevithum *ſimulacrum, quod in proxima æde colebatur, avidius porriguntur.* Reliqua, quæ huc ſpectant, ex capitis præcedentis num. XIII. repeti poterunt; nam ab iisdem civibus, qui *Vithum* egeſſerant, ex urbe, juſſu Abſolonis, *Porevithus* egeſtus, & in ignem conjectus eſt. Hinc etiam *Saxo* de ſtatuis, earumque excidio in ſenſu plurativo loquitur, quem tamen nos §. cit. ita differentem in medium produximus, quaſi ibi de ſola *Vithi* ſtatua verba faceret.

CAPUT V.

De Provo, Deo ſive præſide Juſtitiæ ac Fori.

§. I.

VIdimus hucusq; poſt *Swantevithum* gentis Slavicæ *bellica Numina*, ſive Deos, qui belli ac rei militaris præſides eſſent; nam cum Slavorum *genti crudelitas ingenita, ſaturari neſcia, & impatiens otii fuerit*, teſte *Helmol-*

Helmoldo lib. 1. c. 52. eam ob rem primo loco ponenda erat religio, quam cum hoſtem armis invaderent, aut bello ipſi premerentur, publice privatimque obſervaverint. Sequitur, ut nunc audiamus, quem *pacis tempore*, tanquam Deum, res ſuas unicuique tribuentem, coluerint. Valde enim fallit, falliturque, qui rempublicam Slavorum priſcorum iis moribus ſtetiſſe ſuſpicatur, quos *Ovidius* pingit lib. 1. *Metamorphoſ. v. 144. & ſeqq.*

Vivitur ex rapto, non hoſpes ab hoſpite tutus,
Non ſocer a genero, fratrum quoq; gratia rara eſt:
Imminet exitio vir conjugis, illa mariti:
Lurida terribiles miſcent aconita novercæ:
Filius ante diem patrios inquirit in annos:
Victa jacet pietas, & Virgo cæde madentes
Ultima cœleſtum terras Aſtræa reliquit.

Atenim vero juſtitiam, quæ ſuum cuique tribuit, Slavi etiam obſervarunt: quo faciunt teſtimonia *Helmoldi*, *Saxonis Grammatici*, & *Witekindi*. *Helmoldus lib. 2. c. 12.* ita: *Quamvis odium Chriſtiani nominis & ſuperſtitionum fomes plus omnibus Slavis apud Ranos (Rugios) invaluerit, pollebant tamen multis naturalibus bonis. Erat enim apud eos hoſpitalitatis plenitudo, & parentibus debitum exhibent honorem: nec enim aliquis egenus aut mendicus apud eos repertus eſt, ſtatim enim, ut aliquem inter eos aut debilem fecerit infirmitas, aut decrepitum ætas, hæredis curæ delegatur, plena humanitate fovendus. Hoſpitalitatis enim gratia, & parentum cura, apud Slavos virtutis locum obtinent. Idem.* lib 1. c. 6. ubi de Rugiis quoque: *Flaminem ſuum non minus quam Regem venerantur.* l. 1. c. 1. *Pruzi,* (Pruſſi) *homines multis naturalibus bonis præditi, humaniſſimi erga neceſſitatem patientes, qui etiam obviam tendunt his, qui in mari periclitantur, vel qui a piratis infeſtantur, & ſubveniunt eis.* Et cap. 82. ubi de *Wagriis* (ſive *Lubecenſibus*) *Nulla gens honeſtior Slavis, in hoſpitalitatis gratia. In colligendis enim hoſpitibus omnes quaſi ex ſententia alacres ſunt, ut nec hoſpitium quemdam poſtulare neceſſe ſit. Quicquid enim agricultura, piſcationibus ſeu venatione conquirunt, totum in largitatis opus conferunt; eo fortiorem quemque, quo profuſiorem jactitantes: cujus oſtentationis affectatio multos eorum ad furta vel latrocinia propellit. Quæ utique vitiorum apud eos quidem venialia ſunt: excuſantur enim hoſpitalitatis palliatione. Slavorum enim legibus accedens, quod nocte furatus fueris, craſtina hoſpitibus diſpertias. Si quis vero, quod rariſſimum eſt, peregrinum hoſpitio removiſſe deprehenſus fuerit, hujus domum vel facultates incendio conſumere licitum eſt, atque in id omnium vota pariter conſpirant: illum inglorium, illum vilem & ab omnibus exibilandum dicentes, qui hoſpiti panem negare non timuiſſet.* Et lib. 2. c. 13. *Sed nec in conſtruendis ædificiis operoſi Slavi ſunt, quin potius caſas de virgultis contexunt, neceſſitati tantum conſulentes adverſus tempeſtates & pluvias. Quoties autem bellicus tumultus inſonuerit, omnem annonam paleis excuſſam, aurum atque argentum, & pretioſa quæque foſſis abdunt, uxores & parvulos munitionibus vel certe ſylvis contutant. Nec quicquam hoſtili patet direptioni, niſi tuguria tantum, quorum amiſſionem facillimam judicant. Idem* lib. 1. cap. 83. *Jurationes difficillime admittuntur: nam jurare apud Slavos quaſi perjurare* (pejerare) *eſt, ob invicem* (leg. vindicem) *Deorum iram. Saxo Grammaticus Hiſt. Dan.* lib 14. fol 291. *Icturis fœdus Barbaris* (Slavis) *religioni erat calculum in undas conjicere, ſeque ſi pacto obviam iſſent, merſi lapidis exemplo perituros orare. Witekindus* lib. 2. *Annal Saxon. Sæpius exercitus eos* (Slavos) *læſit, in multis afflixit, & in ſummam calamitatem perduxit, illi vero nihilominus bellum elegerunt, omnem miſeriam caræ libertati poſtponentes. Eſt namque hujuſmodi genus durum, & laboris patiens victui leviſſimo aſſuetum, & quæ noſtris gravi oneri eſſe ſolet, Slavi pro quadam voluptate ducunt; Tranſeunt dies plurimi his pro gloria, magno lateque imperio: illis pro libertate ac ultima ſervitute varie certantibus.* Apud *Helmold.* lib. 1. c. 83. Pribizlaus Princeps Wagirenſis ait: *Dentur nobis jura Saxonum, in prædiis & reditibus, & libenter erimus Chriſtiani, ædificabimus eccleſias, & dabimus decimas noſtras.*

§. II. Imo vero, ut Slavi illud, quod juſtum atque fas eſt, ſibi curæ ac cordi eſſe, publice teſtarentur, ipſam *Juſtitiam*, eo quod origo ejus e cœlo ſit, pro numine quodam habuerunt. Quo ipſo quidem iterum attributum ſeu nomen Dei, in idolum commutarunt. Dicitur enim in Sacris אלהים ▭ שופט צריק *Deus judex juſtus, fortis & patiens, Pſalm. 7, 12. Dominus, qui judicat omnem terram, Gen. 18, 25. Qui ſedet ſuper thronum, & judicat juſtitiam, Pſ. 9. 5. Dominus in æternum permanet, paravit in judicio thronum ſuum, & ipſe judicabit orbem terræ in æquitate, judicabit populos in juſtitia, Pſal. 9, 8. 9. Deus ſtetit in Synagoga Deorum, in medio autem Deos dijudicat, Pſal. 82, 1. Faciens* (eſt) *miſericordias Dominus, & judicium omnibus injuriam patientibus, Pſal. 103. 6.* &c. Hinc ergo Slavis, Sorabisve *Provus* (Prawo) id eſt, *Deus juſtitiæ*; perinde ut Græcis Θέμις, Εὐνομία, Δίκη, Εἰρήνη, *Voſſius* in *Phyſiolog. Chriſt. lib. 8. c. 13.* Romanis & Ægyptiis *Juſtitia, Pietas*, Εὐχαριϛία, *Fides Aſtræa*, Deæ, *Alexander ab Alexandro*

xandro Genial. Dier. lib. 4. cap. 12. *Voſſius* lib. 8. c. 13. citato: & Indis Orientalibus *Quiay Hocombinos*, id eſt, *Deus Juſtitiæ, Pinto* Wunderl. Reiſebeſchr. cap. 5. p. 27.

§. III. Obſerv. igitur (1) *Nomen Provi*: Multifariam autem, ut ſolent peregrina, formatur hoc vocabulum. *Prove*, apud *Helmoldum Chron. Slav.* lib. 1. c. 52. *Prove Deus Aldenburgenſis terræ.* lib. 1. c. 69. *Inde progrediens viſitavit Aldenburg, ubi ſedes quondam Epiſcopalis fuerat, & receptus eſt a Barbaris habitatoribus terræ illius, quorum Deus erat* Prove, lib. 1. c. 83. *Prove Deus Aldenburg.* Prove, *in agro Aldenburgenſi idolum, Andreas Hondorffius Promptuar. Exemplor. f. 58. Prono, in Chron. Saxon.* ſub anno 1133 Der Wenden Abgott zu Oldenburg hieß *Prono.* Sic & apud *D. Maſium, in Schediaſm. de Diis Obotrit.* c. 2. p. 34. 38. 39. 40. *Nicolaum Mareſcalcum Annal. Herul. & Vandal.* lib. 1. c. 9. necnon *M. Michaëlem Frencelium*; Fratrem meum, *Diſſert. 3 de Diis Slavorum. Prone*, apud *Cranzium Vandal. lib. 3. c. 37. Prone* Gott der Aldenburger. *Prone*, ſive *Prono*, apud *Johannem Saubertum de Sacrific.* cap. 5. p. 105. & c. 7. p. 168. *Pronius*, apud *Paulum Stranskium*: vid. ſupra ſect. I. c. 1. n. 2. *Promo* apud *Petrum Albinum, Chron. Miſn* tit. XI. p. 302. *Promo* ſoll in ſonderlichen Ehren ſeyn gehalten worden bey den Lübecker Wenden, item bey den Oldenburgern und Holſaten. *Provus & Prova*, apud *Davidem Peiferum Rer. Lipſ.* lib 3. p. 279 *Celebriora Deorum, Dearumq; nomina erant*, Provus, Siba, Radegaſtus, Podagra, (leg. *Podaga*,) Fluſius, Triphata (leg. *Trigolova.*) Prova Sed error quidem Beati *Peiferi* eſt, pro diverſis Diis Provum & Provam habentis.

§. IV. Obſerv. (2) *Etymon Provi.* Ex varia nominis ſcriptura, varia ſubinde etyma exorta ſunt: quorum tria hisce verbis complexus eſt Theologus ac Philologus inſignis *D. Maſius* Schediaſm. de Diis Obotrit. c. 2, p. 38. ſeq. *Unde* Prono *dictum illud idolum, quaque fuerit nominis & cultus origo, non una eſt Doctorum conjectura: Cranzius quidem* (quo cum fere ſentit *Paulus Strauchius*, vid. locum paulo ante cit.) *a Græca voce πρόνοια deducit, quod Dei providentia mundus adminiſtretur: ſed non ſatisfacit Schedio, cui a* Brenno *derivandum videtur. Sed plures fuere* Brenni *in hiſtoria clari; quorum duo, alius qui Templum Delphicum ſpoliavit, aliusq; qui Romam diripuit, Livio, Floro, Plutarcho, Diodoro Siculo, Trogo, Ciceroni, Plinio, (Pauſania) & aliis memorantur. Ante hos vero alius in Vandalia Brennus vixit, a quo Angli Britanniæ invaſores originem ducunt, vid. Avent. lib. 1. Annal Bojorum: omnium autem primus veteris Germaniæ Rex fortiſſimus erat, cui poſteri in memoriam virtutis ſtatuam collocarunt, accedente poſtea ſuperſtioſa gentis errore, ut templum venerationi illius dicarent, ut pro Brenno corrupta voce Prono dicerent. Ita plerisque eruditis perſuaſum eſſe invenio: mihi vero incertum eſſe videtur, utri Brenno tribuenda ſit idoli origo; neque tamen cum Cranzio ad Græcam vocem confugio. Schedio vero ſimile viſum eſt,* Brennum *aliquem eorum, quos hiſtoria refert, Ducem manu ſtrenuum & nomen & originem idololatriæ dediſſe: facile enim accidiſſe, ut pro Brenno inculta plebis vitio* Prono *ſubſtitueretur. Brennum autem ipſum alii a* Brennen *deducunt, quaſi Brennum dicat, qui igne & flammis hoſtium terras ad vaſtationem vocat; alii dictum putant, quaſi* Berennum (ein Berenner, von Berennen) *hoc eſt, invaſorem, qui aliorum terras repente adoriatur. Sed illuſtris Juris conſultus Joh. Strauch* Diſp. 3. in *Tacitum de Morib.* Germ. c. 3. §. 6. *ab obſoleta voce* Bryn, vel Brenn, *i. e. galea derivatum ait; unde* Brennio *eſt galeatus, ſeu ſcuto tectus: occurrit autem vox illa in Otfrids Evangelio, antiquiſſimo ſcripto Germanico l. 5. c. 1. notante Sauberto de Sacrificiis* p. m. 112. Hucusque *Maſius.* Addit *Cl. Andreas Borrichius* in not. ibid. p. 40. Brennus *apud antiquos Gallos fuiſſe dignitatis nomen, notat Bochartus in Can.* lib. 1. c. 42. *Germanis vero inſtituta, mores, literas & antiqua plurima rerum vocabula cum Gallis communia fuiſſe, ex Strabone & Tacito patet: ut juſte dubitari queat, utrum vox* Prono *ab illo Rege Germanorum Brenno, aut a majeſtatis indice vocabulo Brennus tutius derivaretur; imo quid impedit, quo minus hoc (more gentium) Deo impoſitum eſſe nomen dicas æque ac Heſus apud Lucanum? Quod originem vocis attinet,* Brennus a פרנס *dici ſtatuit Bochartus, ut idem ſit, quod Princeps* vel ποιμὴν λαῶν, *unde & Cambri, teſte* Camdeno, *Regem Brennin appellant. Neque mirum eſt, priſcos Germanos inter alias Phœniciæ linguæ reliquias hanc quoq; vocem retinuiſſe, ſic Clariſſimus Borrichius. Johannes Saubertus de Sacrificiis* cap. 5. p. 110. ſeq. *Germanorum* (lege Slavorum.) *idolum Prono, repræſentavit Brennum Ducem, manu ſtrenuum, dignumque tali nomine. Quamvis enim quidam ita dictum autument, quaſi* Brenner; *qui hoſtes igne domat; alii, quaſi* Berenner, i. e. *invadentem, adorientem. Veriſſime tamen eſt ab obſoleta voce* Brynn, vel Brenn, i. e. *galea, unde Brennio, galeatus, ceu acutiſſime ſentit chori Critici fax fulgentiſſima, JCtus eminentiſſimus Johannes Strauch Diſput. 3. in Tacit.* de M G. c. 3. §. 6 Habet eam *Otfridus*, qui circa initium Seculi IX. vixit, in *Evang.* quo hactenus non extat antiquius ſcriptum Germanicum. lib. 5, c. 1.

Iſt uns thas girüſti
Brunia alaſteti:

Joh iſt uns helm ouch ůbar thaz,
Joh waſan alawaſaz.

§. V. Non multum etiam diſtat ab illuſtr. *Strausbio* ſvaviſſimus *frater* meus *Diſſert.3. cit. cujus* verba nunc apponam: *Nobis* Prono *a Slavorum* Brone, *nomen veniſſe credibile videtur: ea vero voce, quisquid ad agriculturam pertinet, comprehendunt.* Prono *enim agricultura patrocinium ſuſtinuiſſe, idem docet. Sane quidem vox* Bron. *a* Prono *una litera b. differt. nec a Germ.* Beyne, *ſignificatione abſcedit: ex Aſia autem in Europam delata putatur: Hinc tot populis communis eſt: Syris enim* בירונא *veſtis genus: Germanis* Brinn, *apud Autorem* des Heldenbuchs; *& Gallis brunie, thorax ferreus, pectorale aneum; Sorabis & Polonis* Bron, *arma, armatura, it.telum*; gewehr, waffen. Bronne, *plur. ossa, pecten serra,* eine Ege. *Eſt & verb.* Sorab. Bronuju, *oseo*; *&* Bronie, Polon. *defendo, tueor.* Bronienie ſubſt. *tuitio, defenſio*, vid. *Orig. Lingv. Germ.* lib. 4. c. 3. Verum nec a Bryne, vel Beonne, aut *Brenno*, &c. *Provi* nomen ducam: ſputia enim eſt lectio *Prono*, ab *Chronici Saxoniſi* typographo minus attento primum in orbem eruditum invecta: genuina certe appellatio idoli *Provo*, vel *Prove* erat, ut *Helmoldus* plus ſimplici vice docet: Denique u, more veterum legeodum tanquam W. Germanicum, *wav* Arabum; & u initiale Polonicum & Bohemicum. Eſt vero *Provo* idem quod Prawo Bohem. Polon. Sorab. olim Prowo, ſeu Prowo, id eſt, *jus, juſtum, aquum, rectum, lex,* δίκη, δίκαιον, das Recht. Ab hoc Sorab. Prawuju, & Polon. Prawuie, *contendo, certo, diſcepto jure, conflictor judicio*, ich rechte, führe das Recht. Prawda, *veritas, juſtitia, aquitas*, die Gerechtigkeit, oder Billigkeit: ſed Prawo, a prawiu, vel prajiu, *verbo, diso, loquor, decerno*, ich rede, gebe Beſcheid. Hoc ab Arab. פרח *dixit, finxit, concinnavit*: quomodo Latinis *juſtitia, juſtum, jus*, a *jubeo*, primo: & hoc ab Ebr. יבב *vociferatus eſt*; ſic Græcis δίκη, δικάζω, *judiso*, cui ſimile latin. *dico, disere, per aphareſin*, ex Ebr. צדק *juſtus fuit.* Æthiop. *verax, ſincerus fuit, fidem habuit.* Quamobrem vi etymi, *Provo*, vel *Prove, Deus* ſeu *praſes juris, vel juſtitia, aut recti, aqui bonique numen.* Germ. GOtt des Rechtes, oder der Gerechtigkeit.

§. VI. Obſerv. (3) *Figura Provi*, Nititur etiam etymon noſtrum idoli figura: quam ita ſiſtit *Bangertus* not. ad *Helmold.* lib. 1. c. 52. *Stabat* Provo *virili forma in columna, corona caput redimitus, oblongis atque erectis auribus: altero pede tintinnabulo inſiſtens, ocreas etiam indutus: dextra ferrum rubrum & quaſi candens tenebat: altera vexilli contum quatiebat.* Ferrum, *qua forma fuerit, non usque adeo certum: vomeris ſpeciem retuliſſe quidam non ſine cauſa prodidere.* *Chron. Saxon.* ſub anno 1153. f. 254. Der Abgott zu Oldenburg hieß Preno, (leg. Provo.) und ſtund auf einer Seule, hatte in der Hand eine rothe Pröveyſe, und einen Banner-Stab; hatte zweene lange Ohren, mit einer Krone, trug ein paar Stiefeln an, und unter einem Fuße eine Schelle. *Petrus Albinus* Meißn. *Chron.* tit. XI. p. 302. *Promo*, leg. *Provo*,) wird alſo beſchrieben, daß er auf einer Seul geſtanden, zwey lange Ohren, mit einer Kron gehabt, geſtieffelt geweſen, desgleichen in der Hand eine rote Boeneiſen (*au* Broveiſen.) und eines Paners Stab, unter dem Fuß eine Schelle. *D. Maſius* de *Diis Obotrit. c. 2. p. 35.* *Figuram Provi Chron. Saxon. ſuppeditat talem: forma virili innititur columna, ſed paulum incurvatus; una manu ferrum geſtans, inſtar clypei, altera bipennem cum vexillo jactans; altero pede tintinnabulo inharens, & quidem ocreatus; caput corona ornatum, auribus oblongis atque erectis, ferrum autem rubrum erat, ut candentis ſpeciem pra ſe ferret, forma vomeris, ut putatur.*

§. VII. Priusquam de ſimulacro, quid partes ſingulæ denotent, diſſeram: teſtimonium antiquiſſimum, *Provi* notionem declarans, denuo producendum erit. *Helmoldus* nimirum nobis diſerte ſuffragatur, *Provum* quoque *pra'dem juſtitia*, aut *judiciorum innuens.* Ait enim ille lib. 1. cap. 83. *In nemore, quod dicatum erat Deo terra Aldenburgenſis, ſecunda feria hebdomadatim populum terra, cum flamine & regulo conveniſſe propter judicia.* Quod ſi ergo *propter judicia* atrium *Provi* frequentatum fuerit, ſequitur, quod *Provus* ipſe pro numine juſtitiæ habitus ſit. Jam ad imaginem, tuta, quod ajunt, frequentique via. Erat (1) *Provus virili forma* ſculptus. Minus recte enim interpres *Crauzii*, *Stephanus Maſroſcus*, in indice Vandaliæ: Prone, der Aldenburger Götzin, & *David Priſerus*, cui *Provus* & *Prova*, dea, diverſa ſunt numina, *Rer. Lipſ.* lib. 3. p. 279. Nam cum juſtitiæ præſidem haut effæminato, ſed virili animo præditum eſſe oporteat; hinc *Provum* etiam Slavi forma virili ſculpſerunt. Quo *Jethro*, qui ad *Moſen*: *provide de omni plebe, viros ſapientes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint avaritiam; & conſtitue ex eis tribunos - - qui judicent populum omni tempore, Exod. 18, 21. 22.* Et ſequitur paulo poſt: v. 25. *Moſes electis viris ſtrenuis de cuncto Iſrael, conſtituit eos principes populi*, &c. Et *Salomon* Proverb. 28, 1. *Juſtus quaſi leo confidens abſque terrore erit.* *Horatius* lib. 3. od. 3.

Juſtum ac tenacem propoſiti virum,
Non civium ardor prava jubentium,
Non vultus inſtantis tyranni,
Mente quatit ſolida; neque Auſter

Dux

Dux inquieti turbidus Adriæ,
Nec fulminantis magna Jovis manus,
Si fractus illabatur orbis,
Impavidum ferient ruinæ.

Philo lib. 2. de judice fol. 453. Is, qui ad judicandum aſcendit tribunal, judicari ſe non minus, quam judicare cogitet, & una cum poteſtate aſſumat prudentiam, ne decipiatur; juſtitiam, ut ſuum cuiq; tribuat: fortitudinem, ne flectatur precibus aut miſericordia: quo minus animadvertat in convictos ſceleris; nam cuicunq; virtutes hæ cordi fuerint, bene meritus de republica exiſtimandus eſt; quippe qui more boni gubernatoris ſedat tempeſtates negotiorum commiſſorum, ſua fidei, ad ſalutem, ſecuritatemque illorum, qui pendent ab ejus arbitrio. Bene etiam *Cicero* Orat. pro *Cluentio*: *Illud eſt hominis magni & ſapientis, cum judicandi cauſa tabellam ſumſeris, non ſe putare eſſe ſolum, neque ſibi, quodcunq; concupieris, licere: ſed habere in conſilio legem, religionem, æquitatem, fidem: libidinem autem, odium, invidiam, metum, cupiditatesq; omnes amovere, maximique æſtimare conſcientiam mentis ſuæ, quam ab Diis immortalibus accepimus, quæ a nobis divelli non poteſt.* (2) Caput *corona* redimitus: Num quod *corona* terræ ac regionis ſint *bonæ leges* judicis? quo *Maimonides Tom. I. Hal. Talm. Thor. cap. 30. p. 20. b.* apud *Schickard. de Jur. Reg. cap. 1. theor. 1. p. 2. & 3. Tribus coronis coronati ſunt Iſraëlitæ, corona legis, ſacerdotii & regni. Eſt etiam diadema* (corona principis) *judicium rectum, ſeu juſtitia, Job. c. 29, 14.* Vel potuit aliquomodo reſpici *corona juſtitiæ*, de qua *2. Tim. 4, 8.* Paulus enim Apoſtolus, ab Jeruſalem per circuitum usque ad Illyricum, i. e. Slavorum terram prædicavit Evangelium Chriſti. Denique ſimpliciſſime dici poteſt, quod redimitus corona fuerit *Provus*, quia mos ac conſvetudo eſſet gentilibus, capita Deorum coronis cingere. Sic *Baruchus* cap. 6, 9. *coronas certe aureas habent ſuper capita ſua Dii illorum.* De corona *Radegaſti* dixi *ſupra*. *Valerius Maximus lib.* 1. *c.* 2. ait: *Simulacra Deorum coronas porrectis manibus ſuſtinuiſſe.* Hinc ad Chriſtianos quoque conſvetudo pervenit, ut ſimulacra Chriſti coronis ornarent: quorum exemplum eximium edidit *Canutus*, Rex Angliæ Daniæque, qui a militibus ſuis Rex Regum omnium longe potentiſſimus appellatus, cum aſſentationes eorum coarguendi cauſa, aquam maris, juxta quod tunc forte deambulabat, inclamaſſet: unda jubeo, ne pedes meos tangas: aqua vero nihilominus totum madefeciſſet; retro progreſſus, en, inquit, vocatis me Regem, qui hanc parvulam undam meo imperio cohibere, vel remorari nequeo: nullus nempe mortalium eſt tali nomine dignus; eſt Rex unus, Pater Domini noſtri JEſu Chriſti, hunc Regem appellemus, &c. Poſthæc Vintomiam profectus, coronam, quam geſtabat, capiti ſimulacri Chriſti crucifixi, quod in templo Apoſtolorum Petri & Pauli pendebat, ſuis manibus impoſuit, nunquam poſthæc ejusmodi ornamento capitis uſus inſigni. *Polydor. Vergilius Hiſt. Angl. lib. 7. fin.* ſeu, ut *Henricus Huntingdon* hac de re ſcribit: *Rex Cnut nunquam poſtea coronam auream cervici ſuæ impoſuit, ſed ſuper imaginem Domini, quæ cruci affixa erat, poſuit eam in æternum, in laudem Dei Regis magni. Hiſt. lib. 6. f. 364. D. Beckman. Syntagm. Dignit. Part. I. Diſſert. 4. c. 3. p. 385. Lanſius* Orat. pro *Britann. p. 636. Erneſtus Apanthiſm. lib. 2. c. 20. p. 434 & lib. 3. c. 32. p. 704.* Credibile vero eſt Canutum imitari voluiſſe ſanctos, de quibus *Apoc. c. 4, 10. mittebant coronas ſuas ante thronum Dei.*

§. VIII (3) *Oblongis atq; erectis auribus.* Has attributas *Provo* exiſtimem, quo admoneretur judex (α) ut omnes, quicunque ſint, patienter audiat, accuſantes & accuſatos, juxta πολυθρύλλητον, *audiatur & altera pars.* Nam, ut docet *Seneca* in *Medea*.

Qui ſtatuit aliquid parte inaudita altera,
Æquum licet ſtatuerit, haud æquus ſit.

(β) Ne auribus propriis, ſuorumque aut aliorum, nimium tribuat. Quo optime *Philo* iterum libro *de Judice f. 453. Ante omnia lex præcipit judici, caveat ne vanam narrationem auribus accipiat: quaſi dicat, heus tu, cura ut aures perpurgatas habeas; purgabuntur autem, ſi ſæpius eluantur doctis ſermonibus, & excludant vanas, vulgo protritas damnatasq; fabulas figmentorum poëticorum, ſcenicorumq; res nihili multis verbis exaggerantium. Quin & aliud quiddam idem præceptum admonet, ab expoſitione priore nihil diſcrepans: Qui auritos teſtes, inquit, accipit, vane non ſane accipit; nam oculi rebus ipſis interveniunt & contrectant quodammodo negotia, totaque percipiunt adjuvante luce, per quam illuſtrantur, deprehenduntur que omnia, aures autem, ſicut recte dixit quidam e veteribus, minus fidei habent, quam oculi, ut quibus non cum rebus ipſis ſit commercium, ſed cum ſermonibus rerum interpretibus non ſemper veritatem ſectantibus, quod legis caput mihi videntur quidam e Græcis legislatoribus deſumpſiſſe e ſacratiſſimis Moſis tabulis, interdixiſſeq; ne ex auditu feratur teſtimonium; quod quæ quis vidit certa judicanda ſint: quæ vero audivit, non perinde firma fidei.* (4) Dextra *rubrum ferrum* quaſi candens tenebat, *Chronicon. Saxon. loc. cit.* illud Probeyſen vocat, id eſt, ferrum probationis, forte quod in *Provi* luco & fano, aut ad ſacras illius quercus, quas interſtabat idolum, criminis rei contrectando ferrum aut vome-

tem

rem candentem examinarentur & probarentur: ita *Bangertus* not. ad *Helmold. Chron. Slav. lib. 1. c. 52.* & *D. Maſius de Diis Obotrit. c. 2. p. 35.* Hoc enim genus judicii non tantum priſcis Gothis, vid. *Loccenius lib. 1. Antiq. Sveo Goth. c. 7.* & Chriſtianis Germanis, quorum exempla multa, ritus, originem, & abrogationem exponit *Bangertus* ad *Helmold. l. 1. c. 83.* Addeſis *Ditmar. Chron. Merſeb. lib. 2. p. 18. Schelwig. Cynoſ. Conſc. quæſt. 54. p. 477. Erasm. Amphitheatr. Part. I. p. 745. ſeq. Miſander. Delic. Bibl. V. T. Tom. V. quæſt. 141. p. 112. ſeqq.* Sed & Slavis valde uſitatum fuit: conf. *Helmoldus lib. 1. cap. 83.* Hodieque id genus Ordalii, ut vocant, adhibent Æthiopes *Guinenſes*, teſte *Wilhelm. Joh. Müller* Beſchreib. *Fetu p. 79. ſeq.* nec non *Siamenſes* & *Japani*, de quibus *Eraſmus Franciſci* in *Exoticis num. 41. p. 473. ſſ. M Adami* (alias *Miſander*) *loc. cit. p. 115. ſſ.* item *Ceilanenſes*, qui ultimi tamen oleo fervido & fimo vaccino utuntur. De qua re ita *Robertus Knox Ceylan.* Reiſe-Beſchr *lib. 3. cap. 9.* Zuweilen unterſcheiden ſie ihre Streit-Sachen auch auf ſolche Art, daß ſie darüber in heiſſem Oel ſchweren: wovon dann, weil es etwas merckwürdiges iſt, ich ein wenig eigentlicher Nachricht ertheilen wil. Alſo nun zu ſchweren, wird nur in Fällen groſſer Wichtigkeit verſtattet, als wenn etwan ihre liegende Güter in Anſpruch genommen werden, oder wenn keine Zeugen bey einem Handel vorhanden geweſen. Wenn ſie nun alſo ſchweren ſollen, ſo bekommet erſt eine jedwede Partey vor dem Lands-Hauptmann hierzu eine Vergünſtigung, welche zu ſolchem Ende von ihm mit eigener Hand geſchrieben wird; ſo dann gehen ſie beyde, und waſchen ſich den Kopf, und den Leib, welches vor eine heilige Ceremonie geachtet wird, und ſelbige Nacht werden ſie beyde in ein Hauß gefänglich eingeſetzet, nebſt einer über ſie beſtellten Wache, und wird einem jeden ein Tuch über die rechte Hand gebunden, und verſigelt, damit ſie nicht etwan einige zauberiſche Mittel gebrauchen mögen, ihren Finger dadurch harte zu machen: den folgenden Morgen werden ſie hinaus geführet; da ſie denn reine Kleider anlegen, und ſich ſaubern, indem ſie es achten, als ob ſie da vor Gottes Gegenwart kämen; hiernechſt binden ſie das Blat, worauf des Landes Hauptmanns Einwilligung geſchrieben iſt, fornen an das Gelenck der Hand, und verfügen ſich darmit unter eine Bogahah, oder Gottes-Baum, und verſamlen ſich darbey alle Beamten aus ſelbiger Grafſchaft, nebſt einer groſſen Anzahl anders Volcks. Hierauf werden Cockernüſſe herbey gebracht, und das Oel daraus alda vor den Augen des Volcks gezogen, damit jederman ſehen möge, daß kein Betrug dahinter ſtecke. Gleichfals haben ſie auch nahe darbey eine Pfanne mit Kuhemiſt, und ſiedenden Waſſer; und wenn nun beydes das Oel und der Kühmiſt recht ſiedend, und durch und durch erhitzet worden ſeyn, nehmen ſie ein junges Blat von einem Cockernuß-Baume, und tuncken ſolches in das Oel, damit jederman ſehen möge, daß es heiß iſt: denn das Blat ziſchet und läuft davon zuſammen, macht auch ein ſolch Geräuſche, als wenn man Waſſer in heiß ſiedendes Oel giſſet: und eben alſo verfahren ſie darnach auch mit dem Kühemiſt. Wann dann jederman geſtehen muß, daß das Oel heiß genung iſt, ſo kommen die zwey Perſonen, treten an beyde Seiten dieſes ſiedenden Oels und ſagen: der Herr des Himmels und der Erden ſey Zeuge, daß ich dieſes, weſſen ich beſchuldiget werde, nicht gethan habe; oder, die viererley Arten Götter ſeyn Zeugen, daß dieſes ſtreitige Land mein iſt. So dann ſchweret der andere gerade das Widerſpiel; doch muß der Ankläger allezeit zuerſt den Eyd ablegen; der Beklagte führet auch darbey ſeine Unſchuld an, oder ſein habendes Recht und Befugnüs. Hiernechſt werden die Tücher, darein ihre Hände zuvor gebunden ſind, abgenommen: und unmittelbar darauf, nachdem ſie die vorigen Worte gebrauchet tuncket der eine ſeine zwey Finger in das heiſſe Oel, und ſprenget damit dreymal heraus: darauf gehet er zu dem ſiedenden Kühemiſt, und thut eben alſo: gleicher geſtalt verfähret auch der andere: Nach dieſem verbindet man ihnen die Hände wieder mit dem Tuch, und verwahret ſie beyde gefänglich, bis auf den nachfolgenden Tag. Auf ſelbigen nun werden ihre Hände beſichtiget, und die Enden an den Fingern mit einem Tuche gerieben, damit man ſehe, ob die Haut abgehe: denn von welchen Fingern ſelbige ſich abreibet, der hat falſch geſchworen; deſſen Strafe nachmals iſt, daß er dem Könige eine hohe Buſſe erlegen, auch dem Gegentheil groſſen Abtrag thun muſte. Ich kan bezeugen, daß einige, die alſo geſchworen, ihre Finger nach der Zeit von allerley heiſſen Dingen ſind unverſehret blieben, nachdem Gebrauch dieſes heiſſen Oels, ob es aber ihrer Unſchuld, oder vielmehr ihrer Kunſt beyzumeſſen ſey, daß ſolches geſchehen, iſt mir unbewuſt. Hæc *Knoxius.* Sic & Germanos priſcos tum paganos, tum Chriſtianos, intincta aqua, aut oleo fervido, nonnunquam etiam aqua frigida, lites ſæpe ſuas diremſiſſe, monumenta docent, vid. *Eraſmus Franciſci Exotic. num. 42. p. 480. ſſ.* Ex *Goldaſto Rer. Alamann. Tom. II. Part. 2. f. 178.* in gratiam antiquitatis formulas addam, quibus ferrum & aqua ad judicium faciendum ſint conſecrata. I. *Benedictio ferri* ad judicium faciendum. *Benedic, Domine, per invocationem ſanctiſſimi Nominis tui, ad manifeſtandum verum judicium tuum, hoc genus metalli, ut omni Dæmonum falſitate procul remota, veritas veri judicii tui fidelibus tuis manifeſta fiat, per Dominum noſtrum JEſum CHriſtum filium tuum*

um, qui venturus eſt judicare vivos & mortuos & ſeculum per ignem, amen. II. *Benedictio Aqua ad* judicium faciendum. *Omnipotens ſempiterne Deus, judex juſtus & fortis, qui es auctor pacis, judicans æquitatem & rectum judicium tuum; tu hanc aquam igne ferventem ſanctifica, qui tres pueros de accenſo fornace ſalvaſti. Præſta, quæſo, pieſſime, ſi quis innocens de hoc furto vel ſtupro, ſeu noſtræ inquiſitionis cauſa immunis atque indebitor in aquam manum miſerit, ſicut Suſannam de falſo crimine liberaſti: Ita & ipſe ſalvam & illæſam manum educat: Ita Deus omnipotens, ſi quis culpabilis ingruente Diabolo corde indurato, per aliqua maleficia, aut per herbas contegere peccata ſua voluerit, tua juſtiſſima hoc veritas in ejus corpore declaret, & manifeſtet, ut anima per pœnitentiam ſanetur, per tuum unigenitum filium Deum & Dominum noſtrum JEſum CHriſtum, qui tecum vivit & regnat per omnia ſecula ſeculorum, amen.* Aſt benedictiones illas, & probationes juſte abrogatas fuiſſe idem pluribus refert *Goldaſtus*, libro, quem dixi, f. 155. ad *Henr. Bangert.* citatus ſupra n. 8. not. ab *Helmold.* lib. 1. cap. 83. p. 194. ſeq. p. 84 - 89. *Paulus Hachenberg. German. Med.* Diſſert. 3.

§. IX. Porro (5) ſiniſtra *contum vexilli* quatiebat *Provus.* Hic contus, ſive quod malim, haſta, recte ſymbolum προςασίας erat. Ab antiquo enim *haſta* (*halebarda*) nota publicæ poteſtatis, idemque, quod nunc Sceptrum, fuit: vid. *D. Becmann. Syntagm. Dignit. Diſſert 5, c. 4. §. 4 Part. 1. p. 495.* baculusque præſidibus tribunalium juſtitiam adminiſtraturis, tribui ſolitus eſt: Sic apud *Ebræos*, cenſores vel officiales judicum, שוטרים *Schoterim* dicti, cum baculis & flagris per plateas urbis circumibant, ut menſuram & pondera examinarent, & mores publicos obſervarent, ut docet *Schikardus de Jur. Reg. cap. 4. Theor. 14. p. 241.* & *D. Carpzovius in notis ad h. l.* De officiariis *albi baculi*, in Aula *Anglicana*, vid. *Becmann. Syntagm. Dign. Diſſert 8. c. 1. p. 772. Robertus Knox* Ceylan. Reiſebeſchr. lib. 2. c. 5. p. 102. Alle Bedienten und Gerichtsaufwarter der Oberſten-Richter in der Inſul Ceylan, tragen Stäbe in Händen, gleich den Schäfer-Stäben, mit einem gekrümmeten Ende zu oberſt, dergleichen niemand auſſer ihnen tragen darf. Der Anblick beſagter Stäbe, zu was vor einer Bothſchafft auch dieſe Leute verſchickt werden, bedeutet ja ſo viel, als des Adigars (oberſten Richters) Hand und Siegel. Similiter apud *Græcos* jam olim judicibus baculus dabatur, eo colore, quo tribunal denotatum erat: *Pfeiffer Antiqv. Græc.* lib. 2. c. 26. p. 250. *Damnaturiq; illi maleficos, baculum frangebant. Hinc de Biante Philoſopho legitur, eum quendam maleficum publicata ſententia damnaverat, & poſtea fleverat, interrogatus, cur ipſe fleret, ut qui potentiam abſolvendi & dijudicandi haberet? Reſpondiſſe illum, ſe flere, ut hominem, baculum frangere, ut judicem. D. Olearius Diſſert. de Lacrymis Chriſti. membr. 2. §. 23. edit. Lipſ. anno 1683.* (6) *Ocreas* indutus. Ocreati pedes ſignificant adminiſtrationem juſtitiæ, quos muniri ocreis oportet, ut judex per ſpinas, ſentes & tribulos, hoc eſt, omnia pericula tranſire poſſit, puniendo malos, & nemini parcendo ex indulgentia, vel propter munera (confer. huc *Epheſ.* 6, 15. & *Glaſſius Rhetor. Sacr.* tr. 1. cap. 12. p. 1297.) *Philo* huc iterum lib. *de judice*, fol. 453. *Secundum præceptum judicis eſt, ne accipiat munera; nam munera, ut lex ait, excæcant oculos, officiunt juſtitiæ, mentem a recta via cogunt decedere. Præterea muneribus induci ad injuſtitiam, eſt ſcelerati hominis: ſicut ſemimali, non reddere jus abſque opera præmio; ſunt enim quidam prætextati inter juſtos injuſtosq; medii, inſtituti ad tuendos oppreſſos ab oppreſſoribus, qui tamen non dignantur gratis ferre ſententiam, pro cauſa meliore, venales mercenariique judices; quod ſi quis queratur, negant ſe prævaricatos: viciſſe enim litem quos oportuit, & victam partem adverſariam. Quæ excuſatio nequam eſt. Oportet enim duo quædam ineſſe in ſententia boni judicis, ut ſit incorrupta, & legitima. Ceterum præſes venalis muneribus juſtitiam ſuapte natura pulcerrimam dehoneſtare ſe non intelligit, & peccat non ſimpliciter, primum quod aſſvefacit ſe ad avaritiam, arcem iniquitatum omnium: deinde quod accepto pretio mulctat eum, cui prodeſſe debuerat.* Et paulo poſt rurſus *Philo* fol. 454. *Tertium judici præcipitur, ut cauſas partium examinet ante judicium, ſemoto in totum reſpectu perſonarum, ſive ſint cives, amici, domeſtici; ſive contra inimici, alieni, exteri: nequid vel benivolentia, vel odium cognitionem impediat; alioqui neceſſe eſt judicem impingere, velut ſi cæcus incedat abſque baculo, ducente, ſuſtentanteve nemine. Ideo decet bonum judicem perſonas, quæ judicantur, non animadvertere, ſed ſolam naturam negotiorum ſinceram nudamque conſiderare, ut non juxta opinionem, ſed juxta veritatem judicet, ſic cogitans, Dei rem eſſe, judicium; judicem vero miniſtrum, & procuratorem: procuratori autem non permittitur largiri de eo, quod Dei eſt, a quo ut optimo accepit hoc depoſitum rerum omnium optimum.*

§. X. Nondum imaginem *Provi* abſolvimus, nam (7) altero pede *tintinnabulo* inſiſtens fingebatur. Pars hæc figuræ ſumpta, ni fallor, ex *Exod.* 28, 33. 34. 35 & *Sirac.* 45, 11. *Sicut enim Aaron, vel pontifex ſummus ſacra adminiſtraturus, Ephod pallio ſuper fimbriis ſphærulis aureis & tintinnabulis ornato, induebatur, ut audiretur ſonus ejus, quando ingreſſus & egreſſus eſt ſanctuarium:*

ſive ut excitaretur in ipſomet pontifice, & populo divina majeſtatis reverentia: *D. Gerhardus de Noviſſimis Loc. Tom* VIII. fol. prim. ita juſtitiæ imago apud Slavos pede uno tintinnabulo inſiſtebat, ut ſignificaretur, reverentiam juſtitiæ apud omnes eſſe debere, & ſupplantandam nunquam. Quo *Chinenſium* conſvetudo pertinet, quam *Anonymus* in *Deſcriptione China p 74* interprete *Sebaſtiano Schrammio* hiſce deſcribit: Drey Richter ſind am Hofe, die man nennet Hugtan, Tzia, und Tontay, dieſe geben in ihren Häuſern die Woche einmahl Gehör, und ehe ſie die Thore in ihren Palläſten laſſen öffnen, werden drey Stücke gelöſet, damit ſie zu erkennen geben, daß ſie ſich wollen auf die Stühle ſetzen. Autor addit: Dieſes iſt ähnlich dem göttlichen Gericht, wenn es im Himmel donnert, dadurch nicht allein die Unſchuldigen und Frommen erinnert, ſondern die Schuldigen und Gottloſen zugleich erſchrecket, und furchtſam gemachet werden. Imo tintinnabulo pede inſiſtebat *Dice Slavica*, quaſi cunctaretur, ſignum daret & innueret, quod lento quidem gradu ad vindictam *divina humanave procederet ita, tarditatemque ſupplicii gravitate compenſaret. Valer. Maxim.* lib. 1. cap. 2 non enim *campana*, quod dicitur, *ſine piſtillo Deus*, *judexve eſt* Denique (8) In *columna* ſtabat. Nam juſtitia eſt patriæ fida columna ſuæ. *Domus juſtorum ſtabit*, ait *Salomon*, *Prov. 12, 7.* Si non *permanſerit in tabernaculo tuo injuſtitia, tunc levare poteris faciem tuam, absq; macula, & eris ſtabilis, & continebis, Job. cap. 11.* Contra *regnum a gente in gentem transfertur propter injuſtitias, Eccleſ. 10, 8. Et remota juſtitia, regna nihil aliud ſunt, quam magna latrocinia*, inquit *Auguſtinus de Civit Dei, lib. 4. cap. 4.*

§ XI. Obſerv. (4) *Provi cultores*. Fuit autem *Provus* quondam numen, non *Germanorum* quidem, ut ſentit *Johannes Saubertus, de Sacrific.* c. 5. p. 105. & c. 7. p. 168. ſed (1) in genere *Slavorum Septentrionalium*. (2) in ſpecie *Wagriorum*, & (3) ſpecialisſime *Aldenburgi*, urbis *Wagrienſis*. Primo Slavorum commune numen *Provum* fuiſſe, teſtatur *David Peiferus, Rer. Lipſ. lib. 3. pag. 279. Slavorum*, inquit ille, *celebriora Deorum, Dearumque numina erant Provus, Siba Radigaſtus &c. Secundo* quod ad *Wagrios & tertio ad Altenburgenſes* in ſpecie attinet, eo ita *Petrus Albinus Chron. Miſn. tit. XI. p. 302. Promo* (leg. *Provo*) ſoll in ſonderlichen Ehren ſeyn gehalten worden, bey den Lübecker Wenden, item bey den Oldenburgern und Holſaten. Et *Helmoldus Chron. Slav. lib. 1. cap. 52.* Prove *Deus Aldenburgenſis* terræ. *Idem lib. 1. c. 69. Vicelinus inde progrediens viſitavit Aldenburg, ubi ſedes quondam Epiſcopalis fuerat, & receptus eſt a barbaris habitatoribus terra illius, quorum Deus erat* Prove. Iterum *lib 1. c. 83.* Prove *Deus Aldenburg, Andr. Hondorff.. Prompt. Exemplor. fol. 58.* Prove, *in agro Aldenburgenſi, ubi olim Epiſcopalis fuerat ſedes, idolum cultum. D. Maſius Schediaſm. de Diis Obotrit.* c. 2. p. 34. *Inter Obotritorum numina celebre idolum.* Prono, *vel* Prove, *fuit, cujus meminit Helmoldus* lib. 1. c. 53. itemque c. 69. & 83. Dicitur autem ibi *Aldenburgenſium Deus, quod præcipue ab iſtis coleretur: nec minus tamen in ſumma apud* Wagrios *reliquos veneratione erat: in tractu Lubecenſium fana ipſi dicta, & in ipſa veteri* (urbe) *Lubeca aliquam ejus* ſtatuam publico cultui expoſitam fuiſſe ferunt, *quod tamen incertum habet Clariſſ. Bangertus in Notis ad Helmoldum tanquam antiquorum annalium ſuffragio deſtitutum.* Certe tamen in *regione illa Wagriorum, qua Lubecam circuit, maxime hanc viguiſſe idololatriam, argumento eſt vicus Provenan, ab idolo in hunc usq; diem nuncupatus. Sunt qui prope hunc vicum in luco, verſus mare, idolum ſtetiſſe ſcribunt, cis villam* Putboß, *eo loco, qui hodie Wienbergen vocatur, nec illi quidem auctoritate Helmoldi deſtituuntur, &c. Cetero qui Wagria ſive terra Wagirenſium, ſita in occiduis partibus maris Balthici, & terminus quondam Slaviæ, Helmoldi ætate, non angulus ille circa Aldenburgum, qui hodie hoc nomine vulgo venit, ſed omnis ille tractus erat, qui inter Travam, Svalam & Sventinam amnes: deinde a ſeptentrione & oriente mari Balthico, Lubecam usq; concluditur, qua terra noſtra ætate non contemnendam Holſatiæ partem conſtituit. Nam Lubecam, Segeburgum, Olderloam, Plonam, Nieſtadium, Lütkenburgum, & Aldenburgum complexus eſt. Aldenburgum metropolis & amplum iſtis temporibus, & propter loci naturam & portus commoditatem, opulentum admodum emporium, & Slavorum Regulorum multo tempore regia fuit. Vocatur hodie Saxon.* Oldenburg, *Helmoldo Aldenburg, Danis* Brondehuſa, *& (Sorabis) Slavis quondam Starigard, teſte Helmoldo, lib. 1. c. 12. Eſt Aldenburgea, quæ Slavica lingva* Starigard, *hoc eſt, antiqua civitas dicitur, ſita in terra Wagirorum, in occiduis partibus Balthici maris, id eſt, terminus Slaviæ. Hæc autem civitas ſive provincia fortiſſimis quondam incolebatur viris, eo quod in fronte totius Slaviæ poſita, contiguos haberet Danorum ſive Saxonum populos & omnes bellorum motus ipſi, aut primi inferrent, aut aliis inferentibus exciperent. Tales autem in eis quandoq; reguli fuiſſe probantur, qui omni Obotritorum, ſive Kycinorum & eorum, qui longe remotiores ſunt, dominio fuerint potiti.* Hæc ille. *Starigard*, antiqua civiras, ſive Aldenburg recte, nam ſtary, Sorab. *vetus, antiquus*; & gard, ſive grad. vel grod. Slav. Bohem. Polon. hrod, Sorabis, *arx, caſtellum*, eine Burg, Schloß, oder

oder Weſtung. Plura de *Wagria* & *Altenburgo*, *Baugertus*, commentator doctiſſimus ad *Helmold.* loc. cit. *Nicolaus Mareſcalcus Annal. Herul. & Vandal. lib. 1. c. 9. Colonia Cherſoneſi Cimbrica* Pranonem *colebat, qua urbs in confinio Stadii ſita eſt, imo e regione. Ara extra urbem, ubi lucus ſacer, circum ſeptus, quo aditus portis geminis, intus* Pranonis *ſimulacrum, de quercu omnibus conſpicuum. Quercum ſacram nemo attigit. Solis hoc flaminibus ac ſacrificulis permiſſum. Idola pene mille numen illud ſummum circumſeſſitabant. Ex Diis quidam bifrontes, alii trifrontes, & nonnulli polyfrontes.*

§. XII. Obſerv. (5) *Provi cultus.* Res ſeptem *Provo* ſacras dicatasve ſuo tempore commemorat *Helmoldus* ſæpiſſime citatus: 1. flaminem, 2. lucum. 3. atrium. 4. aſylum. 5. diem 6. ſacrificia. & 7. epulas. De ſingulis notabimus ejus verba. Primo de *flamine* ita ille *lib. 1. c. 69. Porro nomen flaminis, qui praerat ſuperſtitioni* (Wagrienſium) *erat Mike.* Rurſus de 2. 3. 4. & 5. id eſt, *luco*, & die *ſacro*: lib. 1. c. 83. *Accidit autem, ut in tranſitu* (per Wagriam) *venimus in nemus, quod unicum eſt in terra illa: tota enim in planitiem ſternitur. Illus inter vetuſtiſſimas arbores vidimus ſacras quercus, qua dicata fuerant Deo terre illius Proven, quas ambiebat atrium & ſepes accuratior lignis conſtructa, continens duas portas. Prater penates enim & idola, quibus ſingula oppida redundabant, locus ille ſanctimonum fuit univerſa terra, cui flamen & feriationes & ſacrificiorum varii ritus deputati fuerant; Illic enim ſecunda feria populus terra cum flamine & regulo convenire ſolebant, propter judicia. Ingreſſus atrii omnibus inhibitus, niſi ſacerdoti tantum, & ſacrificare volentibus, vel quos mortis urgebat periculum; His enim minime negabatur aſylum. Tantam enim ſacris ſuis Slavi exhibent reverentiam, ut ambitum fani nec in hoſtibus ſangvine pollui ſinant. Jurationes difficillime admittuntur. Nam jurare apud Slavos quaſi perjurare eſt, ob invicem* (vindicem) *Deorum iram. Eſt autem Slavis multiplex idololatria modus: non enim omnes in eandem ſuperſtitionis conſuetudinem conſentiunt. Hi enim ſimulacrorum imaginarias formas pratendunt de templis, veluti Pluneuſe idolum, cui nomen Podaga: alii Sylvas vel lucos inhabitant, ut eſt Prove Deus Aldenburg, quibus nulla ſunt effigies expreſſa.* Denique de 6. & 7. hoc eſt, *de ſacrificiis & epulis* hæc *Helmoldus* lib. 1. c. 52. *Invaluit in diebus illis per univerſam Slaviam multiplex idolorum cultura, errorq; ſuperſtitionum. Nam prater lucos atque penates, quibus agri & oppida redundabant, primi & pracipui erant Prove, Deus Aldenburgenſis terra, Sivva, Dea Polaborum, Radigaſt, Deus Obotritorum: His dicati erant flamines, & ſacrificiorum libamenta, multiplexque religionis cultus. Porro ſolennitates Diis dicandas ſacerdos juxta ſortium nutum denunciat: conveniuntq; viri & mulieres cum parvulis, mactantq; Diis ſuis hoſtias de bobus & ovibus; pleriq; etiam de hominibus chriſtianis, quorum ſangvine Deos ſuos oblectari judicant. Poſt caſam hoſtiam ſacerdos de cruore libat, ut ſit efficacior oraculis capeſſendis. Nam ſangvine dæmonia facilius invitari multorum opinio eſt. Conſummatis juxta morem ſacrificiis, populus ad epulas & plauſus convertitur.*

§. XIII. Obſerv. (6) *Provi deſtructio.* Hanc toties factam eſſe arbitror, quoties Wagrienſes ad fidem chriſtianam ſunt converſi. vid. *Helmold. Chron. Slav.* lib. 1. cap. 12. *Celeberrima autem & ultima illa fuit, quam Vicelinus & Geroldus eccleſia Aldenburgenſis antiſtites moliti ſunt:* Friderico Barbaroſſa S. R. Imp. & Slavis Henrico Leone imperantibus; De *Viſelino* ita *Helmoldus lib. 1. c. 69. Vicelinus* (oratorio Cuzelinenſi, & Eccleſia Bernhovede dedicatis, altareque in urbe Lubeca conſtructo) *inde progrediens viſitavit Aldenburg, ubi ſedes quondam Epiſcopalis fuerat, & receptus eſt a barbaris habitatoribus terra illius, quorum Deus erat Prove. Porro nomen flaminis, qui praerat ſuperſtitioni eorum, erat Mike. Sed & princeps terra vocabatur Rochel, qui fuerat de ſemine Cruconis, idololatra & pirata maximus. Capit ergo pontifex Dei proponere barbaris viam veritatis, qua Chriſtus eſt, adhortans eos, ut relictis idolis ſuis feſtinarent ad lavacrum regenerationis. Pauci autem Slavorum applicuerunt ſe fidei, eo quod languor fortiſſimus eſſet, & nec dum inclinata eſſent corda principum ad edomanda corda rebellium. Dedit autem epiſcopus pecuniam cæſoribus lignorum, ad impenſas ſanctuarii, & captum eſt opus fabrica prope vallum urbis antiqua: quo omnis terra die Dominica propter mercatum convenire ſolebat.* Acta hæc ſunt A. C. 1149. Dein de *Geroldo* Vicelini ſucceſſore, ita idem *lib. 1. c. 83. Venientibus nobis* (*Helmoldus* autor deſtructioni huic præſens interfuit,) ad (*Prove* Dei) *nemus illud*, in lucis Iſraelitas ſervire Deo cæpiſſe, ſub judicibus Othoniele, & Ehud, obſervat *Rodolphus Hoſpinianus de Orig. Templor. c. 1. p. 2.*) *& prophanationis locum, adhortatus eſt nos Epiſcopus, ut valenter accederemus ad deſtruendum lucum. Ipſe quoque deſiliens equo, contrivit de conto inſignes portarum frontes, & ingreſſi atrium, Omnia ſepta atrii congeſſimus circum ſacras illas arbores, & de ſtrue lignorum injecto igne fecimus pyram, non tamen ſine metu, ne forte tumultu incolarum obrueremur, ſed divinitus protecti ſumus. Poſthac divertimus ad hoſpitium, ubi Theſſemar ſuſcepit nos cum mago apparatu. Nec tamen dulcia vel jucunda nobis fuerunt Slavorum pocula, eo quod videremus compedes, & diverſa*

tormentorum genera, quæ inferebantur Chriſticolis de Dania advectis. Aſpeximus illic ſacerdotes Domini captivitatis diutina detentione maceratos, quibus epiſcopus nec vi, nec pretio ſubvenire poterat. Proxima die Dominica convenit univerſus populus terræ, ad ſorum Lubicenſe, & veniens Dominus Epiſcopus habuit verbum exhortationis ad plebem, ut relictis idolis colerent unum Deum, qui eſt in cælis, & percepta baptiſmatis gratia, renunciarent malignis operibus; prædis ſcilicet & interſectionibus Chriſtianorum: cumque peroraſſet innuentibus ceteris, ait Pribizlaus: Verba tua, o venerabilis pontifex, verba Dei ſunt, & ſaluti noſtræ congrua: ſed qualiter ingrediemur hanc viam, tantis malis irretiti? Ut enim intelligere poſſis afflictionem noſtram, accipe patienter verba mea: populus enim, quem aſpicis, populus tuus eſt, & juſtum eſt nos tibi pandere neceſſitatem noſtram; Porro tui juris erit compati nobis. Principes enim noſtri tanta ſeveritate graſſantur in nos, ut propter vectigalia & ſervitutem duriſſimam, melior ſit nobis mors quam vita. (*Tiberius* Batonem *Dalmatam interrogavit: Dic, inquit, quamobrem viſum eſt, vobis deficere, tantoque tempore nobiscum bellum gerere? Is reſpondit: Vos, inquit, cauſam dediſtis, qui ad greges veſtros cuſtodiendos, non canes mittitis aut paſtores, ſed lupos. Joan. Xiphilinus Epit. Dionis f. 215. ex Dion. lib. 55.*) *Ecce hoc anno, nos habitatores breviſſimi anguli hujus, has mille marcas Duci perſolvimus; porro Comiti tot centenaria, & nec dum evicimus, ſed quotidie emungimur & premimur, usque ad exinanitionem. Quomodo ergo vacabimus huic religioni novæ, ut ædificemus eccleſias, & percipiamus baptiſma, quibus quotidiana indicitur fuga? Si tamen locus eſſet, quo diffugere poſſemus; Tranſeuntibus enim Travenam, ecce ſimilis calamitas illic eſt: venientibus ad Panim fluvium, nihilo minus adeſt. Quid ergo reſtat, quam ut omiſſis terris feramur in mare, & habitemus cum gurgitibus. Aut quæ culpa noſtra, ſi pulſi patria, turbaverimus mare, & acceperimus viaticum a Danis, ſive inſtitoribus, qui mare remigant? Nonne Principum erit hæc noxa, qui nos propellunt? Ad hæc Dominus Epiſcopus ait: Quod principes noſtri hactenus abuſi ſunt gente veſtra, non eſt mirandum; non enim multum ſe delinquere arbitrantur in idololatris, & in his, qui ſunt ſine Deo: quin potius recurrite ad ritum Chriſtianitatis, & ſubjicite vos creatori veſtro, ſub quo curvantur, qui portant orbem. Nonne Saxones & ceteræ gentes, quæ Chriſtianum nomen habent, degunt cum tranquillitate, contenti legitimis ſuis? Vos vero ſoli, ſicut ab omnium diſcrepatis cultura, ſic omnium patetis direptioni. Et ait Pribizlaus, ſi Domino Duci, & tibi placet, ut nobis cum comite eadem ſit culturæ ratio, dentur nobis jura Saxonum, in prædiis & reditibus, & libenter erimus Chriſtiani, ædificabimus eccleſias, & dabimus decimas noſtras. Poſthac abiit Epiſcopus noſter Geroldus ad Ducem* (Henricum Leonem) *propter colloquium provinciale, quod laudatum fuerat Ertheneburg, & evocati venerunt illuc Reguli Slavorum, ad tempus placiti. Tunc adhortante Epiſcopo Dux habuit verbum ad Slavos de Chriſtianitate: Ad quem Niclotus regulus Obotritorum ait: Sit Deus, qui in cælis eſt, Deus tuus, eſto tu Deus noſter,* (Ita *Teridates* Armeniæ Rex Romam veniens, ad Neronem: Ego, inquit, Domine, Arſacis nepos Vologæſi & Pacori regum frater, tuus ſervus ſum; venique ut te Deum meum non ſecus ac Μιθραν, iſt eſt, Solem, colerem. Equidem is ero, quem tu me fato quodam efficies. Tu enim fatum meum es, & fortuna. *Joh. Xiphilinus Epit. Dion. f. 292.*) *& ſufficit nobis. Excole tu illum, porro nos te excolemus. Et corripuit eum Dux de verbo blaſphemiæ. De promotione vero epiſcopatus & Eccleſiæ, nihil amplius eo tempore actum eſt, eo quod Dux noſter nuper Italia rediens totus quæſtui deditus eſſet. Camera enim erat inanis & vacua. Redeuntem ergo Ducem Brunſwig proſecutus eſt Epiſcopus, & manſit apud eum diebus multis: Dixitque ad Ducem: Ecce jam toto anno in curia veſtra ſum, & ſic vobis oneri: In Wagiram quoque veniens non habeo, quod manducem. Cur ergo impoſuiſtis mihi onus nomine hujus vel officii? Melius mihi multo fuit antea quam nunc. His provocatus Dux, accerſivit Comitem Adolfum, & habuit cum eo rationem de trecentis manſis, qui oblati fuerant in dotem Epiſcopii. Tunc deſignavit Comes Epiſcopo in poſſeſſionem, Ucthina & Gamale, cum appendiciis eorum. Inſuper prædio, quod dicitur Bozoe, adjecit duas villas Gotheſvelde & Wobitze. In Aldenburg quoque dedit ei prædium commodum ſatis & adjacens foro. Et ait Comes: Eat Dominus Epiſcopus in Wagiram, & adhibitis viris induſtriis æſtimari faciat prædia hæc, quod defuerit de trecentis manſis, ego ſupplebo, quod ſuperfuerit, meum erit. Veniens ergo Epiſcopus vidit poſſeſſionem, & habita inquiſitione cum colonis, deprehendit prædia hæc vix centum manſos continere. Quamobrem Comes fecit menſurari terram funiculo brevi, & noſtratibus incognito; præterea paludes & nemora funiculo menſus eſt. Et ita fecit maximum agrorum numerum. Perlata ergo cauſa ad Ducem, adjudicavit Dux Epiſcopo dari menſuram, juxta morem terræ hujus, nec menſurandas paludes aut ſylvas robuſtiores. Multum ergo laboris adhibitum eſt, in requirendis prædiis his; Non per Ducem, aut Epiſcopum requiri potuerunt, usque in hodiernum diem. Hæc autem, quæ prædixi, conquiſivit Geroldus Epiſcopus quotidie inſiſtens Principibus, opportune, importune, ut ſuſcitaretur ſcintilla epiſcopalis nominis in Wagira: Et ædificavit civitatem & forum Uthina fecitque ſibi domum illic. Quia autem congregatio clericorum non habebatur*

in

in Aldenburgenſi epiſcopatu, prateream, qua erat Cuzelina, qua alio nomine (Germanico) *dicitur Hagereſtorph, annuente Duce fecit eos eram immigrare Kegeberg ad locum prima fundationis, quatenus in ſolennitatibus, quando pontificem oportet eſſe in populo, haberet in clero ſupplementum. Quod licet Ludolfo, prapoſito & fratribus videretur incommodum, propter tumultus fori, ceſſerunt tamen conſilio majorum, cui refragari locus non erat. Et fecit illic domum epiſcopus. Inde progrediens adiit Archiepiſcopum, cui etiam multa obſequia dependit, ſperans ſibi reddi Falderenſe monaſterium, quod anteceſſor ejus & fundaſſe & poſſediſſe dinoſcitur, ſed Archiepiſcopus in partem eccleſia pronior callidis ſponſionibus deduxit virum, promittens ae inducians, ac tempus rediment. Mandavit autem reverendiſſimo Viro Epponi prapoſito, ne penitus retraheret manum a ſubſidio novella eccleſia hujus, ſed ſubveniret epiſcopo, tam in perſonis, quam in ceteris adjumentis. Quamobrem epiſcopus noſter accerſivit de Faldera Brunonem ſacerdotem; is enim defuncto Vicelino, Slavia deceſſerat, & transmiſit eum Aldenburg, ut curaret ſalutem populi illius. Ad quod nimirum opus ille divino ſuſcitabatur inſtinctu. Viderat namque nocturna viſione chriſma in manibus ſuis, de cujus operculo ſuccreverat novella plena virorum, qua confortata validam crevit in arborem. Quod nimirum pro ſententia ejus obvenit. Statim enim, ut venit Aldenburg, aggreſſus eſt opus Dei, cum magno fervore, & vocavit gentem Slavorum ad regenerationis gratiam, ſuccidens lucos, & deſtruens ritus ſacrilegas. Et quia caſtrum & civitas, qua olim eccleſia & ſedes cathedralis fuerat, deſerta erat, obtinuit apud comitem, ut fieret illic Saxonum colonia, & eſſet ſolatium ſacerdoti de populo, cujus noſſet linguam & conſuetudinem. Et factum eſt hoc novella eccleſia non mediocre adjumentum. Siquidem adificata eſt eccleſia honeſtiſſima in Aldenburg, libris & ſignis, & ceteris utenſilibus copioſe ordinata. Et reſtauratus eſt cultus domus Dei in medio nationis prava ac perverſa, anno quaſi nonageſimo poſt exeidium prioris eccleſia, quod contigit occiſo Godeſcalco, pio Principe. Et dedicata eſt eccleſia a pontifice Geroldo, in honore ſancti Johannis Baptiſta, aſtante & omnem devotionem adhibente nobili comite Adolfo, & Domina Mechtildi ejus piſſiſima conjuge. Et pracepit comes populo Slavorum, ut transferrent mortuos ſuos tumulandos in atrium eccleſia, & ut convenirent in ſolennitatibus ad eccleſiam, audire verbum Dei. Quibus & ſacerdos Dei Bruno juxta creditam ſibi legationem ſufficienter adminiſtravit verbum Dei, habens ſermones conſcriptos verbis Slavicis, quos populo pronunciaret opportune. Et inhibiti ſunt Slavi de cetero jurare in arboribus, fontibus & lapidibus, ſed offerebant criminibus pulſatos ſacerdoti, ferro vel vomeribus examinandos. In illis diebus Slavi quendam Danum ſuffixerunt cruci. Quod cum Bruno ſacerdos renunciaſſet Comiti, ille vocavit eos in cauſam, & damno multavit, tulitq; genus illud ſupplicii de terra. Videns ergo Geroldus epiſcopus, quia in Aldenburg poſitum eſſet fundamentum bonum, ſuggeſſit Comiti, ut in pago, qui dicitur Suſſe ſuſcitaretur eccleſia. Et miſerunt illuc de Falderenſi domo Deilanum ſacerdotem, cujus ſpiritus ſitiebat labores & pericula in pradicatione Evangelii, miſſusq; venit in ſpeluncam latronum, ad Slavos, qui habitant juxta flumen Crempine. Et habitavit inter eos ſacerdos, ſerviens Domino in fame & ſiti & nuditate. His ita peractis, opportunum videbatur, ut adificaretur eccleſia in Lucelenburg, & Raibecove, & abierunt illuc epiſcopus & Comes, & ſignaverunt atria adificandis eccleſiis. Crevit ergo opus Dei in Wagirenſi terra, & adjuverunt ſe Comes & Epiſcopus ope mutaria. Circa id tempus readificavit Comes caſtrum Plunem & fecit illic civitatem & forum. Et receſſerunt Slavi, qui habitabant in oppidis circumjacentibus, & venerunt Saxones, & habitaverunt illic. Defeceruntque Slavi paulatim in terra.* Hæc *Helmoldus*, ad An. Chriſt. M C LV & M C LVI.

CAPUT VI.

De *Sivva, Dea vitæ: Polon.* Zywie.

§. I.

A *foro ad thorum* & οἰκονομίαν me converto: ubi in limine ſtatim præmonendum, non poſſe a nobis accenſeri Slavos Epicuri de grege porcis, dicentibus, *ex nihilo* (αὐτοσχεδίως, Luther. ungefehr,) *nati ſumus, & poſt hoc erimus, tanquam non fuerimus, Sap.* 2, 2. Equidem illud haud difficulter largiar, non mereri hanc nationem, ut fingamus nobis, ſentiiſſe, dixiſſe vel unum eorum, cum ſanctiſſimo *Jobo.* c. 10, 2. 8. 9. 10. 11. 12 אלוה *Deus manus tua formaverunt me & fecerunt me, & quidem ſimul circumquaq;. Memento quaſo, quod ſicut lutum feceris me: nonne ſicut lac fudiſti me? & ſicut caſeum in formam infudiſti? cute & carne induiſti me, & oſſibus atq; nervis compegiſti me: vitam & benignitatem feciſti mecum, & viſitatio tua cuſtodivit ſpiritum meum. Nam multis paraſangis hic a regia via fidei aberrarunt priſco tempore Slavi: Deum enim ſummum tantum caleſtia curare confingentes, alia quadam numina ei ſubſtituerunt, quibus omnino regimen inferiorum, curamq; eorum attribuerunt.* Ampliſſimis itaque verbis confeſſi quidem ſunt, ſeſe genus ac progeniem *Dei eſſe, atque per Deum vivere, moveri & eſſe. Act.* 17, 28. *Sed veritatem eo ipſo profiteri noluerunt, eſſe hunc ipſiſſimum Deum, qui fecit mundum & omnia, qua in eo ſunt,*

qui cœli & terra eſt Dominus, fecitque ex uno ſangvine omne genus hominum, & qui dat omnibus vitam & halitum (κατὰ πάντα aut παντελῶς, *Luther.* allenthalben.) *per omnia. Act. 17, 24. 25. 26.*

§. II. Scilicet, ut nobis mentem ſuam aperirent atq; ſententiam, quæ ſibi fuerit, oſtenderent, de ſangvine Dei præſtantiores quosdam ſemideos, deasq; proceſſiſſe, dixerunt: a quibus tanquam præſtantiſſimis cauſis ſit tum vita hominum, tumque corpus & nativitas. Hiſce igitur tribus, quæ hominem conſtituunt & ponunt, tria præeſſe peculiaria numina, confinxerunt, puta, *Siwam; Porenutium,* & *Sloſam Babam*: priori quidem vitam, ſive vitæ dationem, alteri formationem hominis in utero, & tertiæ partus curam tribuentes. Porro prius & poſterius numen, naturæ & caſtitatis cauſa, Deas, medium autem Deum eſſe maſculum excogitarunt. Jam de *priore.*

§. III. Obſerv. (1) *Nomen Siwa.* Dicitur *Helmoldo Chron. Slav.* lib. 1. c. 52. *Andrea Hondorffio in Promptuario Exemplorum* f. 58. & *D. Maſio de Diis Obotrit.* c. 2. p. 40. *Siwa. Nicolao Mareſcalco Annal. Herul. & Vandal.* lib. 1. cap. 4. & 9. *Siua. Chron. Saxon.* fol. 254. Siwe. *Petro Albino* Chron. Miſn. tit. XI. p. 301, Sieba, & Syba, *Davidi Peifero* Rer. Lipſ. lib. 3. p. 279. *Siba. Johanni Sauberto de Sacrific.* cap. 5. p. 105. *Seba* & *Syba. Schedio* de Diis *German. Syeba*, aliis *Sieta*, ap. *Maſium* loc. cit. p 40. & 41. *Autor Anonymus* der Thüring. Merckwürdigk. c. 12. p. 54. *Siba* eine Göttin der Fruchtbarkeit. *Johannes Dlugoſſus Hiſt. Polon.* lib 1. f. 37. edit. Lipſ. ann. 1711. *Deus vita, quem vocabant* Zywie: quaſi fuiſſet numen maſculini generis.

§. IV. Obſerv. (2) *Siwa etymon*: Sed vim atque originem nominis *Siwa* inveſtigaturis, erit primo audiendus *D. Maſius*, qui ita loc. cit. p. 40-42. Sivva *olim Razeburgenſium Dea fuit, qui ante Polabi dicebantur,* unde *Helmoldus* lib. 1. c. 153, Sivvam *vocat Deam Polaborum: aliis etiam* Sieta *nuncupatur. Quid vero nominis illud, queq; ſit idoli origo, nemo veterum, quod equidem ſciam, memoria prodidit.* Schedii *conjectura eſt, Syebam corrupta voce dictam fuiſſe; verum autem nomen eſſe Symbullam; rationem hanc affert, quod* Symbulla *inter Polabos ſeu Herulos tanquam mater regia proſapia illuſtriſſimorum Principum Mecklenburgenſium culta legatur, fuiſſe enim Sitalcis Regis Gothorum filiam Anthyrio magno nuptam, qui paternam originem ab Herulis in Wagria, maternam vero traxerat ab Amazonibus, teſte Nicolao Mareſcalco, & Sebaſt. Münſter.* lib. 3. *Coſmogr. ſed nimis durum eſt, pro* Symbulla Siwam *eſſe ſubſtitutam. Quæ de hac regina tradit Schedius, equidem non diſputo, licet norim, maximam partem fabulas redolere, quæ de Anthyrio memorari ſolent: parum etiam veriſimile quibusdam videtur, proſapia Mecklenburgica matrem potius, quam ipſum Anthyrium publice cultum; denique nec forma idoli, nec inſignia huic reginæ reſpondent: omnes potius circumſtantia ſuadent, hanc* Siwam *Polabis fuiſſe* Venerem, *cui* Reginæ *cujusdam nomen poſtea inditum, non negaverim. Solenne enim Germanis* (at quid hi hoc loco?) *fuit, ut Heroum, ſic & celebrium fœminarum nomina idolis adaptare.* Siwa *autem nomen in noſtra gente olim ſatis uſitatum crediderim; nam & Patrum memoria mulieres reperta, quarum* Siwa *nomen erat, quod alii pro* Lucia *corrupta voce dictum exiſtimant. Quicquid autem de eo videatur, imago idoli ſatis prodit, Sivvam fuiſſe Polabis, quod Romanis Venus erat.* Hactenus beati *Maſii verba*: quibus id ſaltem appono; Nulla nos urgeri neceſſitate, ut Slavicæ vocis ortum in Germania inquiramus. *Sivva* enim Slavica Dea fuit; quapropter nec alibi locorum, præterquam in Slavia nominis ejus incunabula inveſtiganda erunt. Bene ergo ſecundo *Johannes Dlugoſſus Hiſt. Pol.* libro & folio paulo ante dicto: *Habebatur & apud illos* (Polonos) *pro Deo* Temperies, *quem ſua lingva appellabant* Pogoda; *quaſi* bonæ auræ largitor: *item* Deus vitæ, *quem vocabant* Zywie. (lege ſiwie.) Mallem ſcripſiſſet Zywa, id eſt, *Dea Vita.* Zywie enim (vel Sorabice ſiwju,) verbum eſt *ineptum*, ut pro nomine ſeu ſubſtantivo accipiatur, id eſt, *educo, alo, nutrio, ſuſtento vitam,* (ich erhalte, ernehre. ſorge für eines andern ſein Leben. it. ſywie ſie (vel Sorab. ſiwiu ßo) *ſuſtento me, colo vitam,* ich ernehre mich, ſuche mein Leben zu erhalten. Sed ſywy, zywa, zywe, vel Sorab. ſiwy, ſiwa, & ſiwe, adject. *vivus, vivens, incolumis, vividus, vegetus,* a, um, lebendig, lebhafftig. Atque ex feminino ſiwa. vel ſywa, dicta eſt fæminei ſexus Dea *Sivva, Siva,* Siwen, mutata litera ſ, z, in S. leniſſimum, pro ſiwa aut zywa, (lege Schiwa, literis SCH leniſſime prolatis, id eſt, *Viva*; Alii ſcribunt *Seba, Siba,* & *Syba*, it. *Sybea*: ſcil. *per antiſtachon.* Sorabii enim W. V. & b. promiſcue uſurpant; it. We, in ex Ebræo ב, be, quod idem. Eſtque porro a ſiwy, Sorabis ſubſtantivum, ſiweni; Polonis ſywenice, vita; & ſiwnoſcj, (Polon. ſywnoſc,) alimonia, die Nahrung. Ex eodem ſiwot, corpus it. uterus, in quo vita nobis datur, & e quo vivi pronaſcimur. Igitur *Sivva* vel Ziwa, proprie *viva*, & *per Metonym. cauſa pro effectu, Dea vita*, ſeu *Dea vita*, quod Slavi crediderint, dari nobis per Siwam vitam, qua vivimus, movemur, & ſumus.

§. V.

Digitized by Google

§. V. Obſerv. (3) *Sivva figura.* Stabat autem *Sivva* utraque manu io tergum rejecta, altera uvam cum folio viridi, pomum aureum altera tenens; capilli per tergum ad poplites usq; fluebant: ita *Bangertus* not. ad *Helmold.* lib. 1. c. 52. Sic etiam *Chron. Saxon.* f. 754. Die Abgöttin Siwe hielte die Hände übern Rücken, in der einen Hand hatte ſie einen gülden Apffel, in der andern eine Weintraube, mit einem groſſen Blatte, und ihre Haare hiengen ihr biß in die Waden. *Petr. Albinus Chron. Miſn.* tit. XI. p. 301. Sieba oder Sida iſt eine Wendiſche Abgöttin geweſen, in geſtalt eines ſchönen Weibes-Bildes, der die Haare biß auf die Waden gehangen, hot die Hände auf den Rücken (zu) gehalten, und in einer Hand einen güldenen Apffel, in der andern eine Weintraube mit einem güldenen Blat gehalten. *D. Maſius de Diis Obotrit.* c. 2 p. 42. *Sivva forma eleganti & augusta in columna ſtabat, ſparſis capillis, & ad poplites usque demiſſis, caput ſerto ornatum, manibus in tergum rejectis, quarum una pomum aureum, altera uvam cum folio viridi tenebat, de cetero nuda. Nicolaus Mareſcalcus Annal. Herul. & Vandal.* lib. 1. c. 9. *Polabi* Siwam, *Veneris nomine, percolebant: quæ inter flores nudato corpore, lilio ab ore prominulo, blandule ſpirabat. Tale Divæ ſimulacrum, in colle* (Raceburgi) *ubi nunc templum religioſum.*

§. VI. Siwæ itaque figura perquam apte convenit cum ſimulacris, quibus *Venerem* nationes aliæ expreſſerunt; Eadem enim, quam dedimus, figura fere ſculptam fuiſſe רמון *Rimmon Venerem* Syrorum, (de qua *2. Reg. 5, 18.*) multi conjiciunt: nam רמון *rimmon*, liogva ſancta *malum punicum* ſonat; ſed non ſine illo fructu ſimulacra Veneris conſpiciuntur, vid. *Corn. a Lap. Nicol. Serarius*, & *Sanctius* ad *2. Reg.* loc. cit. nec non *Matthæus Hillerus* Onomaſt. Sacr. pag. 190. & 918. *edit. Tubing. an. 1706. Seldenus* tamen de *Diis Syr. Syntagm. 2. cap. 10.* ducit a רום *excelſus*, ut ſit *Rimmon*. idem, quod *Elioun*, Phænicum numen, cui *Stephanus*, *Philo*, & *Heſychius* accinunt. *Pauſanias* lib. 2. fol. 67. de Venere Corinthiaca: Venus *ipſa ex auro & ebore facta, capite apicem, qui Polus dicitur, geſtat, manu altera papaver, altera malum tenet. Lylius Gyraldus in Hiſtor. Deor. Syntagm. 13.* de Venere Saxonum: *Stabat Dea in curru nuda, myrto capite cincta, ardentem facem pectore, dextra mundi figuram, ſiniſtra mala aurea tria ferebat: poſt erant nudæ Gratiæ, nexis manibus poma geſtantes, averſis invicem vultibus dona conferentes. Jugales quadrigæ aderant, gemini cygni, totidemq; columbæ:* cit. *Voſſius de Phyſiolog. Chriſt.* lib. 9. cap. 4. p. 612. *Chron. Saxon.* fol. 30. Die Göttin Venus, ſo zu Magdeburg im Tempel geſtanden, war alſo geſtalt, ein nackent Weib, mit klaren lieblichen Augen, ihr geknüpffet Haar hieng ihr biß auf die Knie, auf dem Haupt trug ſie einen Krantz von Myrrhen, mit rothen Roſen umflochten: in ihrem lachenden Munde hielt ſie eine beſchloſſene Roſe, auf dem Hertzen hatte ſie eine brennende Fackel und Strahl; in ihrer lincken Hand, die gantze Welt, getheilet durch den Himmel, Meer und Erdreich; In der rechten Hand hielte ſie drey güldene Aepffel, und ſtund auf einem güldenen Wagen, den zogen zweene Schwäne, und zwo weiſſe Tauben, neben ihr hatte ſie ihre drey ſonderliche Töchter, ſo mit den Armen in einander geſchrencket waren, eine jegliche hat der andern den Rücken zugekehret; die förderſte reichte den hinterſten beyden einen güldenen Apffel zu, dieſelben ſahen auf die förderſte, und überreichten ihr wiederum einen güldenen Apffel. Bene ergo, mea ſententia, cum Veneris ſtatuis apprime in multis figura Siwæ ſimilis fuerit, ab eruditis docetur, *Sivvam* fuiſſe Slavorum Venerem: *Nicolaus Mareſcalcus Annal. Herul. & Vandal.* lib. 1. c. 4. *Venerem Polabi*, Siwam *lingva gentili vocarunt*, *Bangertus* loc. dict. p. 127. Siwa, *Venus Polaborum fuit. D. Maſius de Diis Obotrit.* c. 2. p. 41. *Omnes circumſtantiæ ſvadent*, Siwam *Polabis fuiſſe* Venerem: & pag. 42. *Imago idoli ſatis probat, Sivvam fuiſſe Polabis, quod Romanis* Venus *erat.*

§. VII. Enim vero ne in exponendo ſimulacro multis inſudem, placet huc transcribere verba *Johannis Pomarii*, quibus Venerem Magdeburgicam expoſuit: habent enim plurima, numeris a nobis ſignata, quæ ad Siwam pertinent: ita autem ille in *Chron. Saxon.* fol. 33. & *ſeq. edit. Witteberg. anno 1589.* Dieſe Venus war Venus Myrthia, die Myrten-Venus geheiſſen, daher, daß ihr der Myrten-Baum geheiligt war; wie ſie denn daher auch (1) einen Myrten-Crantz getragen; und aus den Poëten, und andern Scribenten iſt bekant, daß man ihr darum den Myrten-Baum geheiligt, weil mans dafür hält, daß derſelbige eine beſondere Krafft haben ſolle, die Liebe zwiſchen zwo Perſonen gleich wie ein Philtrum oder Liebes-Tranck zu würcken und zu erhalten. Plutarchus will, daß der Myrthus ein Zeichen des Friedens und der Einigkeit ſey, daher a bey den Römern der Gebrauch geweſen, daß in den kleinen Triumphen oder Geſiegs-Prängen, die Ovantes oder Hauptleute, ſo ſolche fröliche Wiederfahrt oder Einzug hielten, weil ſie mit geringer Mühe und ohne Blutvergieſſen, und dennoch faſt mit Frieden geſieget hatten, mit Myrten-Kräntzen, als dem Gewächs, ſo der Veneri geheiliget war, gekrönet worden, weil Venus nicht zu Krieg, Blutvergieſſen und Uneinigkeit, ſondern zu Liebe, Fried und Einigkeit Luſt hat, welches auch unter Ehe-Leuten, derer Göttin die Venus geachtet wird, ſeyn ſoll. So ſoll Venus auch mit Myrten geſchmückt, neben

den

den andern beyden Göttinnen, für dem Richter Paridi erſchienen ſeyn, und den Preiß davon gebracht, und daher ihr den Myrten-Baum habe heiligen laſſen. Etliche wollen, daß auch darum der Myrthus ihr zugeeignet ſey, weil es ein Meer-Gewächſe iſt, ſo gern am Ufer des Meeres wächſt, und Venus aus dem Meer entſproſſen ſey. Andere meinen, daß weil der Myrthus in vielen weiblichen Kranckheiten und Gebrechen heilſam und dienſtlich, er darum der Veneri, als die vor andern dem weiblichen Geſchlecht, als ihre Göttin, rathen und helffen ſolle, zugeeignet worden. Daß die Venus (2) nackent und bloß ſtund, bedeutete, daß die, ſo ſich der Buhlſchaffe gebrauchen, dadurch die Länge gar ausgezogen, und von allen Vermögen nackent und bloß werden. Daß auch Unzucht und ungebührliche Vermiſchung, die Länge nicht könne verhelen und verhalten, verdeckt und vermäntelt bleiben, ſondern müſſe endlich, ja wohl ehe man ſichs vermuthet, entdecket und entblöſſet werden.

(*Johannes Langerus, Coburgenſis* Carm. ad Imaginem Veneris Tom. II. *Scriptor. Acad. Witeberg. an. 1556.*

Veſtibus ut demptis Venus hic eſt corpore nuda,
Pectora habens alba candidiora nive.
Sic amor illorum ſit fœdi criminis expers,
Qui ſacra conjugii jura ſubire volunt.
Mutua cura duos habeat, ſincerus & ardor,
Ut videant longos, & ſine lite, dies.
Sit procul a vero fucatum pectus amore,
Integer eſt quisquis non ſimulanter amat.
Forſitan hoc nudæ Veneris deſignat imago,
Edidit artifici quam tibi docta manus.)

Die rothe Roſen im Krantz: (wie ihr denn auch ſonſt die rothe Roſen zugeeignet worden,) waren neben der Fabel vom Adoni eine Erinnerung daß wie Roſen rothfärbig wären und wegen der dornichten Stacheln der Roſen-Bäume ſchwerlich ohne Beſchädigung und Verletzung abgebrochen werden: alſo auch die Veneriſche und fleiſchliche Lüſte manchen ſchamroth machen, und einen Stachel im Gewiſſen derer, die ſich ſolcher Lüſte gebrauchen, hinterlaſſen: ſintemahl dadurch die Gewiſſen beſchmützt und gereitzet werden; daher ſolche verletzte Gewiſſen und verwundete Hertzen immer ihre punctiones und Stiche fühlen, welches nicht ohne innerliche Schmertzen abgehet; zu dem wie die Roſe wohl ein ſchön Anſehen und lieblichen Geruch hat, aber bald vergehet und verwelcket; ſo iſts mit menſchlicher und weibiſcher Schöne und allen veneriſchen Lüſten auch beſchaffen; es wird wohl bey jungen Leuten ſolches alles für ſchön, luſtig und lieblich thun geachtet; aber die Luſt und Lieblichkeit zerrinnet und verſchwindet gar bald. (3) Die beſchloſſene Roſe in ihrem Munde, war ein Symbolum und Zeichen der Verſchwiegenheit; denn die Poëten tichten, daß Cupido das Venus-Kind, dem Gotte Harpocrati, welcher bey den Griechen ein Gott der Verſchwiegenheit war, die Roſe verehret daß er ja verhüten wolle, damit ſeiner Mutter Buhlſchaffe und heimliche Sachen nicht nachgeſagt und ruchtbar würden; Und daß auch der Eheleute, derer, wie vorhin erwehnet, Göttin die Venus gehalten ward, Heimligkeiten verſchwiegen bleiben möchten; wie denn auch Eheleute, was unter ihnen geheim iſt, billig heimlich halten ſollen, daher die Roſe ein Merck und Zeichen der Verſchwiegenheit gehalten, und ohne Zweiffel auch bey uns Deutſchen gebräuchlich, daß man von Sachen, die man nicht ausgeſprengt oder nachgewaſchen haben will, zu ſagen pflegt, es ſey unter der Roſen geredt; die Anweſenden zu vermahnen, daß, was über Tiſch geſagt, ſie unter ſich in geheim behalten, und weiter nicht als die Roſe, ſo man gemeiniglich übern Tiſch aufzuhencken, oder zu mahlen pflegt, wendet, ſolle kommen laſſen; wie auch folgende Verslein reden:

Eſt Roſa flos Veneris, cujus quod furta laterent,
Harpocrati matris dona dicavit amor:
Inde Roſam menſis hoſpes ſuſpendit amicis,
Convivæ ut ſub ea dicta tacenda ſciant.

Die Welt-Kugel in der lincken Hand, bedeutete, daß die Venus mit ihren Lüſten in aller Welt regiere, oder, daß die Venus oder Liebe und Begierde zu allen komme, vel quod ad omnes perveniat; vel quod per eam omnia proveniant, unde eam Venerem Cicero dictam putat, darum man ſie auch auf einen Wagen geſetzt, daß ſie damit alle Welt umfahre, und durchrauſche. Die brennende Fackel und Strahl oder Pfeil des Hertzens, bezeugt die innerliche Brunſt, damit die Venus-Kinder entzündet, und eingenommen werden. (4) Die güldene Aepffel bedeuteten, daß ſie der Junoni und Palladi, ſo viel die Schönheit anlanget, abgewonnen, und deſſen zum Zeichen einen güldenen Apffel vom Paride empfangen hatte. Und war zugleich eine Erinnerung, daß man mit Geld, Gifft und Gaben, Liebe und Gunſt kauffen, und erlangen könte. Der Veneri waren die Gratiæ, (wie ſonſten auch die Horæ) das iſt, die Göttinnen der Leutſeligkeit, Holdſeligkeit, und Danckbarkeit, als ihre Gehülffen und Dienerin zugeordnet, weil man dafür gehalten, daß von dieſen Göttinnen, alles was zur Holdſeligkeit, Freundligkeit und Lieblichkeit erfordert wird, herkäme, und daß zu der Liebe, Freundlichkeit, Holdſeligkeit und Redlichkeit gehöre. Denn wer lieb haben, und wiederum liebgehalten ſeyn will, muß

muß freundlich und lieblich ſeyn, wie es heiſt:

Si quis amat, redames; ut ameris, amabilis eſto.

Auch erinnerte dieſer Göttin Geberde und Geſtalt, wie man ſich gegen empfangene Wohlthat danckbarlich erzeigen ſolle. Denn wie eine den andern beyden; die andern beyde aber derſelbin wiederum einen güldenen Apffel, mit abgewandten Angeſichten darreichten; alſo ſoll man gegen einfältige empfangene Wohlthat doppelt danckbar ſeyn, und nicht auf die Gift und Gaben. auch nicht auf Wiedervergeltung ſehen denn ſolches mehr gemarcktet und gewuchert, als Wohlthat erzeiget hieſſe. Die Zahl, daß ihrer drey waren, bezeichnete die Art der Wohlthätigkeit als da ſeyn, Wohlthat erzeigen die erzeigte in Freundſchafft annehmen, und ſich hinwieder wohlthätig und danckbarlich zu verhalten; Denn Gaben annehmen und wiedergeben, erhält Freundſchafft. Daß die Göttinnen nackende Jungfrauen fröliches und lachendes Gebäredes wären, zeigt an, daß Freundſchafft, Liebe und Wohlthat ohne Bemäntelung, ohne Betrug, und Falſchheit, und aus freyen frölichen und luſtigen Gemüthe, gehen und geſchehen ſolle: Dahin auch ihre Nahmen weiſen; denn Euphroſina heiſt frölich: Agathia luſtig, und hurtig, Thalia blühend und freundlich; Denn wer Liebe, Freundſchafft, und Wohlthat erzeigen will, der ſolls freundlich, hurtig und mit freundlichen Gemüthe und Gebärden thun und ſoll Liebe, Freundſchafft und Wohlthätigkeit für und für unter den Leuten blühen, und nicht veralten und untergehen. Daß ſie mit den Armen in einander geſchrencket, und gleich an einander verbunden waren, bedeutet, daß durch Liebe, Freundſchafft, und Gutthat die Leute einander devinciret und verbunden werden, und daß die Wohlthat aus eines Hand in die ander gehen, und demnach wiederum an den gereiche, von den ſie am erſten ausgegangen iſt Die Tauben ſeyn fruchtbarer Art, und werden ſonderlich die Turteltauben, für ein Zeichen der ehelichen Liebe und Treue gehalten; daher man die Tauben der Veneri geheiliget, und Aves Veneris genannt, und an ihren Wagen geſpannet hat. Daneben hat man auch dieſe Fabel, als ſollen die Tauben darum der Veneri ſonderlich lieb ſeyn, daß die Nympha periſtera ihrer Jungfrauen eine, in eine Taube verwandelt ſey. Uber das ſo ſchreibet *Ælianus, Var. Hiſt.* l. e. c. 15. edit. Argentor. anno 1647. daß man daher die Tauben der Veneri geheiliget, weil man auf dem Berg Eryce in Sicilia, (vid. *Cluveri Sicilia Antiq.* lib. 2. cap. 1. p. 134.) Eryx mons, *Plinius* N. H. lib 3 c. 8. p. 155. edit Francof. ann. 1608. etliche Tage der Veneri jährlich gefeyret, welche die Siculer Dies Tranſitus, die Tage des Durchzugs genannt, und es dafür gehalten, daß alsdann die Venus in Libyam ihren Durchzug nehme; daher denn auch die Tage über keine Taube in der gantzen Gegend allda geſehen ward, weil ſie alle mit ihrer Domina oder Göttin, die zu begleiten, weggezogen waren. Allererſt aber nach den neundten Tage, that ſich eine überaus ſchöne Taube, auf dem Libyſchen Meer herfür, welche den andern nicht gleich, ſondern wie Anacreon meldet, ſchön roth war, und für die Venus gehalten, und die Purpurfarbe Taube genennet ward. Dieſer Taube folgte eine unzehlige Menge anderer Tauben, darum die Einwohner daſelbſt etliche Feſt-Tage der Wiederkunfft Veneris alsdenn begiengen, in welchen die reichen und wohlhabenden ſtattliche Pancket hin und wieder anrichteten, wie Athenæus ſchreibet. Die ſchöne weiſſe Schwäne, welche neben den weiſſen Tauben am Wagen Veneris gezogen, wie auch Horatius, Ovidius, Statius und andere ſchreiben, bedeuten Zierlichkeit und Reinligkeit, und unbeflecktes Leben; wie denn durch die weiſſe Farbe Reinigkeit, Schöne und Schmuck, nicht wenig zur Erweckung, Mehrung, und Erhaltung der Liebe thut. So gebühret Eheleuten und zwar allen Menſchen, ſonderlich aber weiblichen Geſchlecht, Reinlichkeit Zierlichkeit, und für allen Dingen ein feiner, reiner, unbeſudelter und unbefleckter Wandel. Diß iſt die Venus welche die alten Sachſen im Heydenthum, ſonderlich in Holtz-Kreiß zwiſchen der Elbe, Bude und Saale, Aller, und Ohra, für eine Göttin geehret, und angebetet haben. Die Annales Magdeburgenſes berichten, daß dieſe Abgöttin zu Magdeburg in dem alten Römiſchen Schloſſe, ſo des Burggrafens Schloß hernach geheiſſen, an der Elbe, dahin nachmahls S. Marien Magdalenen Kloſter gebauet worden, auf dem alten runden Ziegelſteinern Thurm geſtanden ſey, den man ſonſt auch den Hönenthurm heiſt, und noch heut zu Tage ſtehet, und für den alten Schloß- oder Burgthurm ſo alda von Druſo erbauet worden, gehalten wird. Andere, wie auch Brottauf ſchreiben: daß die Göttin Venus etwas weiter von der Burg, hinauf nach der Elbe werts in einem beſondern Tempel geſtanden; welcher auch hernach, da gleich der Flecken und die Burg Magdeburg von den Hunnen und Wenden zerſtöret, dennoch um der Abgöttin Veneris willen, ſtehend geblieben, denn auch die Heyden der Tempel, um ihrer Götter willen, in den Kriegen verſchonet, und ſie unbeſchädigt gelaſſen, daß demnach auch der Tempel Veneris allda überblieben und die Venus darinn von den Völckern und Sachſen, ſo zwiſchen der Elbe und Saale gewohnet, geehret worden, bis zur Zeit Caroli Magni, der dieſen Tempel mit der Venere zerſtöret, und an ſtatt deſſelben eine Kirche in die Ehre S. Stephani erbauet haben ſoll.

§. VIII. Num vero *Siga*, *Minerva* Thebanorum ſermone Phænicio, ſic dicta, *Seldenus* de *Diis Syr. Syntagm.* 2. cap. 4. & *Sevaba*, idolum Arabum, quo de *Hottingerus Hiſt. Orient.* lib. 1. c. 7. p. 234. huc pertineant, aliis dijudicandum eelinquam. Me judice, illa fortaſſis ſententia locum aliquem obtinet, quia ſentiam, Siwæ Slavicæ figuram aut ſimulacrum ſumptum eſſe videri ex hiſtoria *Evæ*, matris omnium viventium. Vere enim omnia concordant. (1) *Nomen*: ut enim *Siwa*, vivam ſignificat: ita Eva, aut חוה *Chavah*, id eſt, *viva*, active & effective *Vivificans*, a חיה *Chajah*, *vixit*, Imo & a חיה *chajah*, per *auriſtachon*; Sorab. ziwy, *vivus*. (2) *Figura*: Stabat Sivva ſiniſtra manu ad tergum rejecta: Ita Eva rejecto, quod ante oculos habere debuerat, quaſi ad tergum Dei interdicto: tulit (manu altera) de fructu *arboris vetita*, & *comedit: deditque* (altera) *viro ſuo, qui una comedit*, *Gen.* 3, 6. (3) Sicut uvam cum folio viridi *Sivva* manu prehenſam tenebat: ita Eva (quemadmodum & Adam) folia ficus carpſit manibus, *conſuitque & fecit ſibi perizoma*, v. 7. (4) Porro pomum aureum dextra tenebat *Sivva*; num quod Evæ, juxta veteres,

Mala mala malo meruit mala maxima mundo?

(5) Conjecturam meam confirmat *Gerh. Joh Voſſius*, qui de *Idol. lib 1. c. 38.* ad illa *Taciti*, *Pars Suevorum & Iſidi ſacrificat*, ita commentatur: *Dixero Germanis fuiſſe reliquias primeva traditionis de Adamo & Eva; quorum ille Mannus ſit, hac Iſis. Nam quomodo Adam, quod hominem notat, ac κατ᾽ ἐξοχὴν, marem, commodius reddidiſſent ſua lingva: quam Mannum? A Mann autem mulier dici potuit Manna, (Mennin) ſed non fuit hoc in uſu Germanis. Ac fortaſſe ex longa traditione retinuerunt Ebraum Iſcha* (אִשָּׁה) *quod apud Moſen & veteri latinorum lingua viram ſonat; unde apud Feſtum: Viri querquetulana. Romani autem cum audirent, Germania genti cultos* Man, & Iſcha, *ut ex illo Mannum, ita ex hoc Iſidem fecerint, quia non viderent, quod numen* Iſcha *quam Iſis eſſe poſſet.* Sic *Voſſius*. Hinc concludam, quod qua traditione Germani veteres hiſtoriam Evæ perceperint, eadem etiam illam ipſam Slavi priſci percipere potuerint.

§. IX. Quid quod (6) exemplo recentiori nobis eſſe poſſunt, *Indi Orientales*, ut pote qui noſtra ætate traditione antiquiſſima conceptam memoriam lapſus & reſtitutionis Adami atque Evæ perquam corrupte eecolunt: ſic enim fabulantur, ut nos docet *Johannes Baptiſta Tavernier* Ind. Reiſebeſ. lib. 3. c. 5. f. 153. ſeq. edit. Norimberg ann. 1681. Ram war eines mächtigen Raja Sohn, welcher Deſeret genennet wurde, und war dieſee der tugendhaffteſte unter allen ſeinen Kindeen, ſo ee van zweyen heiligen Weibeen erzeuget hatte. Ee war vor andern ſeinem Vater ſehe lieb, welcher ihn auch zu ſeinem Nachfalgee benahmet hatte. Als des Rams Mutter geſtoeben, beredete die andere Frau, ſo ihres Mannes Gemüth vollkömmlich beſaß, den Raja, er ſolte dem Ram und ſeinen Bruder Lockemann, ſeines Hauſes und Staats völlig entſetzen, welches auch geſchahe, und wurde nach Ausſchlieſſung dieſee beyden Brüdee, der andern Feauen Sohn zum Eeben des Raja eekläeet. Als nun der Ram, und ſein Beudee von iheen Vatee Befehl eehalten, ſich faetzumachen; gehoechten ſie willig; und als ſie in dem Abzug begriffen, gieng Ram hin, von ſeinee Frauen Sita, welche dieſe Abgötter vor eine Göttin halten, abſchied zunehmen, welche ſich aber nicht von ihm trennen walte, ſondern bezeugte öffentlich, ſie wolte ihm aller Orten nachfalgen: und ſchieden ſie alſo alle drey ab aus dem Hauſe des Raja zugehen, wohin ſie ihe Glück führen würde. Bald anfangs waren ſie ſehr unglücklich; denn als ſie duech ein Holtz wandeeten, und Ram einen Vogel zu ſchieſſen abwegs gangen, darüber aber ſehe lang auſſen blieb, befürchtete die Sita, es möchte ihrem Mann ein Unglück aufgeſtoſſen ſeyn, und bat den Lockemann höchlich, hinzugehen, und ihn zu ſucheu. Er weicheete ſich deſſen hoch, weil ihm Ram befahlen, die Sita nicht allein zu laſſen, indem ee aus einem Peophetiſchen Geiſt zuvoe geſehen, was ihe begegnen wüede, wo ſie allein bliebe. Nichts deſtowenigee ward Lockemann durch das inſtändige Bitten ſeiner Schwägerin überwunden und gieng hin, den Ram zu ſuchen; und indeſſen eeſchien Rhevan, ein anderer Abgott, dieſer Heyden, der Sitæ, in geſtalt eines Faquirs, und bat ſie um ein Allmaſen. Ram hatte der Sitæ befahlen, ja nicht von dem Ort zu weichen, wo er ſie verlaſſen; welches Rhevan wohl wuſte, und dannenhero das Allmaſen nicht wolte annehmen, welches ihm Sita darreichte, ſie müſte denn den Platz verlaſſen. Sita entweder aus Verachtung odee Veegeſſenheit des Gebots ihees Mannes, übeeſchritt die Geentze, ſo ee ihe geſetzet; ſo bald bemächtigte ſich Rhevan iheee, führete ſie in den dicken Wald hinein, allwo ſeine übrige Suite auf ihn wartete, mit denen er ſich wieder in ſeinen Staat begab. Als Ram wiedee von dee Jagd kam, und Sita nicht mehr fand, fiel er voe Schmeetz in eine Ohnmacht, und als ihn ſein Bruder Lockeman eemahnete, daß er wieder zu ſich ſelbſten kommen, giengen ſie beyde hin, die Sita zu ſuchen, welche ihr Mann inbrünſtig liebte. Wenn die Braminen dieſe Begebniß ihree Göttin Sita erzehlen, geſchiehet es mit vielen Thränen, und Bezeugnüß ihres groſſen Schmertzens, und beingen bey dieſer Begebenheit noch ſo eine unbeſchreibliche Menge Fabeln bey, um die Heetzhafftigkeit des Rams zu erkennen zugeben, ſo

er

er im Nochſuchen der Sita Raub erwieſen. Sie wendeten alle Kräffte an, ſolchen Raub an Tag zubringen/ bloß aber der Affe Harman genannt, hatte das Glück, etwas fruchtbares auszurichten. Er ſprang in einen Sprung über das Meer, und machte ſich in des Rhevans Garten, und traff allda die Sita in äuſſerſter Betrübniß an, die ſich aber nicht wenig verwunderte, als ſie an dieſem Ort einen Affen ſahe, der ſie ihres Mannes wegen, anredete: ſie wolte aber dem Vorgebeu eines ſolchen Ambaſſadeurs nicht alſobald Glauben zuſtellen: allein der Affe, damit er ſeine Commiſſion erweiſen möchte, überreichte ihr einen Ring, welchen ihm ihr Mann gegeben und ſie bey ihren Sachen hinterlaſſen hatte; ſie konte ſich doch nicht ohne Mühe entſchlieſſen, ſo groſſes Wunder zu glauben, und daß ihr Mann Ram, ein unvernünfftig Thier habe können redend machen, ſie von ſeinem Zuſtande zu benachrichtigen, und ihm ſo kenntbare Zeichen ſeiner Liebe zu überbringen. Der Affe Harman that bey dieſer Begebenheit noch Wunder; und als er durch einen Spion von des Rhevans Leuten erfohren, daß ſie ihn wolten verbrennen laſſen, gebrauchte er ſich dieſes Feuers, welches ſie ihm zugerichtet hatten, zur Anſteckung des Rhevans ſeines Pallaſtes, welchen es faſt gantz und gar auffzehrete, nechſt den Lumpen, ſo man ihm an den Schwantz und andern Leib gebunden, und an welche man das Feuer gelegt. Er lieff alſobald unter das Stroh, und andere leichtbrennende materie, welches in dem Pallaſt einen groſſen Brand anrichtete. Weil aber der Affe wohl ſahe, er würde nicht wieder aus Rhevans Hand entkommen können, wo er noch einmahl darein geriethe, nahm er hurtig ſeinen Weg wieder, den er kommen war, und als er ſich zuvor im Meer gebadet, ſetzte er mit vollen Sprung wieder hinüber, und gieng, dem Ram von ſeinen Abentheuer Bericht zu erſtatten: Er ſagte ihm die Betrübniß, in welcher er die Sita angetroffen, welche gantz verzweiffeln wolte, weil ſie ſo weit von ihrem Manne entfernet. Ram, dem ſeines Weibes Liebe zu Hertzen gieng, entſchloſſe ſich, ſie aus des Rhevans Händen zu erlöſen, durch was Löſegeld es auch immer geſchehen möchte, welches auch geſchahe. Eben der Affe dienete ihm vor einen Wegweiſer, und noch etlichen andern Trouppen, die Ram hie und da zuſammen geleſen hatte; nach vieler ausgeſtandenen Mühe, langte er bey dem Pallaſt des Rhevans an, welcher noch rauchte, ſo groß war der Brandt geweſen: Und weil dieſes Fürſten Unterthanen damahls an verſchiedenen Orten zerſtreuet waren, fiel es dem Ram leicht, ſeine liebe Sita, indem er ſich bey dieſem Anfall ins Gebürge retiriret hatte, welche ihn Rhevan zurück gelaſſen, wieder zu erobern. Ram und Sita hatten eine unbeſchreibliche Freude, ſich wieder beyſammen zuſehen, und erwieſen dem Affen Harman, wegen ſo guter geleiſteter Dienſte, groſſe Ehre. Sane nemo non videt, in hac fabula *Ram*, ſignificare *Adamum*: רם *ram*, enim *excelſus* latinis, qualis fuit Adam, quia filius Dei erat, *Luc.* 3, 28. Deus autem eſt ὕψιςος עליון *Eljon*, *Pſal.* 18, 14. *qui ſedet* על־כסא רם *al-kiſſe ram*, *ſuper ſolium excelſum*, *Eſa.* 6, 1. ſuosque protegit, & educit e periculis ביד רמה *bejad ramah*, i. e. *manu excelſa*, *Exod.* 14, 8. Per *Lockemannum* autem puto ſignificari concreatam ſapientiam, & juſtitiam, qua inſtructi præditique protoplaſti, *ab eſu* (ל[illegible]) *vetita* arboris abſtinere poterant. Denique per *Sitam* poſſet intelligi *Eva*, illa ſolivaga in paradiſo: ſed per *Rhevan* peſſimus ille conſultor & ſeductor diabolus; nam *Rhevan* conſultorem ſonat, ex Arab. רין i. e. *conſulere*. Atque ex his ſic dictis iterum colligo; quia ad remotiſſimos Indiæ orientalis populos hiſtoria Adami & Evæ pervenit, quam vero poſteri valde corruperunt: credibile prorſus erit, quod & perlata ſit integra hiſtoria Evæ ad aures Slavorum in Aſia: Saræ vero poſteri eorum in Europa, ita depravarint, ut ex ea fabulam, ſeu idolum *Sivva* fabricarent. Ceterum fabulas Indicas ea etiam de cauſa commemorandas hoc in loco duxi, quod Lockmanni facerent mentionem. *Turcis* enim *Lockmannus* creditur fuiſſe Propheta ſapientiſſimus. Unde non facile iis aſſentior, quibus Lockmannus pro *Æſopo* eſt: cujus quidem ſententiæ, quod ſciam, *primus* autor eſt *Hottingerus Hiſt. Oriental. lib.* 1. c. 3. p. 101. ſeqq. & *ſecundus B. D. Pfeifferus* noſter *Critic. Sacr. cap.* 16. *ſect.* 2. *qv.* 5. Turcas autem ab Idololatris ut alia multa, ita & nomen Lockmanni, accepiſſe, omnino veri ſimile eſt.

§. X. Obſerv. (4) *Sivva cultores*. Sed miſſa idoli origine, undecunque ſit, infectas abſurdo *Sivva* ſic dictæ cultu ac veneratione gentes nunc videbimus. Atque Germanos quidem, & Saxones cum *Schedio*, *Johanne Sauberto* libro *de Sacrificiis* c. 5. p. 105. *Paulo Hachenbergio libro de Germania media, differt.* 8. *p.* 255. iis non accenſebimus; rectius enim numerum occupant (1) in genere *Slavi*, ita *Petrus Albinus Chron. Miſn. tit. XI. p.* 301. *D. David Peiferus Rer. Lipſ. lib.* 3. *p.* 277. & 279. (2) In ſpecie, *Sorabi*, ſive *Venedi*, *terra Miſnenſis* & *Luſatia*, docet nos illud *Peifferus* loc. cit. (3) *Polabi*, quorſum ita *Helmoldus Chron. Slav. lib.* 1. *c.* 52. *Sivva Dea Polaborum*. *Andreas Houdorff Promptuar. Exemplor. fol.* 58. Sivva *muliebre numen, apud Polabros* (leg. Polabos) *dominabatur*. (4) *Raceburgenſes*. Huc ita *Nicolaus Mareſcalcus Annal Herul.* & *Vandal. lib.* 1. *cap.* 4. πολαβοὶ, *Polabi, quorum Raceburgium, ubi lucus quondam Veneri ſacer, quam* Sivam *lingva gentili vocarunt*. *Banger-*

gertus ad *Helmold. lib. 1. c. 52.* Sivva *Raceburgenſium Dea fuit.* Et paulo poſt: *Ea* (Sivva) *Venus Polaborum fuit, atque uti nonnulli autumant, eodem in monte culta fuit, in quo poſtea ab Henrico Leone templum cathedrale conditum, ſtil. anno 1172.* vid. *Arnoldus Chron. Slav. lib. 2. c. 13.* Sic etiam *D. Maſius* de *Diis Obotrit. cap. 2. p. 42. Fama eſt, Razeburgi in eodem monte cultam* Sivvam, ubi *poſtea Henricus Leo templum cathedrale exſtruxit: hodie incola iſtum locum, montem Palmarum, Germ.* Palmenberg, *vocant, ubi lucum Deæ ſacratum fuiſſe ferunt.* Fuit autem *Razeburg*, Saxon. Razeburg, *Helmoldo lib. 1. c. 2. Ratisburg*, & cap. 52. *Ratesburg: Arnoldo* lib. 2. c. 13. *Raceburg metropolis Polaborum; Helmold.* lib. 1. c. 2. *Polabi, civitas eorum Ratisburg.* *Polabi* autem vocati ii populi ſunt, qui *ſecundum Albim fluvium* habitarunt: ſic dicti, ex præpoſitione po, *ſecundum, juxta*, & labis, *Albis*, Sorab. Bohem. *Voſſius Polabos, Saxones* vocat, per anticipationem, eo quod illa terræ pars poſtea a Saxonibus ſit occupata. Verba ejus hæc ſunt; *de Idololatr. lib.* 1. cap. 8. pag. 60. *edit. Francoſ. anno 1668. in 4. Quod ſi ſeculis aliquot retro tempora legamus, comperiemus iisdem damones ab antiquis eſſe Saxonibus cultos, quibus ante tempora Caroli M. prater Finnum Deum, & Deam* Sibam, *malus Deus, quem ajebant, colebatur, ne noceret, ut eſt apud Georgium Fabricium* lib. 1. *Originum Saxonicarum* pag. 62. edit. *Jena ann 1597.* (5) *Oldenburgenſes*, ſive *Aldenburgenſes* aut *Starigardenſes. Petrus Albinus Chron. Miſn.* tit. XI. p. 301. edit. Witeberg. an. 1580. Sieba, oder Syba, ſoll ſonderlich für andern bey den Nordalbingis ſeyn geehret worden und zu Oldenburg geſtanden ſeyn, welches Bild daſelbſt Vicelinus Biſchoff von Lübeck zerſtöret. Man ſchreibt, daß die Wenden gemeldten Abgott für Biſchoff Johannis zu Mechlenburg Leichnam geworffen, den ſie mit Senſen im 1065. Jahr zu Stücklein gehauen. (6) *Roſtochienſes.* Hinc pertinet *Saxo Grammaticus Hiſt. Dan. lib. 14. f. 295. edit. Sora ann. 1644 in fol. Urbem quoque Roſtock oppidanorum ignavia deſtitutam, nullo negotio* (Waldemarus I. Rex Daniæ) *perruſit. Statuam etiam, quam gentis profana credulitas perinde ac caleſte numen, divinis honoribus proſequebatur, incendio mandavit.* Ex *Nicolao* autem *Mareſcalso Annal. Herul. & Vandal. lib 1. c. 4* Statuam iſtam Sivvæ Deæ imaginem fuiſſe conjiciam, ita enim ille: *Supra Laciburgium* (id eſt Roſtochium) *arta ingens artis Herula, ſecundum Varnam juxtaque lucus quondam Sivva.* (7) *Poloni.* Ex teſtimnnio *Johannis Dlugoſſi in Hiſt. Polon.* lib. 1. fol. 37. quod videtis *ſupra num. V.*

§. XI. Obſerv. (5) *Ritus colendi Sivvam.* Exponit hos, quales quidem in genere fuerint, *Helmoldus Chron. Slav lib. 1. c. 52.* Verba ejus legas cap. V, præced. num. XII. circa finem: memorat autem 1. *luſos* 2. *flamines* ſeu *miniſtros*, 3. *ſacrificia*, 4. *dies ſacros*, &c. quibus omnibus Sivvæ reverentia ac cultus quæſitus eſt. Adde his ea, quæ ex *Nicolao Mareſcalco, Baugerto*, & *Maſio* antea *num. X.* exſcripſimus.

§. XII. Obſerv. (6) *Sivva deſtructio.* Hiſtoriam hac de re ſcriptores, quod ego quidem ſciam, ſatis accurate, & quoad loca omnia, non conſignarunt. Credibile vero eſt, factam eſſe (α) apud *Polabos, Obotritos* & *Wagrios*, everſionem idoli iterum iterumque: & primo quidem tempore *Ottonis I. Imp.* Dicit enim *Helmoldus* lib. 1. cap. 69. *Aldenburgenſem Epiſcopatum Magnus Otto primus inſtituerat, ſubjiciens ei Polabos & Obotritos, confer. idem cap. 12. lib. cit.* ſecundo tempore *Godeſcalci* Principis Chriſtianiſſimi Wagirorum, anno 1042. *Tunc enim readificata ſunt per univerſam Wagirorum provinciam, nec non & Polabingorum & Obotritorum, eccleſia quondam diruta*, ait idem *Helmoldus lib. 1. c. 20.* Denique ultima everſio facta eſt tempore *Henrici Leonis*, nimirum computatione facta ab anno M C LIV. quo ille Evermodum Epiſcopum in Racesburg ordinavit: Et ita *Helmoldus lib. 1. cap. 77. Nec hoc pratermittendum videtur, quod dilatante Deo fines eccleſia, ordinatus eſt in Raesburg Epiſcopus Dominus Evermodus, prapoſitus de Magdeburg, deditque ei Comes Polaborum Henricus inſulam ad inhabitandum prope caſtrum. Praterea trecentos manſos reſignavit Dux dandos in dotem epiſcopii. Porro decimas terra recognovit Epiſcopo, quorum tamen medietatem recepit in beneficio, & factus eſt homo Epiſcopi exceptis trecentis manſis, qui cum omni integritate tam redituum, quam decimarum ſunt Epiſcopi. Interfuit his rebus agendis Dominus Ludolfus prapoſitus de Cuzelina.* Et cap. 83. ait idem *Helmoldus: Sed & in terra Polaborum multiplicata ſunt eccleſia, inſtantia Domini Evermodi Epiſcopi & Henrici Comitis de Racisburg.* Acta hæc ſunt Ann. Chr. MCLVI. *Andreas Hondorffius Prompt. Exemplor. fol. 58.* Sivva *muliebre numen, apud Prolabros* (leg. Polabos) *dominabatur; Idolum hoc Vicelinus Lubecenſis Epiſcopus confregit.* Adde his, quæ *Petrus Albinus* de Sivvæ *Oldenburgica* abrogatione, & *Saxo Grammaticus* de *Roſtochienſi* nos docent num. X. citati. (β) Apud *Soraboe* memoria ac reverentia *Sivva*, ſi qua fuit, converſa gente evanuit, de qua *ſect. 2. cap. 1. n. 25.* denique (γ) apud *Polonos*, An. Chr. 965. quo Miceslai regis juſſione idola Poloniæ omnia confracta, atque in aquas abjecta ſunt; hiſtoriam ex *Johannis Dlugoſſi Hiſt. Polon. lib. 2. fol. 91.* dabimus in capite de Dziewonia.

CAPUT

CAPUT VII.

De Porenutio Deo embryonis.

§. I.

CEnſorinus in illuſtri ſuo *de Die Natali* volumine, (ita id ex merito laudat *Sidonius Apollinaris Epiſt. ad Polemiam*:) cum *capite ſexto* ſententias diſcrepantes commemoraſſet, *Empedoclis, Hipponis, Democriti, Anaxagara, Diogenis Apolloniaris, Ariſtotelis*, diſputantium, a quanam parte corporis fætus in utero increſceret, ultimum tribuit locum *Stoicis*, his uſus verbis: *Stoici una totum infantem figurari, dixerunt, ut una naſcitur, oriturq́. Hoc autem ipſum docere etiam Hippocratem lib. 1. περὶ διαίτης*, annotavit præterea ad hoc caput in commentario *Henricus Lindenbrogius p. 28.* Porro de cauſa fætuum formatrice, quam *Galenus* ingenue fatetur, *ſe ignorare, lib. de fat. form. cap 6.* diſſerendo ita pergit *Cenſorinus*: *Sunt qui id opinantur, fieri ipſa natura, ut Ariſtoteles atque Epicurus: ſunt, qui potentia ſpiritus ſemen comitantis, ut Stoici ferme univerſi; ſunt, qui atherium calorem ineſſe arbitrantur, qui membra diſponat, Anaxagoram ſecuti. Sed paulo poſt ait: Ut mares fœminave naſcantur, quid cauſa eſſet, varie ab iisdem Philoſophis proditum eſt: Nam, ex quo parente ſeminis amplius fuit, ejus ſexum repræſentari dixit Alcmaon: ex ſeminibus autem tenuioribus fœminas, ex denſioribus mares fieri Hippon affirmat. Utrius vero parentis principium ſedem prius occupaverit, ejus reddi naturam Democritus retulit. At, inter ſe certare fœminas & mares, & penes utrum victoria ſit, ejus habitum referri, auctor eſt Parmenides. Et e dextris partibus profuſo ſemine, mares gignit, at e lævis fœminas, Anaxagoras, Empedoclesq́ conſentiunt: quorum opiniones, ut de hac ſpecie congrua, ita de ſimilitudine liberorum ſunt diſpariles. Super qua re Empedoclis diſputata ratio talis profertur: Si par calor in parentum ſeminibus fuerit, patri ſimilem marem procreari: ſi frigus, fœminam matri ſimilem. Quod ſi patris calidum erit, & frigidum matris, puerum fore, qui matris vultum repræſentat: at ſi calidum matris, patris autem fuerit frigidum, puellam futuram, quæ patris reddat ſimilitudinem. Anaxagoras autem ejus parentis faciem referre liberos judicavit, qui ſeminis amplius contuliſſet. Cæterum Parmenidis ſententia eſt, cum dextera partes ſemina dederint, tunc filios eſſe patri conſimiles: cum læva, tunc matri. Sequitur vero de geminis, qui ut aliquando naſcantur, modo ſeminis fieri Hippon ratus eſt. Id enim, cum amplius eſt, quam uni ſatis fuerit, bifariam diduci, id ipſum ferme Empedocles videtur ſenſiſſe: nam cauſas quidem, cur divideretur, non poſuit, tantummodo ait, ſi utrumque ſedes æque calidas occupaverit, utrumq́ marem naſci: frigidas æque, utramque fœminam: ſi vero alterum calidiorem, alterum frigidiorem, diſpari ſexu partum futurum.* Hactenus *Cenſorinus*.

§. II. Nos, qui Scripturæ autoritatem veneramur, de creatione & formatione hominis ſic quidem loquimur; *Gen. 1. 28. Benedixitq́ protoplaſtis Deus, & ait, creſcite & multiplicamini, & replete terram: Ex his itaque* verbis divinis ſcimus & ſentimus, ineſſe humano ſemini ab ipſo primo conceptionis momento, animam: ex ſemine autem, in vaſculo uteri bene compoſito fieri paulo poſt maſſam ſimilem archetypo homini, quæ membra omnia repræſentet, & hanc tandem in dies ex affluxu ſeminis materni, perfecte elaborari, augeri & perfici. *Sperling. de format. hom. c. 2. & 5.* confer. *Carol. Drelincurt.* Opuſc. *de fœtus humani conceptione, &c. edit. Lugd. an. 1685. & Acta Erud. Lipſ. An. 1686. p. 473. ſeq.* Dicimus nos præterea, naturam naturatam ſolam ſeu ſibi relictam hic non agere, ſed a natura naturante, hoc eſt, Deo ſublevari. Etenim per Deum ſumus, inquit *Apoſtolus Act. 17, 48.* Et *Jobus cap. 10, 10. 11. Nonne* (tu) *Deus ſicut caſeum me coagulaſti? pelle & carnibus veſtiſti, oſſibus & nervis compegiſti me.* Hæc ergo fides & philoſophia noſtra Chriſtiana eſt, qua etiam credimus & ſentimus, eſſe ſolius Dei creatoris munus ac opus, ne abortus fiat, & imperfectus homo naſcatur.

§. III. Sed enim ſagaciores etiam Slavi, lumine naturæ colluſtrati cognoverunt, *αὐτοσχεδίως* non fieri formationem hominis in utero, ſed ſummam aliquam divinamque poteſtatem eſſe, quæ creet, formet, augeat & conſervet hominem, eſſe & illam ipſam, quæ præcaveat, ne in abortum aut monſtrum fætus mutetur moriaturve. Gravidis fætus onus usque ad ſeptimum menſem, quo teſte *Hippocr. l. de Part. Septimeſtr, ſ. 3. op. p. 36.* membranæ dum tenduntur, & umbilicus vellicatur, dolores matri pariunt, fætusque priſtino vinculo exſolutus gravior evadit. Hæ igitur ſi ſanitate fruantur integra, fætus pondus vix ſentitur, ſtatim vero ubi fætus emortuus, dilabitur in utero, quocunque ſe vertat mulier, *ὥσπερ λίθος*, ſicut ſaxum, ut iterum *Dictator l. de ſuperfat. p. 43.* matrique eſt ponderoſior. *Luc. Garmannus lib. 2. de Miracul. Morb. tit. 3. n. 22. p. 395.* Aſt vero iſtam poteſtatem, ſive ut clarius loquar, Deum embryonis, *Porenutium* quendam eſſe, Slavi falſi opinati ſunt: nam ad Deum Deorum propter ipſius majeſtatem & beatitudinem ſummam, illud curæ genus referre noluerunt, ne nimis abjecte, quam par eſt, de eo ſenſiſſe viderentur; in qua tamen opinione ipſi valde errarunt.

§ IV. (1) *Nomen Porenutii.* Dicitur numen illud *Porenutius*; ita *Saxo Grammaticus Hiſt. Dan. lib. 14. f. 327 & Nicolaus Mareſcalcus Annal. Herul. & Vandal. lib. 1. cap. 9.* Mallem *Poronutium* ſcripſiſſet: ſic enim etymon, de quo jam, ipſum ſvadet.

§. V. Obſerv. (2) *Porenutii etymon.* Eſt autem Porenutii nomen ſimpliciſſime ex verbo Polonico Poronic, id eſt, *abortire, abortum pati*; ab hoc Poronienie, ſubſt. *abortus, abortio, abortum.* Et Poroniecny, *abortivus*, adject. Igitur *Porenutius*, ſeu *Poronutius* rectius, idem eſt, ac ſi latine dixeris, Deus, aut poteſtas divina, hominem in utero perficiens, abortumque præcavens. Vel etiam, a contrario, Deus, qui fœtum poteſt deſtruere & corrumpere. Hinc etiam *Porenutius* ille pro *vindice ſtupri* eſt habitus, quia tanquam Deus caſtam vult prolem, ne majeſtas ſua cura & formatione nequam ac imputi ſeminis polluatur & contaminetur: Diſerte huc *Saxo loc. cit. f. 328. Non mirum*, ſic ille, *ſi illorum numinum* (ad *Porunutium* nos hæc in ſpecie applicamus) *potentiam formidabant, a quibus ſtupra ſua ſæpe numero punita meminerant. Siquidem mares in urbe* (Karentia) *cum fœmina in concubitum adſcitis, canum exemplo cohærere ſolebant: Nec ab ipſis morando divelli poterant. Interdum utriq; perticis e diverſo appenſi, inſtituto nexu ridiculum populo ſpectaculum præbuere. Ea miraculi fœditate ſolennis ignobilibus ſtatuis* (vel ignobili ſtatuæ Porenutii) *cultus acceſſit, creditumq; eſt earum* (ejus) *viribus effectum, quod Dæmonum erat præſtigiis adumbratum.*

§. VI. Obſerv. (3) *Figura Porenutii.* Hanc ita ſculptam fuiſſe ſcribit *Saxo loc. cit. f. 327. Porenutii ſtatua quatuor facies repræſentans, quintam pectori inſertam habebat; cujus frontem læva, mentum dextera tangebat. Nicolaus Mareſcalcus Annal. Herul. & Vandal. lib. 1. cap. 9. Porenutius quadrifrons quintam pectori inſertam exertabat.*

§. VII. Obſerv. (4) Hic rurſus *de cauſis figuræ* nobis quædam dicenda erunt: (1) *quatuor facies*, ſive capita, repræſentabat; nim. quod Porenutium Slavi multis ac ſupplicibus verbis precati ſint, ut is fœtum ſic perficeret, quo quadruplex, ut ſic dixerim, caput, hoc eſt, *puerilem, juvenilem, virilem, atq; ſenilem ætatem* incolumis poſſit adipiſci: ſive gradus ætatis humanæ, quos vulgo quatuor faciunt, aliquando aſcendere. De gradibus autem ætatis humanæ, quid alii ſenſerint, videndus *Cenſorinus de Die Natali. c. 14.* (2) *Quinta facie* pectori numinis inſerta, videtur embryo ſignificari: quod crederent, *Porenutium* exorandum eſſe, ut facie humana integra perfectaq; infantem ornet, ne ſit monſtrum imperfectusque homo. (3) *Frontem* læva idolum tetigit, quia frons animum, affectuumque motus ſignat. Itaque a Porenutio ſibi perſvaſa eſt cæca gens, quod infans ſenſibus & ratione ſit prædicus. (4) *Mentum* dextera tenebat: fortaſſis ideo, quod liberos ſibi, maſculos imprimis, qui & virili robore, & forma eleganti præſtent, a *Porenutio*, hoc eſt, Deo ſibi parentes precentur: *filii enim columna ſunt domus atq; patriæ: ſed filia* χαλεπὸν κτῆμα καὶ δυσπαιδίαθετον, ſentiente *Menandro.* Ineptit tamen *R. Salomon*, annotante *Abulenſi*, qui *Num. 6, 24.* verba: *Benedicat tibi Deus*, ſic interpretatur: *hoc eſt, det tibi multos filios, & cuſtodiat te, ſcilicet ne habeas filias, Pelargus Comment. in Num. 1. p. 65.* In mento enim ſignum ſexus maſculi: & mentum prolixum, bonis moribus præditum hominem ſignificat.

§. VIII. Obſerv. (5) *Porenutii cultores. Karentiæ* urbis *incolas*, ſive *Rugianos* nobis nominat *Saxo Grammaticus loc. cit. f. 327.* nec dubium tamen, quin multo plures ex Slavica gente cum iis ſecerint. De Karentia autem nos ſupra cap. 3. num. XI. pluribus.

§. IX. Obſerv. (6) *Porenutium colendi ritus*, ſeu *Porenutii cultus.* Huc quatuor illa pertinent, quæ nobiſcum *Saxo Grammaticus*, loc. dicto, communicat, primo, ubi ait: *Porenutium ut privatum Deum* fuiſſe cultum: ſecundo, *fanum ejus ingenua arte ædificatum vituiſſe*: tertio, uti jam dictum *num. 5.* habitum eſſe *Porenutium pro vindice ſtupri*; & quarto, pro *Deo embryonis*, quem ille virtute ſua creet, perficiat,; (Ægyptiorum ſacerdotum commentum erat, corporis humani partes eſſe triginta ſex, totidem etiam Dæmones eſſe, qui ſingularum partium ſinguli habeant curam, iisque totidem herbæ ſacrari debeant, reſert Conringius lib. 1. Medic. Hermet. c. 8 p. 69. & *Garmannus de Miracul. Morb. lib. 3. tit. 2. n. 141. p. 1017.*) & inſtruat ſenſibus ac robore.

§. X. Obſerv. (7) *Porenutii deſtructio.* Deſtructa autem tandem eſt Porenutii ſtatua, capta per deditionem urbe Karentia, a Waldemaro I. Rege Daniæ, anno MCLXVIII. eo ipſo die, quo *Vitbi* & *Porevitbi* imagines everſæ & crematæ ſunt. Ita enim *Saxo loc. cit. Porevitbo ſuccifo, Porenutii templum appetitur: hæc ſtatua quatuor facies repræſentans, quintam pectori inſertam habebat, cujus frontem læva, mentum dextera tangebat. Hæc famulorum miniſterio ſecuribus icta concidit.* Reliquas circumſtantias, quibus *Saxo* hiſtoriam amplificat, vid. *ſupra cap. 3, num. 13.* Nam ad *Porenutium*, quoque ſpectant, quæ nos ibi ad *Vitbum* in ſpecie retulimus.

CAPUT

CAPUT VIII.

De
Slota Baba, ſive Dea obſtetrice.

§. I.

SUpereſt λοχεία Slavica: perfecto enim abſolutoque fætu in utero matris, & Porenutio gratiis actis, pro re ſua affabre geſta: Slavi, ubi partui jam vicinus infans eſſet, ad *Slotam Babam* mox ſeſe converterunt. Hanc enim parturientibus adeſſe, atque operam ferre credebant. Verum o prophanam, inanem, ac falſam opinionem! Quam multo feliciores nos Chriſtiani, qui credimus & confitemur, Deum nos noſtrosque de ventre extrahere. *Tu Deus extraxiſti me de ventre*, inquit *David*, ſive *Chriſtus*, *Pſalm. 22, 10* Bene etiam *Paraphraſt Chaldaica, ad Gen. caput 30, 27.* quatuor claves Deo, ac Domino univerſi ſoli attribuit: nempe *clavem pluviæ, cibationis, ſepulcrorum & uteri. De clave pluviæ* (ita *Chaldeus*) *ſcriptura ſic dicit: Aperiet tibi Dominus theſaurum ſuum bonum, cœlum, ut det pluviam, Deut. 28, 12. De clave cibationis: Aperiet manum tuam, &c. Pſalm. 145, 6. De clave ſepulcrorum: Cum aperuero ſepulcra veſtra. Ezech. 37, 12. De clave uteri ſeu ſterilitatis. Gen. 30, 22. Aperuit Deus uterum Rachelis.* Addam his ego, *ὡς ἐν παρόδῳ, quatuor claves* alias, quibus ſolus Deus aperit ac reſerat ſpiritualia: quarum eſt *prima clavis Sciptura S. quæ liber* vocatur *clauſus, Eſa. 19, 11.* Secunda *cordis humani*, quod Spiritus S. aperit, in convertendo. *Act. 16, 14.* Tertia *Gratia divina*, per remiſſionem peccatorum, *Matth. 16, 19. c. 18, 18.* Et quarta *mortis & inferni, Apoc. 1, 18.* Has vero claves omnes junctim complectitur clavis univerſalis gubernationis, *Eſa. 22, 22. Apoc. 3, 7. D. Michaël Waltherus Offic. Bibl Repoſitor. 2. arcula 1. § 713.*

§. II. Neque vero meliore de luto fuerunt præcordia Græcis Romanisve, prudentiſſimis alias ſapientiſſimisque hominibus: & parum abeſt, quin hos longe abſurdiores Slavis pronunciem: Græcis quidem ſaltem una λοχεία, ſed Romanis plures ejus furfuris Deæ fuerunt, quas parturientibus adeſſe cenſebant. Græcis autem *Diana* (*Diana* habet patrocinium obſtetricandi, *Abdias Hiſtor. Apoſt. lib. 3. c. 30. Cicero l. 2. de Nat. Deor. Ut apud Græcos Dianam eamque Luciferam: ſic apud noſtros Junonem Lucinam in pariendo invocant.*) dicta eſt λοχεία, quaſi *partus arbitra*: & Romanis *Dii Nixii*, *Feſtus: Nixii Dii appellantur in Capitolio tria ſigna ante cellam Minervæ genibus nixa, velut præſidentes parientium nixibus: Egeria* Nympha, *unde ei ſacrificabant gravidæ, ut egererent alvo conceptum: Proſa item, & Poſtverta, quarum illa etiam Anteverta dicta eſt: ut nos docet Macrobius lib. 1. Saturnaliorum cap. 5. (al. 7.) p. 102. Proſa ex Prorſa*, id eſt, *recta*, ut rectus partus ederetur. *Varro* apud *Agellium Noct. Attic. lib. 16. c. 16.* Quandoque *pueri contra naturam forte converſi in pedes, brachiis plerumque diductis retineri ſoleat, ægriusque tunc mulieres enituntur. Hujus periculi deprecandi gratia, aræ ſtatutæ ſunt Romæ duabus Carmentibus, quarum una Poſtverta nominata eſt, Proſa altera, a recti perverſiq; poteſtate & nomine. Egredienti in lucem fætui præerat Natio, quaſi nativitatem dicat. Cicero lib. de Nat. Deor. Cum fana circuimus, in agro Ardeati rem divinam* (ei) *facere ſolemus, quæ jam partus matronarum tueatur, a naſcentibus Natio nominata eſt.* Denique edito in lucem, & nato infante, *Statina* culta eſt, ut puero in terra poſito præeſſet. Solebat enim obſtetrix naſcentem infantulum mox in terram ſtatuere, qua pueri in terram poſitione Statinae Deæ utpote pueritiæ præſidi, conſecrabatur. *Prima etiam conſtitutio infantis ſuper terram, Statina Dea ſacra eſt, ita Tertullianus* in libro de Anima. Conſtitutum ita, ſive humi depoſitum parens de terra tollebat, & in ſinum ſuum recipiebat. Quo *Statius Epiced.* in *Fil.*

- - Meus, ille meus tellure cadentem
Excepi, & vinctum geniali carmine fovi.

Epiced. in Glauc. - *Raptum ſed protinus alvo*
Suſtulit exultans, ac prima lucida voce,
Aſtra ſalutantem, Dominus ſine mente dicavit,
Amplexusque ſinu tulit & genuiſſe putatur.

Claudianus in Ruffinum lib. 1.
Ruffinus, quem prima meo de matre cadentem
Suſcepi gremio, reptavit parvus in iſto
Sæpe ſinu. -- --

Quare *ſuſcipere*, vel in gremium tollere, ſonabat perinde antiquo loquendi more ac patrem fieri. Fortaſſis autem iſti ritus a judæis ſunt ſumpti, ait enim in huncce morem reſpiciens *David, Pſal. 71, 6. Tibi innitor inde ab utero, a viſceribus matris meæ tu abripuiſti me, in te eſt laus mea jugiter*; ita ſentit *Joan. Dorighteſus, Analect. Sacr. Excurſ. 143. p. 380.* Aſt de his *Jo. Saubertus de Sacrific. cap. 3. pag. 42. ſ.* aliique; nos nunc de *Slota Baba* verba faciemus.

§. III. Obſerv. (1) *Nomen Slota Baba.* Scriptura genuina Slavica nominis eſt **Zlota Baba**: & legitur *Slota Baba*, S. initiale in *Slota* leniſſime pronunciando: Slavis enim diſtinctionis gratia litera Z. S. lene valet: ſicut & hoc jampridem, & ante me, *Julius Cæſar Scaliger Exercit. 106. num. 3. de ſubtilitate obſervavit*, inquiens: *Ad oppidum* Slotam, *ſive* Zlotam, *utroque enim modo*

deſcribimus. Variant tamen Scriptores Deæ vocabulum: ſiquidem βάβια, ſcribitur apud *Photium* Cod. CCXLII. & βαβαὶ apud Heſychium, *Babia*, apud *Seldenum* de Diis Syris Syntagm. 2. c. 4. & *Saubertum* de *Sacrif.* c. 3. p. 43. *Zlota Baba*, apud *J. C. Scaligerum* de *Subtilit. Exerc.* 112. num 1. *Zolota Baba*, apud *Alexandrum Gvaguinum* Sarmat. Europ. f. 85. & *Boxbornium de Republ. Moſcov.* Part. I. p. 51. Alibi apud hunc vocatur latina interpretatione, *Aurea Anus*, lib. cit. p. 53 nec non *Aurea vetula*, de *Republic. Moſcov. Part. 2. p. 45.* Solata Baba, eine alte göldene Vettel, ita *Eraſmus Franciſci* in Exoticis num 65. p. 536 & *Miſander Delic. Bibl. N. T. Tom. I. quæſt. 6. p. 597.*

§. IV. Obſerv. (2) *Etymon Slota Baba.* Nomina duo ſunt, quorum ſubjectum poſterius ſignat, ſed prius metaphorice ipſius qualitatem. Baba enim Sorabis, Bohem. Polon &c. *anus, vetula, mulier provecta ætate*, & Synecdochice avia, it. *obſtetrix*, quod vetula illa ut plurimum eſſe ſolet. *Damaſcius* in vita *Iſidori*, βαίβια, & *Heſychius* βαβαὶ legunt, & pro voce Syriaca habent. *Seldenus de Diis Syris Syntagm. 2. c. 4. p. 296. edit. Lipſ. ann. 1672.* ita: *Ad Syriam Venerem referenda ſit nec Babia pueritiæ atq; adoleſcentiæ, ut videtur, Dea, apud Syros culta, nequeo conjectare: nec de eo numine alibi quid memini occurriſſe, quam in Damaſcii vita Iſidori apud Photium Cod. CCXLII. Verba ejus adjungam:* βάβια δὲ οἱ Σύροι, καὶ μάλιστα οἱ ἐν Δαμασκῷ τὰ νεόγνα καλοῦσι παιδία· ἤδη δὲ καὶ μειράκια ἀπὸ τῆς παρ᾽ αὐτοῖς ὀνομαζομένης Βαβίας θεοῦ. id eſt, *Babia Syri, & maxime qui in Damaſco pueros recens natos, jam vero & adoleſcentes a Babia, quæ apud illos Dea putatur vocant. Alias* βαβαίας *legitur. Neutrum magis intelligo, quam ut locus hic de ea ſingularis docet. Meminit* βαβαὶ *Heſychius in vocabulo* Ἀμάν, *& vocem ait eſſe Syriacam, atque* σύγχυσιν, *ſeu confuſionem ſignificare. Id ſane Babel ſonat Ebraico.* Verba ejus: Ἀμὰν ἑβραϊστί, βαβαὶ Συριστί· ἑλληνιστὶ σύγχυσις. Hæc *Seldenus.* Poſſem concedere Syris Damaſcenis olim βάβια vel βαβαὶ, dictam fuiſſe vetulam ſive obſtetricem; ex Ebr. אבב *abbab, benevoluit*, it. *pater*, aut *mater fuit*, vid. *Orig. Lingv. Sorab* lib. 4 c. 2. p 1608. ſeq. *Wilhelm Dampier* Reiſe um die gantze Welt, Part. I. cap. 18. p. 936. Ein Weib heiſſet überall in Oſt-Indien, nach Malaiſcher Sprache, *Babbi*, und *Mamma*, ein Mamm. Sed quid ſi Syri illi *Hunni* fuerint, Sarmatice vel Slavice loquentes? vixit enim *Iſidorus Peluſiota*, in cujus vita vocabulum βάβια occurit, A. C. 440. ut *Bellarminus de Scriptorib. Eccleſiaſticis* p. 119. edit. Colon. anno 1684. & *Morneus*: vel A. C. 450. ut *Pelargus*: vel Anno 482. ut alii, *Gerhard. Patrolog.* p. 437. edit. Jen. anno 1653. volunt. Jam enim A. Chr. 395. Hunni ab ultima Mæotidis palude in Aſiam, Syriam ac Palæſtinam irruperant, *Calviſius Chronolog. p. 572.* quos Hunnos vero e Juhoria, ſeu Jugra, vel Juhra, extrema regione Moſcoviæ, primo exiſſe docti alii exiſtimant. *Boxbornius de Republ. Moſcov. Part. 1. p. 48.* Slavorum ergo vel genus, vel vicini Hunni fuerunt: quamobrem facile credam, quod una cum iſtis Hunnis vocabulum βάβια in Syriam ſit translatum; ex eoque tempore pro Syriaco habitum. Quod autem *Heſychius* ait, βαβαὶ Συριστί, ἑλληνιστὶ σύγχυσις, id eſt, *confuſio*: forte quod βάβαι ſecundum quosdam naturale balbutientis puerulorum lingvæ quoddam rudimentum ſit, & prima quaſi vox, a balbutie formata. Mihi tamen origo ejus alia eſſe videtur. Porro & Baba, mons Poloniæ; *Johannes Dlugoſſus* Hiſt Polon. lib. 1. f. 34. Baba *mons altiſſimus ſupra fluvium Sola, herbas multiferas germinans, & oppido* Zywiec *imminens*: puto per metonymiam adj. ſic dictum, quod babă, id eſt vetulæ herbas ibi ſedulo colligant. Sic Babe duſchka Sorabis, *carum, cuminum* pratenſe, Charbei, oder Feldkümmel, id eſt, *Vetula animula*. Quod vetulis valde conducat. Hinc etiam Babimoſt, *oppidum Poloniæ*, quaſi tu dicas latine, *Vetula pons.* Alterum vocabulum Slota, vel Zlota, *adjectivum* fæminini generis, id eſt, *aurea.* Sloty, vel Zloty, maſc. *aureus* ex ſubſt. Sloto, vel Zloto, *aurum.* Sic *Martinus Opitius in Poëmat pag. 85.* Denn Zloto, das heiſt Gold, auf Wendiſch. Qua de cauſa corrigendus erit *Jul. Caſ. Scaliger*, qui de *Subtilit. Exerc. 106. ſect. 3.* titulum facit, Zlota Gold legam Zloto, i. e. *aurum.* Porro *idem* loc. cit. ſic pergit: *Quod affines noſtri Septentrionales*, Gold & Golt id vicini item noſtri Orientales (i. e. Slavi) Zlota, (legas iterum Zloto,) *vocant. Eſtq; ab hoc* Slota, *vel* Zlota, (ſub intellige zemia, vel ſemia,) id eſt, *oppidum aurea telluris.* Sic & apud Tranſſylvanos eſt *Zlotna*, vel *Zlatna*, (leg. *Slatna*) oppidum, ſodinis aureis clarum, de quo *Opitius*, ubi ſupra:

> Denn Zloto, das heiſt Gold, auf Wendiſch: da die Stadt
> Zwar kleine, doch nicht arm, davon den Namen hat.

Vid. Eund. p 78. & 101. Denique dictum eſt idolum Zlota Baba, *Aurea Anus*, ſane quidem, non quod aurea figura ejus eſſet, aut ex auro conflata: ſed quia auro charius habeatur. Nam Slavis Zloty, maſc. & Zlota, fæm. (leg Sloty, & Slotay.) *aureus, aurea*, metaphorice is (ea) dicitur, qui *charus* vel quæ *chara nobis* eſt: perinde ut *Thren. 4, 2.* בני ציון היקרים המסלאים כפז *Filii Sion precioſi, æquiparati æſtimati ſunt auro*

puro,

puro, i.e. auro contra chariores. *Lutherus*: Die edlen Kinder Zion dem Golde gleich geachtet. Ad quem locum ita *D. Joh. Tarnovius p. 212.* מכלאים reddit *Chaldaus, pulcerrima erant forma, ſimiles auro puro. Vulgatus, amicti auro primo, quaſi vel ratione forma, vel ornatus conferrentur cum auro: ſed melius ſentiunt hi, qui credunt ita dici, quod fuerint tam pretioſi habiti, ut aurum*, die man möchte mit Gold aufwägen.

§. V. Obſerv. (3) *Slota Baba figura.* De hac ita *Boxhornius de Republ. Moſcov.* Part. 1. pag. 52. *In Obdoria regione eſt antiquisſimum idolum, e lapide exciſum, quod Moſcovitu* Golota Baba (leg. Zlota) id eſt, *Aurea Anus dicitur. Eſt autem forma mulieris vetula, infantem in gremio tenentis & alterum juxta ſe infantem habentis, quem nepotem eſſe illius, incola perhibent.* Quamobrem dicono haud ſatis ſubtilis & accuratus *Julius Caſar Scaliger de Subtilit. Exerc.* 102. num. 1. *Rupes imminet oceano Scythico, qua* Zlota Babba, (leg. Baba) *hoc eſt, Anus Aurea dicitur. Anus enim pra ſe fert formam. Eſt promontorium a ſpecie, quam refert.* Sic *ille.* Ceterum ut hoc addam, ſumpſit ſua *Boxhornius* ex *Alexandro Guagnino* de *Sarmatia Europaa* ubi ita fol. 85. *edit. Spir.* anno 1581. (qua de vid. *Sam. Joachim. Hoppius in Schediaſm. de Scriptorib. Hiſt. Polon.* fol. 10.) *In Obdoria regione ad oſtia Obdi fluvii, eſt quoddam antiquisſimum idolum, de lapide exciſum, quod Moſchovitis* Zolota Baba, *id eſt, aurea anus dicitur. Eſt autem ſimilitudo mulieris vetula infantem in gremio tenentis, & alterum juxta ſe infantem habentis, quem nepotem illius eſſe incola dicunt.*

§. VI. Sed ut *figura ratio* conſtet, paucis obſervandum: aſſignari duos infantes idolo: quod Baba Slavis duplicem ſignificationem, tum *obſtetricis*, tum *vetula*, ſive *avia ſynecdochice* obtineat: prioris ergo formæ ſeu poteſtatis cauſa, infantem in gremio tenet; quod illum veluti obſtetrix de ventre matris extrahere ſoleat: poſterioris autem reſpectu infans alter appoſitus, nepos intelligitur, qualem avia mediante filia generat. Amplius quia Aviæ non minori nepotes, quam ipſosmet liberos ſuos amore & cura proſequuntur, inde factum puto, quod idololatræ pro infante, veluti pro nepotulo *Slotam Babam* deprecantur, ne illum vel in calamitate deſerat, ſed quid faciendum ei, & quo migrandum ſit, probe ac diligenter curet. Videſis *num. 8.*

§. VII Obſerv. (4) *Slota Baba cultores. Obdorianos, Jubriſcos, Vobuliſcos, Chudorenſes*, & in genere *Moſcovitas* ſeu *Ruſſos* nobis nominat *Boxhornius*, & *Alex. Guagninus*, ut *num. 8. ſequenti* jam docebimus.

§. VIII. Obſerv. (5) *Slota Baba cultus.* Cl. *Boxhornius*, verbis iterum ſumptis ex *Alex. Guagnino* fol. 86. Sic pergit: *Hoc idolum* (Slotæ Babæ) *ab Obdorianis, Jubriſcis & Vobuliſcis, aliisq; conterminis gentibus* (1) *cultu latria colitur, praſtantiſſimasq;, & (2) maximi pretii pelles Zebellinas idolo offerunt, unaq; (3) cum reliquarum ferarum pretioſis pellibus, (4) cervos quoque ſelectiores ad ſacrificium peragendum mactant, quorum (5) ſanguine os, oculos, & reliqua ſimulacri membra perungunt. (6) Inteſtina autem cruda victima devorant, & (7) inter ſacrificandum ſacerdos idolum conſulit, quid ipſis faciendum, quove migrandum ſit. Dicuntur etiam in montibus vicinis huic idolo (8) tinnitus, boatusq; quidam audiri, qui perpetuum ſonitum, in modum clangoris tubarum edunt. Hoc autem nihil aliud eſſe exiſtimo, niſi inſtrumenta quadam illic antiquitus poſita, vel canales ſubterraneos ſic natura ipſa effectos, ut ventorum perpetuo flatu, ſonum boatumq; & clangorem continuum efficiant. Idem* paulo poſt, p. 53. ubi de Condora, alia provincia Moſcoviæ: *Ejus indigena, inquit, proprio idiomate utuntur, & Aurea Anus idolum colunt.* Et Part. 2. pag. 45. *Tartarorum confinia tenent Moſcovita idololatra: percelebre eſt illius* (illorum) *idolum, Aurea Vitula*, (lege Vetula) *ſi (9) qua gravior calamitas gentem premit, veluti fames, bellum, vel peſtis: idolum ſuum ſtatim conſulunt, quod (10) hoc modo faciunt: coram ſimulacro proſtrati preces fundunt, mox tympanum in medio ſtatuunt, quod forte lecti circumſtant, argenteum bufonem tympano imponunt: dein bacillo percutitur tympanum. Ac cui circumjacentium accedit bufo, protinus interficitur. Statim neſcio quibus idoli praſtigiis vita reſtitutus, malorum cauſas exponit. itaq; placato idoli numine, non ita multo poſt, publica calamitate liberantur.*

§. IX. Obſerv. (6) *Slota Baba deſtructio.* Dubio procul idolum nondum in omnibus locis imperii Moſcovitici deſtructum eſt, eo quod converſio gentium prædictarum tentata quidem, & quæſita, ſed abſoluta hactenus non fuit: maximam enim partem Septentrionales, cumprimis extremos ad hæc usque noſtra tempora idololatriæ addictos eſſe, ſcriptores memorant. Sic recentisſimus *Anonymus* in *Itinerario*, cui titulus, Reiſe nach Norden, edit. Lipſ. ann. 1703. de Samojedis cap. 41 p. 200. Sie beten Sonn und Mond an. Et cap. 82. pag. 255. Ich ſahe ſie frühe mit aufgehobenen Händen gen Himmel hinter der Thüre auf den Knien liegen, und die Sonne anbeten, welche ſie vor ihren GOtt halten. Et cap. 53. p. 264. ubi de incolis Novæ Semblæ: Wir ſahen auf denen Hügeln ausgehauene und in Form eines Menſchen vom erhobenen und ſehr dölpiſch gemachten Schnitzwercke, ausgearbeitete Bäume, und vor einer ſolchen Statue, zwey auf den Knien liegen, welche ihr Gewehr niedergeleget hatten, und dieſelbe anbeteten. Ibid. Wir ſahen von ferne zweene andere dergleichen Götzen anbeten, den die Zemblianer Felizo nennen, darein ſich der Teuffel ſetzt, und ſein Oracul oder Antwort giebt. Proinde quæ *Samojedarum*, & *Zemlanorum* conditio, eadem eſſe po-

poteſt *Obdorianorum*, *Jubriſcorum*, aliorumque ad mare glaciale habitantium; quos a cultu forſan *Slota Baba* nemo, ut dixi, prorſus ſe vocare, & convertere potuit.

CAPUT IX.

De Ciza, Dea Nutrice, vel Nutricum.

§. I.

CUm homo, opificium illud maximum manuum cæleſtium, in lucem eſt editus, eo ipſo momento, duas, ut ſic dixerim, arcas theſaurarias miſerationum ſuarum Deus ei aperit, quia *multa eſt fides ipſius*, *Thren. 3, 23.* ſcilicet ſui amoris unam, & alteram uberum matris. Quod ad primam attinet, *Deus ipſe amor eſt*, 1. Job. 4, 16. nosque longe *ardentius diligit, quam vel pater*, *Malach. 3, 17.* vel *mater*, *Eſa. 49, 15. Jerem. 31, 20.* quamobrem infantem, figmentum ſuum, non abjicit. De ſecunda legitor *Gen. 49, 25. Deus omnipotens benedicet tibi, benedictionibus uberum.* & *Hoſ. 9, 14. Da ipſis, Jehova, quid dabis? da illis vulvam abortientem, & ubera arentia.* In quæ verba *B. D. Sebaſtianus Schmidius in Commentario p. 424. Quemadmodum conceptio liberorum & nativitas eorum felix a Deo eſt; ita etiam nutritio & incrementa* (Sanctorius S. Statio. ſ. 1. Aph. 65, ait: Corpora virorum ſana & moderatiſſimo victu utentia, ſingulis menſibus fiunt ponderoſiora, unius ſc. duarumve librarum pondere; & redeunt ad conſvetum pondus circa finem menſis, ad inſtar mulierum, ſed facta criſi per urinam paulo copioſiorem vel turbidiorem. cit. *Garmannus de Miraculis Mortuor.* lib. 2. tit. 3 n. 6. p. 388.) *eorundem a Deo ſunt; Dicit hoc verſu Propheta. Da ipſis, &c. Habemus hic vulvam maternam, quæ vel non concipit, vel abortit: habemus ubera ſed arentia, ut lac non habeant, quo liberos nutriant. Utrumq; autem Deus dat, ſicut dicit Propheta: Da ipſis, &c. Qui vero aufert, idem eſt, qui donat. Et 4. Eſdr. cap. 8, 10. 11. Imperaſti ex ipſis membris, hoc eſt, mammillis, præbere lac fructui mamillarum, ut nutriant id, quod plaſmatum eſt, usq; in tempus aliquod, & poſtea diſponas eum tua miſericordia.*

§. II. Itaque prorſus credibile eſt, ex parte cognoviſſe Slavos veteres, niſi ſenſu plane ac ratione deſtitutos eos putemus, hanc ipſam Numinis T. O. M. bonitatem potentiamque, ſive ordinariam curam atque providentiam. Quia vero præoccupati erant falſo ſuo principio: quod Deus ſupremus cæleſtia tantummodo curet, ſequiores autem Dii inferiora. Hinc Deam quandam Deo ſubſtituentes, illi curam uberum ac nutritionem infantum detulerunt: more Romanorum, qui Ruminam coluerunt, quaſi illa ſit, quæ rumas ſive mammas ſugentium curet: imo & Græcorum, quibus *Aphneo* ſeu *Lacturno* eam eſſe provinciam demandatam, perſuaſum fuit. Huc *Pauſanias* lib. 8. f. 351. In *monte* (Arcadiæ Creſio) *templum ædificarunt* Aphnei, *quaſi* Lacturni, *vel uberis dicas. Nam cum Ærope Cephei filia vitium Mars obtuliſſet, puella quidem inter pariendum animam efflavit; At puer matrem complexus jam exanimem, lactis e mammillis ejus profluentem copiam hauſit. Id Martis voluntate fiebat: ejus rei gratia, Aphnei nomen in Deos relatum: puero ipſi Ærope nomen fuit.* Porro & Ægyptii *Iſidem* eſſe ejusmodi Deam, confinxerunt, quam ideo τίθην appellarunt, hoc eſt, *nutricem*, quod infantes nutriat: *Voſſius* de *Idololatr.* lib. 2. cap. 56. Hinc etiam *mammoſa* vocabatur; quemadmodum & Græcis *Diana mammoſa* & *multimammia* dicta eſt, quod ipſa ſit omnium viventium nutrix: *Druſius* ad *loca difficil.* Geneſ. cap. 45. Viſis igitur hactenus numinibus Slavicis quæ curam ſobolis in utero & partu curam gererent, ratio ordinis poſtulat, ut Slavorum opinioni inhærentes, Deam nunc ſubjiciamus, cui curatura ſobolis in gremio & ſinu matris jacentis commiſſa fuerit.

§. III. Obſerv. (1) *Nomen Ciza.* Vocabatur itaque hoc numen *Ciſa*, vel *Ziza*, ita legit *Voſſius* in *Phyſiologia* Chriſtiana & *Theologia Gentil.* lib. 9. c. 40. p. 612. poſterius *Ziza* it. *Zize*, legas apud *Abbat. Urſpergenſem* in Chronic. f. 308. *edit. Argentor.* anno 1540. Ab aliis *Ciza* ſcribitur: ita *Joh. Conradus Knautius* in *Prodromo Miſnia.* p. 296. & 297. Credam autem Sorabis olim dictam eſſe Zyz, aut Zyzata; id eſt, *mamma*, vel *mammoſa*: ſic enim lingvæ analogia ſuadet: ſed Polonis Dzidziela, ſynonymice, ſeu rectius Dziedziela, id eſt, *præſes hæredis*, aut *dans & conſervans hæredem*: Germ. Erhalterin des Erbes, aut Geberin der Erben: ex Pol. dziedzic, *hæres* (Boh. Dedic idem,) unde verbum Dziedzicze, (Bohem. Dediti) *hæredem eſſe*: item *hæreditatem accipere*; & *ſubſt.* Dziedzina, *hæredium*, ein Erbgut, &c. *Johannes Dlugoſſius Hiſt. Polon. lib. 1. f. 37. Venerem* (Poloni) *nuncupabant* Dzidziclia, *quam nuptiarum Deam exſtimantes, prolis fæcunditatem, & filiorum atque filiarum ab ea ſibi depoſcebant numeroſitatem donari.*

§. IV. Obſerv. (2) *Etymon Ciza.* Appellatio idoli ſumpta eſt ex Sorabico Zyz, id eſt, *mamma, mammilla, uber.* Bohem. & Polon. Cyc, item Cecek, diminut. Bohem. ſic & Germanis Zitz; idem. Vocis originem vid. in *Orig. Lingv. Sorab.* lib. 2. c. 2. p. 446. Hinc recte *Ciza* exponitur *Dea mammoſa*, *Dea mammillarum*, vel *lactantium*, aut *Nutrix* infantum, it. *Dea nutricum.* Sunt, qui ab hujus Deæ nomine, urbem Miſniæ ampliſſimam clariſſimamque Zeitz, dictam arbitrantur. Ita *Johannes Conradus Knaus*, loc. cit. p. 295. Zeitz, die Hochfürſtliche Stiffiſche

Re-

Reſidentz und Meißniſche Grentz-Stadt an der Elſter, drey Meilen von Naumburg, 5. von Leipzig; Deren Urſprung und Nahmen etwa Garzn und Urſperus einem alten Arminiſchen Kriegs-Obriſten Citoni, andere dem weiland zu der Wenden Zeiten daſelbſt venerirten Idolo Cereris ſeu *Ciza Dea mammoſæ* & altricis omnium rerum, &c. (Daher ſich auch noch einige Biſchöffe Numburgi & Mammillarum Præſules zuſchreiben angenommen,) zuſchreiben wollen. Maſſen dergleichen Fanum Cereris noch tempore Caroli M. allda geſtanden. *Voſſius loc. dict. Ab hoc nomine* Ciſa, *vel* Ciza, *nomen eſſe datum urbi* Ciſaræ, *ſive* Zizaræ, *in Noricis finibus, legas in fragmento illo, quod pro Vellejano, Wolfgangus Lazius vendicavit lib. 1. commentariorum cap. 8. cum revera ſit ex Chronicis Conradi a Lichtenavr, Abbatis Urſpergenſis ad annum MCLXVII.* vid. partem ejus infra *num. VI.*

§. V. Obſerv. (3) *Figura Cizæ. Voſſius* loco citato: *Hoc tempore non modo de effigie Cizæ nihil dicere habeo; verum ne illud quidem, utrum naturale, an animale fuerit numen.* ſic *ille.* Svadet tamen nominis ratio, quod effigies mammoſa prorſus fuerit, quimodo Iſidem, de qua ſupra, veteres formarunt.

§ VI. Obſerv. (4) *Cultores Cizæ.* Non vero eſt dubium, quin Ciza culta ſit (1) a *Sorabis*, utramque Luſatiam, Miſniam & partem Thuringiæ atque Saxoniæ, olim incolentibus; Nam *Citium* ſeu *Cizia* urbs Miſnenſis terræ, a *Ciza* ſic dicta eſt; *Ciza* autem vox & nomen eſt lingvæ Sorabicæ, (2) a *Polonis*, ſub Dziedzielä nomine. Vide teſtimonium *Jo. Dlugoſſ.* ſupra num. 8. (3) a *Svevis*, Sorabonum in Miſnia & Luſatia anteceſſoribus, & alibi habitantibus: & quidem (α) ſub *Iſidis* nomine; In rem noſtram ita *Tacitus de Mor. Germ.* c. 9 p. 635. *Pars Svevorum, &* Iſidi *ſacrificat; unde cauſa & origo peregrino ſacro, parum comperi, niſi quod ſignum ipſum in modum liburnæ figuratum, docet, advectam religionem.* Et *Johannes Aventinus.* Annal. Bojnr. lib. 1. f. 116. Iſis *mater Lybii Herculis regina Ægypti poſt cædem mariti, interitumque filii, in Germaniam, ad Svevum venit, frumenta temere incognita mortalibus inter ceteras herbas naſcentia reperit, ſerere, molere, & terere, & inde panes conficere docuit. Lanificii & olei, & vini uſum monſtravit, ob id Dea credita, Sveviq; eam conſecrarunt, atq; pro Dea coluerunt; ſignum ejus in modum liburnæ figurarunt, quæ doceret advectam religionem, peregrinamque ſacrum. Diſceſſit inde Iſis in Italiam,* Ceres *ibi, & Juno cognominata.* Leguntur eadem, apud *Andream Hondorffium*, ſeu interpretem ejus *Philippum Lonicerum, in Promptnario Exemplorum,* f. 59. edit. *Francof. ann 1598.* Bene autem *Philippus Cluverius Germ. Antiq.* lib. 1. cap. 27. p. 200. *edit. Guelferbyt. ann. 1663. Coluerunt* (Iſidem) *Deam eandem etiam Rhodii, teſte Appiano in Mithridaticis, & Meroitæ Æthiopes, teſte Strabone lib. 17. Pro Ægyptiaca tamen proprie habitam fuiſſe priſcis Græcis atq; Latinis ex auctorum lectione manifeſtum eſt. At quia & Ægyptii & Græci & Latini, & ſimul Germani noſtri,* (adde & Sorabos) *ſacra ejus eisdem coluerunt ritibus; haud obſcure inde patet, jam inde a diſperſione gentium, ex una Aſia omnes pariter, in ſuam quosq; terram, detuliſſe, quemadmodum & reliquorum numinum religiones, item ſacra & ceremonias. Quænam tamen hæc revera fuerit Iſis, haud facile quis dixerit, in tanta opinionum diſcrepantia. Iſin ergo eſſe lunam, ex Ægyptiorum Theologia jam conſtat. Lactantius lib. 1. cap. 11. Diogenes Laertius in proœmio. Diodorus lib. 1. Plato lib. 7. de leg. Dio Caſſius lib. 50. Signum tamen ejus cur fuerit navigium, haud facile dixerim, niſi ſuſpicari libeat, ſignificare id Noachi arcam, quæ celebrata fuit priſcis mortalibus, ob memoriam ſervati ab aquarum inundatione generis humani.* (β) Sub *Friga* nomine, a Semnonibus Luſatiæ Inferioris, ita *Kirchmajerus Commentar. ad Taciti de Mor. Germanor.* lib. c. 9. p. 156. ſeq. (γ) ſub *Ciza*, ſeu *Ziza*, nomine. Ita *Abbas Urſpergenſis in Chronico ad annum 1157. f. 308. Germanorum gentes primum conſidentes in partibus Rhetiæ, quæ nunc eſt pars Sveviæ, non longe ab alpibus in planitie, loco tamen munito, propter concurſum duorum rapidorum fluminum, urbem* (Auguſtam Vindelicorum) *conſtruxerunt, & non muris, ſed foſſatis eam firmaverunt, & ex nomine Deæ* Zizæ, *quam religioſiſſime colebant,* Zizerim *eam nominabant; Hujus quoq; Deæ templum, ex lignis barbarico ritu conſtructum, etiam poſtquam Romani eam incolere cœperunt, inviolatum permanſit, at vetuſtate collapſum, nomen colli ſervavit,* in quo *poſtmodum in lapide exculpti hi verſus ſunt reperti:*

Quem male polluerat cultura nefaria dudum,
Gallus monticulum hunc tibi Ziza tulit.

Unde usq; in præſens ab incolis idem monticulus Zizenberg *nominatur. Apud hanc Romani deleti ſunt magna cæde. Nam Titus Annius prætor, ad arcendas barbarorum excurſiones cum exercitu in Kal. Auguſti eam circumdedit, ipſeque ad meridianam oppidi partem, quæ ſola patebat, caſtra ſua cum legione Martia, operoſiſſime communivit. Ad occidentem vero ultra fluvium, ubi Svevis aut barbaris aditus patebat. Avar Bogudis regis filius cum omni equitatu & auxilio Macedonico conſedit. Igitur quinquageſimo nono die, quam eo ventum eſt, cum is dies deæ Zizæ apud barbaros celeberrimus eſſet, ludum ad laſciviam, magis quam formidinem cives oſtentarunt. Tunc enim immanis barbarorum multitudo, quæ de partibus Sveviæ illuc convenerat, de*

proximis ſilvis repente erumpens, ex improviſo caſtra irrupit, & Avaris exercitum delevit. Ipſum quoq; Avar regio habitu indutum, vivum comprehendentes, crudeliter in modum pecoris mactaverunt. A quo in loco, ubi mactatus eſt, vicus usq; hodie appellatus eſt Criecbes Averoni, in quo hi verſus reperti ſunt:

His nomen terris Bogudis dat regia proles
Gracus Avar pecudis de Suevis more litatus, &c.

(4) a *Thuringis*, ita *Autor Anonymus* Thüring. Merckw. Geſchichte, cap. 13. p. 58. ſeq. edit. anno 1685. in 4. Einige meinen, unter den abſonderlichen Thüringiſchen Götzen, wäre Iſis, die in dieſem Lande Ziz ſoll geheiſſen haben, mit geweſen. Dieſe Deaſtrin hat zwar anfangs ihren Anhang in Egypten gehabt, nochgehends haben auch die Schwoben, der Hermundurer und Catten Vorfahren, nebſt andern Völckern, ihr Opffer gebracht; Dannenhero meinet der gar zu frühe geſtorbene, allein ſehr gelehrte junge Mann, Elias Schedius, Syntagm. de Diis German. Eißleben, (vielleicht auch Eiſenberg in Oſterlande) hatte den Nahmen von dieſer Göttin. Althammerus Schol. in Tacit. nebſt Herrn Jacob Webern Superintenden zu Ordruf Conc 2. van der Bekehrung der Thüringer, (da die Iſis hiebevor auch ſoll veneriret worden ſeyn) wie auch einer, deſſen Nahme in Binharts Chronicke ſtehet, ſagen, Eiſenach allwo dieſe Göttin angebetet worden, wäre von ihr benahmſet,

-- *Neſſi hic in valle decora*
Iſidis urbs altum tollit ad aſtra caput.

lauten des letzten ſeine Worte: man läſſet billich einem jeden ſeine Einfälle; obgedachte Städte können auch wohl von Eiſen ihren Nahmen führen.

§. VII. Obſerv. (5) *Cultus Cizæ*. Sane ipſum nomen nos docet, fuiſſe *Cizam* habitam (1) pro *Dea lactantium, lactentiumve*: & ab aliis etiam (2) pro *Cerere*, id eſt, matre terræ, ſegetisque inventrice: ſic *Johannes Conradus Knaut* loc. cit. *Ceres ſive* Ciza *Dea mammoſa, & altrix omnium rerum.* Et pag. 379. Ciza, *ſive Ceres alma mater, & altrix rerum omnium.* Amplius, ex *Joh. Dlugoſſi* verbis conſtat, *Cizam* ſive Dziedzielam cultam fuiſſe (3) tanquam *nuptiarum Deam*; & (4) quæ donaret parentes fœcunditate prolis, filiorumque & filiarum numeroſitate. Denique, ut ex *Abbate Urſpergenſi* patet, *Cizæ* (5) in honorem templum extructum eſt, & (6) ludi celebrati ſunt.

§. VIII Obſerv. (6) *Cizæ deſtructio*. Et quidem (1) apud *Sorabos Miſniæ*: Huc ita Joh. Conrad. Knaut in Prodr. Miſniæ p. 296. Das Fanum Cereris (ſive Cizæ) hat noch tempore Caroli M. zu Zeitz geſtanden; der alsdenn ein Kirchlein und Cloſter Canonicorum Regularium daſelbſt angelegt, ſo hernach von Kayſer Ottone M. zum Stifft geſchlagen worden, wie Brotuf. vorgiebt. Dittmarus hingegen affirmiret, daß mehrgedachtes Idolum erſtlich von Henrico Aucupe, als die Stadt Anno 924. (gleich Zwickau, Merſeburg, Altenburg, Borna; &c.) zuerſt mit Mauren umzugeben, angefangen, niedergelegt, an deſſen ſtatt aber der Cultus Mariæ eingeführet worden; darauf denn bald eine ſo ſtarcke Wallfahrt angangen, daß nachmahls bey Fundirung des Stifftes und Erweiterung der alten Capelle zur Haupt-Kirche, man die Rüſtung derer pro anathemate, von denen geſund wordenen Perſonen zurückgelaſſenen Inſtrumenten, an Aexten, Beilen, Parthen, Krücken, Schienen, &c. auf viel Wagen wegführen müſſen. *Petrus Albinus Chron. Miſn.* tit 22. p. 568. Das dritte Biſthum im Lande zu Meiſſen, zu Zeitz, hat auch Kayſer Otto der erſte, fürnehmlich für die Sorben-Wenden, wie Stella ſchreibet, aufgerichtet, und wie das Merſiburgiſche, Brandenburgiſche und Havelburgiſche, dem Ertz-Stifft zu Magdeburg unterwoerffen. Soll zuvor daſelbſt auch ein Cloſter Canonicorum Regularium, von Carolo M. oder ſeinem Sohne, ſeyn erbauet geweſen, wie *Brotuff.* meldet *Chron. Mersburg*. lib. 1. cap. 18. & lib. 2. cap. 3. Addam his verba Illuſtriſſimi Ditmari, ad quæ provocat *Knautius*: ita autem ille *Chronic. Mersburg*. lib. 1. fol. 12. *Antiquum opus Romanorum muro* (Henricus Auceps) *in Mersburg, decoravit lapideo, & infra eandem ecclesiam, quæ nunc mater eſt aliarum, de lapidibus conſtrui, & XIV. cal. Junii præcepit dedicari. Ceteras quoq; urbes ad ſalutem regni, & templa Domino, ob remedium animæ devotæ mente fabricavit.* Sed in his omnino nihil quicquam de *Ciza* idolo. (2) apud *Sorabos Luſatiæ*. Hos vero *Cizæ* cultum tanquam exſecrandum, abjuraſſe in converſione ſua, certum eſt; ſed de hac diximus in capite de *Svantovito*. (3) Apud Polonos jam a tempore *Miecislai* Dzidzielä religio abrogata eſt. vid. caput de Dzievonia. (4) apud *Svevos*, de horum converſione facta poſt annum Chriſti 537. legendus *Jo. Aventinus, Annal. Bojor*, lib. 3. f. 192. ſs. (5) Apud *Thuringos*. De horum converſione ſcripſit eruditum opus, ſub titulo *Antiquitatum Gentiliſm. Chriſtianiſmi* B. & *Caſpar Sagittarius*; docet autem Saxones, depulſis anno 640. Sorabis, in terra Thuringica anno Chriſti 818. & ſequentibus Chriſti doctrinam & fidem amplexos eſſe.

CAPUT X.

De Potrimpo, Deo ſufficientiæ, ſive victus & amictus.

§. I.

SEntentia œconomiæ eſt, quam *Siracides* literis mandavit, cap. 29, 25: *Initium vitæ*

homi-

hominis, aqua & panis, & veſtimentum, & domus protegens turpitudinem. Et iterum cap. 39, 31. *Initium neceſſaria rei vita hominum, aqua, ignis, & ferrum, ſal, lac, & panis ſimilagineus, & mel, & botrus uva, & oleum & veſtimentum. B. Lutherus* verba poſteriora ſic interpretatur: Der Menſch darf zu ſeinem Leben, Waſſer, Feuer, Eiſen, Saltz, Mehl, Honig, Milch, Wein, Oele und Kleider. Eſt vero quoque Sententia *eccleſia*, quæ priora illuſtrat: *Lauda Hieruſalem Dominum, cane Deum tuum Sion: quia confortavit vectes portarum tuarum; benedixit filiis tuis in medio tui: qui poſuit terminum tuum pacem, adipe frumenti ſaturavit te, qui emittit eloquium ſuum terra; velociter currit ſermo ejus, Pſalm. 147, 12. 13. 14. 15. Hieronymus Seridonenſis in Comment. h. l. Thom. VIII. Oper.* f. 100. ſeq. hæc quidem verba *per metaphoram* ad beneficia eccleſiæ N. T. Spiritualia applicat: quem ſequitur *Lyra Brabantinus* in Poſtillis: ſed bene *ὁ μακαρίτης Lutherus Comment. in h. l. Tom. V. Jen.* Germ. f. 462. Dieſer Pſalm iſt ein Lob und Danck für (NB.) die leibliche Wohlthat GOttes, die da heiſt ein gut Jahr oder gute Zeit, darinnen GOtt Friede und Frucht auf Erden giebt, daß man ſich nehren und regieren kan. Ultima autem verba, qui emittit eloquium ſuum terræ, velociter currit ſermo ejus: ſic *Idem* exponit f. 467. Hie zeiget David an die güldene Kunſt, durch welche GOtt (NB) alle leibliche Wohlthat ausrichtet und giebt; ſpricht, es koſte nichts mehr, denn ein Wort, das heiſt fiat, Gen. 1. denn er darff keiner Eſſen, Hammer, Ambas, noch Zangen darzu, daß er die Rigel veſte macht, er darff keines Stein noch Kalck darzu daß er Frieden ſchaffe: er darff auch keiner Frauen, weder Handels noch Müntzes dazu; daß er die Kinder drinnen reich und glückſelig mache; alſo darff er auch keines Pflugs noch Egr dazu, daß er uns ſättige mit Weitzen, ſondern er ſpricht zum Riegeln ſeyd veſte, ſo ſind ſie veſte, und zum Bürgern, ſeyd reich und glückſelig, ſo ſind ſie reich und glückſelig; und zu den Grentzen, der Friede ſey bey euch, ſo iſt Friede da; und zur Erden, trage Weitzen, ſo trägt ſie Weitzen, wie der 33. Pſalm auch ſagt, wenn er ſpricht, ſo ſtehets da; und Pſalm 78. Er ſprach, da kam Unziefer. Alſo hie auch, er ſendet ſeine Rede zur Erden, das iſt, er redet mit der Erden, und alles was auf Erden iſt. Solcher weiſe redet der 107. Pſalm, von denen ſo todt kranck ſind, und doch geneſen; Er ſendet ſein Wort, und macht ſie geſund; das iſt: Er ſpricht, ſey geſund, ſo wird man geſund; alſo, daß er keiner Artzney bedarff, ſondern ſpricht ſie mit ſeinem Wort geſund. Item, Pſalm 148. Feuer, Hagel, Schnee, Dampff, und Sturm-Winde, die ſeine Wort ausrichten, das iſt, ſie thun, wie er mit ihnen redet, ſeine Reden oder Sprechen, iſt ſo viel als ſchaffen; wie wir leſen Gen. 1. daß er die Welt geſchoffen hat durch ſein Sprechen. Und Paulus, Röm. 4. Er rufft dem, das nicht iſt, daß es ſeyn, oder werden muß; und ſein Wort, ſagt er, läufft ſchnell, das iſt, es geſchicht flugs, und ſo bald alles, was er will, und ſo bald er ſpricht, ſo ſtehets da, wie Geneſ. 1. GOtt ſprach, und es geſchach. Es iſt nicht ſo ein faul, kranck, todt Wort, wie der Menſchen Wort und Gebot iſt: Wenn dieſelbigen gleich viel heiſſen und gebieten, ſo geſchicht doch nichts, oder gar wenig; denn auch der König und Herren Wort oder Gebot geſchicht wenig und langſam, es läufft nicht alſo: es kreucht und ſchleicht mit guter maſſen; wie man ſagt: Es iſt der Herren Gebot, das iſt; es geſchicht nicht. Ja wo nicht GOttes Wort dazu kommt, und ſpricht, was du König oder Fürſt heiſſeſt, das geſchehe, ſo wird gar nichts draus; es muß ſein Wort dazu thun, und dem Gebot des Fürſten, Krafft, und denen Unterthanen, Furcht und Gehorſam zuthun, geben; ſonſt wirds wohl heiſſen, und bleiben ein Herren Gebot. Aber wenn GOtt zur Erden ſpricht, grüne, ſo grünet ſie flugs daher; laß wachſen, ſo wächſt der Halm daher; trage Weitzen, ſo trägt ſie Weitzen, und geſchicht alles flugs und bald; wie wir für Augen ſehen, daß ſein Wort nicht kreucht, ſondern läufft; ja es ſpringet, und thut es in einem Sprung und in einem nu. Als wenn er heiſt Friede in den Grentzen ſeyn, ſo iſt der Friede alſobald da; den ſonſt kein Fürſten Gebot ſchaffen und erhalten kan; Wenn er die Leute in der Stadt ſegnet, und heiſt ſie Glück haben, ſo ſchlägt flugs eytel Glück zu; da ſonſt kein Handel noch Werbung zu helffen kan: Wenn er heiſt die Riegel veſte ſeyn, ſo iſt die Stadt wohl verwahret und beſchützt, da ſonſt keine Mauer noch Wehr es ſchützen und verwahren kan. Denique concludit B. Vir practice monſtrans (1) *διδασκαλία*. Dieſer Vers beſtätiget, daß Schutz, Glück, Friede, und täglich Brod im Lande, nicht unſer Kunſt noch Krafft, ſondern GOttes Wohlthaten ſind und heiſſen ſollen. Und wo GOtt nicht durch ſein Wort alles ſchaffet, ſo hülffe doch alle unſere Mühe und Arbeit nichts; Denn mit aller Menſchen Arbeit vermöchten wir nicht einen Halm aus der Erden zu bringen, oder zu erhalten, ſchweige denn mit Weitzen zu ſättigen; auch nicht einen Hund zu vertheidigen, ſchweige denn Frieden in den Grentzen zu ſchaffen, auch nicht einen Heller zu gewinnen, ſchweige denn reich und glückſelig zu werden; auch nicht einer Fliegen zu wehren, ſchweige denn die Riegel veſte zu machen. Es heiſt, ſein Wort: und nicht unſere Hand, ſeine Rede, und nicht unſere Kunſt, ſchaffts und bringets zu wegen. (2) *παράκλησις*. Es iſt aber auch für uns tröſtlich, alſo geredt, unſern Glauben zu reitzen und ſtärcken. Denn weil wir hören, daß wir einen ſolchen GOtt haben, der alle Ding ſchaffet und thut ſo leichtlich, daß ihm nicht mehr als ein Wort

(X) 3 koſtet,

koſtet, ſollen wir ja mit Freuden und gantzen Ernſt erwegen, ihm gerne trauen, und glauben, daß er alles geben und helffen könne, und wolle, wider alle Pforten der Höllen; O wer das glauben könte! &c. Hæc *Theander Lutherus.*

§. II. Quam turpiter ergo & miſerabilem in modum Slavos pertraxit in errorem craſſiſſimum, *ἀνθρωποκτόνος* & *ψεύστης* ille Diabolus, Joh. 8, 14. nimirum ut non crederent, a potentiſſimo, piiſſimo, & benigniſſimo Deo, Patre luminum, per quem *πᾶσα δόσις ἀγαθὴ, καὶ πᾶν δώρημα τέλειον ἄνωθέν ἐστιν*: Jac. 1, 17. conferri ſibi *πᾶσαν δόσιν ἀγαθὴν*, ſed proficiſci prorſus ab idolo ſuæ mentis quicquid neceſſe eſſet aut opus. Noverant enim probe, non poſſe ſane per omnem vitam ab uberibus maternis hominem pendere; quia creſcentibus annis creſcat cupiditas, & neceſſitas longe copioſioris alimoniæ: noverant utique opus eſſe & pane, & carne, aqua & igne, veſtibus atque habitaculo; nec tamen, ne quid deeſſet, ne paupertate premerentur, neve ſiti, fame, ac frigore urgerentur, Deum immortalem, ſed neſcio quem, *Potrimpum* deprecati ſunt. Hunc vero nomen ſaltem fuiſſe, non numen vere dixeris: nihilominus in iſtum unum omnem ſpem Slavi habuerunt; & factum inde eſt, ut nec Dominum laudarint, nec Deum cecinerint; quod tamen David & eccleſia jubeant: *lauda Hieruſalem Dominum, cane Deum tuum Sion. &c.* Similem autem cum Slavis errorem erravere *Græci Romaniq;*: utpote quibus ſolemne erat infantulos ſuos *Educa* & *Potina*, tanquam eſus ac potus præſidibus commendare, quam primum ſuccreſcerent & a maternis uberibus ſepararentur; ſed & validos, ac greſſui pares *Statilio* vel *Statino* Deo dicabant, initiabantque: utrumque feſtis initiationis diebus factum eſt: quorſum ita *Terentius Phorm.* 1.1.

porro autem Geta
Ferietur alio munere, ubi hera pepererit;
Porro alio autem ubi erit puero natalis dies,
(alio) *ubi initiabunt.*

Atque talia quidem feſta initiationis Græcis videntur fuiſſe *τιθηνίδια* appellata: qualia Spartanis olim nſitata fuere: ut ſcribit *Athenæus* lib 4. Dipnoſ. *Copidem parare licet (extra civitatem) Spartiatarum, cuicunque collibitum eſt, In civitate vero τοῖς τιθηνιδίοις καλουμένοις ὑπὲρ τῶν παίδων, Tithenidiorum feſtis diebus, quos pro infantium ſalute celebrant.* Τιθήνη enim *nutrix* eſt, *lactatrix*, *alumna proprie*: docente *Suida*: ſive ſit mater, ſive aliunde conducta. Τιθηνίδια igitur, ſi locus conjecturæ detur, feſta quædam erant, quæ ob lactationis tempora feliciter elapſa, ab infantum parentibus vel cognatis ritu ſolito obſervabantur. *Joan. Doughtejus* Analect. Sacr. excurſ. 12. p. 27. Et credibile eſt, ejusmodi feſta ſumpſiſſe gentes a Patriarchis vel ab ipſo Abrahamo, *Gen* 21, 8. Hic tamen ablactationis die ſacro Iſaacum ſuum, non *Educa*, aut *Potina*, ſed Deo tradidit. Sed nunc ad *Potrimpum*, illum Slavorum *Educum* & *Potinum*, qui pueris ablactatis, ut ajunt, eſum atque potum præbuerit, nos convertimus.

§. III. Obſerv. (1) *Nomen Potrimpi.* Itaque Slavis idolulatris in medium collucatis, protinus τὸ *βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως*. *Matth.* 24, 15. primo quoad nomen, intueamur. Vocatur *Patrimpo*, ſic ſcriptum legitur apud *Alexandrum Gvagninum* Sarmat. Europ. fol. 64. b. *Gerhard. Joh. Voſſium de Idololatr.* lib. 2. c. 1. p. 307. & *Joh. Saubertum* de Sacrific. c. 16. p. 365. *Patrimpus* & *Potrimpus*: ſic legitur apud. *Chriſt. Hartknoch* Diſſert. 7. de Reb. Pruſſicis p. 134. *Potrimpus*, apud *Joan Meletium* Epit. de Relig. & Sacrif. Vet. Boruſſor. ad *Georgium Sabinum*; itemque ap. *Boxhornium* de Republ. Moſc. Part. 1. pag. 167. *Georgium a Polenz, & Paulum Speratum* in Præfat. Agend. Eccleſ. alioſque, vid. *Hartknoch.* loc. cit.

§. IV. Obſerv. (2) *Etymon Potrimpi. Clariſſ. Hartknoch de Reb. Pruſſ. diſſert.* 7. p. 134. & ſeq. de etymo idoli ſic commentatur: *Martinus Murinius*, inquit ille, *in Chronico Pruſſico, quod Polonico ſcripſit idiomate, c. 4. p. 6. Potrimpum exiſtimat fuiſſe Larem, ſive unum ex Diis penatibus. Videtur autem hoc ex ipſo vocis etymo probare velle, quando ſcribit, Potrimpum dictum eſſe, quaſi Polonice diceres,* Bog Oyczyſtych; exiſtimat ergo Patrimpium, a voce Græca ſimul & latina *Papos*, derivari poſſe, unde Bog Oyczyſtych, Deus patrius; nam Bog, Deus, & Ociec, *pater*, ab hoc Oyczyzna, *patria*, & Oyczyſty, *domeſticus*, Polonis. Verum enimvero contorta hæc noiſtio videtur. Raro enim *Patrimpus*, ſæpius autem *Potrimpus* iſtud numen appellatur; quapropter Slavicum eſſe nomen putarim, (Pruſſi enim pars Slavorum ſunt.) ductumque a nomine Potreba, Sorab. vel Potrzeba, Polon. id eſt, *indigentia*, *neceſſitas*, Germ. die Nothdurfft, Bedürfuiß, it. *prælium, pugna, dimicatio, certamen, conflictus, acies.* Ab hoc porro Potrebny, vel Potrzebny, *indigus opis*, *indigens*, nothdürftig, it. *neceſſarius, perneceſſarius*; quo opus nobis eſt. Et Potrebnoſoj, *neceſſitas*, *indigentia*; Verbum eſt Potrebam/ aliis Potrzebam, aut Poczebam, *egeo, indigeo, opus habeo*: it. *potis ſum, copiam habeo, audeo* ich bedarff, bin benöthiget, it. ich kan, mag, darff habe Macht, Potrzebuie, Polon. idem: Ex præpoſitiune Po & Verbo trebam, vel tezebam, *egeo*; Igitur *Potrimpus* Pruſſorum olim lingva Potreba, vel Potremba, dictus metonymice, quaſi dicas Boh ant Bry teje Petrebe, Potrebnoſoje, id eſt, *Deus indigentiæ, neceſſitatisq;*, vel *Deus curationis*, verbo *Apuleji:* qui ea procurat, quæ ſunt ad vitam agen-

agendam ſuſtentandamque neceſſaria. Germ. ein GOtt der Nothdurfft, der alles, was man zum Leben bedarff, giebet und anſchaffet. Nec vero obſtat, quod in Slavica, Sorabica, & Polonica voce Potreba, vel Potrzeba, M. litera media deficiat, extans in vocabulo Potrimpus;) potuit enim Pruſſis olim, Potremba, in uſu eſſe per epentheſin, pro Potreba; qualis Lithuania vox eſt, Slompy, ſed Sorabis Slupy, & Polonis Slapy, *avarus*, *parcus*, *tenax*; ſatis de etymo.

§. V. Obſerv. (3) *Figura Potrimpi.* Potrimpus *imberbi, ac lætantium, ridentiumq; in morem liberaliter exporrecta fronte referebat juvenem, caput viridante e ſpicis corona, præcinctum. Ridebat enim Percuni torvam in ſe tuentis ſive immanitatem, ſive vanam ſine viribus iram, ut habet Thomas Clagius lib. 1. Linda Mariana cap. 8. p. 44. Conſentiunt Hennebergerus, Schützius, Waiſſelius*, alii. Hæc *Chriſt. Hartknoch.* diſſert. cit. p. 134.

§. VI. Aptiſſime etymo ſuo, quod nos eruimus, figura reſpondet: (1) *Caput viridante e ſpicis corona* præcinctum erat: putabant enim *Potrimpum* unum Deum eſſe, qui fruges herbasque & olera, quibus vivant homines, e terra annuatim produceret. Ita autem *David* de Deo Creatore & conſervatore rerum omnium, *Pſalm* 64, 10. 11. 12. *Viſitaſti terram, & inebriaſti eam, multiplicaſti locupletare eam: flumen Dei repletum eſt aquis, paraſti cibum illorum, quoniam ita eſt præparatio tua. Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus, in ſtillicidiis ejus lætabitur germinans. Benedicens coronæ anni benignitatis tuæ, & campi tui replebuntur ubertate.* Et *Pſalm.* 104, 13. 14. 15. *Rigans montes de ſuperioribus ſuis, de fructu operum tuorum ſatiabitur terra: producens fœnum jumentis & herbam ſervituti hominum. Ut educas panem de terra, & vinum lætificet cor hominis, ut exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet.* Romani autem veteres, fere ut Slavi præſtari ſibi talia a *Cerere* putabant. Hinc ei præmetiales ſpicas in textilem coronam ſive ſertum plicabant, foribus templi Divæ illius appendendas. *Tibullus* lib. 1. Eleg. 1.

Flava Ceres, tibi ſit noſtro de rure corona
Spicea, quæ templi pendeat ante fores.

Horatius Epod. Od. 19.

Fertilis frugum pecorisque tellus
Spicea donet Cererem corona.

(2) *Potrimpus lætantium ridentiumq;* in morem liberaliter exporrectam *frontem* referebat: fortaſſis ideo, quia fama increbuerat, dixiſſe *Davidem*, *Pſalm.* 145, 16. *Deus aperit manum ſuam, & implet omne animal benedictione* רצון *ratzon, ad voluntatem*, id eſt, ut *Lyra* exponit, *conveniente refectione. Lutherus*, mit Wohlgefallen, addens in gloſſ. das iſt, genug und ſatt, daß ſie Wohlgefallen daran haben mögen. Eadem *Olearius* ad h. l. habet. (3) *Potrimpus imberbis* juvenis erat; quoniam nobis a teneris, ut ajunt, ungviculis, ad extremam usque ſenectam, cibum & amictum ordinaria providentia Dei parat. *David* ita *Pſalm.* 37, 25. *Junior fui, etenim ſenui: & non vidi juſtum derelictum, nec ſemen ejus quærens* (incaſſum) *panem.* Itaque ex his aliisque perſpicuum, ſic pictam fictamque fuiſſe imaginem *Potrimpi*, ut opera & effectus Providentiæ divinæ quodammodo exprimeret, ſicuti ratio & natura, atque ſacra pagina nobis eos ante oculos ſiſtere ſolet.

§. VII. Obſerv. (4) *Potrimpi cultores. Pruſſos* de grege horum fuiſſe perhibent *Alexander Gvagninus* Sarmat. Europ. fol. 64. b. *Joh. Meletius* Epiſt. cit, *Simon Grunovius*, alii. vid. *Hartknoch.* diſſert 7. cit. p. 124. 125. 126. 127. De *Loco* etiam, qui Potrimpo aliisque Diis ſacer fuit, ita in genere *Alexander Gvagninus in Sarmat. Europ.* f. 64. *Bruteno ſummus ſacerdos gentilis ritu effectus eſt, nomenque ei dignitatis inditum fuit, Kire Kirieiito, quaſi dicas, proximus noſter Dominus. Hinc pontifici ſuo, Pruteni, & incolis, præclaram ſane, & cum maximo ſumptu* (comparatam) *habitationem, ſub quercu quadam erexerant, locoq; Romana a Roma*, (legas omnino Romove/a Romwu,) i. e. locus congregationis a congregando ſic dictus, *nomen indiderunt. Circa hanc quercum octo ulnarum in latitudinem, & altitudinem tela optima ſericea extenſa fuit, in quam habitationem nemo, præter patriarcham eorum, Kirie Kirieito dictum, & præcipuos miniſtros idolorum munia obeuntes, intrare poterat. Si autem aliquis viſendi, honorandi, adorandi vel offerendi gratia ad idola veniſſet, tunc conſtituti Deorum miniſtri, tela, ut idola viderentur, a quercu ſemovebant. Quercus hæc tripartita fuit inter cæteras ſylvas quercinas delectiſſimo in loco, (ubi nunc oppidum Heiligenbeil; id eſt, Sancta Securis, constructum eſt) ſita erat, ex una parte Prutenorum Deum, qui Petuno*, (leg. Percuno) *id eſt, fulmen dicebatur, habebant: in hujus laudem & honorem ignis ex quercubus conſtruebatur, qui die nocteq; perpetuo ardebat, & nunquam extinguebatur, quod ſi negligentia miniſtrorum ad hoc officium præſtandum deputatorum ignem extingvi contingeret, capitali ſupplicio afficiebantur. Ex altera parte collocatum erat Potrimpo idolum, cujus cultus erat in ſerpente vivo retinendo, qui lacte, ut eo commodius viveret, alebatur. Tertia ex parte Demoniacum idolum*, Patalo *nomine, ſitum fuit; hujus honor in retinendo alicujus mortui hominis capite conſiſtebat.*

§. VIII Obſerv. (5) *Potrimpi cultus.* Circa cultum *Potrimpi* notand. (1) *Munia* ejus, propter quæ, & (2) *ritus* colendi ſive quibus modis cultus ſit. Quod (1) *Munia* attinet, circa ea diſpariles ſententias autorum invenimus. *In muniis*, ait celeberrimus *Hartknoch.* *diſ-*

diſſert. ſæpius alleg. p. 134. *Potrimpo competentibus, variant Hiſtoricorum ſententiæ; Henneberger ipſum putat fuiſſe Solem: addit tamen, a Pruſſis eum frugum atq; bellorum Deum fuiſſe habitum: in lib. de Vet. Pruſſ. f. 11. b. Schultzius, in terra & aqua imperium exercuiſſe* Potrimpum *exiſtimat. Martinus Murinius in Chronico Pruſſico*, Potrimpum *exiſtimat fuiſſe Larem, ſive unum ex Diis Penatibus, &c. Ex his nemo unquam colliget, cui Deorum antiquorum æquiparari poſſit Potrimpus.* Hæc *Hartknochius.* Atqui *Pronæa* meo quidem judicio, imaginem *Potrimpus* referebat: indeque conciliari poſſunt ſingula, quæ de muniis ejus paſſim ac diverſo modo prædicent. Verſatur enim *Pronæa*, (*πρόνοια*) circa omnia, quæ in mundo ſunt ac fiunt. Sic *Paulus* ait de Deo, *Coloſſ. 1, 17. Omnia in ipſo conſiſtunt.* Et *Sap. 6, 8.* πρoνοεῖ Θεὸς περὶ πάντων. Et cap. 8, 1. *Attingit a fine usq; ad finem ἰσχυρῶς, & diſponit omnia, χρηστῶς.* Hinc primo pro Sole haberi potuit *metonymice Potrimpus*, quia per Solem maturantur fruges: & Deus atque Sol hominem generant, conſervant & ſuſtentant. Deus etiam ſive πρόνοια divina *ἀνατέλλει Solem & pluit ſuper juſtos & injuſtos, Matth. 5, 45.* Secundo *frugum Deus* habitus eſt: ita rurſum *Moſes* de Pronæa divina, *Deut. 11, 12.* ait: *Dominus Deus terram ſemper inviſit, & oculi illius in ea ſunt a principio anni, usq; ad finem ejus.* Tertio pro bellorum Deo habitus eſt *Potrimpus*; nam Potrzeba Polonis & Pruſſis olim aciem, conflictum, dimicationem, certamen ſignificabat. Belli autem Deus habitus eſt, non quod inferat, ſed quod avertat bellum: ne ſcilicet panis quotidianus ſubtrahatur. Sic *David Pſal. 147, 14. Deus poſuit fines tuos pacem, & adipe frumenti ſatiat te.* Et *Lutherus in Catechiſm. Majori: Quanquam omnibus rebus a Deo datis abundaremus affluentiſſime, harum tamen nullam retinere poſſemus, neq; etiam cum ſecuritate frui, & gaudio, niſi conſtantem & pacatam Reipublicæ adminiſtrationem nobis tribueret. Ubi enim motus vigent, & tumultus fervent* bellici, hic *quoq; panis quotidianus ſubtractus eſt, aut ad minimum impeditur.* Quamobrem optime idem *B. Lutherus* in Quarta petitione Panis nomine, *pacem* etiam ſubintelligi, & peti docet. Quarto *in terra & aqua imperium exercuiſſe*, ab aliis fingitur *Potrimpus*: Sic de Providentia Dei, Autor Libri *Sapient. cap. 14, 3. 4. 5. Tua autem, Pater, providentia ab initio cuncta gubernat; quoniam dediſti & in mari viam, & inter fluctus ſemitam firmiſſimam oſtendens, quoniam potens es, ex omnibus ſanare, etiamſi ſine rate aliquis adeat mare; ſed ut non eſſent vacua ſapientiæ tua opera, propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homines animas ſuas, & tranſeuntes mare per ratem liberati ſunt.* Denique *Quinto*, *Larem* eſſe alii dixerunt *Potrimpum*; quia Providentia divina non tantum verſatur circa omnia generatim; ſed & circa individua: nec tantum curam agit regionum, ſed etiam domus cujusque in ſpecie. Sic *David* iterum de Deo. *Pſal. 56, 9. Numeras Deus greſſus noſtros. Pſal. 139, 2. Jehova, tu cognoſcis ſeſſionem meam, & reſurrectionem meam. Pſal. 146, 3. iter meum & concubitum meum cingis. Pſ. 127, 1. Dominus ædificat domum.* Ex hactenus dictis nunc patet, an affirmari poſſit, *Potrimpum* fuiſſe Pruſſorum *Venerem*: vel numen ejusmodi, quale fuerit Gothorum *Frigga*, vel *Freja*: eo quod convenientia quædam inter illa numina, ratione figurarum & munium intercedat: ſentit poſterius *Cl. Hartknochius* diſſert. 7. cit. p. 135. nos negamus; ſed nolim tamen cum doctiſſimo Viro in arenam deſcendere. (2) Ad *ritus* pergimus, ſive quibus modis *Potrimpus* ſit cultus. Huc vero ita iterum illud præclarum Pruſſorum decus *Chriſt. Hartknochius* Diſſert. 10. p. 162. & ſequente: *Potrimpo ſerpens in cultum perpetuum olla impoſitus conſervabatur. Et lacte, ut commodius viveret, alebatur. Olla ipſa manipulis frumenti ſemper tecta erat. Hennebergerus ad Tabulam Pruſſicam, p. 465.* Si *Potrimpo cultus divinus exhibendus erat, Waidelota tribus diebus ante jejunans, non niſi in nuda terra proſtratus jacebat, ut digne ſe præpararet ad ſacrificium offerendum. Henneberg.* de Vet. *Pruſſ. f. 11. b. Suffitus Potrimpo fiebat, ex thure & cera. Infantes etiam in honorem ejus immolabantur. Henneberg. in Comment. ad Tabul. Pruſſ. p. 465. fin.*

§. IX. Obſerv. (6) *Potrimpi deſtructio. Prima*, ut fertur, idoli, quo de loquimur, deſtructio facta eſt juſſu *Boleslai I. Regis* Poloniæ; quam in rem ſic *Dn. Hartknoch.* diſſert. 14. p. 207. *Boleslaus Rex compoſitis bellis Bohemicis, Saxonicis & Ruſſicis, tota vi Pruſſis incubuit, qui tandem bello fracti, conditionibus his pacem impetrarunt, ut & Polonis tributum penderent, & Chriſtianam religionem ſuſciperent. Et ne Pruſſis ad idolorum cultum ulla relinqueretur occaſio, quercum Romoveanam, ut habent Pruſſici ſcriptores recentiores, cum tribus Diis majoribus, Percuno, Picollo, Potrimpo, combuſſit.* Verum ſimulac Boleslaus receſſiſſet, receſſit etiam Pruſſorum timor, adeo ut eadem facilitate Chriſtiana ſacra rejicerent, quæ ante hac ſuſceperant. vid. *Joh. Dlugoſſus Tom. I. Hiſt. Polon. lib. 2. ad. ann. MXV. p. 152. ſqq. Cromerus lib. 3. de orig. & reb. geſt. Polon. p. 442. ſeq. Caſpar. Schüz, in Chron. Pruſſ. lib. 1. f. 8. Caſpar. Henneberg.* de Vet. Pruſſ. fol. 10. ſeqq. Rectius vero hæc ad tempora *Boleslai Ducis & Monarchæ Poloniæ* referimus, vid. *Joh. Dlugoſſus Hiſt. Polon.* lib. 5. fol. 506. ſeq. ad A. C. 1164. & 1165. Denuo *Potrimpi* cultus introductus, continuavit ad illud tempus, quo lolium idololatriæ in Pruſſia radicitus extirpatum eſt a Cruciferis, vid. *Hartknoch. diſſert. cit. de converſione Pruſ-*

Pruſſorum: tum enim *Potrimpi* ſtatua, & religio ſublata ſimulque abrogata eſt.

CAPUT XI.

De *De Occopirno, Deo Fulminis.*

§. I.

VIſis hucusque numinibus Diisque, qui Slavorum vana & turpi opinione, vitam, corpusq; hominibus darent, naſcendiq; facultatem præberent, atque lac matris, aliaq; ad vitam neceſſaria: nunc ad ea progredimur, quæ tempeſtates, ac injurias cæli, marisque & terræ, diſpellerent. & averterent. Et inter hæc quidem, ne tonitrua & fulmina nocerent, terrerentve, aut moleſtias crearent, *Occopirnus* primam caveam occupabat: ſic enim Deum tonitru vocare ſoliti ſunt. Rectius autem *Jobus* tonitru, vocis ipſiusmet *Dei O. M. iram & eloquium* dixit, *quod ex ore illius exeat*, cap. 37, 2. Sane enim hic ille eſt, qui rugit voce, voce majeſtatis ſuæ, tanto cum ſono & fragore, ut cælum terraquæ quaſi ruitura videantur. Nec tamen ſubvertit ea, ſed potenti manu conſervat, etiamſi quodammodo terrefaciat. *Tonat itaque Deus* נפלאות *mirabiliter*, ita iterum *Jobus cap. eod. v. 4. & 5.*

§. II. Obſerv. (1) *Nomen Occopirni.* Slavis ergo Scripturæ & philoſophiæ ſobriæ canonibus poſthabitis, *Occopirnus* dictus eſt, a quo fulmen exeat; ſic legitur id genus numinis nominisve, apud *Meletium* Epiſt. *de relig. Veter.* Boruſſ. p. 167. nec non apud *Georgium a Polenz. & Paulum Speratum in Agend. Eccleſiaſt.* videndus *Hartknoch. de rebus Pruſſ. diſſert. 7. p. 125.*

§. III. Obſerv. (2) *Etymon Occopirni. Occopirnus* autem vox compoſita, latine dixeris, Patrem fulminis. Eſt enim ex **Oc**, Slavon. (Sorabis **Woc**, vel **Woz**, per proſtheſin) id eſt, *pater*. Dicitur idem etiam Polonis **Ociec**, Bohemis **Otec**, & Sorabis **Woczez**, quæ voces ſaltem *per antiſtachon* differunt; ſic & Græcis ἄττα, Latinis Atta, & Germanis **Ette**, **Heite**, & **Tate**, id eſt, pater. *Martinius Lex. Etymol. fol. 2542. Ab Abba poſſit videri eſſe* ἄττα, *quod Theſſal. eſt pater. Abba ex* אב *abb. rad* אבה *Arab. pater fuit. Ebr. dilexit, bene voluit. Pirnus*, poſterior vocabuli pars ſumpta eſt ex Polon. **Piorun**, *fulmen, ignis caleſtis*. Unde **Piorun bije**, id eſt, *fulminat*; & **Piorunem uderzony**, *fulminatus, fulmine tactus*. Et **Piorunek**, **Kamien Piorundowy**, *brantia*, ein **Wetter- oder Donner-Stein**. **Piorun** autem, id eſt, *fulmen*, per metouviuiam, ut mihi videtur, ab Ebr. פור *pur, difrumpi*: vel ex Arab. פור *aſtuavit*, unde פוראן *æſtus ebullientis aqua*. Huc *Plinii* pertinent verba, *fulmine, perrumpit nubes*: *Nat. Hiſt. lib. 2. c. 43. Si in nube luctetur flatus vel vapor, tonitrua edi: ſi erumpat ardent fulmina: ſi longiore tractu nitatur, fulgetra: his findi nubem, illis perrumpi. Et eſſe tonitrua impactorum ignium plagas; ideoq; protinus coruſcare igneas nubium rimas. Poſſe & repulſu ſiderum depreſſum, qui a terra meaverit, ſpiritum nube cohibitum tonare, natura ſtrangulante ſonitum dum rixetur, edito fragore cum erumpat, ut in membrana ſpiritu interna. Poſſe & attrita nubium elidi, ut duorum lapidum, ſcintillantibus fulgetris.* Quamobrem *Occopirnus*, vi etymi ac compoſitionis latine *Pater fulminis*; Græce βρονταῖος Ζεύς, Germ. **der Gott des Donners, oder Wetters.** Patris autem vox ſumitur pro autore ſeu cauſa efficiente, per metaphoram; qua ratione etiam in Sacris accepta legitur *Gen. 4, 20. 21. Job. 38, 28. & Job. 8, 44.*

§. IV. Obſerv. (3) *Figura Occopirni.* Pertinent, meo quidem arbitrio, ad effigiem *Occopirni*, quæ tradit *Alexander Gvagninus* Sarmat. Europ. fol. 82 *Habebat* **Perun** *formam hominis, lapidem ignitum manu tenentis. ſimilem fulmini; nam* **Perun**, *Ruthenis & Polonis fulmen ſignificat.* Aliam figuram idoli, non memini me legiſſe deſcriptam, quare concitato pede, ad dicenda reliqua pergam.

§. V. Obſerv. (4) *Occopirni cultores.* Autore *Johanne Meletio* Epiſt. de relig. & *ſacrific. Vet. Boruſſorum p. 165. Boruſſis* ſeu *Pruſſis* quondam, it *Samogitis, Lithuanis, Ruthenis*, & *Livonibus*, *Occopirnus* habitus pro Deo eſt. Idem de *Lithuanis* teſtatur *Alexander Goagninus* Sarmat. Europ. ſect. de Lithuanis. fol. 52 *Fulmen quoque, quod Perunum Slavonica lingva appellabant, pro Deo colebant Lithuani.*

§. VI. Obſerv. (5) *Occopirni cultus.* Sed nec de cultu *Occopirni* multa adeo ſcriptores: dubium tamen nullum, quin ſacra ei facta fuerint, quoties diebus feſtivis cælum nubibus tonitrua & tempeſtates minaretur. *Johannes Meletius* Epiſt. cit. p. 167. *literis* prodidit: *Occopirni* numen invocatum, & capro ei litatum fuiſſe, in ſolenni illo anniverſario ſacrificio, quod conſummata meſſe factum eſt. Ita enim ille: Facta autem meſſe, ſolenne ſacrificium pro gratiarum actione conficiunt, quod *Ruthenica lingva* **Ozinek** id eſt, *conſummatio meſſis*, dicitur In hoc ſacrificio Sudini Boruſſiæ populi, apud quos ſuccinum colligitur, capro litant: litandi vero ritus eſt talis: congregato populi cætu, in horreo, adducitur caper, quem Wurſchaytus illorum ſacrificulus mactaturus, imponit victimæ utramque manum, invocatque ordine dæmones, quos ipſi Deos eſſe credunt: videlicet, Occopirnum Deum cæli & terræ, Antrimpum, Deum maris, &c *Cl. Hartknoch*, de Reb. Pruſſicis hæc duo ad Occopirnum pertinentia commemorat: primo, quod *Occopirnus* a quibusdam relatus ſit inter Deos tertii ſive ultimi ordinis, *diſſert. 6. p. 118.* Et *diſ-*

ſert. 7. p. 125. ex *Meletio* refert, quod maximua itidem inter Deos fuerit Occopirnus, ut Deus cœli & terræ. Illud etiam ſentiunt *Georgius a Polenz. & Paulus Speratus in Agend. Ecleſiaſt.* conſcriptis anno 1530. Atque huic poſteriori ut credam ſententiæ, ſuadet mihi, tum nomen ipſius idoli, dequo ſupra §. 3. tum *Protopii* autoritas, quam hiſce commemorat verbis *Johannes Dubravius* Hiſt. Bohem. lib. 1. p. 52. *Habent Slavi lege cautum, a majoribusque traditum ut inter numerum Deorum, unum illum, qui ſit fulminis fabricator, Dominum omnium rerum, ac ſolum Deum eſſe, credant, illique boves & hoſtias ejus generis alias mactent.*

§. VII. Obſerv. (6) *Occopirni deſtructio,* Exſtat nulla hujus facti, quod ſciam, mentio; quamobrem exiſtimem perduraſſe apud Pruſſos cultum Occopirni ad annum uſque Chr. M CC XLIX. Hoc enim ſic ſcripſit *Jacobus Leodienſis* legatus pontificius in privilegio Pruthenis conceſſo: *Neophyti* (Pruſſi) *non extra idolo, quod ſemel in anno, collectis frugibus ſonſoeverunt confringere, & pro Deo colere, cui nomen Curche impoſuerunt, vel aliis Diis, qui non fecerunt cælum & terram, quibuscunque nominibus appellarentur, de cetero non libabunt, ſed in fide Domini noſtri JEſu Chriſti, & eccleſia catholica, & obedientia & ſubjectione Romanæ eccleſiæ firmi & ſtabiles permanebunt;* Legitur autem privilegium in *Chronico Pruſſia, Petri de Dusburg,* p. 463. ſeqq. edito a celeberimo *Chr. Hartknoch.* Jenæ Anno Chriſt. 1679. Ceterum in convertendis Pruſſis diligens etiam fuit Gvillelmus Epiſcopus, quorſum ita *Albericus Monachus in Chronico Trium Fontium* Part. 2. p. 527. In Prutia, quæ eſt ultra Poloniam & ultra Pomeraniam, *Epiſcopus Mutinenſis Gullielmus* miſſus a Papa legatus (an. 1228.) ingenio & ſapientia ſua, non fortitudine multos paganos ad fidem attraxit, & lingvam eorum ex maxima parte didicit, inſuper principem artis grammaticæ, ſcilicet *Donatum.* De Lithuaniæ & Samogitiæ gentis converſione, quæ accidit A. C. 1386. vid. inferius capite XVI. de *Schwaixtixio & Zviczio.* num. ult.

CAPUT XII.

De Percuno, Deo tonitru & fulguris.

§. I.

PRuſſos *tonitrua fulgetraſq;* coluiſſe, ſcribit *Eraſmus Stella*, idque refert *Chriſtophorus Hartknochius*, ille Pruſſorum Plutarchus Rer. *Pruſſicarum diſſert. 7. p. 126.* Verum tamen latinis ſaltem ille nominibus idola ſignificare voluit, quod non neſciret, non multum Slavica tanquam barbara, auribus oculisve delicatulis complacere: Credibile autem prorſus eſt, duobus iſtis vocabulis, Tonitru nempe & Fulgetra ſignificari a *Stella* idola *Occopirni* & *Percuni*; ſiquidem *Occopirnum,* Deum fulminis; & *Percunum*, tonitru & fulguris Deum Pruſſi appellarunt: viſo ergo *Occopirno* cap. præced. *Percunum* nunc ſiſtimus.

§. II. Obſerv. (1) *Percuni nomen.* Dicitur *Parcuns, Georgio a Polenz*, & *Paulo Sperato*, in præfat. Agend. Eccleſiaſt. *Parchunus, Nicolao Mareſcalco*, Annal. Herul. & Vandal. lib. 1. cap. 4. *Pargnus, Johanni Meletio* Epiſt. ad *Georg. Sabinum* p. 167. quem ſequitur *Jo. Lomejerus* de Bibliothecis cap. 7. pag. 49. edit. Helmſt. an. 1702. *Percunos, Chriſt. Hartknochio*, diſſert. 7. de reb. Pruſſ. p. 125. & 130. it. *Percunus*, ibid. p. 130. *Petuno*, & *Perun*, *Alexandro Goaguino* Sarmat. Europ. ſol. 64. & *Jo. Lomejero*, loc. cit. p. 49. Poſterius vocabulum legitur etiam apud *J. C. Scaliger.* de ſubtil. Exerc. 259. ſect. 3. *Joh. Wolffium* Lect. mem. Cent. 16. Tom. II. p. 442. *Boxhorn.* de Republ. Moſcow. Part. 1. p. 39. Denique *Peruno*, dicitur *Johanni Sauberto* de Sacrific. cap. 16. p. 365. & *Gerardo Joanni Voſſio* de Idololatr. lib. 2. c. 1. p. 306.

§. III. Obſerv. (2) *Percuni etymon*; Vocatur autem *Percunus* tam ex Lingvæ Lithuanicæ voce *Percunos*, quam Pruſſicæ *Percuns*, quarum utraque Latinis tonitru ſonat; *Hartknoch.* diſſert. 7. p. 130. cit. Metonymice autem *Percunos* tonitru: quod ſit fulguris adjunctum: proprie enim fulgur ſignificat; deſcendit enim, mea conjectura, ex Ebr. ברק *barak, fulguravit*; ſic etiam Syris, Chald. Æthiop. Arabibusque eadem radix uſurpatur. Hinc. Subſt. ברק *barak, fulgur, coruſcatio, fulgor*, Ebr. *Percunus* ergo, vi originis, *Deus fulguris*, itemque *tonitru.*

§. IV. Obſerv. (3). *Percuni Figura. Præferebat Percunus igneam prorſus, & ira ardentem faciem; uti & caput flammis coronatum, & criſpam innodemque nigri coloris barbam, ut eum deſcribit Thomas Clagius lib. 1. Linde Mariana*, ſive de *Virgine Lindenſi*, cap. 8. pag. 44. Eadem tradit *Hennebergerus*, qui vero ſua omnia, quæ ſcribit, de religione Pruſſorum ex *Grunovio* depromſit: additque ille: *Percunum vultu non niſi iram & minas ſpirante aſpexiſſe adverſum ſibi Potrimpum.* Accedit hiſce *Schuzius* inſuper inquiens: *Percunum fuiſſe effictum in forma viri mediocris ætatis*, in Chronico Pruſſico, fol. 2. b. fin. ſeq. vid. *Hartknoch.* de reb. Pruſſicis Diſſert. 7. pag. 130. Stabat etiam *Percuni* ſimulacrum, ex *auro ſolido* conflatum, in regione olim Mecklenburgica, prope oppidum *Parchunum*, ut docet *Nicolaus Mareſcalcus Annal. Herul. & Vandal.* lib. 1. cap. 4. ſed quæ figura ejus fuerit, non annotat.

§. V. Obſerv. (4) *Percuni cultores.* (1) *Pruſſos* nominat *Alexand. Guagninus* Sarmat. Europ. f. 64. & *Chr. Hartknoch*, Diſſert. 7. cit.

Illis

Illis (2) *Samogitas*, (3) *Lithuanos* (4) *Ruthenos*, & (5) *Livones*, accenſet *Johannes Meletius* Epiſt. de relig. & ſacrific. Vet. Boruſſ. pag. 165. (6) *Novogrodenſes*; ita *Alexander Gvagninus* Sarmat. Europ. fol. 82 *Novogrodia Magna principatus ampliſſimus olim ex totius Ruſſiæ ducatibus erat. Eſt autem in hoc principatu civitas ingens & ampla, Novogrodia Magna appellata, gentiliter* Novogrod Wielki, *dicitur. Eam Wolchow fluvius navigabilis interfluit, qui ex Ilmen lacu duobus* Werſt, (i. e. *milliaribus*) *ſupra civitatem emergens in alium* (Novogrodia Magna interlapſa) *Lagoda dictum exoneratur: triginta ſex Polonicis milliaribus emenſis. - In hac civitate erat olim quoddam idolum* Perun *appellatum, hoc in loco, quo nunc eſt monaſterium* Perunski monaſter *ab idolo eodem dictum. Hoc idolum a Novogrodenſibus præcipue cultu latriæ adorabatur: Habebat autem formam hominis, lapidem ignitum manu tenens ſimilem fulmini. Nam* Perun *Ruthenis, & Polonis* fulmen *ſignificat. In hujus laudem & honorem ignis ex quercubus, qui perpetuo die noctuque arderet, conſtituebatur. Quod ſi negligentia miniſtrorum, ad hoc officium ovenndum deſignatorum, ignem extingui contingeret, tunc capitis pœna plectebantur.* Repetit hæc *Boxbornius Zuerius de Republ. Moſcov.* Part. I. p. 59. (confer. infra num. 9. teſtimonia quoque *C. Scaligeri*, atque *Johannis Wolffii.*) (Pertinent huc quæ *Jo. Dlugoſſus Hiſt. Polon.* lib. 2. fol. 104 habet. *Wladimirus Novogrodenſium olim, poſt totius Ruſſiæ Dux ad religionem verſus, in montibus Kijovienſi caſtro proximis fana, ſimulacra & idola locat, templaque & delubra ædificat: Inter omnes tamen ſuæ profanæ ſuperſtitionis deos Fulminis numen in præcipua apud illum cultura & veneratione habebatur, cui & plura templa inſtituit, & excellentiora. Nec ipſe Dux tantum, ſed & univerſus Ruthenorum populus deteſtabiles ritus hujusmodi ſecutus, Fulminis numen præſtantioribus immolationibus & holocauſtis venerabatur. Fabricavit autem Dux Wladimirus deo ſuo principali Fulmini corpus & ſimulacrum ex ligno, caput ex argento, & nares ex auro, ceterisque diis lucos & ſimulacra conſtituit, & adducens filios ſuos, & filias ſacrificat Diis, & coinquinat ſe & terram Ruſſiæ idolis.*) Denique (7) & *Meklenburgenſes*, teſte *Nicolao Mareſcalco*, cujus verba ante num. 4. retulimus. Porro de *Loco* & *Quercu*, ſupra quam in Pruſſia fuit ſtatua *Percuni*, (ut & *Potrimpi* & *Picolli*,) dixi jam ante cap. X. num 7. Nunc quæ faciant ad arboris deſcriptionem, recitabimus verba *Cl. Hartknochii*, quæ ſic habentur, *Diſſert. 7. de Rebus Pruſſicis* p. 129. ſeq. *Hæ ſtatuæ Deorum* (Percuni, Potrimpi, & Picolli,) *non fuerunt collocatæ in terra, ſed inter ramos quercus Romoveanæ. Hoc ut rectius intelligatur, notandum eſt: Quercum illam fuiſſe tripartitam, ut dicit Matthias Stryckowski Oſſoſtevicius, vel Alexander Gvagninus in Sarmatia Europæa, ubi de Pruſſia: Hennebergerus & Waiſſelius ſic ſcribunt,* hat drey Zweigen gehabt. *Matthias Prætorius ſic eam deſcribit: Habuit quercus Romoveana tres majores ramos ex uno caudice excreſcentes, qui in ſuprema dictæ quercus parte coaluere; quamobrem etiam quercus illa dicitur* Romove, *a Pruſſica voce* Romwu, *quæ in infinitivo habet* Ruumot, *id eſt, coaleſcere. Et hoc ipſum vocabulum etiam Romoveanæ urbi nomen dediſſe, aſſerit idem Prætorius.* Fallitur ergo *Dlugoſſus* Hiſt. Polon. lib 2. fol. 119. & *Gvagninus*, de quo ſupra pag. 23. ſq. *Dlugoſſus* ita: *Pruſſi ſpeciale habent idioma, a Latino tamen aliquantulum derivatum - unum & eundem ſacrorum Pontificem apud civitatem eorum pro metropoli habitam, Romove vocatam reſidentem a Roma intitulatam, venerabantur.* - Et mox; *Pruſſos Romanos bellis civilibus in Italia per Cæſarem & Pompejum exortis, flagrantibus civilibus bellis Italia, veteribus ſedibus deſertis in hæc, quas incolunt, oras veniſſe, - & ad inſtar Romæ, civitatem principalem Romove condidiſſe, - - aſſerunt. Porro confirmat ſua, quæ de quercu dixerat, arboribus aliis Pruſſorum olim idololatriæ deſtinatis: fuit enim,* ſic ille pergit, *non ita pridem in ſylva diſtrictus Inſterburgenſis abies Anno 1664. fulmine icta; Hæc erat arbor miræ proceritatis, cujus truncus iisdem ſe dividebat in tres ramos majores, eosque enodes, qui in ſuperiore parte iisdem coaluerant. Appellarunt eam abietem Pruſſi, Lithuani, Samogitæque, conterminis,* Rommota *vel* Ruombota; *ſacramque habuerunt. Addit idem porro & hæc: In horto ſuo Nebudzenſi ejusmodi pyrum trifidem reperire, quæ etiam Pruſſis & Lithuanis vocatur* Rommota, *ut &* Rumbota Krauſis, *id eſt, pyrus coalita. At ejusdem forma fuiſſe Romoveanam exiſtimat. Præterea referunt Scriptores, ita fuiſſe Deos in quercu collocatos, ne a variis cœli tempeſtatibus corrumperentur. Excreſcebant nimirum ex tribus illis ramis majoribus alii ramuli quam plurimi, qui idola ab externis tempeſtatum injuriis defendebant.* Sed & ita *Chr. Hartknoch. Diſſert.* 6 p. 111. de *Quercu Romoveana: Hujus diameter ad ſex omnino cubitos ſive Geometricos pedes duodenos protendebatur. In ſummitate fuit latiſſima, & ramis mutuum inter ſe nexis adeo impervia, ut pluvia per ramos & folia nullo modo potuerit penetrare. Et quod majorem mereretur admirationem, in hieme quoque viridis conſpiciebatur. Simon Grunovius* tract. 2. Chron. Pruſſ. *Caſp. Henneberg. in comment ad Tab. Geogr. Pruſſ. p. 465. Thom. Waiſſel. f. 17. b. Caſpar. Schuz.* in Chron. f. 2. ſeq. & p. 112. Sed neque illud de *Quercu Romoveana omittendum erit, a ſcriptoribus quibusdam eam poni in Rykajoth. & his quidem Rykajoth a Romove* non differt. *Henneberg. in lib. de Vet.*

Pruſ. fol 11. b. & fol. 13. Alii diſtiguunt Rykajoth a Romove, quando dicunt, Deos minores fuiſſe cultos in Rykajoth, majores in Romove. Sic enim Autor quidam Chronici Pruſſiæ Anonymus: die gemeinen Stellen, da ſie die gemeinen Abgötter ehreten, wurden Rykajoth genennet; aber die Stelle, da die groſſe Eyche war, darinnen die drey Abgötter waren, und der Hoheprieſter ſeine Wohnung hatte, die hieſſen ſie Romove nach Rom, (rectius vom Worte Romwu.) *Hæc ad verbum deſcripſit Waiſelius* Chron. Pruſſ. fol. 18. a. *Habet hæc etiam totidem fere verbis* Chronicon. *Wolffgangi Dietmari Elbingæ editum. Ad hæc & illud obſervatione indignum non eſt, adeo religioſe Quercum illam Romoveanam a paganis Pruſſis fuiſſe cultam, ut etiam exiſtimarint, ſi homines vel pecudes arboris illius folia de collo ſuſpenſa geſtarent, eos a caſibus adverſis & infortuniis præſervari. Henneberg. de Veter. Pruſſ. fol. 12. a. Tandem Quercus illa ſimul cum Diis Pruſſicis majoribus a Boleslao I. Rege Poloniæ exciſa eſſe dicitur. Simon Grunovius in Chron. MSt. tract. 2. f. 26. Henneberg. in comment. ad Tab. Pruſſ. tit.* Dreyfaltigkeit. *Attamen Thomas Traterus* in Vita *Johannis I. Epiſcopi Varmienſis, dicit, hanc quercum usque ad modo laudati Epiſcopi tempora ſtetiſſe, a Pruſſisque veteribus clam fuiſſe cultam: Sed Epiſcopi hujus monitu a Magiſtro Winrico de Knipzode per Henningum Schindekopf exciſam, quo in loco poſtea Petrus* Nagel *de* Sehr *monaſterium St. Trinitatis fondidit: ſed fides ſit penes autorem.*

§. VI. Obſerv. (5) *Percunni cultus.* Quod attinet ad *Percuni* cultum, facit eo (1) *Dignitas & munia*, quæ vulgo a Pruſſis *Percuno* tributa ſunt. Huc ita *Hartknoch. Diſſert. 7. p. 130. ſeq. Credebatur Percunus Deus eſſe fulminum & tonitruum, aliarumque tempeſtatum, unde hodieque Lithuanis Percunos idem eſt, quod tonitru. vid. Henneberg. de Veter. Pruſſ. fol. 11. a. Schuzius* ipſum in *ignem imperium tenuiſſe putat. Utrique autem Schuzio videlicet & Hennebergero videtur fuiſſe Mars, Deus bellorum. Pleraque horum, quæ de Percuno dicta ſunt,* (adde & ea huc, quæ dixi ſupra de figura idoli, num. 4.) *conveniunt & Thoroni Sveonum Deo*; (etſi nec Pruſſi ſuum *Percunum* a Sveonibus, nec Sveones ſuum Thoronem a *Pruſſis* ſint mutuati.) *Quod ad inſignia Thoronis attinet: quandam certe hic ſimilitudinem deprehendo. Quanquam enim Johannes Magnus, aliique Thoroni coronam tribuunt: Stephanus* tamen *Johannis Stephanius in Notis ad Saxonem Gramm. circumdat capiti Thoronis flammam, in modum Solis alicujus, eodem modo, quo pictores ora Divorum exornare conſueverunt. Præfectus autem fuiſſe dicitur tonitrui, & tempeſtatibus; non ſecus atque Percunus Pruſſorum, Thor, ait Adamus Bremenſis, præſidet in aëre, qui tonitrua & fulmina, ventos, imbresque, ſerena & fruges gubernat, in libro de ſtatu Daniæ, p. 152. Nomen proinde ipſum Thoronis a tonitru multi deducunt, ut Philippus Cluverius lib. 1. Germ. Antiq. c. 26. & Gerhard Johannes Voſſius lib. 2. de Idololat. c. 33. Quamvis Johannes Schefferus non a tonitruis Thoronem, ſed contra potius a Thorone tonitrua eſſe dicique arbitretur: in Upſal. Antiq. cap. 8. f. 50. Tribuunt autem plura Thoroni ſuo Gothicarum rerum ſcriptores; cum in manu ſiniſtra duodecim ſtellas (alii ſtellas capiti Thoronis circumdant,) in manu vero dextra ſceptrum, aut prout alii volunt, malleum igneum pingunt. An vero hæc Percuno Pruſſorum tribui queant, dicere non habeo. Veriſimile tamen eſt, ſi Procunnus fuit eum in modum, ut nos eum deſcripſimus, ab antiquis effictus, manus etiam ejusdem fuiſſe inſignibus quibusdam exornatas. Utrumque vero ſumlacrum, Thoronis videlicet & Percuni, Jovem veterum, ſive ipſum Solem, (imo Deum ipſummet ſupremum) retuliſſe, probatu haut eſt difficile. Nam quid aliud volunt ſtellæ in Thoronis manu, niſi ſolis* (Dei) *quoddam in eis regimen? quid duodenarius earum numerus, niſi menſes duodecim, quibus abſolvit ſuum curſum? aut ſi fuere ſeptem* (ut alii exiſtimant) *niſi tot per ſingulas hebdomadas dies, quibus redit ad initium? Sic profecto vetuſtiſſimi Theologi Phœnicum, Solem* μόν.ν ὐρανῦ Θεὸν *vocarunt, planetas reliquaque ſidera dixerunt nutum ejus obſervare; & Ægyptii dodecatemoria ſigniferi* Θεὺς βυλαίυς *ſeu conſiliarios: planetas vero* ῥαβδοφόρυς *ſeu lictores ſolis appellarunt, ut ex Scholiaſte Apollonii obſervat Seldenus in Prolegomenis de Diis Syris, cap. 3. Ita de ſuo Thorone diſſerit ſæpe laudatus Schefferus in Upſalia c. 8. p. 58. Quamvis autem ea de Percuno Pruſſico affirmate dici nequeant, cum ignoremus, num ei Pruſſi Stellas attribuerint: illa tamen, quæ Pruſſici Scriptores de Percuni capite flammis coronato referunt, huc apprime faciunt. Quid enim hoc ipſo voluerunt exprimere, niſi Solem undique radiis flammisque cinctum. Illa vero, quæ in ſubſequentibus de Thoronis cum Sole convenientia, ſcribit Schefferus, ex aſſe Percuno Pruſſico tribui poſſunt. Pergit enim: Sed & virtus amovendi tempeſtates, inducendi ſerenitatem, procurandi frugum copiam, & ubertatem* (*quæ videlicet Thoroni tribuitur*) *convenit in Solem: Solis enim illa, poſt Deum, beneficia. Nec noſtra huic ſententiæ officit, quod Schuzio, Hennebergero, aliis, Percunus Mars fuiſſe putatur. Illi namque hoc non probant ex aliquo vetuſtiorum, aut etiam ex effectu Percuni. Et licet etiam hoc probaſſent, non deeſſet tamen nobis, quo aſſertionem noſtram, vel illo ipſo argumento comprobare poſſimus. Veteres enim Romani & Græci Jovi ſuo attribuerunt robur animi & audaciam; quidam etiam populi, ut Cares, Pontici, Cappadoces, colebant Jovem militarem. Quin etiam Jupiter ex ſecretiore veterum ethnicorum*

Theo-

Theologia idem eſt, qui Mars, ut Gerhardus Johannes Voſſius uberrime demonſtrat in lib. de Idololatria. Apud Suedos quoque viri animoſitate & fortitudine clari a Thorone Deo, vocari ſolebant Thurra, Thoriðe, id eſt, fortes audacesq́; quod nobis indicio eſſe poteſt, apud veteres Suecos, Thor Deum, non tonitruum tantum, atque tempeſtatum, ſed fortitudinis etiam, veluti Martem quendam fuiſſe præſidem. Neq; nos igitur abſurdi quidpiam ſtatuemus, etiamſi dicamus, Percunum Pruſſorum fuiſſe Jovem & Martem, vid. Johannes Schefferus in Upſalia antiqua c. 6. p. 18. Hæc *Hartknochius.*

§. VII. Porro *idem Diſſert. 10. pag. 16.* his verbis (2) de ritibus & modis colendi Percunum diſſerit: *Percuno*, inquiens, *perpetuo alebatur ignis, quernis lignis ſubinde appoſitis, ne unquam extingueretur. Si contigiſſet ſacerdotum negligentia ignem extingui, Waidelotta, cujus eo tempore officium erat ignis curam gerere, capitali ſupplicio afficiebatur, teſtibus Stryckovio, Hennebergero & Waiſſelio. Erat hoc ipſum apud Lithuanos etiam in uſu, qui itidem in Kierni Principis quondam ſui honorem in edito colle ad Dziewaltoviam, inter alia ſacra perpetuum ignem quercu alebant, per certos & ad hoc tantum negotium electos ſacerdotes; vid. Alb. Wijuk Kojalowicz Part. I. Hiſt. Lithuan. lib. 2. p. 45. Apud Gothos quantum colligere licet, ignis perpetuus non alebatur, in honorem unius alicujus Dei, ſed Deorum omnium ſimul. Schefferus in Upſal. c. 10. p. 133. ſeq. Cœlo tonante putabant Pruſſi Crive ſive pontificem ſuum cum Deo Percuno loqui; quamobrem in terram provoluti, Percunum his verbis venerabantur: Dewus Percunos abſolomus. Hinc precabantur* (*more gentilium omnium* ut pote quod preces, potisſima divini cultus pars ſit, vid. *Johannes Saubertus de Sacrific. cap. 13.* per tut.) *pluvias, & ſerenam tempeſtatem, ut ſibi juſto tempore, largiretur. Henneberg.* de Vet. Pruſſ. p. 11. a. *Johannes Laſicius Polonus aliam adhuc formulam precationis in medium adducit, quam Lithuanis, qui Pruſſis conterminì, uſitatam fuiſſe refert: Cœlo namque tonante ruſticus detecto capite ſuccidiam humeris per fundum ſuum portans: hiſce Percunum alloquebatur verbis:* Percune Dewaite, nie muſki und mana diewu melſu tawi palti mieſſu: id eſt, *Cohibe te Percune, neve in meum agrum calamitatem immitte; ego vero tibi hanc ſuccidiam dabo. Verum nimbo remittente, carnem domum referebat, & cum ſuis abſumebat.* Vid. *Laſic. in libello de Diis Samogitarum. p. 300. Adde his: nihil fere frequentius uſu carnis ſuilla, in cibo, & ſacrificiis occurrit rituum gentilium perſcrutatoribus. Ad cibos, quod attinet, ſufficiat illud Æſchyli:*

-- -- τί γὰρ
ὄψον γένοιτο ἂν ἀνδρὶ τοῦδε βέλτιον;

Quod obſonium (inter omnia) *hoc præſtantius?*

ait *ille. Suillam carnem ſcil. intelligit, vel a natura ipſa ad epulandum donatam, ſicut aſſerit Varro* de Re Ruſtica *lib. 2. c. 4. Quod ad ſacrificia, vel immolationes faciendas; ſus Græco* ὗς. *inquit idem Varro, a verbo* θύω, *quod eſt, immolare; quippe quia a ſuillo genere initium primam immolandi pecoris ſumptum fuiſſe videatur. Illius mactatione ſolemnia quæque maxime peragebant, contrahebant nuptias, inibant pacis fœdera.*

- - Jovis ante aram, paterasque tenentes
Stabant, & cæſa jungebant fœdera porca.

Virgilius Æneid. lib. 8. Quæ igitur afferri poſſent rationes, ob quas Deus ſuillas carnes tam vehementer & quoad omnem uſum repudiarit, multis paſſim autores exponunt, conf. Schickardus de Jur. Reg. c. 5. p. 390. ſeq. Carpzovius ad h. l. Einſt Faſtnacht Woche p. 238. ſeq. *Cunæus* de Republ. Ebr lib. 2 c. 24. p. 318. ſs. *Bochartus Hieroz. Part. 1. lib. 2. c. 57. Doughtejus Analect. Sacr. Excurſ. 163 p. 438 ſeq.*

§. VIII. Verumenimvero ne quicquam hic eorum deſit, quæ Apis Pruſſica, diligentiſſimus inquam *Hartknochius* in alveolos ſuos congeſſit; dicemus porro verbis ejusdem, quæ, qualiave ſacra *Percuno* communia fuerint cum *Potrimpo* & *Picollo.* Sic autem ille *diſſert.* 10. p. 158. & ſeq. *Ad cultum Deorum* (*Percuni ſcil. Potrimpi & Picolli,*) *generatim conſideratum referimus illud, quod* (3) *ad ſacra Pruſſorum Chriſtiani non fuerint admiſſi, ut ea ſpectare poſſent. Et ſi aliquando contigiſſet, ut Chriſtianus, vel alius quis extraneus ſacra illa conſpiceret, non niſi ſangvine illud expiari poterat, etiamſi ille effugiſſet. vid. Caſpar. Schuz. lib. 3. Chron. Pruſſ. fol. 3. Teſtis ejus rei eſt & Helmoldus Sec. XII. Scriptor: Usq; hodie profecto, inquiens, inter illos, cum cetera omnia communia ſint cum noſtris, ſolus prohibetur acceſſus lucorum & fontium, quos autumant pollui Chriſtianorum acceſſu. Hæc Helmold.* lib. 1. Chron. Slav. cap. 1. Sed (4) *neque Pruſſis omnibus liber ſemper* dabatur ad Deos acceſſus: Qui enim facinus aliquod patraverant, arcebantur ab illis locis, ubi Dii colebantur, ut auctor eſt *Hennebergerus* ex *Grunovii* tract. 3. cap. 3. *Similiter* (5) *ſi quis ob maleficia patrata capite plectendus, erat procul a conſpectu Deorum ex urbe Romove educebatur. Henneberg. de Vet. Pruſſ. fol 8. b. In Sacrarium quercus Romoveana nemini Pruſſorum intrare fas erat,* (6) *præter ipſorum pontificem Crive, & primarios flamines, ſive, ut Pruſſorum verbo utar, Waidelottas. Circa hanc quercum fuerunt, ut dicitur* (7) *peripetaſmata, ſive vela ſerica octo* (*ſecundum alios, ſeptem,*) *ulnarum, in altitudinem extenſa, quæ non removebantur per Waidelottas, niſi in celebrioribus ſacris, vel etiam, ſi aliquis Pruſſorum extra ordinem Deos ado-*

adorandi, iisdemq; offerendi gratia, acceſſerat. vid. Matth. Strykowski Oſſoſtevicius in Sarmatia Europaa. Inter (8) *victimas Diis his offerri ſolitas, legimus etiam homines fuiſſe. Quamvis vero omnibus illis Diis humana offerentur victima, maxime tamen his Picollo & Potrimpo litatum fuiſſe*, notat *Hennebergerus* de Vet. Pruſſ. f. 11. b. Videlicet quando *ſummus pontifex, vel aliquis ſe pro populo Diis patriis devovebat, tum hoc in honorem omnium trium Deorum fieri conſveviſſe puto, qua ratione Waidevvutus & Prutenus ſemet ipſos Diis obtuliſſe feruntur: Quodſi ex hoſtibus capti Diis eſſent immolandi, probabile eſt, illos in honorem Picolli & Potrimpi tantum fuiſſe mactatos. Etenim Pruſſi veteres in bellum ituri hominem ex hoſtibus captum ſequenti ritu mactare conſueverant. Summus pontifex, Crive dictus, hoſti pectus primo transfodebat, tum ſi ſanguis continuo torrentis inſtar prorumpebat, proſpere feliciterq; Pruſſi ſibi res eventuras arbitrabantur. Henneberg. de Vet. Pruſſ. p. 20. ex Grunovio. Non procul haec a veterum hoſtiis conſultoriis abeunt, quibus divina voluntas per exta disquirebatur. Romanos jam pratereo. Apud Celtas olim id genus hoſtias in uſu fuiſſe, auctor eſt Diodorus Siculus lib. 5. Biblioth. cap. 31. Propius vero ad Pruſſicum hunc ritum accedunt, qua de Cimbris veteribus, qui cum Gotbis dubio procul eadem habuere ſacra, refert Strabo lib. 7. Geogr. fol. 294. Sequentibus eos*, inquit, *in bellum uxoribus vates quadam comitabantur, cana albo veſtitu, carbaſinis ſapparis, deſuper fibulis affixis, cinctu areo, pedibus nudis: ea per caſtra, captivis occurrebant ſtrictis gladiis proſtratosq; ad craterem aneum adducebant, amphoras circiter 20. capientem: ſuper eam pulpitum erat, quo conſcenſo vates ſublimius ſingulis ſupra lebetem elevatis guttur incidebat. E ſanguine in craterem fuſo ſuam captabant quandam divinationem: reliqua cadavera ſic caſorum ſcindebant, inteſtinisq; ſpectatis victoriam ſuis vaticinabantur. Deinde ſolebant etiam* Pruſſi *Ducem hoſtium in bello captum Diis ſuis immolare, quod contigiſſe legimus Gerbardo Rude Advocato, ſive prafecto Sambienſi, teſte Petro de Dusburg. Part. 3. Chron. Pruſſ. cap. 33.* Sed verba ipſa *Dusburgii* dabimus, ut ritus hic adhiberi ſolitos cognoſcamus: *Fratrem etiam Gerhardum, dictum Rude, Advocatum Sambienſem indutum armis & depoſitum, ſuper dextrarium* (id eſt, *equum, quo antea in bello utebatur*) *cremantes Diis ſuis pro victoria obtulerunt. Nicolaus Jeroſchinus interpres Dusburgii* pauli *dilucidius idipſum proponit.* Videlicet primo ipſum Pruſſi equo, cujus ſinguli pedes ſingulis palis erant alligati, impoſuerunt; deinde lignis undiquaque congeſtis, adeo ut circumſtantibus conſpici non poſſet amplius, more patrio, combuſſerunt. Verba *Jeroſchini vid. ad citatum caput Dusburgii, confer. Autor Chronici ordinis Teutonici* fol. 110. *Quodſi plures erant captivi, ſorte deſignabantur Diis immolandi. Expreſſa ſunt ea de re verba Dusburgii:* Poſt hanc cædem, *inquit*, Nattangi volentes victimam Diis offerre, miſerunt ſortem inter Teutonicos ibi captos, ceciditque duabus vicibus ſuper quendam nobilem & divitem dictum Hirshan, qui ſic in anguſtia conſtitutus Henricum Monte (Prutenus is fuit) ut ad memoriam reduceret beneficia, quæ ipſi in civitate Magdeburg, ſæpius exhibuit, ut eum ab hac miſeria liberaret. Quo audito Henricus (id nominis adeptus erat in baptiſmo, ſed poſtea priſtinam religionem reſumſit) eidem compatiens ipſum duabus vicibus liberavit: ſed dum tertio miſſa ſors caderet, iterum ſuper eum, noluit redimi, ſed ſponte offerens ſe in bona confeſſione hoſtiam Deo, ligatus, ſuper equum ſuum, eſt crematus. Hæc *Dusburg. Part. 3. Chron. cap. 86. Eadem ratione Diis Pruſſicis immolati ſunt Heidenricus Eylinger, Wilhelmus de Coburg, & forſaſſe plures. Hauſerunt hunc morem Pruſſi* dubio procul *a Gothis*, apud quos idem obtinuiſſe probat *Schefferus* in Upſalia antiq. cap. 10. p. 137. & 149. ſeq. Præterea ſolebant etiam Pruſſi pagani (9) Diis ſuis *Equos albos* offerre, ut autor eſt *Hennebergerus* de Vet. Pruſſ. fol. 8. a. b. Idcirco non licebat ulli Pruſſorum album equum ad uſus domeſticos alere, eodem *Hennebergero* teſte. Exemplum ejus rei habet *Petrus de Dusburg* Part. 3. Chron. cap. 6. dignum ſane, quod legatur. Reſtringit tamen hoc ipſum *Dusburgius* Part. 3. cap. - in fine, ubi hæc habentur: Aliqui equos nigros, quidam albos, vel alterius coloris propter Deos ſuos non audebant aliqualiter equitare. Ex quibus liquido apparet, alios ab albis, a nigris alios, alios ab alterius coloris equis, abſtinuiſſe. (10) *Manubias* in bello captas in quatuor partes fuiſſe diviſas, quarum prima Diis, ſecunda ſummo pontifici, tertia amicis & fæderatis, quarta ipſis Pruſſis cederent, refert *Hennebergerus*. Sed Dusburgenſis, cui, ut antiquiori, fides eſt habenda: Poſt victoriam, inquit, Diis ſuis victimam offerunt, & omnium eorum, quæ ratione victoriæ conſecuti ſunt, tertiam partem dicto Criwe præſentaverunt, qui combuſſit talia. Tertiam proinde partem Pruſſi Diis immolabant, reliquas ſibi reſervantes. Addit poſthæc *Dusburgenſis* ritum in comburendis equis, in bello captis, obſervari ſolitum: Nunc autem, *inquiens*, Lethovini, & alii illarum partium infideles dictam victimam in aliquo loco ſacro ſecundum eorum ritum comburunt, ſed antequam equi comburantur, curſu fatigantur in tantum, quod vix poſſunt ſtare ſupra pedes ſuos. Sic ergo audivimus *homines* Diis Pruſſicis fuiſſe partim mactatos, partim combuſtos. Cruore immolatorum *Quercus* illa in urbe Romove adeo fuit conſperſa, ut horrorem aſpicientibus in-

Digitized by Google

incuteret. Terrorem augebant ipſi Dii, qui ſæpius illo in loco tonitrua, pluvias, va iasque tempeſtates excitabant. Apparebaot inſuper hominibus ſub ſpecie ſerpentum, draconum, ignis, aliarumque terrorem incutientium rerum. *Schuz.* in Chron. Pruſſ. lib. 1. fol. 46. In aliis item ſylvis ejusmodi ſpectra ſpectantium ſe oculis ingerebant: *Johannes Lasſicius* in lib. de Diis Samogit. p. 299. Hoc vero & *Gothis* fuit in uſu, ut arbores diis dicatas cruore ſeu tabo immolatorum conſpergerent, ut diſcimus ex *Adami Bremenſis* lib. de ſitu Daniæ. p. 94. (234) Uterque autem populus, videlicet & Gothi & Pruſſi, a Scythis hoc ipſum acceperunt, de quibus *Lucanus* lib. 3, v. 150. dicit:

Omnis & humanis luſtrata cruoribus arbor.

Super hæc ad cultum trium illorum Deorum generatim ſpectatum, & hoc addendum eſt, (11.) ſiquid populo, Deorum nomine, denunciandum erat, Waidelottæ Criwescicum *humeris ſublatum, ſupra ſtruem lignorum collocabant.* Eo in loco per aliquod tempus cum Diis collocutus, eorum juſſa Waidelottis exponebat, ut hi viciſſim populo circumſtanti illa renunciarent. *Simon Grunovius* tract. 3. cap. 1. & ex eo *Hennebergerus* de Vet. Pruſſ. p. 13. b. Ad extremum, (12) non licuit Pruſſis *tribus hisce Diis extra urbem Romove ſacrificia offerre*, ut autor eſt *Henneberg.* ex *Grunovii* tract. 3. cap. 3.

§. IX. Obſerv. (6) *Percuni* deſtructio. Deſtructus vero *Percunus* eſt (1) apud *Pruſſos*, una cum Quercu Romoveana per Boleslaum I. Regem Poloniæ, ita *Hartknoch. diſſert.* 6 p. 112. conferantur tamen, quæ nos ſupra cap. 10. num. 9. annotavimus. (2) Apud *Lithuanos*, & *Samogitas* facta converſione harum gentium, de qua nos infra fuſius. (3) Apud *Mecklenburgenſes*, Anno Chriſti 1128. Hoc enim anno Ducatus fere integer Mecklenburgicus fidem Chriſti complexus eſt, vid. *Fridericus Thomas, Analect. Guſtrov. period.* 1. *p.* 27. *ſeq.* (4) Apud *Novigrodenſes*: Hue ita *J. C. Scaliger de ſubtilit. Exerc.* 259. *ſect.* 3. ad *Cardanum*: *Animadverti Moſcovitarum regiam abs te dici Novigordiam. Ea in Latinis commentariis etiam Nugardia vocatur. Peculiari lingua,* Novigrod, *quod novum caſtrum ſonat. In Sclavorum lingua multas invenias ejusmodi terminationes ad oppida ſignificanda. - - Moſcovitarum vero eſſe regiam, nusquam audivi: neque te audiſſe puto: falſum te eo fuiſſe arbitror, quod ibi Sarmatarum maximus fuerit principatus. Urbem ipſam maximam, opes maximas. - Quæ nunc quod pareat Moſcovitarum Duci; confectus eſt tibi claudicans ſyllogismus. Moſcuo enim Moſcovitarum regia eſt. A cujus appellatione ſuis in diplomatibus initium ſemper facit ille Magnus Dux. Igitur Novigrod in ea terrarum parte, cum florens opibus, ac potentia, longe lateque imperitaret, a Johanne Baſilio Moſcovitarum Duce occupata atque exuta tum opibus, tum imperio ſuit. Ajunt eum de præda, ac manubiis trecentos carros precioſiſſimis onuſtos theſauris avexiſſe. Ii antequam Chriſtianorum ſacris initiati eſſent, idolo ſacrificabant, quod* Perun *appellabatur. In ipſa prælii turbine a victoribus de ponte præcipitem datum in flumen, quod nomine Wolchovo, ex lacu Ilmen ortum, urbem ſecat, ajunt locutum. Sed & nunc ejus, aliquando vocem ex profundo exaudiri.* *Johannes Wolffius* Lect. Mem. Cent. 16. Tom. II. f. 442. *Novogardenſes olim idolum quoddam, nomine* Perun, *eo loci, quo nunc eſt monaſterium collocatum, imprimis colebant, venerabanturque. Deinde baptiſmate aſſumpto, id loco motum; cum in flumen dejeciſſent, adverſo dicitur fluvio nataſſe: & circa pontem auditam fuiſſe vocem. Hæc vobis Novogardenſes in mei memoriam; ſimulque cum dicto, fuſtem quendam in pontem projectum fuiſſe. Solet etiamnum contingere, ut certis anni diebus hæc vox Perun audiatur; qua audita ſubito ejus loci cives concurrunt, ſeque fuſtibus mutuo cædunt, tantusque inde tumultus oboritur, ut vix magno præfecti labore ſedari poſſit.* Denique (5) apud ceteros Ruſſos deſiit *Percuni* cultus, anno Chriſti 997. cum Wladimirus Ruſſiæ Dux Græcorum fidem ſuſcepiſſet anno 950. de quo ita *Joh. Dlugoſſus* Hiſt. Pol. lib. 2. p 113. ſeq Sacrilegos ritus, quibus priſcis temporibus Ruthenorum gens dedita erat, Wladimirus Ruſſiæ Dux eliminaturus, tertio ex quo Chriſti fide illuminatus erat anno, idola, lucos, arasque & templa eorum confringit, incendit, & comminuit. Simulacrum vero Fulminis, quod præcipua veneratione apud Ruthenos colebatur, ad caudam equi alligatum, ſpectante multitudine Ruthenorum per terram trahi, & in flumen Dnieper mergi, gentibus Ruthenis ex utroque ſexu deorum & ſimulacrorum ſuorum fletu, & ejulatu ingenti confractionem proſequentibus, mandavit. Promulgavit inſuper Wladimirus Ruſſiæ Dux edictum, ut omnes nationes & populi ſibi ſubjecti relictis idolis, Chriſti fide & baptiſmatis charactere ſe inſignirent, habiturus eos pro hoſtibus, bonaque eorum confiſcaturus, qui detrectarent ſanctis ſuis parere juſſionibus. Qua neceſſitate populus Ruthenorum conſtrictus ad Kijow catervatim confluxit, & fidem Chriſti confeſſus in flumine Dnieper ab epiſcopo Corſinenſi, & presbyteris ex Græcia adductis baptizatur, & in fide ac ceremoniis ejus eruditur. Audita autem eſt vox & ejulatus draconis in aëre querentis, ſe ex poſſeſſione Ruthenorum, non ab Apoſtolis, aut martyribus, ſed ab una fœmina (Anna, Wladimiri conjuge,) ejectum eſſe. Ædificavit autem Wladimirus primam eccleſiam in loco, quo prius idolis thura incendebantur, & eam B. Baſilio dicari ordinavit,

vit, ſed & in aliis regionibus Ruſſiæ templa & ſacerdotes Dei multiplicat. &c.

CAPUT XIII.

De *Perdoito, Deo venti.*

§. I.

PRæclare *David Pſalm. 148, 7. 8. Laudate Dominum ignis,* (fulmen, tonitru, & fulgur) *grando, nix, glacies, Spiritus procellarum, quæ faciunt verbum ejus.* Quibus verbis Phyſicus cæleſtiſſimus tria genera meteororum hypoſtaticorum, ſcil. *Ignita, Aquea, & Spirituoſa*, eorundemque ſpecies recenſet; cauſſm inſuper exponens ac nominans, cujus poteſtate atque voluntate fiant, & a qua dependeant; ubi ait: *Faciunt verbum ejus*; poſtremo finem deprædicat, propter quem meteora exiſtant, ſcilicet, ut Deus laudetur: dicit enim, *Laudate Dominum, &c.*

§. II. Bene igitur mortalium res ſtetiſſent, ſicubi Deo officinam ſuam meteororum homines imprudentes non rapuiſſent, turbaſſentve, intruſis ſcrutariis & frivolariis, qui artificium hoc nec profitentur, nec ſciunt. Sapienter enim *Philo Sapient. cap. 13, 12. Vani ſunt omnes homines, in quibus non ſubeſt ſcientia Dei, & de his, quæ non videntur bona, non potuerunt intelligere eum, qui eſt, neque operibus attendentes agnoverunt, quis eſſet artifex; ſed aut ignem aut ſpiritum, aut citatum aërem, aut gyrum ſtellarum, aut nimiam aquam, aut ſolem, aut lunam rectores orbis terrarum Deos putaverunt.* Vani proinde & *Slavi, Pruſſi* nimirum, aliique, quibus fulmina *Occopirmo*; tonitrua & fulgura *Percuno*; & vim flatusque venti *Perdoito* cuidam adſcribere viſum eſt: poſtremum ut videamus, habebit hic ille curſus animi noſtri campum ſuum.

§. III. Obſerv. (1) *Perdoiti nomen.* Idolum ergo, quod imperaret ventis, Pruſſice, id eſt, Slavice *Perdoitus*, vel *Perdoytus*, vocatum eſt: ita nos docet una cum *Waiſſelio*, clariſſ. *Hartknochius* de Reb. Pruſſ. Diſſert. 8. p. 140. & Diſſert. 10. p. 163. *Johannes Meletius*, Epiſt. de relig. & ſacrific. Veter. Boruſſ. illud *Gardoaton* appellat, *per antiſtœchon*, P. in G. transmutato: niſi error potius fuerit typographi, qui *Perdoytum* exſcribere debuiſſet.

§. IV. Obſerv. (2) *Perdoiti etymon.* Ceterum ut aliis a *Pendendo*, ſeu verbo **Predam**, aut **pſchedam**, *vendo*; nobis tamen, ceu mox rationem dabimus, a *perflando*, *Perdoito* nomen factum eſſe videtur: ventus autem eſt meteorum ſpirituoſum, ex effluvio flatuoſo e globo terreno egreſſo, ortum, quod aſcendere laborans, reprimitur, & in obliquum retorquetur, cumque impetu per aërem ruit: **Pſcheduju** enim verbum Sorabis, id eſt, *perflo*, ich durchwehe, blaſe durch. Polonis **Przeduje**, & Bohemis **Preduju**, at Pruſſis olim **Perduju** erat: compoſitum ex præpoſitione **pſches**, **Pres**, vel **Per**, id eſt, *per*, & **Duju**, flo, ſpiro, *flatum edo*: ſic **Naduju**, *inflo, ſatisflo*, ex **na**, & **Duju**: & **Wuduju**, efflo, ex **Wu**, & **Duju**. Ut autem ex **Naduju**, ſit *nomen* **Naduty**, Sorab. & Bohem. id eſt, *inflatus*, it. *tumidus*, *turgidus*; & **Wuduty**, *efflatus*, a **Wuduju**: ita ex **Pſcheduju**, vel **Perduju**, factum **Pſcheduty**, vel **Perduty**, *perflatus*, it. valde *turgidus*, aut *tumidus*, hoch, oder ſehr aufgeblaſen. Ab hoc **Perduty** ergo *Perdoitus*, vel *Perdoytus*, quaſi tu dixeris latine, *idolum turgidum, vel quod flando perflandoque ſe multum fatigat*, vel *flatum multum hinc indeque* concitat.

§. V. Obſerv. (3) *Pardoiti figura.* Menti autem verius, quam pictis tabulis ſtatuisve, effigiem *Perdoiti* impreſſam olim fuiſſe, nobis ſcriptores videntur ſignificare. *Credebant Pruſſi*, ita ait celeberimus *Chriſtophorus Hartknoch. Diſſert. 10. p. 163. ſeq. ingentis magnitudinis Angelum ſive Deum in mari conſiſtere, & quo ſe ille verteret, eo quoque ventos converti. Quod ſi Deus ille ad iram concitaretur, credebant miſeri homines ipſum flatu ſuo piſces abigere, imo enecare. Fuit hæc dubio procul aliarum quoque gentium opinio; cum neque ex recentioribus deſint, qui Angelos ventorum Æolos eſſe ſtatuant, inducti nonnullis ſacrarum literarum male intellectis teſtimoniis*, ut *Pſalm. 17. Apoc. 7. &c.* vid. *Libertus Fromondus lib. 4.* Meteorologicorum cap. 1. artic. 3. p. 178. ſeq.

§. VI. Obſerv. (4) *Perdoiti cultores.* Sed vero in catalogo Deorum, quos *Pruſſi* in ſpecie, calamitatibus preſſi, ut & feſtis diebus invocare ſoliti ſunt, *Perdoitus*, tanquam Deus tertii ordinis recenſetur. *Thomas Waiſſelius* in Chron. Pruſſ. & *Hartknoch.* Diſſert. 8. p. 140. Pruſſis porro *Samogitas, Lithuanos, Ruthenos*, & *Livones* accenſet *Johannes Meletius* Epiſt. alleg. p. 165. & 167.

§. VII. Obſerv. (5) *Cultus Perdoiti. Johanne Meletio* Epiſt. cit. p. 167. autore, *Gardoates*, id eſt, *Perdoitus Deus nautarum fuit; ſcilicet, quoniam talium hominum vita, ſalusque & periculum a vi ventorum pendet.* Sic quoque *Hartknochius Diſſert. 8. p. 140.* Perdoytus *Deus navium: & Diſſert. 10. pag. 163.* Perdoitus *Deus nautarum piſcatorumq́. Cum huic Deo, ſic idem loc. cit. p. 164. ſacrificium Pruſſici piſcatores exituri piſcatum, offerre volebant, in horreum aliquod convenientes magnam piſcium vim coctam in tabulis exponebant. Sub hac ad pateras ſuas ſive ad pocula dilapſi ſtrenue potabant, idolothytorumque reliquias comedebant. Ad extremum Sigonota conſurgens ventos dividebat, indicabatq́; quo die, quo loco ſperari poſſet dives piſcium*

capiu-

captura. vid. *Waiſſel.* in Chron. f. 20. b. Placet hic etiam collocare *Athenæi* verba, queis, qualiter alii quoque gentiles capturæ piſcium cauſa, Deos ſint precati, docemur: ſic autem ille, *Dipnoſoph. lib. 8, c. 1. Homines ſane in Lycia piſcium vates, ſilentio non prætermittam; de quibus ita narrat Polycharmus libro ſecundo rerum Lyciæ hunc in modum: Cum ad mare perveniunt, ubi nemus eſt in littore Apollini ſacratum, in quo gurges eſt in arena, accedunt ad oracula petentes, duos obeliſcos habentes, atq; in utroq; carnes numero decem aſſatas; tunc ſacerdos ſilens apud nemus aſſidet; ii autem, qui oraculum petunt, obeliſcos in gurgitem projiciunt, ac expectant, quid accidat. Poſt obeliſcorum jactum gurges impletur mari, tantaque ac hujusmodi piſcium copia ingreditur, ut aſpectus ob hanc rem offendatur: ob magnitudinem vero, ut quandoque aufugiant. Cum vero piſcium ſpecies ſignificarunt, ſic oraculum petentes reſponſum accipiunt a ſacerdote, pro quibus oraverunt. Apparent autem cetuna, glauci & balanæ aliquando & priſtes, multiq; incogniti, neq; antea conſpecti.* Et cap. 3. *In Olynthiaco monumentum eſt Olynthi, Herculis Bolyeq; filii: narrant incolæ, quod Novembri ac Februario menſibus Bolya in Olynthum ebullitionem mittit, piſciumq; innumera multitudo ex ſtagno in fluvium Olynthiacum accedit: eſt autem fluvius hic non valde profundus, ita ut vix talum attingat, tanta nihilominus piſcium venit copia, ut incolæ omnes quantum ſalſamenti in eorum uſum ſit ſatis, condire poſſint. Admirabile eſt etiam, quod Olynthi monumentum non transmutetur, prius conſuetudinem fuiſſe inquiunt in Apollonia, menſe Februario, ut juſta perſolverent mortuis; at nunc in Novembrem menſem ea eſſe tranſlata, ac ideo ſolis his menſibus piſces aſcendere, quibus defunctis, exequias abſolvere conſueverunt.* Et paulo poſt: *Semus Delius libro ſecundo Deliadis, quando Brizo, inquit, ſacrificant, quæ vates eſt ſomniorum, antiqui ſiquidem Brizein dormire dicebant:*

Sopiti euroram ſic expectavimus almam.

Cum Deæ huic inquam ſacrificant, Deliæ mulieres omnibus bonis plenas ſcaphas afferunt piſcibus exceptis; quoniam cum pro omnibus precantur, tum pro navium incolumitate. Hactenus *Athenæus.*

§. VIII Obſerv. (6) *Perdoiti deſtructio.* Credam *Perdoiti* figuram, ſi qua fuerit, vel memoriam, numinisque cultum perduraſſe ad annum usque Chr. M CC XLIX id eſt, usque ad tempora *Jacobi*, legati pontificii; hoc enim hortante & ſvadente Pruſſi, Diis omnibus, qui non fecerunt cælum & terram, quibuscunque nominibus appellarentur, publice tandem renunciaverunt. vid. *ſupra cap. XI. num. 7.*

CAPUT XIV.

De
Pogoda, ſeu ut alii ſcribunt; Podaga, Dea ſerenitatis ſeu temperiei.

§. I.

PEr *Spiritum ipſius pulcros fecit* (Deus) *coelos*: ita *Jobus cap. 26, 13. B. Lutherus* vertit: Am Himmel wirds ſchön durch ſeinen Wind. Agendæ autem ſunt maximæ gratiæ doctisſimis commentatoribus, qui nos his verbis doceri probant: *I dari myſterium S. S. Trinitatis*: ſic enim interpretantur verba: Per *ſpiritum* (*Sanctum, manus* ipſius hoc eſt, *Filii Dei*, pulcros fecit (*Pater*) cœlos. II. dari *gloriam cœleſtem* & *beatitudinem feliciſſimam*, quia ſignificetur, quod cœlos non tantum in ſe fecerit Deus elegantiſſimos, ſed & *gloria & gaudio plenos*, habitaculum Angelorum & beatorum, quos in illis beatos reddat & pulcerrimos. vid. *B. D. Sebaſtianus Schmidius Comment. in h. l. pag. 192.* Præterea ex hoc loco tamen & diſcimus, adorationem ſudi cœli fieri a Deo, veluti cauſa prima, & per ventum, tanquam per cauſam ſecundam, quia iſte diſpellat nubes, tonitrua, fulmina, &c. Ita *Johannes Brentius* annot. in h. l. f. 96. *edit. Halæ Suevor. an. 1546. Per Spiritum, hoc eſt, ventus, qui ſpiritus Dei dicuntur, nubes diſpellentibus cælum ſit clarum & ſerenum.* Suffragantur *Vinarienſes*, *Olearius*, alii. Cum igitur nos cap. præced. de *Idolo oenei* diſſeruimus, nunc *ſerenitatis* numen, quale illud fuerit, aut quo nomine ſit appellatum a Slavis, e ruderibus ac latebris ſuis in antiquitatis ſaltem gratiam, perſcrutandum a nobis erit.

§. II. Obſerv. (1) *Pogoda nomen.* Scilicet ſerenum ac clarum cœlum fieri non opera quidem Dei ipſius altiſſimi, ſed cura & regimine inferioris ſeu minoris Deaſtri priſca Slavorum gens credidit: Deam autem, ſeu ſexus fœminei εἴδωλον fuiſſe, cui id munus incumberet, legimus. Vocatur enim *Pogoda*, apud *Johannem Dlugoſſum Hiſt. Polon. lib. 1. fol. 37.* Et *Podaga*, apud *Helmoldum in Chron. Slav. lib. 1. cap. 83.* ſed legam ibi *Pogoda*, per tranſpoſitionem litterarum. *Podaga* enim Slavicæ linguæ vox non eſt, neque vel origo apparet, unde fuerit orta, vel notio ulla excogitari & inveniri poteſt, quam habeat.

§. III. Obſerv. (2) *Etymon Pogoda.* Originem nominis ſermo Polonicus & Sorabicus nobiſcum communicat: Sorabis enim Pohoda, & Polonis Pogoda, ta, *ſubſt. ſerenitas, temperatio cœli, ſudum*, it. in genere, *opportunitas, occaſio, tempus commodum, congruum*: & adject. Pogodny, (vel Pohodny,) *ſerenus, placidus, apricus dies*; Pogodne Wiedro, *tempeſtas ſerena, & egregia, dies ter-*

terſus, mitis, clementia cæli, ſudum. Ex **po**, præpoſ. & radice ſeu verbo Polon. **Goić**, (Sorab. **hoju**, & **hojem**, freq.) id eſt *aptum eſſe, prodeſſe, conducere, idoneum eſſe, valere*, **taugen, tügen**, Belg. **deughen**. Hinc **Pogoda**, proprie, *Dea*, quæ, in ſpecie, *ſerenitatem cæli, aut aura, largitur*, egregie aptam agricolis, aliisve. Et bene *Johannes Dlugoſſus Hiſt. Polon.* loc. cit. *Habebatur & apud illos* (Polonos) *pro Deo* Temperies, *quem ſua lingva appellabant* **Pogoda**, *quaſi bona auræ largitor.*

§. IV. Obſerv. (3) *Figura Pogodæ.* In templo figuram *Pogodæ* Deæ fuiſſe olim oſtenſam, non eſt dubium. Ita enim *Helmoldus* loc. dict. *Eſt autem Slavis multiplex idololatriæ modus; non enim omnes in eandem ſuperſtitionis conſvetudinem conſentiunt: Hi enim ſimulacrorum imaginarias formas prætendunt de templis, veluti Plunenſe idolum, cui nomen* Podaga: *alii Sylvas vel lucos inhabitant*, &c. lege **Pogoda**, pro **Podaga**. Sed vere omnino *Henricus Bangertus*. in not. ad *Helmold.* lib. 1. c. 52. *Podaga*, (**Pogoda**,) *Plunenſium, idolum quâ forma fuerit, nulli ſcriptores, quod equidem ſciam, memoriæ prodidere.*

§. V. Obſerv. (4) *Cultores Pogodæ.* Ex *Johanne* vero *Dlugoſſo*, eujus verba jam num. 3. adduximus, patet, (1) *Polones* Temperiem ſeu *Pogodam*, veluti Deam coluiſſe. (2) *Wagrios*, ac in ſpecie *Plunenſes*: ſic *Helmoldus* loc. cit. *Plunenſe idolum*, **Podaga**, leg. **Pogoda**. De *Plöna, Plune*, ſeu *Plunem*, urbe, & caſtro Plunenſe, ſitu ejus, & fatis, multa quoque *Helmoldus Chron. Slav.* lib. 1. cap. 25. 75. 83. *Arnoldus Chron. Slav.* lib. 2. cap. 30 33. lib. 4. c 1. & lib. 6. cap 13.

§. VI. Obſerv. (5) *Cultus Pogodæ.* Duo nobis *presbyter Boſovienſis Helmoldus* exhibet facientia ad cultum & honorem *Pogodæ* quondam præſtitum. Dicit enim in verbis citatis num. 4. (1) Simulacrum *ejus forma* imaginaria, & quidem (2) de *Templo*. fuiſſe prætenſum. Nec dubium, quin plura Deæ reverentiæ ſigna & officia ſint præſtita. *Johannes* enim *Dlugoſſus* Hiſt. Polon. lib. 1. fol. 37. paulo poſt ita: *His Diis Deabusq; (Jeſſi, Liada, Nia, Pogoda, &c.) a Polonis delubra, ſimulachra, flamines & ſacroſancta inſtituta, luciq; in præcipuis ac frequentioribus locis venerationes & ſolennitates cum ſacrificiis inſtituta, ad quas mares & fœminæ cum parvulis convenientes, Diis ſuis victimas & hoſtias, de pecoribus & pecudibus, armentisq;, nonnunquam de hominibus in prælio captis offerebant. Qui confuſam ac popularem Deorum placandam multitudinem libaminibus credebant, in eorumq; honorem ludi certis temporibus anni decreti & inſtaurati ſunt, ad quos peragendos multitudo utriusq; ſexus ex vicis & coloniis in urbes convenire pro diebus inſtitutis juſſa, ludos hujusmodi impudicis laſciviisq; decantationibus, & geſtibus, nonnunquam plauſu, & delicata fractura, ceterisq; venereis cantibus, plauſibus, & actibus Deos, Deasq; præfatas receptis invocando, obſervationibus celebrabant. Horum ludorum ritum, & nonnullas eorum reliquias Polonos quamvis ab annis quingentis Chriſtianitatis cultum conſtat profeſſos usq; in præſentia tempora annis ſingulis in Pentecoſtes diebus repetere, & veterum ſuperſtitionem gentilium annuali ludo, qui idiomate eorum* **Stado**, *id eſt, grex appellatur, quod greges hominum ad illum peragendum conveniant, & in cuneos ſeu greges diviſi homines tumidi & ſeditioſi, in voluptates, ſegnitiem, & commesſationes proni, peragunt, meminiſſe.*

§. VII. Obſerv. (6) *Deſtructio Pogodæ.* Hæc (1) apud *Polonos* facta eſt in Catholica illa converſione gentis, de qua jam ſæpe. (2) apud *Plunenſes* autem comminutam eſſe, & in pulverem redactam, una cum excidio populi & ruina urbis ſuæ, vero prorſus conſentaneum. Sed cauſam rei poſterioris utriusque hiſce commemorat *Helmold. Chron. Slav.* lib. 1. cap. 56. *Slavicus furor propter occupationes Saxonum, veluti ruptis loris effervescens, Holzatorum fines inquietabat, adeo ut Falderenſis pagus jam pene in ſolitudinem redigendus eſſet, propter quotidianas interfectiones hominum, villarumq; deprædationes. Inter has tribulationum anguſtias, Vicelinus ſacerdos hortabatur populum in Deo ſpem ſuam conſtituere, agere litanias, in jejunio & attritione cordis, eo quod dies mali inſtarent. Henricus itaq; qui Comitiam adminiſtrabat, Vir otii impatiens, & ſtrenuus in armis congregato latenter de Holzatis & Sturmariis exercitu, hyemali tempore* (anno Chriſti 1139.) *intravit Slaviam, aggreſſusq; eos, qui præ manibus erant, & qui fixi ſudes defixa in oculis Saxonum, percuſſit eos plaga magna, omnem ſcilicet terram Plunenſem, Lutbilenburgenſem, Aldenburgenſem, omnemq; regionem, quæ inchoat a rivo Svalen, & clauditur mari Baltico, & flumine Trebena. Omnem hanc terram una incurſione, præda, & incendio vaſtaverunt, præter urbes, quæ vallis & ſeris munitæ, obſidionis propenſius ſtudium perquirebant. Proxima æſtate Holzati ſe mutuo adhortantes etiam ſine Comite caſtrum Plunen adierunt, divinoq; adjuti præſidio munitionem hanc ceteris firmiorem, præter ſpem obtinuerunt; Slavi, qui inibi erant, occiſioni traditi. Geſſeruntq; eo anno bellum perutile, vaſtaveruntq; crebris incurſibus terram Slavorum feceruntq; eis, ut ſibi facere propoſuerant, omni terra eorum in ſolitudinem redacta.*

CAPUT XV.

De Jutrobogo, ſive Deo auroræ.

§. I.

Quæ ſit prima omnis diei gratia ſive χρηστότης, & φιλανθρωπία Tit. 3. 4. τῦ πολυσπλάγχ.

Digitized by Google

σπλάγχνα καὶ οἰκτίρμονος Dei, *Jacob. 5, 11.* quamque populo ſuo egregio Iſraelitico, in locis deſertis commoranti, integris quadraginta annis exhibuerit; illa ſic eleganter & magnifice quidem depingitur a *Davide Pſ. 78, 25. 26. Januas cœlorum* (Deus) *aperuit, & pluit ſuper eos Man, ad comedendum, & triticum cœleſte dedit eis, panem fortium comedit, cibum miſit eis, ad ſaturitatem.* Porro tantæ liberalitatis, benignitatisque, *Philo* Sapientiſſimus pulcre ſic ſiſtit: *Sapient. cap. 16, 28.* nimirum, *ut notum eſſet, quoniam oportet prævenire ſolem ἐπ' εὐχαριστίαν, in gratia, & ad ortum lucis (πρὸς ἀνατολὴν φωτὸς) occurrere ei.* Videtur ergo, quod par ratio fuerit inſtituti matutini officii, apud Chriſtianos veteres, ſcilicet, ut tum perpenderetur quod לבקרים הרשים *quolibet mane miſericordia Dei ſint nova, Thren. 3, 23. Iſidorus de Orig. lib. 6. c. 19. Veſpertinum officium eſt, in noctis initio vocatum a ſtella veſpere, quæ ſurgit oriente nocte: Matutinum vero eſt officium, in lucis initio a ſtella Lucifero appellatum, quæ inchoante mane oritur. Quorum duorum temporum ſignificatione oſtenditur, ut die ac nocte ſemper Deus laudetur.*

§. II. Non vero latuit hoc ipſum munus atque officium & gentiles, quod cernerent ſentirentque ſe quovis exortu diei novis affici ac cumulari beneficiis. Sic enim de *Romanis Alexander ab Alexandro Genial. Dier. lib. 4. c. 17. Sacerdos lanea infula velatus & fronde coronatus, aram manibus tenens ad orientem verſus (quippe matutinum tempus ſacrificiis idoneum exiſtimarunt, quum Deos tunc aſſidere templis & matutinis ſalutationibus adeſſe opinio foret, Magorum & Perſarum exemplo, quibus in more fuit, primo ſemper diluculo canere Diis hymnosq; & laudes dare, orientemq; ſolem venerari,) meditato & ſolenni precationis carmine, verbis priſcis ex annalium vetuſtate erutis, numina & Deos precatus vota effundebat: quam precationem plerumq; ter geminabat. Id.* paulo poſt: *Fuitq; Apollonii Tyanei opinio, ſummo diluculo cum Diis verſari; procedente mox die, de Diis loqui oportere. Eo Virg. l. 12. Æn.*

Illi ad ſurgentis converſi lumina ſolis,
Dant fruges manibus ſalſas, & tempora ferro
Summa notant pecudum, paterisq; altaria libant.

Hinc etiam *Matuta Dea, & Dii Manes* priſcis fuerunt: *Nonius Marcellus cap. 1. Manum dicitur clarum; unde etiam mane poſt tenebras noctis diei pars prima: inde Matuta,* quæ Græcis λευκόθεα. *Nam inde volunt etiam Deos Manes appellari,* id eſt, *bonos ac proſperos, quod melior mors ſapientioribus, quam vita probetur. Cicero l. Tuſc. Quid? Ino Cadmi filia nonne Leucothea nominata a Græcis, Matuta habetur a noſtris?* Et *lib. 3. de Nat. Deor. Quid deinde Ino Dea dicitur, & Leucothea a Græcis: a nobis Matuta dicatur, cum ſit Cadmi filia? Ovidius lib. 6. Faſtorum:*

Leucothea Grajis, Matuta vocabere noſtris,
In portus nato jus erit omne tuo.

Propertius:

Hanc miſer implorat navita Leucotheam.

Apud Phryges *Matuta, mater Deum* dicta eſt: *Alex.* ab *Alexandro Gen. Dier. lib. 3. c. 12. Fuit etiam Romæ in foro Olitorio ara Junonis Matutæ Livius* Decad. 4. lib. 4. *Et in foro boario ſacellum matris Matutæ. Alex. ab. Alex.* G. D. lib. 2. c. 12. *Idem* lib. 3. c. 12. *ait, Athenienſes Auroræ non vino, ſed aquamelle diluta ſacrificaſſe.*

§. III. Sed hiſce gentibus merito nunc *Slavos Soraboſve* adjungemus: Hi enim fulgidam auroram ſic interpretati ſunt, quaſi eſſet numen præſtantiſſimum, quod mortalibus indies bene vellet cuperetque: quodque tenebras diſcuteret, & diem largiretur, aptum tempus operibus agendis conficiendisque. Viſa itaque Dea, a qua *Temperies, & ſudum cœlum,* diſcuſſis fulminibus, tonitruis, fulguribus ventorumque turbinibus nunc locum iis Diis dabimus, a quibus *lux prima ſit, diesque.* Hunc enim ordinem Deorum præſcribere, nobis quodammodo vetus videtur diverbium, poſt nubila Phœbus.

§. IV. Obſerv. (1) *Jutrobogi* nomen. Illud ergo idolum quod Soraborum perſuaſione primam diei facem accenderet, Jutrobogus, ſeu *Juterbog* appellatur: ita enim legitur id genus nominis apud *Petrum Albinum Chron. Miſn.* tit. XI. pag. 301. & *Juterboch*, apud *Jo. Conr. Knauth.* Prodrom. Miſn. p. 378. Sorabis quidem Luſatiæ Super. dicebatur Jutruy Boh, ſed Luſat. Infer. Jutry Bog.

§. V. Obſerv. (2) *Jutrobogi Etymon.* Juterbog, ſonat tanquam ſit compoſitum vocabulum, eſtque ex Sorabico nomine Bog, vel Boh, *Deus*: & Jutruy, vel Jutry, *adject. matutinus.* Sic Jutrua Wieſda, *Lucifer. Phoſphorus*: gitrni jare, Bohem. *aurora, matuta*: & Jutro, Bohem. gitro, *tempus matutinum*; item ad verb. jutro, Polon. gitro, Bohem. & jutſe/Sorab. *cras*, auf den morgen. Eſt etiam a gitro, formula ſalutandi matutina: Dobre gitro, Bohem. Sorabi Luſat. Super. per *antiſtachon*, dicunt, Dobre bretro, id eſt, *ſit felix diei exortus*, guten morgen! Quamobrem *Juterbogus*, ſeu *Juterbog*, vi etymi, *Deus matutinus*, vel qui præeſt tampori matutino, vel Deus auroræ, vel *Aurora ipſa, Matutaque.* Sic *Petrus Albinus* Chronic. Miſn. tit. XI. p. 301. Juterbog, Morgen-Gott, wird vielleicht Aurora geweſen ſeyn. Et *Cl. Knauthius* loc. cit. Juterbog, Morgen-Gott, ſub cultu Auroræ, als man davor hält, verehret.

§. VI. Obſerv. (3) *Jutrobogi Figura.* De hac, quod referam, in monumentis ſcriptorum nihil quicquam invenio.

§. VII. Obſerv. (4) *Jutrobogi cultores.* Du-

Dubium autem nullum, quin a *Sorabis*, hoc eſt, *Luſatiæ utriusque*, *Miſniæ*, *Saxoniæque* populis Jutrobogus olim ſit cultus. Id enim ſatis probat urbs Juterbog ſita in limine Saxoniæ & confinio Luſatiæ Inferioris, cui commune cum Deo nomen factum eſt. Meminit urbis antiquiſſimæ his verbis *Ditmarus Chron. Merſeburg.* lib. 6. f. 67. *Cum nos omnes ad locum, qui Juterbock appellabatur, veniſſemus.* Quinimo tenet nonnullos opinio, quaſi effigies idoli ſic dicti, in hac ipſa urbe ſteterit, *Petrus Albinus loc. cit.* Juterbog, Morgen-Gott, da man ohn Zweiffel auch einen ſolchen Abgott, welches vielleicht Aurora geweſen, verehret: daraus denn zu mercken, daß es eine lautere Fabel, was daſelbſt von der Jutta, und ihren Bock geſaget wird.

§. VIII. Obſerv. (5) *Jutrobogi cultus*; ſed & de hoc, qualis quidem fuerit, altum apud Hiſtoricos ſilentium.

§. IX. Obſerv. (6) *Jutrobogi deſtructio.* Nec hic, quod ego quidem ſciam, literarum monumenta nobis quicquam conferunt. Satis vero certum, idolum juſſu vel *Henrici Aucupis*, vel *filii Ottonis I. Impp.* exciſum eſſe; Henricus enim Auceps, Archiepiſcopatum Magdeburgenſem primus fundavit; Otto I. autem conſummavit, evocato ex cœnobio S. Maximini ad Treverim, Alberto, cui inſpectionem eccleſiæ Magdeburgenſis & vicinarum, hic in gentibus Henetis ad Salam & Albim, recens a patre Henrico Aucupe, & a ſe domitis, & magno labore ac fide ad agnitionem & cultum veri Dei, & Servatoris noſtri JEſu Chriſti adductis, commendavit. *D. David Chytræus Chron. Saxon. fol. 55.* Huic autem inſpectioni etiam *Jutrobogum* fuit ſubjectum.

CAPUT XVI.

De Schvvaixtixio ſeu Zviczio, Deo Lucis atque Ignis.

§. I.

AUroram lux ſequitur, & ſplendidiſſimum Solis jubar, quamobrem qui fuerint Dii lucis, quibusve nominibus appellarentur, nunc diſpiciendum. Illud autem Sacræ nos docent literæ, primo ipſum Deum eſſe lucem, & factam ſecundo ab ipſo lucis ſubſtantiam: quæ tertio accidentalem lucem, id eſt, qualitatem, ſui ſimilem producit, dein & radios, lumen ac colores.

II. Primo, inquam, αὐτοΦῶς, lux ipſa, infinita, independens, increata, immaterialis & archetypa, οὐσίᾳ ſimplex, triplex ὑποςάσει, Deus eſt: Deus enim *noſter lux eſt, & tenebra in eo non ſunt*, inquit *Johannes 1. Epiſt. 1, 5.* Sic Pater, πατὴρ τῶν Φώτων, *Jacob. 1, 17.* & Φῶς οἰκῶν ἀπρόσιτον vocatur *1. Tim. 6, 16.* Chriſtus Φῶς ἀληθινὸν lux vera, *Joh. 1, 9.* Φῶς τοῦ κόσμου, *Joh. 8, 12.* & τὸ Φῶς ſimpliciter *Joh. 1, 5.* Divinum etiam Spiritus Sancti numen lumen eſt, flammaque non ſolis Apoſtolorum linguis, ſed piorum quoque cordibus ſe infundens. Autor, qui *Ariſtoteles* eſſe creditur, *lib. de Theol. Ægypt. lib. 2. c. 4.* Primariæ lucis appellatione primum opificem exprimimus neceſſitate quadam ducti, quia eſſentiam, qualis ipſa in ſe eſt, explicare non poſſumus.

§. III. Porro ſecundo primum in principio rerum omnium mandatum infinitæ Lucis fuit, *fiat lux*! quod imperium mox ſecutum opus eſt, & imperativus factus eſt indicativus. Veriſſime *Baſilius*: *Prima Dei vox lucis naturam creavit, tenebras diſpulit, mundum illuſtravit, & exhilaravit, univerſis continuo gratum atque dulcem conſpectum.* Sed quare a luce orſus ſit creator Deus, ſapienter docet *Beatus Ambroſius Hexaëm. lib. 1. c. 9. Tom. I. Oper. fol. 61.* *Unde vox Dei*, inquiens, *in Scriptura divina debuit inchoare, niſi a lumine; unde mundi ornatus, niſi a luce exordium ſumeret? fruſtra enim eſſet, ſi non videretur. Erat quidem Deus ipſe in lumine: quod lucem habitat inacceſſibilem. Et erat lumen verum, quod illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Sed etiam lucem fieri voluit, quæ oculis corporalibus comprehenderetur. Qui ædificium aliquod dignum habitaculo patrisfamilias ſtruere deſiderat, antequam fundamenta ponat, unde lucem ei infundat, explorat; & ea prima eſt gratia, quaſi deſit, tota domus deformi horret incultu. Lux eſt, quæ reliquos domus commendat ornatus.* *Lyra* Comment. in Gen. Tom. I. Oper. f. 22. *Convenienter inchoatur a luce; quæ eſt qualitas communis: ſicut in generatione naturali inchoatio fit a communioribus formis: quia ſecundum Philoſophum, embryo prius vivit vitam plantæ, poſtea animalis: poſtea hominis: vel leonis, vel hujusmodi,* Et 1. Phyſic. dicit. *Philoſophus, quod a communioribus eſt incipiendum via doctrinæ: ſicut pueri in principio vocant omnes viros, patres: & omnes fœminas, matres: poſtea diſtinguunt: ſecundo, quia diſtinctio non apparet, niſi per manifeſtationem: omnia autem per lucem manifeſtantur: & ideo diſtinctio incipit a luce. Tertio quia dies non poteſt eſſe ſine luce: ideo lucem oportuit fieri prima die.*

§. IV. Ex nihilo autem creata lux a Deo eſt: materiam ejus primævam noli quærere, nulla fuit. Juſſit conditor ἐκ τῶν μὴ Φαινομένων τὰ βλεπόμενα prodire, *Ebr. 11, 3.* juſſit ἐκ σκότους (ex non ente) Φῶς λάμψαι, *2. Cor. 4, 6.* & vocavit τὰ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα, Romanor. 4, 17.

§. V. Hæc igitur lux primos totius univerſi fuit, hodieque eſt, ornatus, rerumque naturalium omnium dos pulcerrima: primogenia per primum mundi triduum acceſſu ſuo,

&

& præſentia effecit diem; receſſu & abſentia reliquit noctem, incomprehenſibili producta copia Nec ſolummodo illuminavit per tres primos dies, ſed imprimis ſovit agitatione ſua chaos, & ſubtilitate permeavit, & ſpirituoſa efficacia inſinuavit ſe tamdiu, donec quarto die in ſtellas, ſolem maxime, ac corpora ſublunaria mixta alia ad conſtituendum eadem a Deo diſtributa fuit. Niſi id feciſſet lux, (quod adhuc certa ratione facit in corporibus compoſitis) cur primo, altero, tertioque die lucem eſſe oportebat, cum nullum tamen adhuc eſſet animal? Atque lucis hæc natura eſt, ut ſi ſit libera, ſuique juris, radios emittat neceſſario & motu gaudeat, poroſa liquidaque penetrando, ac vivificam vim excitando. *B. Kirchmajer. de Phoſphoris p. 19. & 20.*

§. VI. Quantæ vero virtutis, utilitatisque lux ſit, poſtquam diſtributa a Deo eſt, paucis exponam: lux corporis principium conſtitutivum eſt, ſine quo nec movetur corpus, nec vitale quicquam exerit: lux agitat molem, & magno ſe corpore miſcet: omnia obſcura & diaphana illuſtrat: lumen radios, colores generat: Ignis & æſtus parens eſt, humores extrahit, ſegetes matureſcit, meſſem procreat; lux mediante ſole diem adfert. *Sirac. 43, 2.* lætitiam ſuſcitat, *Pſalm. 97, 11.* timorem excutit, *Pſalm. 27, 1.* facinoroſos fugat, *Job. 24, 16.* imo & beſtias rapaces: nam ubi ortus eſt ſol, & congregati ſunt, in cubiculis ſuis collocabuntur: exibit homo ad opus ſuum, & ad operationem ſuam, usque ad veſperum, *Pſ. 104, 22. 23.* Lutherus eleganter; Wenn die Sonne aufgehet, heben ſie ſich davon, und legen ſich in ihre Löcher: So gehet der Menſch aus, an ſeine Arbeit, und an ſein Ackerwerck, biß an den Abend. Verbo, lux bona eſt, *Gen. 1, 4.* proinde propter lucem, nos conditorem lucis, Deum veneramur, eique hymnum canimus:

O lux beata Trinitas,
Et principalis unitas,
Jam ſol recedit igneus,
Infunde lumen cordibus,
Te mane laudum carmine,
Te deprecemur veſpere:
Te noſtra ſupplex gloria
per cuncta laudet ſecula.

§. VII. Sic ergo nos Chriſtiani: Verum enimvero veteres Slavi prorſus nobis tergum ſuum obverterunt, γνόντες illi quidem τὸν Θεὸν τῦ Φωτὸς, ἀλλ᾽ ὐχ ὡς Θεὸν ἐδόξασαν, ἢ ἐυχαρίϛησαν, ἐματαιώθησαν δὲ ἐν τοῖς διαλογισμοῖς αὐτῶν καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία: *Deum* (quidem lucis, quod ſit,) *cognoverunt*, (ſed qui talis eſt, illum) *non ut Deum glorificarunt, neque grati* (*erga eum*) *fuerunt: fruſtrati* (autem) *ſunt per cogitationes ſuas, & obtenebratum*, (adeo) *eſt inſciens cor eorum*, *Rom. 1, 21.* ut adeo neſciant, quem lucis ſatorem, datoremque, duobus nominibus, *Schwaixtixii*, & *Zviczii* inſignitum, illi conſtituerint: Dixeris *idolum quoddam Zeli fuiſſe, quod collocarunt in ædes ſuas ad provocandam æmulationem Dei* (lucis) zum Verdruß dem Hauß-Herrn, ut ait Propheta. *Ezech. 8, 3.*

§. VIII. Obſerv. (1), *Schwaixtixii*, & *Zviczii nomina.* Igitur idolum, quod luci præeſſet, & a quo lux diei ignisque veniret; Slavis *Pruſſicis Schvvaixtix* vel *Schvveixtix* dicebatur: ita *Thomas Waiſſelius in Chron. Pruſſ.* apud *Hartknoch. diſſert. 8. de Reb. Pruſſicis, p. 140. Schvveixtix, Deus lucis.* Aliis, *Lithuanis* nempe & Samogitis *Zvicz*, (ſic enim legendum vocabulum, id eſt *Svicz*,) dictum eſt; ita refert *Alexander Gvagninus in Sarmat. Europ.* cap de priſca religione Lithuanorum, f. 52. b. & *Gerhard. Joh. Voſſius* de Orig. & progreſſ. Idololatr. lib. 2. cap. 66. p. 660. uterque autem falſo *Zvicz* ſcripſerat.

§. IX. Obſerv. (2) *Schvveixtixii* & *Zviczii etyma.* Primo nomen Zvicz, ut notius nobis, derivandum: Hoc oritur ex Polonica voce ſwiece, Bohem. ſwititi, & Sorabis ßwieczu, *candeo, luceo, ſplendeo, fulgeo*, ich leuchte, bin licht. Hinc ſwiec, ſeu Zvicz, quia literæ S. & Z. unius valoris Slavis ſunt, (*lux lumen*, & ßwieza, Sorab. & Pol. ſwice, Bohem. *candela*: ßwietto vulgo ßwietwo,) Sorab. item. *lumen, lux*, ßwietly, a, e, *adject. lucidus, a, um*, ßwietloſcz, ſubſt. Sorab. vel ſwietloſc, Polon. *claritas, ſplendor.* vid. *Orig. Lingv. Sorab. lib. 2. c. 1. p. 409. ſeq.* Quamobrem a ſwiece, vel ßwieczu, verbo, formatum, Swiecz, aut Sviecz, vel Zvicz *ſubſt. maſc. gen.* id eſt, *Lux*, vel *Deus lucis*, *Alexander Gvagninus loc cit.* paulo aliter vocab. Zviez, interpretatur, dicit enim, Lithuani & Samogitæ, *ignem*, quam ſua lingva *Zvicz*, ut (id eſt,) rem ſacram appellabant, cultu divino proſequebantur. Videtur ergo ſentire, quaſi ſit Zvicz, vel ex *adject.* Polon. & Sorab. ſwiaty, vel ßwiaty, *ſanctus, ſacer.* Lithuan. ſwanty, idem: vel ex verbo ßweczu, *ſanctum vel ſacrum habeo, ſanctifico.* Hinc etiam ßweczc, & ßweczaczo, *ſtatua, effigies* ſanctuli cujusdam, ſed rectius, ut dixi, a ßwieczu, ßwiecz, vel Zvicz; ſic enim Grammatica nobis ſvadet, & ſubjectum, cui tribuitur, quod lucem atque ignem repræſentarit. Sed vero & ßweczu, Polon. ſwiece, *ſanctifico*, ex ßwieczu, quod e ante. vid. *Orig. Lingv. Sorab. lib. 2. c. 1. p. 416.* Secundo Schweixtix, vel Schwaixtixius, alterum nomen idoli, ſumptum eſt ex lingva veteri Pruſſica vel Lithuanica: Lithuanis enim Schwaixin, eſt *juvare, auxilio eſſe, auxilium præſtare, opitulari*, it. *prodeſſe*: ſunt etiam hæ mihi formulæ recitatæ ab ipſismet *Lithuanis*: Schweix id eſt, *proſit*, helff GOtt! Diewswos ſchwaikiſma, *Deus me juvabit*, GOtt wird mir helffen. Diews wos

ſchwaikino manne, *Deus me adjutus eſt*, GOtt hat mir geholffen. Diewꝛ normus wos ſwaikin, *Deus vos juvit*, GOtt hat uns geholffen. Diewꝛ wos ſwaikiſius wiſsus, *Deus vos juvabis*, GOtt wird euch helffen. Diewꝛ normus wiſsus wos ſchwaikin, *Deus nos juvabis*, GOtt wird uns helffen. Igitur ex Schweix, Schweixtix, vel Schwaixtixius, proprie *Deus auxilii*, ſeu *opitulationis*, *per metonym. adjuncti*, quod lux lumine ſuo proſit multifariam.

§. X. Obſerv. (3) *Schweixtixii* & *Zviczii figura*. Silent de utraque, quos evolvere mihi licuit, omnino Autores.

§. XI. Obſerv. (4) *Schweixtixii* & *Zviczii cultores*. Teſte vero *Thoma Waiſſelio*, in Chron. Pruſſ. (1) *Pruſſi* Schweixtixium invocarunt. vid. *Hartknoch*. Diſſert. 8 de Rebus Pruſſicis, p. 140. (2) *Lithuani* & (3) *Samogitæ Zviczium*; ſic nos docet *Alexander Goagninus* Sarmat. Europ. cap. de priſca relig. Lithuanorum, confer num. XII. ſequentem.

§. XII. Obſerv. (5) *Schweixtixii* & *Zviczii cultus*. Ad poſteriorem pertinet, ubi ita *Alexander Guagoinus* lib. & cap. cit. *Ad Jagielonis Wladislai Regis Poloniæ, ex Ducibus Lithuaniæ, tempora, tota gens Lithuanica & Samogitica priſca multorum Deorum, ſeu potius dæmonum ſuperſtitioni dedita erat, imprimisq; Ignem, (quem ſua lingva Zvicz, ut rem ſacram appellabant,) (1) cultu divino proſequebantur, eumque (2) in celebrioribus locis atq; oppidis (3) perpetuum obſervabant, & (4) ſacerdotes cum miniſtris ad hoc munus obeundum adhibebant, quod ſi (5) incuria miniſtrorum ignis extingveretur, capite plectebantur. Hujusmodi ignis Vilnæ metropoli Lithuaniæ in arcis medio, (ubi nunc Baſilica, divo Stanislao dicata, erecta eſt) perpetuo aſſervabatur.* Sed de *Schwaixtixii* cultu ita *Hartknoch. Diſſert. XI. de Reb. Pruſſ.* ubi de feſto diei XXII. Martii, quo *Pergrubio*, ſacra facere ſolebant, pag. 178. *Vurſcaitus opinione Pruſſorum*, Schwaixtixtum *Deum invocabat, ut juſto tempore gramina, pecora, hominesque lumine ſuo colluſtraret foveretq;.*

§. XIII. Obſerv. (6) *Schweixtixii & Zviczii deſtructio*: Sine dubio, quod (1) ad *Pruſſos* ratione *Schwaixtixii* attinet, cultus idoli hujus duravit ad annum usque M CC XLIX. in quo gens univerſa Chriſto nomen dedit. vid. *ſupra cap. XI, num. 7.* Multo autem tardius idololatriam ſuperſtitionemque ratione *Svicii*, aliorumque Deorum *Lithuani* & *Samogitæ* exuerunt: nim. anno demum M CCC LXXXVII. quo monitu hortatuque piiſſimo Vladislai Regis Poloniæ, primi ex Ducibus Lithuaniæ, Lithuani, Samogitæque ad fidem converſi ſunt. Eam in rem ita *Alexander Guaguinus in Sarmat. Europ. Sect. de Vitis Reg. Polon.* fol. 18. *Anno a Chriſto nato 1386 Jagielo Magnus Dux Lithuaniæ, cum fratribus ſuis Boriſſo, Svidrigielone, & Vitoldo, Cracoviam ſatis ſplendide, 12. Februarii venit; ubi ab omnibus ingenti cum lætitia acceptus, & in arcem honorifice deductus eſt. Itaque 14. die Februarii, cum fratribus in fide Chriſtiana inſtructus, ſacro baptiſmi fonte abluitur, & Vladislaus appellatur. Eadem die baptiſmo abſoluto matrimonium cum regina Hedvigi contraxit, Magnumque Ducatum Lithuaniæ, Samogitiæ, Ruſſiæ, ſicut promiſerat, regno Poloniæ incorporavit, univit, diplomatibusque & jure jurando confirmavit. Tandem hebdomada elapſa in Regem Poloniæ ſolenniter conſtituitur, & ſacro diademate coronatur. Poſtea nuptiarum ſolennibus peractis, Jagielo cum regina in majorem Poloniam, ſub Quadrageſima tempore profectus eſt, propter pacificandas ſeditiones, quæ per Domaratum Capitaneum generalem majoris Poloniæ, & Vincentium Palatinum excitabantur. Rebus itaq; in Polonia majori compoſitis in Lithuaniam expeditionem adornavit: nolens eam amplius cultui idolorum & dæmonum vacare: in comitatu ſuo magnam procerum & equitum Poloniæ catervam habens, Archiepiſcopus quoque Gneſnenſis, plurimiq; eccleſiaſticorum, & ſeniorum Maſoviæ, Cunraduſq; Olesnicia Duces eum ſecuti ſunt; Vilnæque ſolenniter conventu edicto, ſub initium Quadrageſimæ, de vano idolorum cultu abolendo tractare cœperunt: ſicq; illa gens barbara Lithuaniæ & Samogitia ſacro baptiſmi fonte lavata eſt. Porro turmatim ſtantes aqua luſtrati (nomine unicuiq; turmæ, Stanislai vel Petri, &c. impoſito.) aſpergebantur.* Idem *Goagninus in Deſcriptione Lithuaniæ* fol. 52. & ſeq. ita rurſum: *Omnes errores & vanas ſuperſtitiones Lith. & Samogit. Jagielo, poſtquam cum Hadvigi hærede regni Poloniæ unica matrimonium contraxit, abſtulit, ſedavit, & Chriſtianum nomen Lithuanis, baptiſmi lavacro ablutis indidit. Rebus enim in Polonia recte conſtitutis, volens, ne Lithuania patria ſua ulterius dæmonum cultui vacaret, comitia generalia Vilnæ, Lithuaniæ metropoli, anno Domini 1387. ad initium quadragenarii jejunii indixit, ad quas ingenti procerum & equitum Polonorum caterva ſtipatus, una cum Regina in Lithuaniam ſe contulit, Archiepiſcopum Gneſnenſem & multos ſacerdotes ac pios homines, ſecum duxit. Semovitus quoque & Joannes Maſoviæ, Conraduſque Olesnicio, Duces eum comitati ſunt. Convenerunt quoque Vilnam Skergelo Trocenſium, Vitoldus Grodnenſium, Valodomirus Kiovvienſium, & Koributus Novogrodenſium Duces fratres Principes, & infinita equitum plebisque multitudo: ibi de religione Chriſtiana populariter ſuſcipienda, ac de exterminando cultu falſorum Deorum, & omni ſuperſtitione diligenter actum, ipſo Rege maximam ei rei operam navante, non ſolum hortando, & præmiis alliciendo, ſed etiam docendo. cum Polonici ſacerdotes lingvæ gentilis ignari*

eſſent

eſſent. Porro gens barbara majorum ſuorum religiones agre relinquebat; ſed cum mandato Regis Ignis ſacer extinctus, templum, araque ejus, unde oracula a ſacerdote edebantur, everſum eſſet Vilna, ubi nunc divi Stanislai templum, necatiq; ſerpentes, & ſuccisi luci, arboresq; ſacra, abſque cujusquam laſione, Lithuani admirantes ſtupidique dicebant: quomodo Dii noſtri iis perverſis Polonis Chriſtianis, hanc injuriam aſſimulant, ſeque ladi ſceleſtis manibus ſinunt: quod ſi hoc aliquis noſtrum perpetraret, confeſtim ira Deorum interiret? ſed cum Poloni prater opinionem barbarorum, idola everterent, tum vero Lithuani vanitate ſua agnita, alacriores ad Principum ſuorum religionem, facti ſunt, plurimam ex his multitudinem Rex advectis ex Polonia pannis laneis albis ad baptiſmum perduxit. Porro cum immenſi laboris eſſet, ſingulos ſacro fonte tingere, nobilioribus tantum hic honor tributus eſt: reliquum vero vulgus turmatim diſtributum, aqua ſacra a ſacerdotibus aſpergebatur, unumque nomen ſingulis turmis, tam virorum, quam mulierum, in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, inditum erat, atq; una die triginta millia barbarorum bapiſati ſunt, exceptis nobilioribus, & illis, qui ante ſacro fonte, in Polonia lavati erant; atque ab eo tempore Lithuani in fide Chriſti permanent. Johannes Dlugoſſus Hiſt. Polon lib. 10. fol. 108 - 110. ita ad an. 1387. *Gentem & regionem Lithuanicam Wladislaus Polonia Rex, quemadmodum in fadere cum regno Polonia & Hedvvigi regina icto, jurejurando ſe obſtrinxerat ab idololatria & ſuperſtitione gentili, ad cultum unius veri Dei, & religionem fidei orthodoxa, reducturus, pra cunctis mentis ſua deſiderabilibus, catholica fidei affectans incrementum Bodzanta Gneſnenſi Archiepiſcopo, & pluribus viris eccleſiaſticis, & religioſis, & exemplaribus, & regno Polonia, quorum doctrina, cura & opera, chriſtiana religio, apud ſupra dictam gentem profanis ritibus deditam, ſeri & florere poſſet, aſſumptis, in Lithuaniam ire pergit, apud quam Chriſtus hactenus fuit incognitus & invîſus. Non contentus autem eccleſiaſticis Viris Hedvigim reginam, novam patriam, novamque regionem & gentem ſui conjugis viſuram, item Semovitum & Joannem Maſovia, Conradumq; Olſchnicenſem Duces, Bartoſium de Viſzemburg Palatinum Poſnanienſem, Chriſtianum de Kozyeglovvy Sandecenſem, Nicolaum de Oſzolin Viſlicienſem, Zaxlikam de Miedzygorze cancellarium, Nicolaum de Moſkonzovv, vice-cancellarium regni Polonia, Wlodkonem de Charbinovvicze pincernam, Spitikenem de Tarnovv, Succamerarium, & Themkonem Subpincernam Cracovienſem, pluresque alios Polonia barones & milites ſecum duxit. Cum autem in Lithuaniam perventum eſſet, conventum pro die cinerum apud Vilnam agit. Quo cum fratres regii, Skirgallus Throcenſis, Vithavvdus Grodnenſis, Wlodimirus Kiovienſis, Corlbuth Novogrodenſis, Duces, & militum populariumq; frequens numerus, regio juſſu, conveniſſet, pluribus diebus, a Wladislao Polonia rege, adjuvantibus illum catholicis Ducibus, qui convenerant, apud milites & populares laboratum eſt, ut falſis Diis, quos hactenus, vano gentilium errore decepti, colebant, abjectis, unum verum Deum, ejusq; Chriſtianam religionem venerari, credere, & colere conſentirent. Reluctantibus barbaris, & ſe ſuaque numina (erant autem hac pracipua. Ignis, quem credebant perpetuum, qui per ſacerdotes, ſubjectis lignis, nocte atque interdiu adolebatur; ſilva, quas putabant ſacroſanctas, & aſpides ſerpentesque, in quibus Deos habitare & latere credebant) impium & temerarium contra majorum inſtituta deſerere, & peſſundare aſſerentibus: Wladislaus Rex ignem, qui perpetuus ab illis putabatur, in Vilnenſi civitate, qua caput & metropolis gentis erat, ſervatum, & a ſacerdote eorum, qui Zincz appellabatur, & qui ſupplicantibus, ac de futuro rerum eventu numen conſulentibus, falſa edebat (quaſi hac a numine accepiſſet) reſponſa, cuſtoditum; & ſedula lignorum adjectione nutritum, barbarie ſuſpectantibus, extingui & templum aramque, in quibus hoſtiarum ſiebat immolatio, diſrumpi, ſilvas inſuper, qua ſacroſancta putabantur, ſuccidi, & lucos eorum confringi, aſpides etiam & ſerpentes, qua & qui in ſingulis domibus velut penates Dii reperiebantur, interfici & necari (barbaris fletibus tantummodo & lamentis falſorum ſuorum Deorum & numinum, ruinam & cladem, ac exterminium, cum muſſitare contra Regis imperium non auderent, proſequentibus) diſpoſuit. Confractis autem & exterminatis idolis, dum Deorum ſuorum falſitatem a quibus hactenus ſe ludificatos intellexerant, oculis pervidiſſent, univerſa Lithuanorum gens & natio fidem chriſtianam ſuſcipere, & vetuſto errori renunciare, prona & obedienti devotione conſenſit. Per dies autem aliquot, de articulis fidei, quos credere oportet, & oratione dominica, atque Symbolo per ſacerdotes Polonorum, magis tamen per Wladislai Regis, qui linguam gentis noverat & cui facilius aſſentiebat, edocta, ſacri baptiſmatis unda renata eſt, largiente Wladislao rege ſingulis ex popularium numero, poſt ſuſceptum baptiſma, de panno ex Polonia adducto, novas veſtes, tunicas & indumenta. Qua quidem provida liberalitate & largitione effecit, ut rudis illa natio & pannoſa, lineis in eam diem contenta, fama hujusmodi liberalitatis vulgata pro conſequendis laneis veſtibus, catervatim ad ſuſcipiendum baptiſma, ex omni regione accurreret. Et quoniam labor immenſus erat, unumquemque credentium, baptiſare ſingillatim, concurrentis ad baptiſma populi Lithuanici utriusque Sexus multitudo mandante Rege, ſequeſtrabatur in turmas, & cuneos, & univerſi de qualibet*

bet turmarum, benedicta aqua ſufficienter conſperſis, cuilibet etiam turmæ & univerſis, qui in ea conſiſterant, nomen Chriſtianum & uſitatum, abrogatis barbaricis, videlicet prima turma Petrus, ſecunda, Paulus, tertia Johannes, quarta Jacobus, quinta Stanislaus, &c. Fœminis vero, quæ & ipſa proprias faciebant turmas, competentia nomina videlicet, Catharina, Margaretha, Dorothea, &c. juxta numerum & quantitatem turmarum, imponebantur. Militaribus tamen, & natu majoribus, ſpecialis impendebatur baptiſmus; qui & ipſi cum conſortibus, parvulis, & cognatis, ſacrum baptiſma ſuſcepturi, & chriſtianæ fidei articulos cogituri, Vilnam certatim ruebant.

CAPUT XVII.

De Vorskaito & Schvveibrato Diis pecorum.

§. I.

NEmo tam hoſpes in ſacris, cui organa illa egregia duo Dei ter O. M. germanique ſatu, *Moſes* & *Aaron* noti non ſint, quamque ſanctæ uterq; autoritatis ac poteſtatis ſummæ fuerit; ille enim leges condidit, Rempublicam inſtituit atque rexit; hic autem eccleſiam, & res ſacras moderatus eſt. Sed & illud confirmat Scriptura in hiſtoria rerum utriusque, fuiſſe ad verba illorum, quibus cum Pharaone locuti ſunt, maximam factam ſtragem pecorum, vid. *Exod.* c. 9, 3-7. Et cap. 10, 8. ſic loquitur Spiritus Sanctus: quæſiviſſe Pharaonem ex Moſe & Aarone: quinam ſunt, qui ituri ſint de Iſrael & Ægypto: *Ait Moſes: cum parvulis noſtris, & ſenioribus pergemus, cum filiis & filiabus: cum ovibus & armentis*, & verſ. 24. *Vocavitque Pharao Moſen & Aaron, & dixit eis, ite, ſacrificate Domino* NB. *oves tamen veſtra & armenta remaneant; parvuli* (etiam) *veſtri eant vobiſcum. Ait Moſes; Hoſtias quoq; & holocauſta dabis nobis, quæ offeramus Deo noſtro. Cuncti greges pergent nobiſcum, non remanebit ex eis ungula.* Additur deinde *Exod. cap. 9.* dixiſſe Moſen ad Pharaonem: *facturum eſſe Dominum mirabile inter poſſeſſiones* (pecora) *Iſrael, & poſſeſſiones* (pecora *Ægyptiorum*, (nimirum) ut nihil omnino pereat ex his, quæ pertinent ad filios Iſrael. & v. 20. *Qui timuit verbum Domini*, (per Moſen & Aaron prolatum) *de ſervis Pharaonis; fecit confugere jumenta in domus.* Et *grando non percuſſit ea.* Plura talia huc cumulare ſtudio ſuperſedeo.

§. II. Ex hactenus allatis colligunt Sapientes, I. Ex hiſtoria *Moſis* & *Aaronis*, fratrum principumque Reipublicæ & eccleſiæ judaicæ ſumptas eſſe Cretenſium fabulas, de *Minoë*, & *Rhadamanto*: quorum iſto quidem *Moſen*, hoc *Aaronem*, ſignificari: ita *Chriſtianus Wormius* de *corruptis Antiq. Ebraicar. veſtigiis* apud *Tacitum*, & *Martialem lib. 1. c. 3. p. 43. ſeqq.* II. Res geſtas utriusque, Moſis ac Aaronis fabulam *Panos* peperiſſe. Nam cum dicitur, *Pan* Syringam ſuam ad Ladonem Arcadiæ flumen, converſam in arundinem deprehendiſſe: *Ovidius* Metamorph. lib. 1. fol. 18. id confictum ex eo eſt, quod Moſen filia Pharaonis in carecto ripæ fluminis expoſitum invenerit, *Exod.* 2, 5. Porro *Pan*, Deus *Ægyptius* habitus, vid. *Dickinſon.* Delph. Phæniz. cap. 14. p. 38. ſeq. *Alexander* ab *Alexandro* Genial. Dier. lib. 4. cap 12. fol. 513. *Pan* Deus *Arcadiæ*, *Virgil.* Eclog. 10, 26. & lib. 3. Georg. v. 394. Sic *Moſes* quaſi Deus quidam Ægyptiorum. *Dixit enim ad ipſum Dominus, ecce conſtitui te Deum Pharaonis, Exod. 7, 1.* Hinc *Philo lib. 1. de Vita Moſis* fol. 398. *Moſes totius gentis* (Iſraeliticæ) *Deus atque Rex.* Tertio *Pan, ovium cuſtos, Virgilius* lib. 1. *Georg. v. 17.* Et *Eclog. 2. v. 33.* *Pan curat oves, oviumq; magiſtros. Pan pecoris Deus, Ovid. lib. 2. Faſtor.*

Pana Deum pecoris veteres coluiſſe feruntur.

Ita *Moſes pavit oves Jethro, Exod. 3, 1.* &c. Pan *quarto* ab Ebr. פנה *pinnah, id eſt, princeps, caput populi* dictus eſt, vid. *Iudic.* 20, 1. 1. *Sam.* 14, 38. *Joſ.* 19, 13. Ita *Moſes princeps populi Iſraëlitici*, & veluti *Rex* quidam, *Deut.* 33, 5. vid. *Seldenus* de *Synedr. lib. 2. c. 2. p. 517. ſeqq.* & *Buckius Diſſert. de Anno Ebr. Jubilæo num. 1. §. 1.* Porro & *Aaron* ipſe Pan habitus eſt gentilibus; fuit enim Pan, unus ex Ducibus Bacchi; quia Aaron unus ex Ducibus Moſis: *Bacchus* autem ſignificavit *Moſen*, vid, *Voſſius* de *Orig. Idol. lib. 1. c. 30. p. 228. ſeq.* & *Bochart. Chan. lib. 1. cap. 18. p. 485.* Pan terrorem injecit gigantibus, cum in Deum aciem inſtruerent; quia cum Moſes & Aaron Iſraelitas ex Ægypto eduxerint, *incubuerit timor eorum* (Iſralitarum) *ſuper Ægyptios*, *Pſal.* 105, 38. Denique Panos ſimulacrum caprina facie, rubro colore, hirtis cornibus, pectore ſideribus radiante, infima ſui parte hiſpida, & caprino pede fuit; altera manu fiſtulam tenens, altera pedum incurvum, *Alex.* ab *Alexandro Genial. Dier. lib. 4.* cap. 12. f. 513. conf. *Tiraquellus* in *Comment.* ubi effigiem iſtam ex mente *Servii* conſiderat. Sed hæc fere tum ex facie Moſis ſumpta ſunt: de qua *Deut.* 34. *non caligavit oculus ejus, nec dentes illius moti ſunt. Exod.* 34. 29. 30. dicitur *cornutam* (radiantem) fuiſſe faciem ipſius; tum quia dicitur, Aaron portabat nomina filiorum Iſrael in rationali judicii ſuper pectus ſuum: Exod. 28, 29. de *pedo Moſis*, videſis *Exod.* 4, 3. & de *baculo Aaronis, Num.* 17, 6. 8. 10.

§. III. Verumenimvero non *Cretenſes* ſolum, alii vé hiſtoriam *Moſis* & *Aaronis* in fabulas converterunt; ſed & *Slavi* cum iis feciſſe videntur, poſtquam fama ac rumore illorum

munia

munia atque res geſtas perceperiot. Sie enim v. 9. *Pruſſi* veteres *Prutenum* & *Waidevvu-tum* fratres fuiſſe confinxerunt, quorum ille Rempublieam, hic leges ſuæ gentis condiderit. Alii quidem ambos Duces faciunt, a quibus Pruſſi in Pruſſiam ſint translati: & alii, quos inter Celeberrimus *Chriſtophorus Hartknochius* eſt, eos recentiorum temporum ac otioſorum ingeniorum commenta, nominaque falſa eſſe putant; vid. *Hartknoch. de Reb Pruſſ. diſſert.* 7. p. 57. ſeq. Utriusque vero ſententiæ autores ſie conciliari poſſe putaverim, quod ſentiamus, a vero prorſus non alienum eſſe, fuiſſe quidem eos duces, aut capita duo quondam, a quibus Pruſſi in regionem ſuam ſunt delati, atque legibus decorati. Nomina tamen & munia ambobus ex veneracula ſua hujusmodi a Pruſſis tributa fuiſſe, quæ omnino ad perſonas Moſis & Aaronis alluderent: eo quod crederent, parum ab iſtis duces ſuos differre. tum ratione muneris, tumque curæ. Igitur cacozelia & ambitio nomine iſthæc excogitavit: ut nomina, conſangvinitas, & munia Moſis & Aaronis corrumperentur. Credibile autem, quod Pruſſi a majoribus, qui cum judæis in Aſia converſati ſunt, per traditionem tatorum virorum fratrumque hiſtoriam & lineam ſangvinis acceperint.

§. IV. Secundo corrupta etiam fuit *paſtoritia vita & genus Moſis ac Aaronis*. Nam quia Moſes pavit oves Jethrn, nondum Dux vocatus Iſraelis: & quia ambo Moſes atque Aaron de gente illa deſcenderent, cujus majores ad Pharaonem: Paſtores ſumus ſervi tui, & nos & patres noſtri, Gen. 47, 3. confer. cap. 46, 32. & 34. & quæ ſupra dixi num. 1. ea propter etiam Pruſſi Prutenum & Waidewutum Deos, & cuſtodes pecorum conſtituerunt. Hoc enim reſpectu, nominibus novis excogitatis, priorem *Vorskaitum*, & poſteriorem *Schvveibratum* appellarunt. Ordo igitur rei œconomicæ poſtulat, ut, viſis Diis, a quibus deſuper bona quævis diſtribuerentur, nunc iis locum concedamus, qui infra in terris interque homines res agerent curarentque. Sic enim Slavi idola ſua diſcernebant.

§. V. Obſerv. (1) *Vorskaiti & Schvveibrati nomina*. Itaque prior *Vorskaitus*, *Vurskaitus*, & *Worskaitus*, & poſterior *Schvveibratus*, nec non *Iſchvvambrae* dictus eſt, *Hartknoch. Diſſert. 8. de Reb. Pruſſicis* p. 139. ſeq. *Varſchayto* & *Sneybrato*, ap. *Johannem Saubertum de Sacrific cap. 16. p. 365.* (leg. *Sveybrato.*) Adde aliis quoque prior vocatus eſt *Prutenus*, & poſterior *Waidevvutus*: confirmat illud nobis teſtimoniis *Grunovii*, *Henneber-gerii*, & *Clagii Cl. Hartknoch. Diſſert. & pag.* cit. ubi ita: *ſub nominibus Worskaiti & Iſchvvambrati* ſive *Schvveibrati*, *ut eum quidam appellant. coluiſſe dicuntur veteres Pruſſi Waidevvutum* & *Prutenum*, (lege converſo ordine, *Prutenum* & *Waitevvutum*; fuit enim *Prutenus* Rex, & *Schvveibratus junior frater ejus, ſed alii tamen aliter*) *primos gentis ſua Reges. Hi namq; affecta jam atate pro ſuorum ſalute ſe diis devoverunt, & que facilius Deorum commercio jamjam fruituri, ſuorum ſaluti conſulerent, ultro ſe in pyram e quernis accenſam lignis conjecerunt. Quamobrem a Pruſſis memorem beneficiorum animum declaraturis, in Deos ſunt relati, ita ut Waidevvutus ſub nomine Vorskaiti (lege Schvveibrati) Prutenus Schvveibrati vel Iſchvvambrati*, (lege Vorskaiti) *colerentur.* Hæc ex *Grunovio*, *Hennebergerus* de Veter. Pruſſ. fol 11 ſeq. *Thomas Clagius* lib. 1. *Linda Mariana*, cap 8. p. 52. *Nos quamvis Deos illos in Pruſſia fuiſſe cultos (de iis tamen in antiquioribus Hiſtoricis nec vola nec veſtigium) prafracte non negavorimus: illud tamen, quod de Waidevvuto & Pruteno, (lege Pruteno & Waidevvuto) refertur, commentum eſſe cerebri Grunoviani, non ex vano arbitramur. Notandum eſt, Joannem Meletium, quem alii ſequuntur, in hoc capite, Ducem Vorskaitum non referre inter Deos, ſed ſtatuere, nomen hoc fuiſſe Waidelotarum, id eſt, Pruſſicorum ſacerdotum. Unde haut difficulter colligas, aut Grunovium nomen, quod ſacerdotibus omnibus erat commune, Deo huic tribuiſſe, ut proprium: aut contra Meletiam nomen, quod erat Dei proprium, per errorem tribuere ſacerdotibus. Cum autem in rebus adeo vetuſtis nulla extent antiqua monumenta ex quibus lis hac componi queat, nihil hic temere ſtatuendum eſſe putamus. Illud tamen virgulam cenſoriam meretur, quod Waiſſelius (qui & alias multa ſine judicio, tametſi ſibi ſint contraria, corradere conſuevit) & Deum Vurskaitum, & ſacerdotes Vurskaitos agnoſcat, ut ex collatione locorum evidens eſt, vid. fol. 18. b. & fol. 19. b.* Hactenus *Hartknoch.* Conjiciam ego *Prutenum* vocari *Vorskaitum*, i. e. ſacerdotem, more veterum, ſic enim ſacris quoque כהן *Kohen, Principem politicum*, primo, & ſecundo *ſacerdotem* ſonat, confer. *Gen.* 41, 45. c. 47, 22. *Exod.* 2, 16, c. 3, 1. *Job.* 12, 19. 2. *Sam.* 8, 18. c. 18, 26. & *Gen.* c. 14, 18. *Joſ.* 20, 6. 2 *Reg.* 22, 8. &c. Sic quoque Melchiſedecus erat *Rex Salem, & ſacerdos Dei altiſſimi, Gen. 14, 18.* Pertinet etiam huc vetus *Pontificis Maximi* nomen, quod Romani Imperatoribus ſuis deſignabant, διὰ τὸ τῆς ἀξίας ὑπερέχον, *propter dignitatis excellentiam. T Zoſimo* in *Gratiano & Theodoſio*: Sed in ſpecie propter ſummam poteſtatem circa ſacra univerſis principibus debitam, de qua planiſſime *Dio Caſſius* (vel *Nicaus* & ex eo *Xiphilin.* in Auguſto: fol. 194. *edit. Sylburg.* anno 1590. *Tom. III. Hiſt. Rom. Scriptor.* ἐκ τε τοῦ ἐν πάσαις ταῖς ἱερωσύναις ἱερᾶσθαι, καὶ προτέτ. καὶ τοῖς ἄλλοις τὰς πλείους διδόναι, καὶ τῶν ἱερέων κυριεύουσιν, *ideo ſacerdotibus dominantur, quia omnibus ſacerdotiis funguntur, & praterea aliis plura dare poſſunt.* Quo etiam refert *Freherus* l. 50. ff. *de petit. hered.*

Tamen Principali vel Pontificali autoritate compelluntur ad obſequium ſupremæ voluntatis. Et ſane non levis ſuſpicio eſt, primos chriſtianos Imperatores ad firmandam autoritatem ſuam in rebus ſacris hoc cognomen retinuiſſe, judicio *Baronii* ad Ann. CCC XII. Neque motum fuiſſe creditur ante Gratianum, qui primus illud una cum ſtola pontificali reſpuit, *ἀϑέμιτον εἶναι χριστιανῷ τὸ σχῆμα νομίσας*, ratus habitum hunc Chriſtiano indignum eſſe. *Zoſimus.* l. c. Nihilominus de illo quoque *Auſonius* in Panegyrico pag. 298. edit. Colon. ann. 1610. *Unus in ore omnium Gratianus, poteſtate Imperator, virtute Victor, Auguſtus ſanctitate, pontifex religione, indulgentia Pater, ætate filius, pietate utrumque ſuperat.* Et poſtea: p. 300. *Pontificalia potius vocentur, quæ Tu Pontifex Maximus Deo participatus habuiſti.* vid. *Goldaſt. Præfat.* in *Tom. III. Conſtit. Imp.* Et contrarium quidem ſuſtinet *Gothofredus*, Chriſtianosque Imperatores pontificatum maximum ſuſtinuiſſe diſerte negans Epiſt. ad *Andr. Rivet.* in *Opuſcul. Genev.* Ann. M DC LIV. edit. f. 30. ſeq. Unum *Zoſimum* nempe id narrare hoſtem perpetuum Chriſtianorum Imperatorum: apud omnes alios ſcriptores altum eſſe ſilentium: Gentiles Scriptores & in his Panegyriſtas maxime id non transmiſſuros, nec Patres reprehenſione vacuum præterituros fuiſſe: imo Scriptores Eccleſiaſticos, *Theodoretum*, lib. 3. c. 1. *Sozomenum*, lib. 5. c. 1. in Juliano Apoſtata id ceu novum jam & repetitum notare, quod is ſe *ἀρχιερέα* nuncupaverit: *Auſonii* locis reſpondet: priori Gratianum, pontifici M. æquari, ſed ob religionem & caſtitatem; idque diſerte ibi dici: Poſteriori Gratianum Pontificem maximum vocari alluſione quadam tantum, nempe reſpectu veterum Comitiorum Pontificalium, ad quæ Gratianus ipſe literis ſuis alluſiſſe videatur: ſic ut eum dicat inſtar pontificis maximi, non in Comitiis pontificalibus, verum Deo participatum comitia habuiſſe. In veteribus Inſcriptionibus quidem eundem titulum Chriſtianis Imperatoribus additum legi, ſed non imperatores ipſos hunc ſibi titulum in illis vindicaſſe, verum ab aliis & ſuperſtitioſis quidem Romuli nepotibus Italisque tributum fuiſſe. Sed enim *Goldaſtus*, & poſt Gratiani tempora obtinuiſſe, & ab ipſis Impp adhibitum fuiſſe oſtendit, laudatque ex Actis *Concilii Chalcedonenſis* Edictum, quo illius decreta approbentur, cum præſcriptione: *Impp. Cæſares Flavius Valentinianus, Pontifex inclytus, & Flavius Marcianus, Pontifex inclytus, &c.* In ejusdem Synodi acclamationibus quoque non defuiſſe ait eidem Marciano Auguſto Patrum voces: *Pio & orthodoxo Imperatori, Pontifici Imperatori.* Legitur etiam inter Pontificum epiſtolas *Anaſtaſii Imperatoris* ſacra cum inſcriptione iſthac. *Imperator Cæſar Flavius Anaſtaſius, Pontifex inclytus, &c.* Nec non in veteri quodam monumento antiquarum inſcriptionum: *D N. Cæſar Juſtinus Pius, Felix, Victor, Triumphator, ſemper Auguſt. Pontif. Max. Franc. Max. Omnia* apud *Goldaſtum* cit. *Præfat. in Tom. III. Conſtit.* Apud alias gentes etiam Reges Sacerdotesque ſimul fuiſſe, dubitare non ſinit Ovidii iſtud de Ænea:

Hus Anius, quo Rege homines antiſtite Phœbus,
Rite colebatur, temploque domoque receptit.

Hæc *Celeberr. D. Becmannus Syntagm. Dignit. Part. 1. Diſſert. 2.* cap. 1. p. 111. ſeq. Add. *Selden. de Synedr.* lib. 1. c. 10. p. 227. ſeqq. & *Morhofius Diſſert. Acad.* p. 93. ſeq. Quidquod hoc reſpectu in deſerto per cunctos annos Moſen pontificem ſummum fuiſſe, Ebræi affirment, *Selden. de Succeſſ. in Pontific.* lib. 1. c. p. 101. Quamobrem, ut concludam, probabile omnino eſt, Prüthenum, quisquis ille fuerit, ſimul & Regem, & pontificem Pruſſorum fuiſſe: atque hinc eſſe, quod a *Grunowio Vorskaitus* id eſt, ſacerdos vocitetur. Interim jus exercendi tractandique ſacra penes quidem *Waidewutum* fratrem fuiſſe, a vero haud eſt abſimile. Denique *Pruteno* e vivis ſublato, poteſtatem circa ſacra *Waidewutus* Rex etiam penes ſe retinuit; Dicitur enim de illo, quod fuerit & autor cultus divini apud Pruſſos, & Rempublicam Pruſſicam condiderit. vid. *Hartknoch. Diſſert. 7 p. 128. Diſſert. 10. p. 157. & Diſſert. 16. p. 401. ſeq.*

§. VI. Obſerv. (2) *Vorskaiti & Schweibrati Etyma. Vorskaiti* nomen ſumptum ex vocabulo Slavico ſeu Polonico **Wrozek**, id eſt, *hariolus, vaticinator, fatidicus, ſuperſtitioſus homo*: cujus fœmin. eſt **Wrozka**, *fatidica, pythoniſſa.* Hinc **Wrozkow**, **od powiedz**, *oraculum, vaticinium.* Radix eſt **Wroze**, *divino*, ſcilicet opera dæmonis, **ich wahrſage.** Ducam autem ex Chald רז *raz, ſecretum, arcanum*: Emphatic. רזא *raza*, legitur *Dan. 2, 19.* Hinc גלא רזין *revelans arcana, ibid. cap. 2, 28. &* והלא רזיא & *qui revelat ſecreta, v. 29.* Alias Ebr. ראה *roah, hariolus*; & Chaldæis גזרין *gazerin, harioli*, plur. a rad. גזר *gazar, ſciatt.* Ab hac etiam *per antiſtæchon*, Germ. **Ketzer**, & Latin. *hæreſis, hæreticus, per metatheſin*: mutato etiam ג in H. Alterum *Schweibratus*, quod & *per proſtheſin Iſchwambratus* enunciatur, componitur ex Pruſſ. **ſwai**, vel Sorab. **ſwoi**, *ſuus*, & **brat**, Polon. & Pruſſ. **brate**, Sorab. **bradr**, Bohem. id eſt, *frater*, **Bruder**; unde **Schweibratus**, idem atque *frater* ſuus, vel *frater ejus*; quod *Waidewutus* fuerit frater Pruteni. Sed **brat, brate, bradr, Bruder**, frater φρητὴρ φράτηρ: a פרה *parah, creſcere*; unde פרי *peri, fructus*, γέννημα, ἔκγονον, *frater ſatus aut fructus patris, vel matris eſt.* Dicendum porro, unde ſint *Pruteni & Waidewu-*

devvuti numina, quidve ſignificent. *M. Match. Pratorius* Paſtor Niebudzenſis, (ſic idem ſcribit *Hartknoch. Diſſert. 3. de Reb. Pruſſ. p. 58.*) *in annotatis ad Diſſertationem meam de idololatria veterum Pruſſorum* (anno 1675. *publici juris factam,*) *mihi tranſmiſſis*, *Waitewutum putat dictum eſſe a Pruſſica voce* waidiu, i. e. *ſcientia*; *&* wuitis, i. e. *præfectus*. Waidewutus *igitur ſecundum hanc nomenclationem erit ſcientiæ præfectus*, *ſive doctor ſcientificus*. *Prutenus autem dictus ipſi videtur a* pruta, i. e. *intelligentia*. Pruta, *ut de meo aliquid adjiciam*, *convenit cum latino prudentia*: *& Græco* Φρενέω, *mente præditus ſum*, *mentis ſum compos*, *ſapio*. *Nam* Φρὲν, *mentem ſignat*. *Ducam autem hoc poſterius ex Arab.* פרה finxit, concinnavit, dixit. Aut *Prutenus* ſimpliciter ab Arab. פרם *proceſſit*, *præmiſit* legatum. Hinc etiam Græc. πρόταν·ς, præfectus, adminiſtrator. Porro Waidiu, ſcientia, a verbo Sorabis uſitato Wiedʒu, *ſcio*, quod vero eſt a Widʒu, id eſt, *video*, ἰδέω, ſic & Ebr. ידע *jada*, *ſcivit*, *novit*, *agnovit*, *animadvertit*. Hinc ידעני *hariolus*, *futurorum ſciolus*, *divinator*: Wuitis, *præfectus*, Pruſſ. ſane idem quod Wodj Polon. i. e. *Dux*, *Coryphæus*: ex verbo Wodʒe, Polon. (Sorab. Wodʒu.) *duco*, *ducto*; ſed quid ſi Wutus, vel Witis, rectius fuerit ſumptum ex Slavon. vel Sorabica voce Wucʒu, *doceo*, *a quo* Wucʒer, *doctor*, *magiſter*; ut adeo *Waidevvutus* proprie ſit *ſcientiæ ſeu viſionis doctor*.

§. VII. Obſerv. (3) *Vorskaiti & Schvvelbrati figura*. Credibile autem, fuiſſe his idolis datas quandam figuras, ſed quales fuerint, ſilent veteres recentioresque ſcriptores. *Vexillum* autem Regis *Waitevvuti* nobis hiſce ſiſtit & deſcribit *Simon Grunovius* tr. 2. c. 5. & ex eo *Henneberg*. de Vet. Pruſſ. f. 23. b. *videlicet fuit linteum quinque ulnas longum & tres ulnas latum, cui tres Deorum Pruſſicorum imagines media ſui parte erant intexta: Harum prima erat Potrimpi, ſecunda Peruni, & tertia Patolli, (lege Pecolli.) Regis inſignia, imago hominis ad umbilicum depicti, cui caput urſi apertum, duo equi tenebant. Habuerunt etiam inſignia, ut & vexillum, inſcriptionem certam certis characteribus notatam*. Hæc *Hartknoch. Diſſert. 8. p. 388 ſeq.*

§. VIII. Obſerv. (4) *Vorskaiti & Schvveibrati cultores*. Sub nominibus *Worskaiti & Iſchvvambrati* ſive *Schvveibrati*, ut eum quidam appellant, coluiſſe dicuntur veteres Pruſſi, *Prutenum & Waidevvutum*, vid. ſupra num. V.

§. IX. Obſerv. (5) *Vorskaiti & Schvvelbrati cultus*. De cultu *Vorskaiti & Iſchvvambrati*, nihil certi conſtat, cum ſcriptores nihil de eo habeant, inquit *Hartknochius* Diſſert. 10. p. 164. *Idem* tamen ait *Diſſert. 8. pag. 140. Vurskaito imperium tribui in jumenta; puta, equos, boves, ſues, oves, aliaq; animalia quadrupedia: Iſchvvambrato autem in anſeres, gallinas, anates, columbas, aliasq; volucres*. vid. *Henneberg*. de Veter. Pruſſ. f. 11. b. ſeqq. *Waiſſel*. fol. 18. a. *Schuzius* fol. 3. b. ſeq.

§. X. Obſerv. (6) *Vorskaiti & Schvveibrati deſtructio*. Duravit autem apud nonnullos terræ Pruſſicæ incolas idololatria usque ad ann. Chr. M CC XCVI. ſed maxima tamen pars illorum ad fidem chriſtianam jam converſa eſt Ann. M CC XLIX. quamobrem probabile, intra hæc tempora Vorskaiti quoque & Waidevvuti cultum, qualiscunque ille fuerit, plane deſiiſſe. vid. *Petrus Dusburg*. Chron. Pruſſic. cap. 755. & Privilegium *Jacobi* Legati pontificii, ad calcem ejusdem Chronici, p. 463. ſeqq.

CAPUT XVIII.

De Dzievvanna ſeu Dzievonia, Dea ferarum ſylveſtrium ſylvarumque.

§. I.

Sed uti Slavi ex hiſtoria Moſis & Aaronis Deos ſui pecoris domeſtici fecerunt; ita præterea ſylveſtrium ferarum, ſylvarumque idolum aliud, ex iis ſcripturæ male perceptis, & peſſime intellectis dictis, ſtatuerunt, quæ curam Dei circa feras nobis diſerte deprædicant. Nam de hac cura multa ſacra extant teſtimonia. Deus creavit ſexto mundi die חית ארץ *beſtias agri*, id eſt, *fera animalia*, *Gen. 1, 24. animam catulorum leæna implet Deus*, *Job. 39. 1. Deus emittit fontes in convallibus, inter media montium pertranſeunt aquæ: potat omnes beſtias agri*, ait *David Pſ. 104, 11*, Ibid. *v. 20. 21. Ponit Deus tenebras, & facit noctem*; in ipſa *pertranſeunt omnes beſtiæ ſylvæ, catuli leonum quærunt ſibi a Deo eſcam*. Hinc etiam *Jerem. 14, 5. 6.* deplorat Deus famem & ſitim beſtiarum: *Cerva in agro peperit, & reliquit, quia non erat herba: & onagri ſteterunt in rupibus, traxerunt ventum quaſi dracones, defecerunt oculi eorum, quia non erat herba*. Novit etiam *naturas beſtiarum Deus*, ſcil. quæ habeant diviſam ungulam, vel non; *Lev. 11, 3.* Obſervat *parturientes cervas*, dinumerat menſes conceptus earum, & ſcit tempus partus earum. Extant etiam ſacra teſtimonia poteſtatis & imperii divini, quod exercet in feras, atque beſtias: *1. Reg. 13, 26. Tradidit eum Dominus leoni, qui confregit eum*. *Daniel Propheta* dicit *c. 6, 22. Deus meus miſit angelum ſuum, & concluſit ora leonum, & non nocuerunt mihi*. Sic & *venatum* probat, & venatoribus benedicit, *Gen. 9, 2. Terror veſter & tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ*. Et *Jacobus* in perſona Eſavi venatoris dicit, *voluntas Dei fecit, ut cito oc-*

curreret mihi (fera,) *quam volebam*, *Gen.* 27, 20. Sed de his aliisque multo plura legi poſſunt apud *D. Wolffgangum Franzium*, *Lic. Johannem Cyprianum*, *M. HeermannumHeinricum* Frey, *& Samuelem Bochartum*; qui de feris animalibus integra volumina ſcripſerunt. Verum tamen ea omnia, non Deo ſupremo, atque omnipotenti, ſed ut dixi, Dziewannæ, idolo ſuo Slavi tribuenda exiſtimarunt: qua de nunc breviter.

§. II. Obſerv. (1) *Dzievvanna* nomen. Sylveſtrium itaque ferarum præſes a natione Slavica, *Dzievvanna* appellata eſt; ita legitur hoc nomen apud *Johannem Dlugoſſum*, Hiſt. Polon. lib. 1. fol. 37. & lib. 2. f. 94. *Dzievonia*, ap. *Stanislaum Sarnicium* Annal. Pol. lib. 6. e. 2. fol. 1041. Sie etiam legendum vocabulum apud *eundem* lib. 2. e. 4. fol. 897. Ubi ſcribitur: Conferantur cum iſtis ea, quæ Chronologi noſtri de *Dzienonia* ſeu *Diana* cultu veterum Polonorum ſeripſere. *Dzienoma*, lege pro *Dzienovia*. Aliis ſcribitur *Zievonia*; ita legitur apud *Alexandrum Gangvinum* Sarmat. Europ. fol. 9. *Zachariam Schneiderum* in Chron. Lipſ. lib. 4. p. 143. *Gerh. Joh. Voſſium*, de Idololatr. lib. 1. c. 39. p. 182. *Johannem Saubertum* de Sacrific. cap. 5. p. 105. Denique & *Ziovonia*, apud *Davidem Peiferum*, de Reb. Lipſ. lib. 3. p. 313.

§. III. Obſerv. (2) *Dzievvanna Etymon.* Origo nominis eſt ex dziwy, adject. id eſt, *ferus, ſylveſtris, agreſtis*, wild, Polon. & Sorab. vel ex ſubſt. Dziwina, *fera*, *ferina*, Sorab. Itaque Dziewanna, ſeu Dziewonia, vi ſuæ notionis *Dea ferarum*, eine Wild- und Wald-Göttin, qualis *Diana* olim apud Græcos & Romanos. Hinc recte etiam *Diana Slavorum* vocatur: ita *Alexander Guagninus Sarmat. Europ. f. 9. Poloni Dianam antea cultu divino proſequebantur, quam* Zievoniam *gentili lingva appellabant. Johan. Dlugoſſus* Hiſt. Pol. l. 1. f. 37. *Quia imperium Lechitarum in regione vaſtisſima ſilvas & nemora continente fundari contigerat, quibus* Diana *a veteribus inhabitare, & illorum habere imperium perſuaſum fuerat, fingebant nomen, illorum lingva, Dzievvanna: David Priferus* Rer. Lipſ. lib. 3. p. 313, *Ziovonia*, Dianæ *erat nomen. Voſſius* loc. cit. Zievonia ſive *Diana*. *Stanislaus Sarnicius* Annal. Polon. lib. 6. cap. 2. fol. 1041. Diana *ſeu* Dzievonia.

§. IV. Obſerv. (3) *Dzievvanna Figura.* Meminerunt ſimulacri quidem *Peiferus*, *Schneiderus*, *Dlugoſſus*, ſed quomodo efformatum fuerit, non legi usquam.

§. V. Obſerv. (4) *Dzievvanna cultores.* Hujus ferinæ fuerunt (1) *Sarmata* ſeu *Poloni*. Ita *Johannes Dlugoſſus* in cit. loc. & verbis, jam num 3. *Alexand. Gvagninus* cit. ibid. fol. 9. b. *Poloni antea quaslibet vanas creaturas, Solem, lunam, auram, quam* Pogwisd *appellabant, cultu divino proſequebantur. Praterea Jovem, quem illi Jeſſam, Plutonem, quem Lacton ſive Lactonem, Cererem, quam Niam, cujus templum Gueſna celeberrimum erat, Venerem, quam Marzanam, &* Dianam, *quam* Zievoniam *gentili lingua appellabant, Letum, quoque & Poletum, Romanis Caſtorem & Pollucem appellatos, pro diis colebant. Stanislaus Sarnicius Annal. Polon.* lib. 6. cap. 3. fol. 1041. *Cum Poloni Sarmata vocabantur, impenſe Dianam celebant.* (2) *Slavi*, id eſt *Sorabi Luſatia, & Miſnia*; ita *Zacharias Schneider* Chron. Lipſ. lib. 4. p. 143. Die Slaven haben am vierdten Sonntag in der Faſten, der Marzanæ, und Zievoniæ Bildnüſſe an Stangen geſtecket, mit traurigen Geſängen und kläglicher Stimme, in einer Proceſſion herumgetragen, und letzlich ins Waſſer geworffen. (3) *Sorabi Lipſienſes* in ſpecie. *David Peiferus* Rer. Lipſ. lib. 3. p. 313. videſis verba ejus num. ſeq.

§. VI. Obſerv. (5) *Dzievvanna cultus.* Primo quidem pro Dea culta eſt ſylvarum, ferarum, teſtibus *Dlugoſſe & Gvagnino*; confer. verba eorum, num. III. & V. (2) Credebant veteres, ſimulacro *Dzievvanna* luſtrari urbes pagosque, ut immunes eſſent a peſtilentia: Hue ita *David Peiferus* loc. cit. p. 312. ſeq. *Lipſia* (olim) *impudicarum mulierum colluvies, in ganeis extra portam Halenſem una habitabant, & ſub antiſtita ſua præceptis atque legibus meretriciis tenebantur, non multum diſſimiles, (niſi quod plerumque perpetuo ſui commodi cauſa quaſtum corpore faciebant,) mulierum Babyloniarum, qua ſemel tantum, in vita, ut Herodotus tradit, crinibus nodatis in aurum ſertis redimita, & amaniore cultu nitida in templo Veneris ſub fornice conſidebant, & ſe precio nummos in ſinum gremiumque ſparſuris venditabant, non ante ex illo loco recedentes, quam Venereo complexu cum procis juncta fuiſſent, nummosq; ab his datos militia Veneris conſecraſſent. Ceterum Lipſienſes lupa comte & ſcite culta ganearum fores, qua bina invicem diſtantes erant, totos fere dies obſidebant, & blandis vocibus ad colloquia, veluti emtioni expoſita, invitabant prætereuntes; ac quotannis primis jejunii quadragenarii diebus ludum faciebant, imaginem e ſtramento ad deformis viri ſimilitudinem longa pertica ſuffixam una earum præferebat, ſequebatur hanc veluti ducem, totum ſororum reliquarum agmen, bina incedebant, & carmina in pallidam mortem dicentes, e luſtris ſuis ad amnem Pardam properabant, eo cum veniſſent, ad flumen ſimul decurrentes ſtramentum in aquam demittebant. Atq; hac ceremonia oppidum ſe luſtrare dicebant, uti anno inſequenti immune a peſtilentia eſſet. Quem morem a Venedis vetuſtis Lipſia cultoribus retentum fuiſſe crediderim. Hi enim, ut traditur, ſimulacra Martane, & Ziovoniæ, (hæc autem idolorum Cereris & Diana erant nomina) contis infixa, vulgo e vicis ſolenni pompa, lugubri & querulo Carmine deportare, & in proximam paludem, vel præter-*

ſluen-

ſluentem amnem abjicere ſolebant, conſ. ſupra num. 5. *Sſbneiders* verba. (3) *Templo* honorabatur, v. g. in Taurica Cherſoneſo: Huc refert *Staniſlaus Sarniſius* Annal. Polon. lib. 2. cap. 4. fol. 897. *Ovidii* verba ſequentia:

Nec prosul a nobis locus eſt ubi Taurica dira
Cade pharetrada ſpargitur ara Dea.
Templa manent hodie vaſtis innixa columnis,
Perque quater denos itur in illa gradus.
Fama refert illis ſignum caleſte fuiſſe;
Conſortem Phœbi gens colit illa Deam.

Dicit etiam *Sarnicius* paulo infra lib. 3 cap. 15. fol. 941. ſeq. *Veteres Sarmatas templum Epheſina Diana igne cremaſſe, quo Taurica ſua Diana templum fama magis emergeret:* Verba ejus hæc ſunt: *Altera pars exercitus Sarmatarum, qui Bithyniam & Nicomediam occupavat, promovit caſtra Epheſum usq; illicque templum celeberrimum, quod totius Aſia ſumptibus extructum, & longo temporum avo locupletatum fuerat, uno momento ab eis igni abſumptum eſt, forſan amulatione quadam ad hos inducti, quatis animos religioſorum pars ſtudiorum propenſione inter ſe certantium, ſuavi quodam delitio non raro afflare ſolet; vel potius ita perſuaſum habebans, ſua Dea Taurica templum non poſſe ad eam celebritatem & famam emergere, niſi Diana Aſiatica, amula ejus, ab ipſis e medio tolleretur. At Deus, qui ſacrilegii ſit fuitq; ſemper inſenſus, amplius illam eorum inſolentiam conjunctam cum avaritia, non tulit. Claudium namq;* (Imperatorem) *ut cum copiis eis obviam iret conſtituit, qui cum numeroſiorem exercitum haberet (trecentis enim fere millibus conſtabat,) eos conſequutus partim cadit, partim capit, claſſesque eorum diſſipat, & navium ad duo millia alias mergit, alias ad deditionem cogit. Fuit hoc prælium ad flumen Tyram, quem Neſtrum vocamus, fere in conſpectu Diana ipſorum & Templi Taurici, quod forſan ſpoliis ditare cogitarant*; Accidit autem hoc *Sarnicio* autore, ann. Chriſti, CCLVI. ſed *Sethus Calviſius ex Pollione* (in Gallienis duobus fol. 176) adductis verbis incendium Ephæſinum ad annum Chriſti CCLXIII. retulit. In templo autem Taurico, de quo ante, (4) *flamines atq; popas* ſacra in aris feciſſe facile colligimus. Atque hæc omnia ad cultum *Dzievvanua*. Confer. huc quæ ſupra ex *Johanne Dlugoſſo* retulimus, cap. XIV. num. 6.

§. VII. Obſerv. (6) *Dzievvanna*, aut *Dzievvonia deſtructio.* Sed feliciter Deæ hujus tum figura, tumque memoria interiit; (1) apud *Sorabos*, cum hi ad fidem Chriſtianam accederent: de tempore, quo hoc factum, nos alibi. (2) apud *Polonos* ſive *Sarmatas*: accidit hoc anno Chriſti 965. In rem ita *Johannes Dlugoſſus* Hiſt. Polon. lib. 2. fol. 94. *Anno 965. univerſa Polonorum regio, fidei catholica jugum ſuſcepit, ſtudio Ducis Miecslai, & conſortis ſua Dambrovvka; ſtrictiſſimo enim Miecslai Polonorum principis edicto, & omnium Baronum, & nobilium Polonia conſenſu conformi, confringuntur idola, & falſorum Deorum ſimulacra, atque ades flammis traduntur: cultores vero illorum & ſingulorum bonorum privatione, & capitis præciſione mulctantur, non modo ſingulos ritus, celebrationes atq; feſta, quibus honos & ſupplicatio idolis impendebatur, ſed & omnes incantatores, ariolos, augures, & phitones, Mieczslaus Dux Polonorum abrogavit, & eraſit de terra, ludos omnes publice & privatim in honorem Deorum geſtos prohibuit.* — *Et quoniam fere in omnibus civitatibus, oppidis & vicis inſigniorbus Polonia ſimulacra Deorum & Dearum ſacola atq; luci habebantur, qua lentius tardiusq;, quam juſſio habebat Miecslai Principis, ſuccidebantur confringebanturque: ſeptima dies Martii ad confringendum abolendumque ea in univerſis Polonorum regionibus a Miecslao indicta eſt, qua adveniente qualibet civitas, quaq; villa deorum ſuorum ſimulacra confringere, & confracta in paludes, lacus & ſtagna, proſequente utriusq; ſexus populo demergere, Saxisque obruere, cultoribus deorum dearumq;, & iis præſertim, quibus ſacra eorum erant quaſtui profuſius ingemiſcentibus, illacrimantibusq;, non tamen quicquam metu præfectorum Ducalium mutare audentibus, coacta eſt. Qua quidem Deorum & Dearum, idolorumque confractio & immerſio, tunc facta apud nonnullas Polonorum villas, ſimulacris Dzievvanna & Marzanna in longo ligno extollentibus & in paludes in Dominica Quadrageſima Latare projicientibus & demergentibus, repraſentatur, renovatur in hunc diem, nec hujus conſuetudinis vetuſtiſſima effectus usq; modo apud Polonos defluxit.*

CAPUT XIX.

De Antympo, Deo lacuum, fluviorum, & fontium.

§. I.

Oſtenſurus nobis Moſes Deum lacuum, fluviorum ac fontium, quo autore per terrarum orbem oriantur, conſiſtant, fluant, & ſcaturiant, ſic infit *Gen. 1, 9. Dixit vero Deus, congregentur aqua, qua ſub cælo ſunt, in locum unum, & appareat arida. Et factum eſt ita: Et vocavit Deus aridam, Terram: congregationesq; aquarum appellavit Maria.* Quem in locum ita *D. Pelargus* comment. in *Gen. p. 10. Nota, etſi dicatur, omnes aquas congregatas fuiſſe in unum locum; fontes tamen & ſcaturigines in arida etiam ſiccaque terra ad generis humani uſum, animantiumque commoda ſparſiſſe Deum, minime negaveris; cum de quatuor fluviis in paradiſo relictis, paulopoſt doceamur; nec alius nunc, quam ab initio fuit, ordo,*

ordo, ſtatusque elementorum credi debeat. De mole itaque aquarum, quæ toti ſuperficiei prius effuſa erat, intelligitur tantum, quod amota ſit, & alio translata. Et *B. D. Gerhardus Comm.* ad h.l pag. 22. *Phraſis, in unum locum, accipienda eſt non collective, ſed diſtributive; unde LXX. reddiderunt in plurali, συναγωγάς; & Ebræi quamvis aquarum congregationem paulo grandiorem vocant mare: Optime etiam Megalander B. D. Martinus Lutherus* Tom. IV. Jen. German. fol. 7. a. verba Dei *Gen. 1, 9.* ita παραφράζει; Die Erde komme herfür, und die Waſſer unter dem Himmel theilen ſich hin ins Meer, da in Teichen oder Seen, daß man das Land und Inſulen ſehe, alſo daß hie ein Stück, und dort ein Stück von der Erden herfür komme. Perſpicuum ergo, quod Deo rerum omnium conditori adſcribenda ſit collectio lacuum, fluviorumque ac fontium origo, perennis ſcaturigo, & fluxus; confer. *Job.* c. 38, 8. 9. 10. 11. *Pſal.* 33, 7. nec quisquam e Chriſtianis eſt, qui aliter ſentiat ſtatuatve.

§. II. Nihilominus corruperunt etiam hic gloriam Dei *priſcæ gentes Slavicæ*, quod partim ipſis fontibus, lacubusque ac fluviis divinitatem quandam tribuerent, partimque alium omnino, cujus beneficio iſti darentur, confingerent.

§. III. Quod ad prius attinet, eo ita *Ditmarus Chron. Merſeburg.* lib. 1. f. 8. *Glomazi* (in Miſoica terra,) *eſt fons, non plus ab Albi, quam duo milliaria poſitus, qui unam de ſe paludem generans, mira, ut incolæ* (Sorabi) *pro vero aſſerunt, oculisq; approbatum a multis, ſæpe operatur. Cum bona pax indigenis, per futura hac terra, non mentitur fructum, id eſt, tritico & avena, & glandine refertas, lætos vicinorum ad ſe crebro confluentium efficit animos. Quando autem ſævi belli tempeſtas ingruerit, ſanguine & cinere certum futuri exitus indicium præmonſtrat. Hunc omnis incola plusquam eccleſias, ſpe quamvis dubia, veneratur & timet.* Addit *Lic. Zacharias Schneiderus* Chron. Lipſ. lib. 1. pag. 13. Dieſer Teich iſt vielleicht der Potzner See, eine halbe viertel Meilwegs von dem Städtlein Lommatſch, welcher gewaltige Quellen hat, und, weil er nicht auslauffen kan, ſo tief iſt, daß man den Fiſchen, deren es viel darinnen giebet. nicht wohl beykommen, noch Abbruch thun kan. Similiter de *Pruſſis* ita *Helmoldus Chron. Slav.* lib. 1. c. 1. Usque *hodie profecto inter illos cum cetera omnia communia ſint cum noſtris, ſolus prohibetur acceſſus lucorum & fontium, quos autumant pollui Chriſtianorum acceſſu.* Et *Petrus Dusburgenſis Chron. Pruſſ.* Part. 3. cap. 5. *Habuerunt* (Pruſſi) *lucos, campos & aquas ſacras, ſic quod ſecare, aut agros colere, vel piſcari auſi non fuerant in eisdem.* Et *Cl. Hartknoch. Diſſert. 6. de loc. divin. cult. dicatis p. 117. Eſt in tractu Inſterburgenſi terræ (Pruſſiæ) ortus cognomento* Narpiſzken, *ſive* Napirſzken, *quem præterlabitur fluvius Golba, cujus cultores olim monoculi reddebantur: & cui hoc contigerat, magnum gratiæ divinæ ſignum conſecutus eſſe putabatur. Henneberqerus quando hoc ipſum in Comment. ad Tab. Pruſſ. p. 327. recenſet, teſtatur, paucis annis ante ſua tempora monoculos ejus amnis cultores adhuc fuiſſe repertos. Confer. D. Mislenta in præfat. ad Manuale Pruſenicum non longe a princip.*

§. IV. Quod autem attinet poſterius, ſcilicet ſcaturigines, ſtagnaque aquarum, non Deum ipſum ſed idolum quoddam aliud diſtribuere & largiri mortalibus eaipſa, *Slavi* etiam peſſime crediderunt.

§. V. Obſerv. (1) *Antympi nomen.* Vocatur autem idolum illud, ut teſtantur monumenta veterum recentiorumque, *Antrimpus*, ita legitur apud *Meletium* Epiſt. ad *Sabinum*: vel *Autrympus*; quod apud *Thom. Waiſſelium* in Chron. Pruſſ. occurrit; vel *Antrympus*, quod apud *Georg. a Polenz & Paulum Speratum* in Agend. Eccleſiaſt. item communiter *Antympus*, quod apud *Hartknoch. Diſſert. 8. de Reb. Pruſſ.* p. 145. habetur.

§. VI. Obſerv. (2) *Antympi etymon.* Ducam vocabulum *Antympus*, quod per *proſthesin* pro *Tympus* dictum cenſeo, immediate a Syriaco חפא *caphu*, id eſt, *fluvius*; rad. חפא Æthiop. id eſt, *ſpuere, exſpuere.* M. medio vocis inſertum *per epentheſin*, quomodo *tympanum* ab Ebr. תף *toph*, *tympanum*: & Chald. plur. תופין *tympana.*

§. VII. Obſerv. (3) *Antympi Figura*: Quæ illa fuerit, certe apud autores, quos evolvi, vel legi, nondum deſcriptam invenire licuit.

§. VIII. Obſerv. (4) *Antympi cultores.* Teſte autem *Johanne Meletio* Epiſt. ad *Sabinum* de relig. & ſacrific. Veter. Boruſſ. (1) *Boruſſi* quondam, (2) *Samogitæ*, (3) *Lithuani*, (4) *Rutheni*, & (5) *Livones* dæmonium illud coluerunt. De Pruſſis teſtimonio ſuo confirmat *Thomas Waiſſelius* in Chron. Pruſſ. nam in catalogo Deorum tertii ſive ultimi ordinis, quos Pruſſi invocare ſoliti ſunt, *Antympum* collocat. vid. *Hartknoch.* Diſſert. 8. p. 140. Sic quoque *Georgius a Polenz, & Paulus Speratus* epiſcopi Pruſſiæ Ducalis in præfatione Agendæ, quam vocant, Eccleſiaſticæ, inter Pruſſicos Deos *Antrympum* collocant.

§. IX. Obſerv. (5) *Antympi cultus.* Habitus vero Antympus eſt (1) pro *Deo maris*, magnorumque lacuum, *Thomas Waiſſelius* Chron. Pruſſ. accolæ lacuum invocabant Antympum, inquit *Hartknoch.* Diſſert. 8. p. 145. Meminit etiam (2) precum *Johannes Meletius* Epiſt. cit. quæ ad *Antympum* ſint habitæ in ſolenni ſacrificio, quod finita meſſe Sudini Boruſſiæ populi celebrarunt. Verba ejus hæc ſunt: *Litandi vero ritus eſt talis: Congregato*

populi

populi catu in borreo, adducitur caper, quem Vurſchichaytes (leg. Vurskaites) *illorum ſacrificulus mactaturus, imponit outima utramque manum, inoocatque ordine dæmones, quos ipſi Deos eſſe credunt, videlicet Occopirnum, Deum cœli & terræ: Antrimpum, Deum maris, &c. Plura, quæ dicamus, non occurrunt.*

§. X. Obſerv. (o) *Antympi deſtructio.* Hæc per acta eſt Anno Chr. M CC XLIX. quo de jam ſæpiuſcule.

CAPUT XX.

De Pilvito, Deo divitiarum.

§. I.

BEne *Channa: Jehova pauperem facit, & ditat, 1. Sam, 2. 7.* Deus ergo promus condus divitiarum eſt; ſed vero pro liberrima ſua voluntate, ſapientia ac juſtitia, eas diſtribuit, cui vult, & quando vult; nec ipſi media deſunt, modive, quibus ditare poſſit. Unde colligere opes, cum affluunt, peccatum non eſt, approbante *Paulo*, cum ait: *Si quis ſuis non providet, fidem abnegavit, & infideli deterior eſt:* Et *Salomon* vult, *ut colligant homines, Prov 6, 6. 7. 8. 9. 10. 11.* idque commendat exemplo formicarum, quæ in æſtate colligunt, ut ſuppetat hyberno tempore, de quo vivant. Sic *Joſephus* repoſuit frumenta in uſum annorum ſterilium. Et *Chriſtus* inquit, *colligite fragmenta, Joh. 6, 12.* Ergo utrumque verum eſt, colligere licet theſauros, & non licet colligere theſauros. Colligere theſauros licet. (1) Ex cura officii, *Gen.* 41, 35. cap. 47, 24. admonentur Rex & incolæ, ut reponant ſibi alimenta, ſed vulgus contemſit hanc admonitionem, & heluatus eſt ſeptem annis. Ergo quia non collegerunt, etiam eguerunt. Sic filius perditus collectas opes dilapidavit: ergo cœpit egere, *Luc.* 15, 13. 14. Multi ebriantur, & non volunt audire vocem domini: in ſudore vultus tui, &c. *Gen.* 3, 19. Ergo mirum non eſt, quod egeant. Quare colligas in æſtate, ut non egeas in hyeme, *Prov.* 6, 8. (2) Ex charitate erga ſuos: debes hoc tuis, ut colligas *2. Cor.* 12, 14. 1. *Tim.* 5, 8. (3) Ex veritate, *Pſal.* 37, 3. Victum quære in veritate, non per fas & nefas. (4) Ex vera fide, qua. (1) colligit fragmenta, juxta mandatum Chriſti, *Joh.* 6, 12. (2) contenta eſt, *1. Tim.* 6, 6. (3) non apponit cor, *Pſal.* 62, 11. (4) habet, tanquam non habeat; (5) jacturam opum tolerat patienter & obedienter, *Phil.* 4, 11. 12. Poſſum abundare, & penuriam pati; omnia poſſum in Chriſto *Job.* 1. 21. *Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſit nomen Domini benedictum.* Deinde non licet theſauros colligere & reponere. Si oculus fuerit malus, ait Chriſtus, ſi propoſitum fuerit impium, quale eſt avarorum, qui colligunt; (1) per fas & nefas, (2) ex incredulitate & avaritia; non ſunt contenti, apponunt cor, opes theſauri loco habent, damnum ſuarum rerum tolerant impatienter & deſperant. Sic non ſolum divites, ſed etiam pauperes poſſunt reponere theſauros in terra: ſed collectio hæc eſt impia: *D. Wolffgangus Mamphraſius* in Praxi Theol. p. 205. Sed divitiæ tamen collectæ nihil ſolidum firmumve habent: feruntur enim ultro citroque ventorum in morem; id verum eſſe, argumento certiſſimo colligitur: quia ſicut interdum repente advolant, ita prius quam prehendantur, poſſeſſore illuſo iterum avolant, ait *Philo* lib. 1. de Monarchia f. 510. Et *Euripides*, Elect. verſ. 943.

ὁ δ᾽ ὄλβος ἄδικος, καὶ μετὰ σκαιῶν ξυνὼν,
ἐξέπτατ᾽ οἴκων σμικρὸν αἰθήσας χρόνον.

Injuſtæ opes: quæ commorantur cum malis
Si floruerunt paululum, domo evolant.

vid *Zehner. Cent. 1. Adag. Sacr. 46. p. 232. ſeq.*

§. II. Gentiles etiam vel natura duce, aut luce Scripturæ, lumen radiosque latiſſime ſpargentis, accedente magiſtra experientia facti ſapientiores, divitias a Deo eſſe non negarunt: Quo reponendus *Varro, lib. 4. de Lingo Lat.* inquiens: *Diver, a divo, id eſt, Deo.* Sic & Sorabis Bohaſtwo, *divitiæ*, Bohacʒu, *divitem facio*, & Bohaty, *dives*, a Boh, id eſt, *a Deo*, facta ſunt vocabula. Quamobrem Deum quoque, ut opes collectas conſervet & tueatur, eosdem precatos fuiſſe, hiſtoriæ perhibent.

§. III. Circa utrumque tamen Sorabi, imo Slavica natio tota, (de qua in hoc volumine loquimur) turpiſſime lapſa eſt; non enim Deum, ſed idolum, quod nihil erat, confinxit, quod vim facultatemque colligendi & retinendi opes hominibus tribuat.

§. IV. Obſerv. (1) *Pilviti* Nomen. Illud idolum appellabatur *Pilvitus*; ita *Johannes Meletius* Epiſt ad *Georg. Sabinum*: & *Thomas Waiſſelius* in Chron. Pruſſ. juxta alius, *Pelvitus*, ut annotat *Hartknoch.* Diſſert. 8. de Reb. Pruſſ. p. 140.

§. V. Obſerv. (2) *Pilviti Etymon.* Ducam autem *Pilviti* vocabulum a Pruſſica voce Plawim, Plawis, *ſolvo, exſolvo*, ich bezahle: adfert eam ex *Simone Grunovio Chriſtophorus Hartknoch* Diſſert. 5. de Reb. Pruſſ. p. 89 Polonis Place, & Sorabis Placʒu, idem: ſed hæc ex Ebr. פעל *paal, Jerem.* 22, 13. vel פעלה *peulla, Levit.* 19, 13. id eſt, *merces*, radix פעל *paal, operatus eſt, fecit*; *merces* enim ſive divitiæ, præmium laboris ſunt. Igitur *Pilvitus*, proprie *Deus, qui præmiis ac divitiis mactat & ornat laborantes*, ſeu *qui labores ac operas manuum repenſat. Hartknoch.* Diſſert. 8. p. 140. *Pilviti* nomen cum latino *Plutus* fere convenire, ait: ſumpſit hoc forte ex *Johanne Meletio*,

qui

qui Epiſt. ad *Georgium Sabinum*, *Pilvitus*, *Deus divitiarum*, *quem Latini* Plutum *vocant*.

§. VI. Obſerv. (3) *Pilviti Figura.* Nihil de hac, quod commemorem, veteres ac recentiores ſcripſere.

§. VII. Obſerv. (4) *Pilviti cultores. Johannes Meletius* Epiſt. ad *Georg. Sabinum* de relig. & Sacrific. Veter. Boruſſ. quam recenſet *Marcus Boxhornius Zuerius* libello de Republ. Moſcov. p. 165. Pilvitum pro Deo coluiſſe, ait, (1) *Boruſſos*, (2) *Samogitas* (3) *Lithuanos*, (4) *Ruthenos*, & (5) *Livones*. Hoc de Pruſſis etiam confirmat *Thomas Waiſſelius* in Chron, Pruſſ. & *Hartknoch.* Differt. 8. pag. 140.

§. VIII. Obſerv. (5) *Pilviti cultus.* Hujus idoli cultus (1) in genere in eo conſiſtit, quod habitum ſit pro Deo divitiarum. *Johannes Meletius, Thomas Waiſſelius*, & *Chriſt. Hartknoch.* loc. citatis: *Pilvitus* Deus divitiarum. Secundo, ut docet *Thomas Waiſſelius* apud *Hartknoch.* Diſſ. 8. p. 140. quod *Pilvitus* inter Deos tertii ſeu ultimi ordinis fuerit. Tertio, quod quotannis ter ſolenniter Pruſſi *Pilvitum* invocarint; nam primo die XXII. Martii, *Pilvitum Deum orabant, ut largiretur gramina, & uberem meſſem, tanquam mercedem laboris collati in agros*, *Hartknoch.* Differt. 11. p. 170. Secundo *menſe Auguſto, cum jam meſſis avidas colonorum manus expectaret. Quod ſi fruges*, inquit *Hartknoch.* Differt. 11. p. 171. *uredine, pluviis continuis, aut alio aliquo modo corrupta modicam gracilemq; meſſem dederant, invocabat ſacrificulus Auſchweitum, ut oraret Pergubrium, Percunum, Schwaixtixtum, Pilvitum, aliosq; Deos, ne ſubſequentibus ſaltem annis largam agricolis denegarent meſſem. Tertio finita meſſe, frugibusq; jam collectis ſub finem menſis Octobris: quo de ita Johannes Meletius* Epiſt. ad *G. Sabinum* ſæpe citata: *Litandi ritus, finita meſſe, erat talis: congregato populi catu in borreo, adducitur caper, quem Vurſichaytes (Vurskaitus,) illorum ſacrificulus mactaturus, imponit victima utramque manum, invocatque ordine damones, quos ipſi Deos eſſe credunt; videlicet*, Occopirnum, *Deum cæli & terra: Antrimpum, Deum maris: Gardoateu, Deum nautarum, qualis olim apud Romanos fuit Portunus: Potrympum, Deum fluviorum ac fontium; Pilvitum, Deum divitiarum, &c.*

§. IX. Obſerv. (6) *Pilviti deſtructio.* Extinctus eſt maximam partem Pilviti cultus apud *Pruſſos*, cum alios Deos rejicerent, anno ſæpus dicto, M CC XLIX. vid. tamen *Hartknochius* Differt. 14. p. 212.

CAPUT XXI.

De Pergubrio, Deo frugum ac meſſis.

§. I.

VEre *Moſes Deut. cap. 11, 12. Dominus Deus tuus ſemper terram viſit. & oculi illius in ea ſunt, a principio anni, usque ad finem ejus.* Et *David quoq; ubi de Deo, Pſal. 104, 13. 14. 15. De fructu operum tuorum, ſatiabitur terra, producens fænum jumentis, & herbam ſervituti hominum: ut educas panem de terra; & vinum lætificet cor hominis, ut exhilaret faciem in oleo, & panis cor hominis confirmet. Paulus* eleganter ita: *Deus dat unicuique grano corpus ſicut vult, 1. Cor. 15, 38.* Et rurſus *David Pſalm. 65, 10. 11. 12. 13. 14. Viſitaſti terram, & inebriaſti eam, multiplicaſti locupletare eam; Flumen Dei repletum eſt aquis, paraſti cibum illorum, quoniam ita eſt præparatio ejus. Rivos ejus inebria, multiplica genimina ejus; in ſtillicidiis ejus lætabitur germinans: Benedices corona anni benignitatis tua, & campi tui replebuntur ubertate. Pingveſcent ſpecioſa deſerti, & exultatione colles accingentur. Induti ſunt arietes ovium, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.* Sic ergo clarum perſpicuumque ex hiſce ſimilibusque dictis eſt, frugum, ſegetum, arborumque ubertatem, & quicquid terra fert, ſolius Dei ter imo millies optimi maximi munus atque beneficium eſſe. Hinc & omnipotentiam & exiſtentiam ejus hæc cuncta deprædicant. *Stigelius*:

Emicat ex ipſis divina potentia terris:
Et levis eſt ceſpes, qui probat eſſe Deum.

Et alius apud *D. Joh. Gerhardum* Diſp. Iſag. XI de Creatione:

Emicat in rebus caleſtis imago creatis,
Inque herbis ſummi fulget imago Dei.

§. II. Ecquid vero circa hoc caput doctrinæ veteres? (Sunt Philoſophi, & hi quidem magni, atque nobiles, qui Deorum (plurium) mente, atque ratione omnem mundum adminiſtrari, & regi cenſeant: neque vero id ſolum, ſed etiam ab iisdem vitæ hominum conſuli, & provideri, nam & fruges, & reliqua, quæ terra pariat, & tempeſtates, ac temporum varietates cœlique mutationes, quibus omnia, quæ terra gignat, maturata pubeſcant, a Diis immortalibus tribui generi humano putant: ſic *Cicero lib. 1. de Nat. Deor. p. 272.*) Ecquid Slavi? num vero ii Deo acceptum tulerunt, quicquid colligere annuatim, atque in ſuccum & ſangvinem convertere potuerunt? Minime etjam. Potuit utique de illa quoque natione juſtam ſuam querelam Deus facere: *illa non*

no-

noverat, quod ego dediſſem illi frumentum, & muſtum, & oleum, & argentum multiplicaſſem illi, aurumque(quæ) *fecerunt Baali*; ut loquitur apud *Hoſeam* cap. 2, 8. Erat autem iſthæc iguorantia apud Slavos *prava diſpoſitionis & obthurata; noſſe enim potuiſſent ex Libro naturæ*: ut ad h. l. annotat *B. D. Sebaſtianus Schmidius* in Commentario p. 63. Videamus ergo idolum, a quo frugum copiam aa meſſem illi expectarint, quæque ei ſacra ſolennia fecerint.

§. III. Obſerv. (1) *Pergubrii Nomen.* Dicebatur illud Slavis priſcis *Pergrubrius*: ita nos docet *Johannes Meletius* Epiſt. de Relig. & Sacrific. Vet. Poruſſ. Aliis *Pergubrius*, ita legitur apud *Hartknoch*. de Reb. Pruſſ. p. 118. 141. 166. 169. 170. 171. 172. 174. item *Pergubrios*, apud eundem p. 170. & 173. nec non *Pergribrius* p. 140.

§. IV. Obſerv. (2) *Pergubrii Etymon.* Conjecturam hic noſtram ſaltem dabimus, quam ſumpſimus e ruderibus priſcæ lingvæ: Pruſſis enim olim **Per**, præpoſitio *pro* ſignavit; unde in Cathechiſmo primæ editionis de Sacramento Altaris: **Kas per wans dats wirſt**; & edit. ſecundæ, **Kas per wans daczt wirſt**, id eſt, *quod pro nobis datur.* Item **Kha per wans paltetan werſt**; & edit. ſecund. **Ka per wans prâlieten wirſt**, id eſt, *qui pro nobis effunditur.* Porro **Gobuns**, verbum, *venire*, *aſcendere* ſignificat: & pergubuns, compoſitum, *deſcendere*, *provenire*. Ita iterum in Cathechiſmo Pruſſico primæ edition. Symbolo: **Unſey gobuns na dangon**, id eſt, *aſcendit in cælos.* Et **ſtwendau pergubuns wirſt**, id eſt, *unde venturus eſt.* Et edit. ſecundæ: **Unſei gubons na dengon**, *aſcendit in cælos.* Et **ſtwendau wirſt pergubons**, *unde venturus eſt.* Vid. *Harsknoch. de Reb. Pruſſ. Diſſ. 5. p. 86. & 88.* Quamubrem *Pergubius* furtaſſ. dictus quondam, qui poſtea *Pergubrius* per *epenthesin* appellatus eſt, id eſt, *Deus*, cujus *poteſtate* atque juſſu *proveniunt, exſurguntque e terra fruges, ſegetes, &c.* **Der alles läſſet aufſkommen, oder auffwachſen.**

§. V. Obſerv. (3) *Pergubrii Figura.* Hæc, qualis fuerit, a Scriptoribus nobis non deſcribitur.

§. VI. Obſerv. (4) *Pergubrii cultores.* Prout autem teſtatur *Johannes Meletius* Epiſt. de relig. & ſacrific. Vet. Boruſſ. (1) *Pruſſi*, (2) *Samogitæ*. (3) *Lithuani*, (4) *Rutheni*, & (5) *Livones Pergubrium* tanquam Deum ſuum venerati ſunt.

§. VII. Obſerv. (5) *Pergubrii cultus.* Tria præcipua Feſta in honorem Pergubrii, ex traditione veterum, celebrata ſunt; de quibus quidem verbis *Meletii* & *Cl. Hartknochii* nunc differemus. *Hic* ita in *Diſſert. n. p. 169. ſeq. Primus Pruſſorum feſtus dies, d. XXII. Martii celebrabatur, in quo Pergubrio ſacrificium offerri ſolebat; Feria ipſa appellabantur Pergrubi. Ad has rite celebrandas ruſtici conveniebant in aliqua domo, ubi illos cerevisſia, aut etiam alterius generis potus (cerevisſia namque coquenda rationem a Cruciferis demum didicerunt) dolium unum atque alterum expectabat. Hic ſacrificulus ceremonias ſuas exorſus, obbam ſive pateram dextra apprehendens cerevisſia implevit, invocansque ſubinde Pergubrii nomen, laudes illius decantabat. Initium earum precum dat nobis Martinus Murinius:* **O wieſzpocie Dewe nuſu Pergubrios, &c.** id eſt, *O Domine Deus noſter Pergubrios. (Obiter hic notari poteſt, formulam hanc non tam Pruſſicam, quam Lithuanicam eſſe.) In ſequentibus eum Johannes Meletius* in Epiſt. cit. *non longe a principio, hæc verba pronunciaſſe refert: Tu abigis hiemem, tu reducis amœnitatem veris: per te agri & horti virent: per te nemora & ſylva frondent: (ex quibus munia Pergubrii cognoſcere licet) Preculis his finitis, dentibus apprehendens pateram ſacrificulus ſive Wurskaitus, cerevisſiam ebibebat nullo manuum adjumento adhibito; & hoc facto pateram evacuatam, retro ſupra caput jaciebat. Hac cum e terra ſublata, iterumque eſſet impleta precabatur ſacrificulus Percunum Deum tonitruum, ut pluviam juſto tempore largiretur, Picollumque cum aliis Diis nocentibus ipſi ſubjectis abigeret: precibus finitis, eodem modo cerevisſia exhauſta pateram retro rejiciebat. Poſthac Wurskaitus Schwayxtixtum Deum invocabat, ut juſto tempore gramina, pecora, homines que lumine ſuo colluſtraret, foveretque. Pilvitum Deum orabat, ut largiretur gramina & meſſem uberem. Sub hac alios etiam Deos ordine nominabat, ita ut in ſingulorum honorem pateram cerevisſia ſine manuum adjumento, ut ſupra diximus, exhauriret. His ita peractis, omnes Pruſſi, quotquot aderant, bibebant ordine, ex pateris, canebantque hymnum in Pergubrii laudem. Reliquum diei conviviis, compotationibus, choreisq; impendebant, ut Thomas Waiſſelius* refert. *Meletius* loc. cit. breviter ita: *Die Georgii ſacrificium facere ſolent Pergubrio, qui florum, plantarum, omniumque germinum Deus creditur. Huic Pergubrio ſacrificant hoc modo: Sacrificulus, quem Wurſchkayten appellant, tenet dextra obdam* (obbam *cerevisſia plenam: invocatoque Dæmonis nomine, decantat illius laudes: Tu, inquit, abigis hyemem, tu reducis amœnitatem veris, per te agri & horti virent, per te nemora & ſylva frondent. Hac cantilena finita, dentibus apprehendens obdam* (obbam)*ebibit cerevisſiam, nulla adhibita manu: ipſamq; obdam* (obbam) *ita mordicus epotam retro ſupra caput, jacit. Qua cum e terra ſublata, iterumque impleta eſt, omnes, quotquot aſſunt ex ea bibunt ordine, atque in laudem Pergubrii, hymnum canunt: poſtea epulantur tota die, & choreas ducunt.* Hæc ille.

§. VIII. Pergit *Hartknoch. Diſſert. cit. p. 171.*

Secundum ſolenne ſacrum celebrabant Pruſſi pagani, menſe Auguſto, cum jam meſſis avidas colonorum manus exſpectaret. Congregabantur tunc ruſtici in agris ad ſacrum, quod lingva Ruthenica Zizinek, (leg. Sazinek; *Johannes Henricus Urſinus Quaſt. Bibl. lib. 3. cap. 10. pag. 130.* ſcribit, Zazinkh,) *id eſt, initium meſſis. Congregatos ruſticos, ſi dives ipſis obtigerat meſſis, adhortabatur ſacrificulus ad gratiarum actionem, quo & impoſterum Deorum beneficio aque uberem conſequerentur meſſem. Finiebatur hoc ſacrum exhauſta patera cereviſia. Quod ſi fruges uredine, pluviis continuis, aut alio aliquo modo corrupta modicam gracilemq; meſſem dederant, invocabat ſacrificulus Auſchvvaitum, ut oraret Pergubrium, Percunum, Schvvaixtixtum, Pelvitum, aliosque Deos, ne ſubſequentibus ſaltem annis largam agricolis denegarent meſſem. Interea temporis ruſtici peccata ſua, quibus Deos ad iram & vindictam exercendam provocaverant, deplorabant atque deteſtabantur, emendationem vita promittentes. Sub hac ſinguli pro facultatibus ſuis conferebant frumentum & cereviſiam, fœmina panem afferebant, ex primitiis frugum coctum. Exigebatur quoque mulcta ab iis, qui facinus aliquod admiſerant, aut Dii, aut homines læſi credebantur. Pecunia illa in commune collata ad convivium inſtruendum impendebatur, quod eo usque durabat, donec cereviſia jam exhauſta ruſticis abitum imperaret. Thomas Waiſſelius in Chron. f. 20. Epulis finitis unus aliquis ex convivis, cui id negotii a ceteris datum erat, meſſem auſpicabatur ſolenni ritu, manipulumq; demeſſum ſecum domum deferebat. Poſtridie primo domeſtici ejus, qui meſſis initium fecerat, dein ceteri omnes, quibuscunque placebat, meſſem faciebant. Johannes* etiam *Meletius* hic audiendus eſt: *Similiter,* inquit *ille, quando jam ſegetes ſunt matura, ruſtici in agru ad ſacrificium congregantur, quod lingva Ruthenica* Zazinek *vocatur, id eſt, initium meſſis. Hoc ſacro perfecto, unus e multitudine electus meſſem auſpicatur, manipulo demeſſo, quem domum adfert. Poſtridie omnes, primo illius domeſtici, deinde ceteri, quicunque volunt, meſſem faciunt.*

§. IX. Reliquiæ quædam, ut ὡς ἐν παρόδῳ addam, ſolennis hujus ſecundi feſti, apud *Tartaros Circaſſios* ac *Comanos*, qui cum Slavis communem habent ortum, in hunc diem usque inveniuntur: quemadmodum nos his verbis docet *Johannes Baptiſta Tavernier* Itin. Perſic. lib. 3. cap. 12. fol. 143. Das andere Feſt der Comucher und Cherquier oder Circaſſier, welches ſie vor Abhauung des Graſes feyerlich begehen; deſſen Ceremonien geſchehen alſo: alle im Dorff, die es nur vermögen, nehmen jeder eine Ziege, maſſen ſie ſolche höher achten, als ein Schaf, zu ihren Ceremonien: die aber unvermöglich, haben ihrer acht oder zehen eine Ziege. Wenn nun Ziege, Schaf, oder Lämmer, alles beyſammen iſt, nimmet jedweder das ſeine, ſchlachtet es, und ziehet ihm das Fell ab, woran der Kopff, nebſt den vier Füſſen bleibet, ſpannet ſolch Fell, mit zweyen Stäben, über die quer, von einem Fuß zum andern aus, und ſtedens auf eine in der Erde anfrecht ſtehende Stange; deſſen obere Theil in den Kapff des Thiers kommt, ſo viel Stück Vieh zeſchlachtet ſind, ſo viel hat es auch, mitten im Dorff, jede mit ſeiner Haut, aufgerichtete Stangen, vor welchen alle vorbeygehende eine tieffe Reverenz machen. Wenn nun jeglicher ſeine Ziege gekochet, bringen ſie ſolche mitten auf den Platz im Dorff, und ſetzen alles gekochte Vieh auf eine Tafel. Der Herr des Dorffs findet ſich auch allda ein, mit allen ſeinen Leuten, und hat ſeizuweilen auch einen Herrn, aus dem andern Dorf bey ſich; wenn nun alles Fleiſch auf der Tafel iſt, ſetzen ſich die drey Elteſten im Dorf, an ſolche und nehmen jeder ein paar Biſſen. Nachmahls ruffen ſie den Herrn des Dorfs, welcher, ſo er einen Gaſt bey ſich hat, ihn gleichfalls, nebſt etlichen Alten, mit hinbringet, ſetzen ſich nieder, und eſſen von dem was ihnen die drey alten für ſie beyſeit gethan; das übrige wird dem auf der Erden gelagerten Volck ausgetheilet, und von ihm verzehret. Es giebt Dörffer, in welchen biß funffzig, ſo Ziegen als Schaf, oder Lämmer, und junge Böcke geſchlachtet werden, des Boſa (oder gemeinen Trancks der Tartarn, welcher aus Hirſche zubereitet wird, und wie der Wein einen Rauſch machet,) wird hierbey von manchen über zwey Eymer hergeſchaffet, nachdem es jeglicher in Vermögen hat. Der ganze Tag wird mit eſſen, trincken, ſingen, und tanzen zugebracht, haben aber keine andere Muſic, als die Pfeiffer: doch iſt ſie noch gut genug, und ſind gemeinigiich zwölff Pfeiffer beyſammen: der erſte hat eine ſo länger als ein Arm, die übrigen ſind immer eine kürtzer, als die andere: daß alſo die letzte nur ſpannen lang iſt. Wenn die bey der Tafel ſitzende Alten ſatt worden, gehen ſie nach Hauß, und laſſen die jungen Leute, Männer und Weiber, nebſt den Jünglingen und Jungfrauen bey ihren Pfeiffen luſtig herumſpringen, ſo lange der Trunck währet, bleiben ſie da: Morgens aber iſt das ihre erſte Verrichtung, daß ſie ſich zum Gras abmähen ſchicken. Hæc *Tavernier.* Videſis hic iterum (1) κακοζηλίαν Satanæ, qua affectavit legem conſtitutionemque Dei, *Levit.* cap. 23. 10. 11. 12. 13. 14. qua juſſit, ut judæi ante meſſem offerant manipulum agitationis, aliaque ſacrificia. De manipulo agitationis nos alibi. De aliis gentilibus, qui primitias frugum, ſimilem fere in modum Diis obtulere, vid. *Johannes Doughtejus* in Analectis Sacris ad *Exod. 23, 19.* Excurſu LI. (2) Notandum, quod legi de *oblatione frugum primarum* ſubnectitur lex de hædo non coquendo in lacte matris, *Exod.* 23, 19. Cujus hæc ab *Abarbenele* reditur ratio, quod factum illud ſit, ne idololatras imitentur;

hos

hos enim ſic feciſſe tempore collectionis frugum; quod ſpem ſibi fecerint, fore ob eam cauſam largiorem proventum impoſterum, Deumque futurum magis propitium, ſicut recitat *Simon de Muis* Var. Sacr. ad *Exod.* loc. cit. fol. 438. qui tamen mox addit: *Abarbanel* ſatis ſe mihi probaret, ſi morem illum probaret, de quo nihil uſquam legitur, quod ſciam. Addo igitur: Imo vero legitur, ut exempla plura collegit *Samuel Bochartus Hieroz.* Part. I. lib. I. cap. 52. fol. 634. ſs. Sane eo etiam me judice, *Tartari* pertinent, de quorum more ac conſuetudine paulo ante dixi: probabile vero eſt, ſic illos a majoribus ſuis fuiſſe inſtitutos, quibus multo retro ſeculis eadem conſvetudo fuerit.

§. X. *Finita meſſe, frugibusq; jam collectis, ſub finem menſis Octobris, tertium ſolenne ſacrum Pergubrio in honorem agebatur: quod Ruthenica lingva* Ozinek, (lege Ojinek, *Johannes Henricus Urſinus Quæſt. Bibl.* lib. 3. cap. 10. p. 130. ſcribit corrupte Ozinkh,) id eſt, *conſummatio meſſis*, (Polonis etiam zac, & Sorabis jecz, *metere ſonat*, inde Zajinek, & Ojinek,) *vocabatur. Videlicet ruſtici* (ita rurſum *Hartknoch. diſſert. cit. p. 171. ſeqq.*) *ex uno pago, aliquando etiam pluribus, coacti, menſa primo fœnum, deinde panem, & in utraque menſa ora binas pateras cerevſiæ plenas reponebant. Poſt hæc Wurskaites ſive Waidelotta quadam utriusque ſexus animalia adducta, nempe porcum & porcam, gallum & gallinam, anſeres & vitulos binos diverſi ſexus* (addit *Murinius ovem & arietem, caprum & capram,*) *ſequenti ritu mactabat; Idololatricis quibusdam precationibus dictis, animalis, quod offerendum erat, caput & cetera membra fuſte feriebat: ſequebatur cum reliqua ruſticorum turba, ictus pecudi ingeminans & ſequentia verba proferens: Hæc tibi o* Ziemenik *Deus* (*hoc dubio procul Pergubrio nomen erat lingva Ruthenica utentibus*) *gratias agentes offerimus, quod hoc nos anno conſervaſti incolumes, & omnia nobis abunde dediſti, idem ut & impoſterum facias, precamur. Peracto ſacrificio antequam ad epulas digrederentur, ſinguli ex ruſticis congregatis* (ut vult *Mathias Strykovius in Sarmatia Europæa*) *aut ſacerdos ſive Waidelotta,* (ut aſſerit *Murinius*) *ferculi portiunculam abſciſſam in omnes ædium angulos jactabant, hæc verba proferentes: Accipe o Zsiemienik grato animo ſacrificium, atque lætus comede.* (*Et hæc erant ablegmina ſive proſicia, quæ neq; Romanis quondam ignota.*) *Tum demum, Pruſſi ipſi laute epulabantur. Johannis Meletii verba, quibus una ritus litandi caprum exponit, ita ſe habent: Facta autem meſſe, ſolenne ſacrificium pro gratiarum actione conficiunt, quod Ruthenica lingva* Ozinek, *id eſt, conſummatio meſſis dicitur; in hoc ſacrificio Sudini Boruſſiæ populi, apud quos ſuccinum colligitur, capro litant: litandi vero ritus eſt talis. Congregato populi cætu in horreo, adducitur caper, quem Vurſchaytes illorum ſacrificulus mactaturus, imponit victimæ utramque manum: invocatque ordine dæmones, quos ipſi Deos eſſe credunt: videlicet Occopirnum, Deum cæli & terræ; Antrimpum, Deum maris: Gardoaten, Deum nautarum, qualis olim,* ap. *Romanos fuit Portunus; Potrympum, Deum fluviorum, ac fontium; Pilvitum, Deum divitiarum, quem latini Plutum vocant: Pergubrium, Deum veris: Pargnum, Deum tonitruum ac tempeſtatum: Poclum, Deum inferni & tenebrarum: Poccollum, Deum aëriorum ſpirituum: Pulſcatum, Deum qui ſacros lucos tuetur: Auſceutum, Deum incolumitatis & ægritudinis; Marcopolum, Deum magnatum & nobilium: Barſtuccas, quos Germani* Erdmänler, *hoc eſt, ſubterraneos vocant. His dæmonibus invocatis, quotquot adſunt, in horreo, omnes ſimul extollunt caprum, ſublimemque tenent, donec canatur hymnus: quo finito, rurſus demittunt ac ſiſtunt caprum in terram. Tum ſacrificulus admonet populum, ut ſolenne hoc ſacrificium a majoribus pie inſtitutum ſumma cum veneratione faciant, ejusque memoriam religioſe ad poſteros conſervent. Hac conciuncula ad populum habita, ipſe mactat victimam, ſangvinemque patina exceptum diſpergit: Carnem vero tradit mulieribus eodem in horreo coquendam. Hæ interea dum caro coquitur, parant e farina ſiligineas placentas, quas non imponunt in furnum, ſed viri focum circumſtantes, hinc illinc per ignem jaciunt, abſque ceſſatione, tamdiu quoad illæ induręſcant, & coquantur. His peractis epulantur atq; helluantur tota die ac nocte, usque ad vomitum. Ebrii deinde ſummo mane extra villam progrediuntur, ubi reliquias epularum, quæ remanſerunt, certo in loco terra operiunt, ne vel a volatilibus vel a feris diripiantur. Poſtea dimiſſo cætu ſuam quisq; domum repetit. Recenſet etiam collatis multorum obſervationibus ſacrificium capri hiſce* πελυμαθέστατος *Hartknochius, diſſert.* cit. p. 176. ſeqq. *Ceremonias in hoc ſacro peragendo obſervari ſolitas, fuſe proſequitur Simon Grunovius, qui circa Anno 1520. Chronicon Pruſſiæ ſcripſit: Has vero ceremonias non ex alterius relatione habet, ſed oculis ſuis eas vidiſſe ſe teſtatur; Refert enim aliquando forte fortuna intraſſe ſe domum quandam ruſticam, in qua multi clam, cum palam non liceret, congregati fuerant agricolæ: Hi ſimul ac Grunovium conſpiciunt, certatim ipſum adoriuntur omnes: mortem ipſi præſentiſſimam minantes. Grunovius in tanto ſe periculo conſtitutum cernens furentes ruſticos, Pruſſica alloquitur lingva, mortemq; deprecatur. Ruſtici audita Pruſſica lingva præ gaudio exultare, clamareq;,* Ha nuſſen Kitie, nuſſen Kitie. id eſt: *Hic noſter Dominus, noſter Dominus; poſt hæc jurejurando Grunovium obſtringunt,* (*quod in nomine Percuni præſtare coactus eſt*) *ne unquam hoc ipſum*

Epiſcopo, in cujus diœceſi habitabant, indicaret. Ritus vero in ſacrificando hirco ſequentes obſervabantur; conveniebant ruſtici ex duobus, tribus, aliquando etiam pluribus pagis in horreum quoddam, ibique ignem lignis in longitudinem diſpoſitis conſtruebant. Viri hircum adducebant, ad locum ſacrificio deſtinatum, feminæ farinam triticeam (Meletii ſententia, ſiligineam,) adferebant, eamque poſtea ſubigebant. Omnibus ita præparatis, Waidelotta, Grunovio teſte, ſublimi ſolio inſidens, ad ruſticos verba faciebat, de ipſorum Origine, rebusque antiquitus geſtis, item de præceptis Deorum, quid illi ab hominibus fieri velint. Poſthac Waidelotta hirco in medium introducto, utraq; manu impoſita, indigitabat ordine Deos ſupra jam enumeratos, nimirum Occopirnum, Antrimpum, aliosque. Tum ſinguli ruſtici conſcientiam peccatis contra Deos commiſſis inquinatam publica confeſſione expiabant: ſub hac omnes, quotquot in horreo præſentes aderant, (Martinius Murinius eorum quindecim numerat, cap. 5. p. 8. ſeqq.) hircum manibus ſublatum, ſublimem tantiſper tenebant, dum hymnus decantaretur. Eo finito rurſus demittebant hircum in terram. Tum ſacrificulus hortabatur circumfuſam multitudinem, ut ſolenne hoc ſacrificium a majoribus pie inſtitutum ſumma cum reverentia in Deos, facerent, ejusque memoriam ad poſteros religioſe propagarent. Concione illa ad populum habita, caprum vel hircum ipſe Waidelotta, mactabat, ſangvinemq; patina exceptum diſpergebat, teſte Johanne Meletio. Verum Grunovius vidiſſe ſe refert, Waidelottam capro caput præcidentem, ruſticos autem adſtantes ſangvinem effluentem ſimpulis ſive vaſibus in hunc finem eo allatis, excipientes, pecorique ſuo bibendum poſtmodum præbentes. Waiſſelius addit, ſumma cura Pruſſos caviſſe, ne ſangvis in terram efflueret, eoque poſtea domum reverſos omnia pecora ſua fortunasque omnes conſperſiſſe, quod veriſimilius eſt, quam quod Grunovium audivimus aſſerentem. Mactati hirci carnem pelle nudatam ruſtici ſecabant in partes, tabulis impoſitam in furno aſſabant, ut autor eſt Grunovius teſtis oculatus. Meletius autem, ut & Waiſſelius dicunt, carnes fuiſſe coctas; ſed utrumque in diverſis Pruſſiæ locis, vel etiam in uno eodemque pago, præſertim poſtremis temporibus ſub ordine Teutonico fortaſſe obtinuit. Cum enim ex his epulum apparatum fuiſſe dicatur, non aſſas tantum, ſed elixas etiam carnes ipſos habuiſſe perquam eſt veriſimile. Interea temporis, dum carnes aſſabantur, coquebanturque, ruſtici ſinguli coram Waidelotta, morem Chriſtianorum imitantes, flexis poplitibus peccata ſua confitebantur, quæ verberibus etiam a Waidelotta acceptis expiabant. Sed mox contra ruſtici ſimul omnes in Waidelottam irruentes, caput ipſius miſere vellicabant. Poſt hæc mulieres quoque docebantur, quomodo vitam ſuam inſtituere ipſas oporteret, ſi Deorum gratiam promereri vellent, teſte Grunovio. His peractis viri ignem illum, quem in longitudinem lignis diſpoſitis excitatum fuiſſe diximus, circumſtabant, (ut habet *Waiſſelius,*) *mulieres autem a farina ſiliginea, ut ex Meletio jam audivimus, placentas ſive liba conficiebant, quamvis Waiſſelius farinam illam triticeam fuiſſe aſſerat. Has placentas non imponebant mulieres in furnum: ſed viri ignem dictum circumſtantes vel circumſiſtentes hinc atq; illinc per flammam eas jaciebant, & jactatas excipiebant, donec flamma indurarentur, coquerenturque. Poſtremo ruſtici ad epulas ſe conferentes, potabant, ex cornibus ſtrenue tota die ac nocte. Summo mane, ut adhuc erant ebrii, extra villam progreſſi, reliquias ciborum certo in loco terra injecta operiebant, ne ab avibus vel feris diriperentur. Omnibus his peractis, ſuam quisq; domum repetebat. Legi de his poſſunt Grunovius, Meletius, Hennebergerus, Schuzius, Murinius, Waiſſelius, aliiq;* MSS. *Chronica recentiora.*

§. XI. Placet vero denuo brevem excurſum facere: nimirum reliquias tertii hujus ſolennis, hodie etiam obſervant *Tartari* ante nominati; ſic enim pergit *Joh. Bapt. Tavernier, loc. ſupra cit.* Der vornehmſte Feyer-oder Ceremonien-Tag der Conmucher und Cherquer oder Circaſſier, wird jährlich zu Ende des Auguſti, auf folgende Weiſe gehalten: Die drey Aelteſten im Dorff vertreten der Pfaffen Stelle, und verrichten das ihnen auffgetragene Amt, in Anweſenheit des gantzen Volcks. Sie nehmen eine Ziege oder Schaf dem ſie, nach einigen verrichteten Gebet, die Kehle abſtoſſen, machen ſolches wohl rein, und kochen es gantz unzerhauen: das Gekröſe aber braten ſie. Wenn nun alles gekocht iſt, bringen ſiers auf einen Tiſch, faſt wie in eine weite Scheune, wohin alles Volck ſich verſammlet: Die drey Alten ſtehen vor dem Tiſch, hinter ihnen aber gleichfalls alle andere, ſo Männer, Weiber, und Kinder. Wann nun die Tafel mit dem Schaf hineingebracht iſt, ſchneiden die Alten, die vier Füſſe, ſamt den gebratenen Gekröſe entzwey: und heben alles nebſt einen groſſen Becher voll Boſen in die Höhe, über den Kopff, damit es das hinter ihnen ſtehende Volck ſehen möge. So bald dieſes geſchicht, fallen ſie insgeſammt auf die Erde, bis alles wieder auf den Tiſch geſetzt iſt, und die Alten etliche Worte geſprochen haben. So dann richtet ſich das Volck wieder auf, und bleibet ſtehen; die beyden Alten, ſo das Fleiſch halten, geben jedweder dem dritten, ſo zwiſchen ihnen ſtehet, und den Becher hat, etwas davon zu eſſen: nachmahls nehmen ſie auch ein jeglicher ein Stückgen vor ſich; wenn alle drey davon geſſen, ſo trinckt der, welcher den Becher hält, am erſten, giebt dem, ihm zur rechten Hand ſtehenden auch davon: behält aber den Becher, und ſo ferners, ingleichen dem zur lincken. Wenn dieſes nun vorbey, wenden ſich die drey Alten, und bringen ihrem Ober-

Haupt

Haupt oder Herrn auch von dieſer Speiß und Tranck folgends ober der gantzen Verſamlung, wovon groſſe und kleine, alle etwas eſſen, und trincken, was von den vier Füſſen mag übrig geblieben ſeyn, tragen ſie wieder auf den Tiſch, und verzehren es die drey Alten. Nach ſolcher Verrichtung ſetzen ſich die erwehnten Alten an den Tiſch, auf welchem das Schaf liegt; der älteſte nimmt den Kopff, und iſſet ein wenig davon, gibt ihn hernach dem andern, welcher dergleichen thue, wie auch der dritte. Und wenn dieſer letzte etwas davon genoſſen, legt er ihn wieder vor den erſten, welcher gebietet, ſolchen dem Herrn des Dorffs zu überbringen, dieſes nimmt der Herr mit groſſer Ehrerbietung an, und iſſet etwas davon gibt es folgends ſeinen nechſten Anverwandten, oder den er am wehrteſten hält, daß alſo immer einer dem andern den Kopff darreicht, biß er verzehret iſt. Nachmahls nimmt jeder Alter ein paar Mund voll vom Schaff, ruffen ſodann dem Herrn des Dorffs, der gar ehrerbietig mit der Mütze unter dem Arm, gantz zitternd herbey kommt; ergreifft ein von dem Alten ihm dargereichtes Meſſer, ſchneidet etwas vom Schaf, und verzehret es ſtehend, nachmahls wenn er auch aus dem, ihm gleichfalls vorgehaltenen Becher voll Boſa getruncken, gehet er gar andächtig wieder zurück. Alles Volck thut auch dergleichen, die Aelteſten die erſten, um die Knochen aber ſchlagen ſich die Kinder, wer ſie haben ſoll. Hactenus *Tavernier.* Eſt autem hæc tertia quoque ſolennitas Pruſſorum, quamque Tartari obſervant, ſumpta per pravam imitationem, ex ritibus eccleſiæ judaicæ; quibus de *Levit.* c. 23, 15. ſeqq. & v. 39. cap. ejusd. & c. 16. 2. ſeqq. Confer. huc *Seldenus de Diis Syris*, pag. 81. & quæ nos ſupra diximus *cap. t. num. 15.* & 16.

§. XII. Obſerv. (6) *Pergubrii deſtructio.* Denique vero cultus ille Pergubrii cum multis annis duraſſet, maximam partem collapſus eſt Anno M CC XLIX. de quo perſæpe. *Interim*, ut prudenter notat *Chriſt. Hartknoch.* Diſſert. 11. p. 174. ſeqq. ſacrificium *in ſpecie, quo caper, vel ut alii habent, hircus, quæ voces & Virgilio unum idemque notant*, (*qui lib. 2. Georg. mox caprum, mox hircum oblatum fuiſſe Baccho refert, vid. v. 380. & 395.*) *conſecratus immolatusq; eſt finita meſſe, diutusſime & clanculum quidem inter Pruſſos permanſit. Decimo ſexto namque adhuc ſeculo, plurimi de eo conqueſti ſunt, quod Pruſſi, præcipue Sambiani incolentes illud ſacrum, prohibente licet duriſſimasq; pœnas idololatris intentante Magiſtratu, per Waidelottas ſuos ad id muneris delectos peregerint. Hoc* inter *Georgius a Polenz & Paulus Speratus Epiſcopi Prutenici* ſunt, qui in præfat. Agendæ Eccleſiaſticæ Anno 1530. conſcriptæ, ita: In hoc angulo Prutenico, quamlibet exiguo, (de Sambia loquuntur) rudiores adhuc pleroſque non parum multos tum paſtores, tum oviculas habemus, Germanos, Brutenos, Ruthenos, Polonos, Maſovitas, Lithuanos, atque Livonios, qui velut alteri Aborigines in hoc loco ſedes ſibi jam olim poſuerunt: Referemus etiam rem miram. *Eſt adhuc in Brathenis noſtris Sambienſibus Sudorum quidam manipulus* (*ut reliquam abominationem ſuperſtitionum, reliquias gentilitatis taceamus.*) *Hirco etiamnum furtim nonnunquam facions ac inſtar olim Samaritanorum, una cum vero Deo vana, priſci erroris numina tremens*, v. *D. Caleſtinus Mislenta*, in præfat. ad *Manuale Pruthenicum* lit. A. 6. b. Paria habet *Georgius Sabinus, primus Academiæ Regiomontana Rector*; eum hunc in modum de *Alberto Duce* canit, lib 5. Eleg. 5.

Utque bonis ſtudiis, ita moribus excolit urbes,
Imbuit ac vera relligione Dei
Namque ferox hominum genus eſt & agreſte ſub Arcto,
Notitiam nondum quod pietatis habet.
Cæruleos inſtar ſed adorat Numinis angues,
Mactatoque litat ſacra nefanda capro.

Valentinus itidem *Scrękius* in Carmine gratulatorio, quod ſcripſit in *Ducis Alberti Senioris* felicem e caſtris Anno 1563. reditum:

Impia religio vanis agitata ſub aris
Ceſſit, & hoc cepit ſub Duce pulſa fugam.
Nam populus quondam qui numina vana colebat,
Auxilii quibus & nil rationis erat.
Pars ſatyros, faunosque leves venerata, litabat
Fumida ſuppoſitis ignibus exta capri.

Johannes Funccius in Commentario ad *Chronologiam* ſuam, lib. 10 ad Annum Chriſti 1217. *Populus agreſtis & Dæmoniorum cultui deditus in ea terra habitabat; Quod reliquiæ in hodiernum diem teſtantur. Religio ſumma cum Moſis inſtitutione de ſacrando & immolando hirco in Feſto propitiationis in multis conveniebat. Quem ſacrificandi hirci morem Sudavii ad hunc diem (licet manifeſte non auſint, prohibente eorum nefas pio Principe Alberto.) obſervare dicuntur. Centum & quot excurrunt abhinc annis, Anno videlicet 1577. edidit Albertus Fridericus Secundus Dux Poruſſiæ Statuta Provincialia*, die Landes-Ordnung *dicta, in quibus fol. 3. b. extat caput* von Zauberey und Bock-Heiligung: Ubi verba Statuti ſic ſeſe habent: Nachdem Zauberey in unſerm Lande gemein, und auch die Bockheiligung bey den Sudawen (intelligitur hic extrema pars Sambiæ ad mare Balticum) noch in Ubung ſeyn mag, wollen wir allen unſern Amtleuten, auch von Adel, den Räthen und Elterleuten in Städten und Dörffern befohlen haben, fleißig

darauf zuſehen, und wo jemands befunden, es ſey Mann oder Weib, ſo Zauberey treibt, oder dem Bock-heiligen, und dergleichen Dingen anhängig iſt, ſoll es uns angezeiget werden, *&c.* *Recuſa ſunt eadem Statuta An. 1640. ubi caput idem de conſecratione hirci reperitur. Ob eandem quoq; cauſam Sambienſes dicebantur* die Bockheiliger, *id eſt, hircorum cultores, ut teſtatur Jodocus Willichius.* Hactenus *Hartknochius de Livonum* converſione, vid. *Arnoldus Chron. Slav*, lib. 7. c. 8. & 9.

CAPUT XXII.

De Curcho, id eſt, demenſi, ſive portionem ſuam cuilibet diſtribuente Deo.

§. I.

SApientiſſimus *Salomo* pie in πανάρετῳ ſuo, id eſt, libro *Proverbiorum, cap. 30, 8. Mendicitatem & divitias ne dederis mihi (Deus,) tribue tantum victui meo neceſſaria: Lutherus* ſic interpretatur: Armuth und Reichthum gieb mir nicht; laß mich aber mein beſcheiden Theil Speiſe dahin nehmen. *B. D. Martinus Geierus Comment. ad h. l. p. 1672. ſeqq. Aſſertive ponit h. l. Salomo, quid cupiat: ſuſtentationem videlicet convenientem; cujus (1) Autor ſit Deus, inſtar providi patrisfamil. cuilibet ſuam determinans portionem; (2) modus innititur verbo* הטריף *hitriph, quod uuſpiam alias in hac diatheſi reperies: radix vero eſt* טרף *diſcerpſit, dilaniavit, rapuit, abſtulit, ferarum more, qua tum ſibi, tum catulis ſuis, alimentum hoc modo parant; uti conſtat de hoc verbi uſu ex Deut. 33, 20. Ezech. 19, 3. c. 22, 13. Exod. 22, 13. &c. Quapropter & Agur ſibi, tanquam imbelli catulo, rogat ſubminiſtrari a Deo talem* טרף *cibum, qui fami pellendæ vitæq; proroganda conducat, & de que citra peccatum, inſtar catuli, participare poſſit; non enim Tereph ſemper rapacitatis vitium includit, ſed abſtractive nonnunquam deſignat id, unde vivitur:* ceu *Malach. 3, 10.* Afferte decimas - - *ut ſit tereph cibus in domo mea. Prov. 31, 15. ſurgit, dum adhuc nox eſt, datq; tereph, cibum domui, vel familiæ ſuæ. (3) Medium ſuſtentationis eſt Lechem chykki, panis ſtatuti, aut demenſi mei, h. e. talis cibus, qui mea ſufficiat ſuſtentationi, quomodo mulier prudens puellis ſuis prabet* חק *demenſum, c. 31, 15. convenit vero hoc ipſum ex ſententia Autorum non paucorum, cum* ἄρτῳ ἐπιουσίῳ, *cujus quotidie meminimus in oratione Dominica, Matth. 6, 11. ita, ut panis quotidianus ſit alimentum quotidie ſufficiens ad ſubſtantiam, vel τὸ eſſe noſtrum conſervandum: quem Syrus vocat* לחמא דסונקנן *panem neceſſitatis, vel indigentiæ noſtræ; qui ipſe convenit quoque cum illo Pauli, 1. Tim. 6, 8. habentes* διατροφὰς καὶ σκεπάσματα, *his contenti ſimus.* Illuſtrari hoc poteſt ex illo *Exod. 16, 4. ubi de pane cælitus date, vel de manna, ait Deus, colligant* דבר יום ביומו *demenſum diei, in die ſuo; item ex Dan. 1, 5. ubi juvenibus Iſraeliticis ſtatutum dicitur dephar jom bejomo, demenſum diei, in die ſuo, de cibo,* potuque *regio: qualis etiam fortuna contigit, Jehojachimo* ex carcere producto, 2. Reg. 25, 30. item *cantoribus ſacris, Nehem. 11, 23. & c. 12, 47. Quibus dabantur* מנות *portiones dephar jom bejomo, demenſum diei, in die ſuo. Huc etiam illud* σιτομέτριον, *cujus meminit Salvator, Luc. 12, 42. & quod nonnulli interpretantur de menſura frumenti, (nempe quaternorum modiorum) quam ſervi accipiebant in menſem.* Hæc *Gejerus* noſter beatus.

§. II. Proinde eſt Deus, unus ille omnium rerum conditor ac conſervator, a quo ſolo *Lechem chyk, panis demenſi;* ſibi *portio cuilibet determinata & neceſſaria* diſtribuitur. Videntur etiam illud, filo rectæ rationis & fortaſſe traditionis ducti, gentiles de Deo ſenſiſſe: meſſe enim finita, ac fructu arborum, & quicquid terra producere ſolet, collecto, ſacra celebrare conſveverunt, in quibus pro portione & demenſo in annum futurum cibo, publicæ ſolennesque gratiæ actæ ſunt. Præterea diebus illis non ſolum a ſingulis particulæ ideo quædam panis cocti comeſtæ ſunt, ſed & in fruſta plurima imago idoli cujusdam confracta eſt, quæ diſtributione facta, comeſtæ ſignificarent, Deum eſſe, qui portiones cuilibet hominum in ſingulos anni dies copioſe & affluenter diſtribueret determinaretque. Verum enim vero non Deum tamen illum cæli terræque eſſe, ſed idolum aliud quoddam, a quo hoc beneficium proficiſcatur, vulgi communis & late vagans perſuaſio erat. Rem exemplis probare licebit: *Hertingerus Hiſt. Eccl. Tom. IV. Secul. XV. p. 901. & 902.* ex *Archont. Coſmic. de Peruanis* ſic ſcribit: *Apud Cuſcon, Peruani regni caput, ſacerdotes ſolis appetente quodam feſto ex farina mayzi frumenti Indici, cum ſanguine alborum arietum eodem die mactatorum, maſſam pinſebant & ſubigebant, ex qua coquebant placentulas. Hoc facto, ex diverſis regni provinciis infiniti confluebant homines ad regiam Cuſcaniam, diſtribuebaturque ſingulis particula quadam per ſacerdotes, vocabantque hoc ſacramentum, confœderationis & unionis cum Inga rege. Qui panis illam buccellam percipiebant, magna id faciebant reverentia, promittentes ſancte, ſe nunquam non honorificam Inga facturos mentionem, ſed neq; ſiniſtri quippiam de illo cogitaturos. Soli inſuper per totam vitam ſe omnem habituros reverentiam cultumque, cujus voti jam porrectam micam teſtem intra viſcera ſua reciperent. Agitabatur autem hoc feſtum bis quotannis, Auguſto & Decembri, quo tempore placentarum iſtarum fruſtilla ad omnia templa totius*

regni

regni mittebantur, ut ibi diſtribuerentur populo, qui ad Cuſſon non fuerat. *Idem* de *Mexicanu* p. 902. & 903. ita pergit: *Conſiciebant maſſam, ex farina frumenti Indici, cum blito herba & melle: Ex maſſa illa fingebant idolum panaceum, ad magnitudinem lignea ſtatua Vizlipuzli, qua in templo erecta viſebatur. Hanc imaginem farinaceam feretro impoſitam ferebant ſacerdotes humeris, inſequente populo magnis paſſibus. Ad hunc modum circa arva & campos magno confecto ſpatio revertebantur ad templum. Veniebant huc paulo poſt veſtales virgines, albis amicta mundiſſimisque ſtolis ex cubilibus ſuis ſpiras de toſto mayzo & blito herba factas afferentes. Has oſſium grandiorum forma pictas adoleſcentibus tradebant, qui eas magna ſtrue ante idolum congeſtac, oſſa & carnem Dei ſui Vizlipuzli nominabant. Ibi demum viſebantur ſacerdotes, ac ceteri templi miniſtratores flammeis pulcerrimis ac verſicoloribus induti, ornati capita ſertu, & colla carollis ex floribus concinnatis conſpicui, hos Deorum Dearumque varia ſequebantur ſimulacra. Sacrifici choreas agitantes & neſcio qua carmina concinentes circum ſpiras illas ſaltabant, easque hoc pacto conſecrabant, ſcilicet ut caro & oſſa Dei ſui fierent. Hinc producebantur immolandi captivi, & more conſueto jugulabantur. Peractis his aliisque ceremoniis presbyteri idolum panaceum, habitu ſancto exutum, confringebant, & cum ſpiris conſecratis in fruſta plurima redigebant, qua diſtribuebantur populo, magna cum venerationis ſpecie ea recipienti, nec dubitanti carnem & oſſa Dei ſe ſui percipere.* Siſtendus huc *Thomas Gage*, qui in Nova Hiſpania ſua plures circumſtantias recenſendo idolum illud tamen a Vizlipuzli diſcriminat: verba ejus ſic ſe habent: c. 20. p. 98. *edit. Lipſ. an. 1693.* In der Stadt Mexico waren (vor Zeiten) 2000. Götzen; die vornehmſten hieſſen *Vitzilopuchtli* und *Tezcaclipuca*, (hujus imaginem deſcriptam vid. apud *Johannem Henricum Urſinum in Theol. Symbol. num. 1. p. 11. ſeq.*) derer ſteinerne Bildnüſſe oben auf dem Tempel auf Altären ſtunden, rc. Sie glaubten, daß dieſe zweene Götter Brüder wären, Texcatlipuca, war der Gott der Vorſehung und Vitzilopuchtli der Gott des Krieges, welche beyde ſie mehr, denn alle andere Götter fürchteten. Sie hatten noch einen andern Gott, deſſen Bildnüß oben auf der Götzen Capelle ſtand, denſelbigen verehrten ſie auch mehr, denn die andern alle, dieſer Gott war aus allen denen Saamen, die in ihren Lande wuchſen, gemacht, ſie machten nemlich aus ſelbigen ein Mehl, welches ſie mit Blute von Kindern, und reinen unbefleckten Jungfrauen, deren die Bruſt mit einem Scheermeſſer aufgeriſſen, und das Hertz herausgenommen worden, um ſelbiges, als die erſtlinge ihren Götzen zu opffern, anmengeten, und zu einem Teige kneteten. Dieſer Götze wurde mit beſondern Pracht und Ceremonien in Beyſeyn der ſämtlichen Einwohner der Stadt eingeweyhet, und wenn die Einweihung geſchehen, ſo hingen die, ſo vor andern andächtig waren, demſelben allerley Edelgeſteine, ſtücklein Gold, und ander Kleinodien an. So bald dieſe Ceremonie vollbracht war, ſo durfte ſich ferner kein Menſch unterſtehen dieſen Götzen anzurühren, oder in ſeine Capelle zu gehen, auſſer denen Flumacaztli oder Prieſtern von ſeinem Orden. Sie zerbrachen dieſen Götzen jezuweilen, und machten von neuen Teige, welchen ſie ebenfalls, wie den erſten kneteten, einen andern. Die Bißlein aber von den alten theileten ſie unter das Volck aus: Denn ein jeder, der ein ſolches Stücklein bekam, ſchätzete ſich für ſehr glückſeelig, inſonderheit die Soldaten, welche dadurch Glück im Kriege zu haben verhoffeten. Bey Einweyhung dieſes Götzen wurde auch ein gewiſſes Gefäſſe voller Waſſer mit beſondern Worten und Ceremonien geſegnet, und hernach unten am Altar heilig aufgehoben; Denn mit dieſem Waſſer wurde der König in der Crönung, und die Generalen derer Armeen bey anfang eines Krieges eingeſegnet, indem ihnen ein wenig davon zu trincken gegeben wurde. Celeberrimus *Dominus Jacobus Daniel Erneſtus Altenburgenſium Decus æternum, νῦν ἐν ἁγίοις,* recenſitis his ſuperſtitionibus *lib. 2. Apantbiſm. cap. 7. p. 297. & 298.* ſentit, perſpicuum clarumque ex his ſanæ *de Cœna Domini* doctrinæ, populis illis quondam manifeſtatæ veſtigia comparere: retinuiſſe autem eos amiſſo nucleo, mera putamina; imo ſanctiſſimam illam ſacro ſanctæ Euchariſtiæ actionem, a verſipelli illo alaſtore Diabolo, illis verſam fuiſſe in viliſſima execrandæ ſuperſtitionis *κνισολμάτια*; ſic ille. Quicquid ſit, nos illas ſuperſtitiones eo ſenſu ac ratione inſtitutas putamus, ut paulo ante commemoravimus.

§. III. Jam ad Slavos. Obſerv. (1) *Curchi* Nomen. Verumtamen & hi Denm ſuum, a quo ſibi ſingulis portiones demenſaque vitæ porrigi, *Curſbum* vocarunt, aut *Curcho*; utrumque nomen legitur in Privilegio *Jacobi* legati pontificii, de quo infra, Aliis *Curcho* dicitur, ita *Schüzio*, in Chron. Pruſſ. & *Gercho*, ſic *Hennebergero*, lib. de Veter. Pruſſ. & *Gurcho*, ita *Alex. Gvagnino* in Sarmatia Europæa, fol. 64. & *Johanni Sauberto de Sacrifie.* cap. 16. p. 365.

§. IV. Obſerv. (2) *Curchi Etymon. Gorcho, Gurcho,* vel rectius *Curche, & Curcho*, nomen *ab eventu* vel *ceremonia*, per *metonymiam*, ſumptum eſt; notat enim idolum, quod unicuique portionem ſuam tribuit, quodque ideo in fruſtilla minuta confractum eſt. Slavis enim ac Sorabis Kruch, *portio, fragmentum, particula,* & *fruſtum*. Et Kruchy, adject. Polon. *fragilis, fragoſus*, zerbrechlich, das ſich brechen oder zerſtücken läſſet. Kruchoſt, ſubſtant. *fragilitas*: & Kruſſe, *verbum frango, confringo, in micas diminuo, comminuo, contero.*

The-

Thema eſt *Krajn*, & *Krajem*, freq. id eſt, *ſcindo, frango*, ich ſchneide, zerſchneidt, zerſtückele, zertheile; Atque hoc ex Ebr. קרע *Kara*, *ſcidit, rupit, laceravit*; vel a כרה *Karah, fidit, ſcidit*. Arab. *comparavit convivium*. vid. *Orig. Lingv. Sorab. lib. 1. p. 57.* Inde Ebr. ככר *Kikkar*, per πρόσθεσιν, id eſt, *maſſa, buccella, fruſtum*, vel ejusmodi demenſum, quod viro in diem ſufficit. Confer. *Jerem. 37, 21. 1. Paral. 16, 3. 1. Sam. 10, 3. Judic. 8, 5.* Optime vocabuli emphaſin illuſtrant verba *1. Sam. 2, 36.* quibus poſteris Eli ejusmodi prædicitur egeſtas, ut incurvaturi ſint ſe pro numo argenteo, & pro ככר לחם *buccella panis*, *Lutherus* vertit, um ein Stück Brods. Sorabice dixeris, ſa kruch chleba Interpres *Polonus* habet: abym jedl ſtucj ke chleba. Igitur *Churchus, Curcho*, &c. quaſi *Cruchus*; & vi etymi, quaſi tu latine dixeris, *portio, vel portionis Deus, quiq; in fruſtilla eam ob cauſam fractus eſt*: Germanice, ein Stückel Gott, ein Götze, den man in kleine Stücklein, oder Bißlein, zerbrochen und zertheilet hat.

§. V. Obſerv. (3) *Curchi Figura*; Statuam ſimulacrumve quoddam Deo Curcho confectum, & datum fuiſſe, confirmat mos ac conſuetudo gentis, quod ſemel in anno collectis frugibus, Pruſſi *Curchum* in particulas minutas confregerint: non autem conſtat, cujus figuræ fuerit: Illud quoque hoc loco notandum, ſingulis annis confracta ſtatua vetuſtiore, novam ac recentem aliam reparatam & poſitam eſſe.

§. VI. Obſerv. (4) *Curchi Cultores*. Scilicet *Curcho* ſic dicto ſacra fecerunt (1) *Pruſſi*: & fortaſſe non ſoli quidem; A Maſoviis enim vicinis huncce Deum accepiſſe Pruſſos, ſcribit *Grunovius*, & ex eo *Hennebergerus* in Comment. p. 156. Verum cum Polonici ſcriptores *Curchum* inter veteres gentis ſuæ Deos non recenſeant, nec appareat, qua Pruſſicorum annalium fide *Grunovius* hoc afferat, calculum noſtrum his non addimus; ſic ait *Chriſtophor. Hartknochius* diſſert. 7. p. 139. *Alexander Gvagninus* in Sarmat. Europ. ſect. de Pruſſia fol. 64. *Habuerunt Pruſſi multos Deos, quos adorabant, cultuq; divino proſequebantur, ſemper tamen inter querceta holocauſta eis offerre ſolebant, & quot fere res habebant, tot præſides & Deos conſtituebant, &c. Tertium Deum domeſticum, Gurcho dictum habebant, is omnibus eſculentis cibariisq; præponebatur.*

§. VII. Obſerv. (5) *Curchi cultus*. Quod attinet ad cultum *Curchi*, multa hic notanda occurrunt. Nam (1) inter minores Deos eum quidam referunt: (2) alii inter maximos, *Hartknoch. Diſſert. 8. p. 138.* primus, noſtra ſententia, inter minores Deos fuit *Curcho*. (3) Imperium Curchi extendebat ſe in eſculenta & potulenta: ita *idem* loc. cit. p. 139. & *Alexander Gvagninus* loc. paulo ante alleg. num. VI. (4) Locus, ubi colebatur, plerorumque Scriptorum teſtimonio fuit *Quercus* juxta oppidum, olim Schwento meſt, id eſt, *Sancta civitas*, nunc vero Heiligen Beyl dictum. Conſuli poſſunt ea de re *Hennebergerus* in Commentario ad Tabulam Pruſſicam. Geogr. p. 156. *Schuzius* & *Waiſſelius* in Chronicis. *Thom. Treterus in Vitis Epiſcoporum Varmienſium*, ſub *Anshelmo*. Aliter tamen ſenſiſſe videtur *Hennebergerus* ante conſcriptos modo laudatos Commentarios, cum in libello de veteri Pruſſia, ſub quavis quercu tribus Diis minoribus Vurskaito, Iſchwambrato & *Curcho* ſacrificia offerri potuiſſe ſcripſerit. Sed vero ſub dicta Quercu Heiligenbeilenſi collocata erat ſtatua Curchi. *Hartknoch.* Diſſert. 8. p. 138. Addit idem *Diſſert. 6 p. 113.* Hæc *Quercus Gurcho ſive Curcho Deo jam ab ipſo Waidewuto Rege Prutenorum dedicata eſſe fertur*, vid. *Henneberg. in Comment. ad Tab. Pruſſ. pag. 156. Eodemq; illa modo* (5) ut *Quercus Romoveana, æſtivis juxta & hibernis temporibus viruiſſe dicitur; in eo loco*, ait *Thomas Treterus ubi Heiligenbeil ſitum eſt, fuit ingens Quercus, quæ non minus æſtate quam hieme (opera procul dubio Diaboli) aſſidue virebat. Hæc Treterus, vel potius Joannes Krezmerus, cujus ille opuſculum Germanicum in latinam convertit lingvam, in lib. de Epiſcopis Warmienſibus in vita Anshelmi I.* (6) *Curcho* ſingulis annis nova ſtatua, confracta vetuſtiore, fuit poſita. vid. infra *verbi Privilegii Jacobi legati pontificii.* (7) *Curcho* perpetuus ſervabatur *Ignis*, (8) Inter ſacrificia Curcho oblata fuerunt frugum & piſcium primitiæ: illas enim offerebant collectis jam frugibus. (9) Quamvis vero *Curchus* juxta oppidum Heiligenbeil dictum præcipue fuerit cultus; aliis tamen etiam in locis eidem ſacrificia offerebantur, ubicunque ſcil. ad lacum ingens lapis reperiebatur. Ejusmodi lapidem inter Frauenburgum & Tolkemitam ad lacum recentem adhuc ſuo tempore extitiſſe teſtatur *Hennebergerus*, qui etiam notat, lapidem illum vulgo ſacrum lapidem fuiſſe vocatum. In ejus generis lapidibus ſolebant piſcatores, piſcium primitias in honorem dicti Dei comburere. Non abſimilis fuerat in piſcibus offerendis & Perdoiti Dei Nautarum piſcatorumque cultus, ut eum *Waiſſelius* delineat. Niſi dicere malis, *Hennebergerum* oblationem piſcium, quæ Perdoyto fieri ſolebat, Curcho perperam adſcripſiſſe. Veriſimile namque eſt, Curcho nonniſi in quercu Heiligenbeilenſi, ut non infimo Deorum, cultum divinum fuiſſe exhibitum: quæ autem extra hanc fiebant urbem, aliis eſſe diis tribuenda. *Hartknoch.* diſſert. 10, p. 163.

§. VIII. Ceterum diſputat modo laudatus clariſſimus *Chriſtophorus Hartknochius Diſſ. XI. de Feſtis Vet. Pruſſorum diebus*, §. 5. p. 173. *Utrum Curchus & Pergubrius diſtincti fuerint Dii nec ne? & num feſtus dies Curcho dictus differat a feriis, quæ* Ozinek *dicebantur*? de qui-

quibus ſupra cap. præcedenti XXI. num. X. *Si quid conjecturis dandum*, ita ille, *dici poſſet non fuiſſe ferias in Curchi honorem inſtitutas, ab illis, qua* Oſinet *dicebantur, diverſas. Quin & hoc non abſurdum eſſe videtur, ſi quis ſtatuat, inferiis Curchi ſacrificium Capri (de quo cap. præced. XXI. num. 10. cit.) fuiſſe Curcho oblatum. Ut hæc ſtatui poſſe exiſtimemus, non una eſt cauſa. Quod enim ad prius illud membrum attinet, Curcho & Pergubrius Dii non videntur fuiſſe diverſi, ut ex iis primo rebus, quibus præerant, non obſcure colligitur. Pergubrius quippe frugibus, Curcho cibo potuiq; præfectus fuiſſe dicebatur. Deinde eodem tempore dicta feriæ celebrabantur, quod indicio eſſe poteſt, in unius Dei honorem illas fuiſſe inſtitutas. Illud tamen diſcriminis fortaſſe interurit, quod Deus ille a Lithuanis, Ruthenis, Livonibus, & Pruſſis illis, qui Lithuanorum ſunt vicini, appellatus eſt Pergubrios; a reliquis vero Pruſſis Curcho. Accedit, quod Meletius, qui fuſe de feriis Pergubrii agit, nullam mentionem Churchi facit, quod certe aliam ob cauſam factum eſſe non videtur, quam quod Pergubrios idem Johanni Meletio, qui Curchus. Poſterius illud, quod de ſacrificio capri diximus, probatu non eſt difficile. Etenim caper immolabatur finita meſſe, eodem videlicet tempore, quo & feriæ in Pergubrii ſive Curchi honorem inſtitutæ agebantur; Deinde diſertis etiam verbis dicitur, in honorem Pergubrii caprum fuiſſe immolatum. Adde quod Thomas Waiſſelius in Chronico ſuo hoc, quod intendimus, ſatis manifeſte indicat: cum enim duo priora ſacra, videlicet, quod in Martio, & quod ante meſſem celebrabatur, enumeraſſet, pro eo, quod de ſacro Pergubrii tertio, finita meſſe celebrari ſolito, debuerat agere, proxime ſubjicit ceremonias, quas in immolando capro adhibebant Pruſſi: quo ipſo indicat, in ſacro Pergubrii celeberrimum illud Pruſſorum ſacrificium fuiſſe oblatum.* Sic Hartknochius. Pauciſſima, quæ in contrariam partem opponi poſſent, hic dabimus: nimirum Pergubrium & *Curchum* pro diverſis Diis habitos fuiſſe vero ſimile magis eſſe videtur. Differunt enim *primo* toto, quod ajunt, cælo nomina: *ſecundo* itidem Pergubrius honorabatur, ut ejus munere ac beneficio gramina ſegetesque creſcerent, & colligi poſſent: Curchus, ut collectas fruges ſingulis in uſum concederet: vel breviter: iſte ut eſſent, hic poſterior, ut prodeſſent fruges, venerabatur. Tertio feriis Oſinet Pergubrio ſacris publicæ ac ſolennes gratiarum actiones actæ ſunt, pro meſſe feliciter conſummata: feriis Curchi, quæ abſque dubio collectis demum fructibus arborum hortorumve, & aliquot ſeptimanis poſt ſacra meſſis finitæ, celebratæ ſunt, idolum in particulas confractum eſt, & ut conjicimus, particulæ illæ quidem a populo comeſtæ, ſi fuerint farinaceæ: vel deportatæ ſunt domum, tanquam ſymbola, & τεκμήρια non de futuræ præſentis ac futuri anni cibi potusque copiæ & neceſſitatis. Denique ut & hoc addam, differt *Curchus* idem quoque a *Potrimpo*, quoad munia. Quippe hunc invocarunt, ut alimenta præberet per totam vitam: illum, id eſt, Curchum, venerabantur, quod jamjam annua daret & præberet.

§. IX. Obſerv. (6) *Curchi deſtructio*. Curchum & Quercum, ſub qua prope oppidum Heiligenbeil ſtatua ejus colebatur, Anshelmus I. Varmienſis Epiſcopus deſtruxit. Hæc nos docet *Thomas Treterus*, quem ea de re loquentem audire operæ nunc pretium erit. *Vocabatur*, ſic ille, *locus hic* Swente Meſce, i. e. ſacer locus, (alii legunt Swente Meſte, quaſi Swiete Miaſto, Sorab. ſwiate Mieſto, i. e. ſacra urbs) *contra hanc execrandam idololatriam Anshelmus multis & eruditis concionibus acriter invehebatur, quibus cum nihil apud duræ cervicis Prutenos proficeret, & impiam hanc ſuperſtitionem in ſua diœceſi augeri moleſtisſime ferret, præcepit ad extremum, ut quercus illa exſcinderetur. Cumque ad rem deventum eſſet, & quidam arbori ſecurim admoviſſent, illa repercuſſa converſo ictu ferientem graviter in pede vulneravit, ut in terram ille proſterneretur. Unde Chriſtianis terror injectus, ut arborem attingere nemo auderet, infideles autem iſta cum incredibili gaudio & voluptate ſpectabant. Qua res cum Epiſcopum vehementer affligeret, plenus Spiritu & divini honoris Zelo preceſſit eo ipſemet, & accepta ſecuri, ingens foramen in quercu effecit. Ceteri autem Chriſtiani, eo jubente, ignem ſubjicientes, eam totam combuſſerunt, & idolum ad nihilum redegerunt. Pruthenì nihilominus cum ſecuris illa diligenter conquiſita, ad manus illorum perveniſſet, eam in eo loco, ubi nunc Heiligenbeil oppidum ſitum eſt, ab illaq; nomen retinet, pro inſigni reliquia venerati in ſacello adſervabant.* Gemina his habet *Henneberg.* in Comment. ad Tab. Pruſſ. p. 156. & *Caſpar. Schuz.* in Chron. fol. 4. Alii tamen aliunde nomen illud oppidi Heiligenbeil deducunt, ut *Schuzius* loc. cit. teſtatur: *Hartknoch.* Diſſert. 6. p. 113. Denique *Curchi* ſacra penitus conciderunt Anno Chriſti M CC XLIX. quo faciunt verba *Jacobi*, legati pontificii, in privilegio Pruſſis eo anno conceſſo; ita enim ibidem inter alia: *Idolo quod ſemel in anno collectis frugibus conſueverunt confringere, & pro Deo colere, cui nomen Curcho impoſuerunt, vel aliis Diis, qui non fecerunt cælum & terram, quibuscunque nominibus appellarentur, de cetero (Pruſſi Neophyti) non libabunt, ſed in fide Domini noſtri JEſu Chriſti, & eccleſiæ catholica obedientia & ſubjectione Romana eccleſia firmi & ſtabiles permanebunt.* Extat privilegium integrum ad calcem *Chronici Pruſſici Petri de Dusburg. p. 463. ſeqq. edit. Lipſ. anno M DC LXXIX.*

CAPUT XXIII.

De

Hennilo, excubitore Deo.

§. I.

EXpoſitis iis, qui vitæ neceſſaria mortalibus tribuerent, unus adhuc ſupereſt, videlicet ExcubitorDeus: noverant quippe probe Slavi, facilem jacturam fieri poſſe rerum, niſi a cuſtode & conſervatore ſummo protegerentur & defenderentur res hominesque. Et ſane verum eſt, quod ait *David* Pſalm. 127, 2. *Niſi Dominus cuſtodiverit civitatem, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.* Ad quæ verba ite commentatur *Hieronymus*, vel quisquis ille ſit, *Tom. VIII. Oper. f. 90. Fidelis anima civitas accipitur æterni Regis: quæ civibus bonis, id eſt, honeſtis moribus frequentatur; quam nullius poteſt tueri cuſtodia, niſi illius, qui non dormitans protegit Iſrael.* Sed vero hic quoque graviter lapſi *Sorabi* ſunt: Non enim Deum, ſed μορμολύκειον quoddam coluerunt, quod vigilias & excubias nocturnas, ad ædes ſuas ageret.

§. II. Idololatriam circa hoc caput gentis quondam perverſæ recenſebo verbis *Ditmari Epiſcopi Merſeburgici*, qui ite in *Chron. Merſeb. lib. 7. fol. 103. In mea vicinitate, & in oppido Silivellum dicto, miraculum quoddam accidit, in ſecunda Decembris hebdomada: fuit ibi quadam mulier, quæ cum virum ſuimet domi non haberet, ſuper ſe & ſuper filios hoſpitium obſerebat ſuum; & ecce ante gallicinium ſonitus ab ea immenſus auditur. Hæc talibus ob ſtupefacta, vicinos clamore continuo evocans neceſſitatem ſuam indicat. Qui volentes eidem ſuccurrere crebra jactatione repelluntur. Tandem januam frangentes, gladiisque intrantes evaginatis, quid matri familias, vel ipſis tantum rebellaverit, diligenter inquirunt; & quia monſtrum erat, hoſtem non invenientes, egreſſi ſunt triſtes. Mulier autem prædicta diem expectans ſolicita craſtinum, proximum accerſivit presbyterum: qui omnem hanc domum reliquiis ſanctorum, & aqua luſtravit benedicta. Inſequenti vero nocte parum de ſupra dicto terrore concutitur, & Deo gratias crebra presbyteri viſitatione liberatur.* - - . Pergit porro ita, *Non eſt admirandum, quod in his partibus tale oſtenditur prodigium. Nam habitatores illi raro ad eccleſiam venientes de ſuorum viſitatione cuſtodum nil curant & domeſticos colunt Deos, multumque ſibi prodeſſe eosdem ſperantes, his immolant. Audivi de quodam baculo, in cujus ſummitate manus erat, unum in ſe ferreum tenens circulum, quod a paſtore illius villa, in qua is fuerat, per omnes domos has ſingulariter ductus, in primo introitu, a portitore ſuo ſic ſalutaretur; Vigila* Henil, *vigila! ſic enim ruſtica vocabatur lingva, & epulantes ibi delicate de ejusdem ſe tueri cuſtodia ſtulti autumabant; ignorantes illud Davidicum: Simulacra gentium opera hominum, &c. ſimiles illis fiant facientes ea, & confidentes his.* Hactenus *Ditmarus*.

§. III. Ut methodum conſvetam ſequamur, & commentariolum queſi in verba illuſtris Autoris ſiſtamus: Obſerv. (1) *Hennili Nomen.* Appellatur itaque idolum *Hennil*, Sorabis olim Honidlo.

§. IV. Obſerv. (2) *Hennili Etymon. Hennil*, id eſt, *abigens*, ſive *qui abigit, & procul ire compellit*; Synecd. *Vigil, excubitor, ab* Honiu, verbo Sorabico, id eſt, *abigo, depello, arceo, amoveo, fugo*, ich treibe weg, halte zurück, ſcheiche. Hinc Honidlo, *ſubſt.* (quomodo a Traſchu, Traſchidlo,) id eſt *abigamentum, amotio, depulſio, exactio.* it. *exactor, depulſor, expulſor* per *Metonym.* adj. pro ſubſt. Dicitur ergo pro Honidlo, corrupte *Hennil*, ſed Honiu, ex Syriaco עָנָה, *feliciter fuit*. Igitur *Hennil* ſive *Hennilus*, Deus *tutelaris quidam*, aut *Lar*, vel *Lemur*; *larva*, μορμολύκειον, μόρφωμα, תְּרָפִים Teraphim, pupa, 1. *Sam.* 19, 3. Talia eutem revera fuerunt idola omnie gentilium: vid. *Baruch*, c. 6, 30. & *Zebnerus Similitud. Sacrar.* 109. p. 1221. ſeq. & de *Teraphim*, *D. Auguſt. Pfeifferus*, Exercit. Bibl. p. 17. ſs.

§. V. Obſerv. (3) *Hennili Figura.* Hæc Symbolica fuit; nimirum *Baculus*, ut ait *Ditmarus*, *in cujus ſummitate manus erat, unum in ſe ferreum tenens circulum.* Sigilla ergo hæc tria boni excubitoris erant: *Manus, baculus, & circulus ferreus. Manus* poteſtatem & promtitudinem ſignificabat; *baculus* clientelam, defenſionem ac patrocinium probis exhibendum; *ferreus* denique *circulus*, pœnas inflingendas turbatoribus, furibus nocturnis, & latronibus.

§. VI. Obſerv. (4) *Hennili cultores.* Sane *Sorabos* nominat *Ditmarus*. Sorabia autem olim fuit, cujus ab oriente limes Sileſia erat, & ab occidente fluvius Sale, vel plus ultra. Ex quo patet, Cultores *Hennili* fuiſſe olim Sorabos (1) *Luſatiæ*, (2) *Miſniæ*, & (3) *Thuringiæ* incolas.

§. VII. Obſerv. (5) *Hennili cultus.* De eo ite *Ditmarus*, paulo ante: *Baculus a paſtore villa, in qua is fuerat, per omnes domus ſingulariter ductus, in primo introitu a portitore ſuo ſic ſalutabatur: Vigila,* Hennil. *vigila! & epulantes ibi delicate de ejusdem ſe tueri cuſtodia ſtulti autumabant.*

§. VIII. Obſerv. (6) *Hennili deſtructio.* Referam idoli hujus deſtructionem ad tempora autoris, hoc eſt, *Ditmari*; ſcribit enim in verbis allatis, Eccleſiem presbyterumque habuiſſe illos Sorabos, e quibus *Hennilus* ſit cultus. Quare credibile, quod reſipuerint illi tandem, ac mox ad ſaniorem mentem redierint, facta demonſtratione, quod vana eſſet

omnis

omnis eorum ſuperſtitio. Vixit autem *Dismarus* ad Annum usque Chriſti MXVIII. quo mortuus eſt Cal. Decembr. & anno quidem nativitatis ſuæ quadrageſimo ſecundo.

CAPUT XXIV.

De *Trigla, Dea Poli, Soli, Salique.*

§. I.

SUnt inter Chriſtianos non pauci Doctores, quibus perſuaſum videtur, ſacratiſſimum articulum *de Tribus Elohim*, ſive *Sacroſancta Trinitate*. Eccleſiæ unice per Verbum revelatum, Barbaris etiam atque gentilibus cognitum quodammodo fuiſſe: ſed undenam? de hoc illorum triplex occurrit ſententia: *Johannes* enim *Rondellus* ſentit naturam ipſam ſuo ſenſu perſpicaciſſimo potuiſſe in hunc articulum deſcendere, quia divinando ſæpe multa obſcura conjiciat, inveniat & apprehendat, vid. ſupra plenam ejus mentem, ſect. I. cap. 3. num. 2. in additis. Alii notitiam SS. Trinitatis, ab Adamo, vel Noachi filiis ad quaslibet gentes propagatam eſſe contendunt, ita *Cluverius Germ. Antiq.* lib. 1. cap. 29. p. 217. ſeqq. *Voſſius* de Idololatr. lib. 8. cap. 12. p. 397. & *Autor nuperus* der Schleſiſchen Kirchen-Hiſtor. p. 20. edit. Francof. ann. 1708. Alii e concionibus Apoſtolorum, vel Diſcipulorum eorum, gentilibus innotuiſſe volunt, quod Deus ſit unus & tres perſonæ, Pater, Filius, & Spiritus Sanctus, ita *D. Chytræus in proœm. Metropol.* quo & *Slavos* idem retulit.

§. II. Verumenimvero primo quia *Rondellus* ipſe ſuam ſententiam aut conjecturam forte veram eſſe autumat: ideo forte etiam falſa eſſe poterit: ſecundo *Cluverio*, aliisque ſecundæ ſententiæ patronis, & ſibimet ipſi reſpondet *Voſſius* de *Idololatr.* lib. 1. c. 37. pag. 271. ſeq. Denique tertia ſententia ut nobis videtur probabilis, ita & ſecundam præcedentem approbamus, fieri tamen potuit, & factum omnino ſic eſt, ut ſequentibus temporibus in poſteris memoria ſanctiſſimæ Trinitatis prorſus expiraverit. Hoc teſtatur oratione ſua *Miclotus* Slavus, Regulus Obotritorum, ad Geroldum Chriſtianum, cum ait: *Sit Deus, qui in cœlis eſt, Deus tuus: eſto tu Deus noſter, & ſufficit nobis.* apud *Helmold. Chron. Slav.* lib. 1. cap. 83. Itaque prorſus corrupta erat Theologia Slavorum, nec quicquam de Deo noverant, præterquam illud, quod per κακοζηλίαν inſtinctu Diaboli affectarunt, vel quicquid ex uſu rationis ac naturæ didicerunt.

§. III. Nec aliter etiam ſentiam de Dea tricipite Slavorum, quam *Triglam* vulgo vocant, quam quod ſignarit ipſis compendium quoddam Deorum, (verius ἐπιτομὴ δεισιδαιμονίας, epitome ſuperſtitionis, quomodo *Tatianus* quoddam Græcorum idolum vocaſſe legitur, apud *D. Martinum Chemnitium in Exam. Concil. Trident. Part. 1. c. de Tradition. pag. 137. edit. Francofurt. ann. 1615.*) vel Numen ejusmodi, quod triplici munere ac imperio, ſcilicet poli, ſoli, & ſali gaudeat. Præterea κακοζήλως & ex inſtinctu præſultoris Diaboli hanc Deam excogitaſſe Slavos credam, ut injuriam Deo ſupremo facerent, eo quod de illo ſacræ literæ doceant, quod ſit τὸ πᾶν, *Sirac. 43, 29. Omnia in ipſo conſiſtant, Col. 1, 17.* portetque omnia verbo virtutis ſuæ, *Ebr. 1, 3.* quodque ſit Dominus cœli, *Pſalm. 7, 4. Eſa. 42, 5. c. 44, 25.* Terræ, *Exod. 19, 5. Pſal. 24, 1. Pſalm. 50, 12. 1. Cor. 10, 26. Pſalm. 47, 3.* marisque, *Job. 38, 8. Pſalm. 33, 7. Eſa. 43, 16. &c.* Quamobrem recenſitis ſupra Diis, quorum quilibet particulare & diſtinctum regimen exerceret, atque ea curaret, quæ neceſſaria ſunt ad vitam hominis: nunc *Triglam* ſubjungam, numen illud, quod opinione Slavorum, omnia regerer, & vim poteſtatemque cæterorum Deorum inferiorum quaſi omnem in ſeſe contineret, exerceretque publice; nimirum tanquam mater Deum & conjux ſupremi Dei.

§. IV. Obſerv. (1) *Trigla Nomen.* Variant Autores circa nomen, nec uno modo ſcribunt: Scribitur enim *Triglaff, (per antiſtachon,* pro *Triglav,* vel *Triglaw,*) a *Chytræo* loc. cit. & in *Chron. Saxon.* fol. 10. ab *Autore item* der Schleſiſchen Kirchen-Hiſtor. cap. 1. p. 21. ſed corrupte *Triphat*, apud eundem cap. 2. p. 64. legas *Trigla*, ſcribit *Andreas Angelus in Chron. March.* lib. 3. p. 309. *Sabinus* tract. de Brandeburgo; *Petrus Albinus* Chron. Miſn. tit. 11. p. 297. *Zach. Schneiderus* Chron. Lipſ. lib. 3. pag. 279. *Joh. Saubertus* de Sacrific. c. 5. p. 105. item *Autor* der Schleſiſchen Kirchen-Hiſtor. p. 20. *Trigeloff*, (pro *Triglow*,) ita *Valentinus* ab Eichſtatt, (vid. infra num. ult.) ſed Sorabis olim ſive Slavis ſuo idiomate *Triglowe*, idolum dictum eſt.

§. V. Obſerv. (2) *Trigla Etymon. Trigla, Triglaf, Triglowe, &c.* tria capita, vel Deum tricipitem ſignat; eſtque **Triglowe**, plur. fœm. a quo **Trigla**, per apocopen, compoſitum vocabulum, ex **tri**, Bohem. (Polon. **trzy**, & Sorabi **zi** ſcribunt) idem, quod Germ. **drey**, Latin. tres, tria, Græc. τρεῖς, τρία. *Martinus Lex. Etymolog. in Tres*, fol. 3909. Chald. תלת *telat, ſunt tres, quod ſi pronuncies, ut vulgo, erit telas; inde facere poſſis tres, L. tranſeunte in R. ſicut & alias: illud vero ex* שלוש, *id eſt, tres: inde* שלשלת Chald. שלשל *Schalſchal*; Arab. סלסל, *catena, vinculum: prima catenatio perfecta eſt trium nodorum ſeu annulorum.* Hæc *ille*. Altera pars vocis eſt a Sorab. vel Slavon. **hlowa**, vel **glowa**, ut Poloni & Sorabi Luſatiæ Inferioris pronunciant, id eſt, *caput*: quod ducam ex

Ebræo גלל galal, volvit: unde gemin. גלגלה *gilgoleh, cranium*, ſcil. propter rotunditatem, & quia flexile ſeu volubile eſt. Ex etymo autem, quod e principiis Slavicis eruimus, patet, nihil commune, quod nominis ſonum, Deæ Slavicæ **Triglá** eſſe, cum **Trigla**, vel τρίγλη, id eſt, mullus piſcis, qui Hecatæ ſive Dianæ ſacer erat, vel ob nominis convenientiam, ut *Apollodorus* de Diis ſentiit: vel quod Hecate maris, in quo mullus, habeat poteſtatem, ut *Melanthius* libro de Myſteriis Eleuſiniis, aut quod venatrix ſit, ut mullus eſt venator: ut *Hegeſander*; aut quia Diana cuſtos virginitatis, ſicut mullus res Veneris averſatur, uti ſentit *Voſſius* de *Idololatr.* lib. 2. cap. 29. p. 452. Incertum pariter illud eſt, quod *Trigla* Slavorum Dianam, uti vult *Sabinus* (cujus fabulam & nomina ex hiſtoria Evæ ſumpta eſſe, peculiari Diſſertatione nuper anno 1703. *Gryphuvvaldiæ Cl. Brandanus Henricus Gebhardus* probare annifius eſt, ſub titulo, *de Hecate*) ſignarit: quæ τριοδῖτις, τρίμορφος, τριπρόσωπος, & τρισσοκέφαλος, id eſt, Trivia, Triformis, Triplicifacie, & Triceps itidem vocata eſt; rationes nominum vid. apud *Voſſium* loc. cit. p. 450. ſeqq. Non enim difficultate caret illa aſſertio, quæ huc referenda eſſet, quaſi Slavi religionem ſuam, quatenus ad *Triglam* attinet, mutuo ſumpſiſſent a Græcis priſcis, vel Rumanis. Sic ſtatuentibus *D. Athanaſii* veriſſima ſententia opponi poſſet, quam is habet in libro contra Gentiles, p. 26. *edit. Vitemberga ann. 1532. Non iidem*, inquit ille, *apud omnes appellantur Dii, ſed quot per orbem nationes ſunt, tot fere finguntur Dii. Et ſæpe fit, ut una regio & eadem civitas in hujusmodi ſimulacrorum cultu adverſum ſe magna ſeditione diſſideat. Nempe enim Phœnices Ægyptiorum Deos penitus neſciunt: Ægyptii, itidem Phœnicum ſimulacra ignorant: Scythæ itidem Perſarum; & Syrorum Perſæ non ſuſcipiunt Deos: Pelaſgi quoque Thraſum ſacra repudiant; Thracesque Thebanos ritus cultusque ignorant: Indi præterea adverſus Arabes & Arabes contra Æthiopas hique ipſi adverſum ſe de religione diſſentiunt. Syri etiam Cilicum Deos minime adorant: Capadocumque gens Deos alios nominat. Sed & Bithini alios & alios Armenii ſibi finxere. Et quid me neceſſe eſt multa memorare? Epirotæ alios, quam qui inſulas habitant, hique ipſi alios, quam Epirotæ Deos venerantur. Deniq; omnis ferme civitas, omnis pagus finitimorum neſciens Deos, præfert ſuos, hosq; ſolos ceteris præfert.* Ceterum contorta notio vocabuli Triglæ eſt, quam tradit *Autor* der Schleſiſchen Kirchen *Hiſtor.* p. 20. ſeq. Bey denen an der Oſt-See wohnenden Völckern iſt ein Abgott, mit Nahmen Trigla, oder Triglaff gefunden worden, welcher drey Köpffe auf einem Leibe hatte, wodurch das allerhöchſte Geheimniß der heiligen Dreyfaltigkeit vielleicht adumbriret worden, ſo gut nemlich ihr ſchlecht excolirter Verſtand es zulieſſe, der Nahme dieſes Gottes iſt eines guten teutſchen Urſprungs; denn was die erſte Sylbe heiſſe, verſtehet jederman; das Wort glaffen aber iſt bey den Hochteutſchen noch im Gebrauch, und bedeutet ſo viel als von einander ſtehen, von einander geſondert; Daher die Teutſchen mit dieſen dreyköpffichten Gott vielleicht ſo viel ſagen wollen, als ein Weſen, das in drey Häupter in einer Perſon unterſchieden ſey.

§. VI. Obſerv. (3) *Triglæ Figura.* Conſtat vero ex nomine, Triglæ idolum triceps fuiſſe; quod ſane etiam affirmat *Valentinus ab Eichſtett*: Der fürnehmſte Abgott der Stettiner iſt geweſen Trigeloff, (lege Triglow, vel Triglowe) mit dreyen güldenen Köpffen, daher er auch den Nahmen gehabt; iſt gebildet geweſen mit 3. Köpffen, unter einem Hut, welcher in einer Hand den Mond gehalten, ſic verba allegat *M. Johann Caſpar Zopf, Gerau. Chron.* cap. 9. p. 176. Addeſis huc *Chytræum* inferius citandum. *Piruenſis Monachus* quoque ſcribit, idolum illud unum geſtaſſe caput, inſculptasque ei fuiſſe tres facies; eujus verba recitat *Petrus Albinus* Chron. Miſn. tit. XI. pag. 297. addens p. 298. ſequente: Man hat im Lande zu Meiſſen auch, wie ich berichtet bin, an etlichen Orten, alte Bilder, in Stein gehauen, mit dreyen Angeſichten gefunden: Und iſt ſonderlich zu Grimen auf der Brücken eines dergleichen zufinden geweſen, daran drey Angeſicht unter einem Hütlein: dannenhero denn zu achten, daß die Sorben dieſen Abgott (Trigla) wie ihre Nachbaren, auch geehret. Wie denn vermuthlich, daß die Wenden insgemein etliche Abgötter gehabt, ſo bey ihren unterſchiedenen Völckern, bey einem ſehrer als dem andern geehret worden. Non addunt vero Autores citati, cujus ſexus figuram *Trigla* geſſerit: *Chytræus in Chronico Saxon. f. 10.* Deum in *gen. maſc.* vocat: *Sabinus* de Brandeburgo, *Dianæ* ſimulacrum fuiſſe perhibet, & alii *Deam* appellitant. vid. *Act. Erud. Lipſ.* An. 1696. pag. 293. His jungimus *Andream Angelum*, ex quo figuram Deaſtri in Tabula appenſa ſiſtimus. Hinc & *Deam famellam*, & tricipitem quidem fuiſſe nos arbitramur. Obiter *D. Athanaſii* verba hic referemus, quæ ita ſe habent, ad *Theophilum* lib. 6. pag. 76. *Maledictus, qui propter tria nomina perſonarum, & unitatem, plenitudinem divinitatis incomparabilem ternionem, aut trigarium Patri, & Filio, & Sancto Spiritui comparat, aut tria capita in ſe cohærentia eis facit, ut Philoſophi dicere conſveverunt, ut unam perſonam eſſe profiteantur fiat, fiat.* His nos docet *B. Pater*, priſco quoque ævo fuiſſe nonnullos hæreticos inter & Philoſophos, a quibus Deus ſit pictus fictusque in figura monſtroſi hominis tricipitis. Abſit vero, ut hinc datam cauſam fuiſſe

Sla-

Slavis ſculpendi fingendique *Triglam* credamus.

§. VII. Obſerv. (4) *Trigla cultores.* Fuerunt autem *Triglæ* cultores non quidem *Germani*, quamadmodum ſentit *Johannes Saubertus de Sacrific. c. 5. p. 105.* recte enim *Petrus Albinus* loco paulo ante dicto, *Triglam* vocat commune *Slavorum* numen; nec unius etiam ſaltem regionis gentem, cultricem illius faciunt Scriptores; *I. Miſnenſes Sorabos* huc refert ipſe *Albinus*, vid. num. præced. *M. Andreas Angelus Annal. Marsb.* lib. 3. fol. 310. Den Abgott Trigla haben auch die Wenden zu Grimm in Meiſſen geehret, und ſein Bildnüß bey ſich gehabt. *II. Brandenburgenſes*: *Albinus* lib. cit. p. 297. Trigla iſt fürnehmlich der Brandenburger Abgott geweſen, dem ſie auch auf den Hartunger Bergeinen Tempel gebauet, da hernach ein Cloſter Præmonſtrat. Ordens daraus gemacht worden. *Pirnenſis* ſchreibet, daß man noch zu ſeiner Zeit, als um das 1526. Jahr, ein Bild daſelbſt geweiſet, ſo empor in einem Winckel geſtanden, welches ein Haupt, und drey Angeſichte gehabt. *Juſtus* aber will, es ſey dieſes Bildnuß auch in der Thum-Kirchen zu unſer lieben Frauen daſelbſt, ſo von Primislao der Wenden König, kurtz für ſeinem tode geſtifftet, und darinnen er begraben, geehret worden. Wie denn *Produſſ.* meynet, daß aller Wendiſchen Abgott Tempel daſelbſt in der Burg von Brandone gebauet, da itzt der Thum ſtehet, geweſen ſey; wiewol er anderswo ſolcher Götzen auch auf dem Berge gedencket. *David Chytreus* in Chron. Saxon. fol. 10. *Triglaff*, (lege *Triglao*) *Dei tricipitis adhuc in Brandeburgenſi Canonicorum templo ad Havelum effigies cernitur.* *Et Georgius Sabinus de Brandeburgo metropoli Marchiæ*, fol. 80. edit. Francof. an. 1581. *Nihil perinde utramque ornat civitatem* (Brandeburgicam) *ut illud Templum beatæ Virginis, quod Imperator Henricus Aucept ad teſtificandum ſuam de Vandalis victoriam in monte Hartungorum extruxit. Id ædificatum eſt ad ſimilitudinem Græcorum templorum: eſt enim quaſi rotundum; & quatuor incluſum turribus quadrangulis, ita ut hemicyclia inter ſingulas turres inſtar crucis emineant. Singulis turribus impoſiti ſunt globi inaurati, magnitudine inſignes. Eo in fano ſtabat triceps idolum, Trigla dictum, quod olim Vandali ſumma veneratione coluerunt. Id Dianæ fuit ſimulacrum; Nam ex Euſtathio Græco ſcriptore conſtat, Dianam olim Triglam fuiſſe dictam: idq; idolum paucis abhinc annis* (anno nim. 1523. ut ſcribit *M. Andreas Angelus Annal. March. f. 309.*) *ablatum eſt a Chriſtierno, Rege Danorum, cum is exul in Marchia ageret.* *III. Stetinenſes*, quo referam teſtimonium *Valentini ab Eichſtett*, cit. num. IV. *IV. Julinenſes* ſeu Julini urbis incolæ, confer. huc verba *D. Chytræi* ſupra cap. 4. num. VIII. & *Stephanius* in Notis ad Saxonem Grammaticum. *Hiſt. Daniel. lib. 10. f. 198.*

§. VIII. Obſerv. (5) *Trigla cultus.* De hoc ita *D. David Chytræus in proœm. Metropol. Coluerunt (Slavi) publice ex profeſſo idolum Triglaff, Deum tricipitem, quod primo capite cœlum, ſecundo terram, tertio aquas iſtius Dei gubernaculis regi, defendi, & conſervari diceren.* *Autor Hiſt. Eccleſ. Sileſ. cap. 2. pag. 64.* Wahrſcheinlich iſts, wenn man ſagt, daß der Theut unter dem Trigla verſtanden worden, weil die drey Köpffe ſein dreyfaches Regiment, das er im Himmel, auf Erden, und in der Höllr führete, habe entwerffen wollen. Hæc ille.

§. IX. Obſerv. (6) *Trigla deſtructio.* Accidit hæc in urbe *Brandeburgica*, An. DCCCC XXVII. per Henricum Aucupem Imperatorem, *Sabinus* loc. cit. Addeſis num VII. * Apud *Stetinenſes* Trigla imperio & cultu exuta eſt Ottonis IV. Imperatoris tempore: quo de ita Valentinus ab Eichſtett, Cancellarius Pomeraniæ. Der fürnehmſte Abgott der Stetiner iſt damahls geweſen Trigeloff, (leg. *Triglow*) mit dreyen güldenen Köpffen, daher er auch den Namen gehabt: Dieſen haben ſie gar hoch geehret, als einen Gott des Himmels, der Erden, und der Höllen: Da ſie aber zum Chriſtlichen Glauben ſich bekehret, haben ſie dieſen Abgott dem Kayſer Ottoni geſchencket, der ihn ferner dem Pabſt Honorio zugeſandt; citat hæc verba *B. Martinus* Grundmann Geſchicht-Schuhl, Part. 1. p. 132 ſeq. & *M. Andreas Angelus Annal. Marsb.* lib. 3. f. 310. *Præcipuus Stetinenſium id temporis Deus erat Trigeloff, aurea capita tria, unde & nomen ſortitus eſt, geſtans. Hunc tanquam Dominum cœli, terræ & inferni, magna religione venerabantur; ſed Chriſti fidem edocti, S. Ottoni donarunt, qui porro Honorio pontifici tranſmiſit. Julini expiravit cultus Triglæ, Ann. Chriſt. MCLXX.* confer. *Chytræus* ſupra cap. 4. num. VIII. Denique *Miſnenſes Sorabi* Henrico Imperatoris Aucupis tempore, *Triglæ* ſuperſtitionem depoſuerunt.

CAPUT XXV.

De Puſceto, Deo lucorum ſacrorum.

* *Wertislaus* primus inter Duces Pomeranorum converſus eſt ad fidem, per manum ſancti Ottonis Bavenbergenſis Epiſcopi, & admiſſit cultum, Chriſtianæ religionis in terram Pomeranorum *Helmold. Chron. Slav.* lib. 2, c. 4. p, 222. factum hoc eſt anno Chriſt. 1124.

§. I.

MEmorant Tabulæ ſacræ Scripturæ, veniſſe quondam ad Abrahamum, cum in quercubus Mambre degeret, Chriſtum duobus ſtipatum Angelis: (vid. *Waltherus Spong. Moſ.* pag 492. ſeqq.) quos cum is vidiſſet, inquit *Moſes, Gen.* cap. 18, 2. ſeqq. *Occurrit in occurſum eorum de oſtio Tabernaculi ſui, & adoravit in terram. Et dixit, Domine, ſi inveni gratiam in oculis tuis, ne transeas ſervum tuum: ſed afferam pauxillum aquæ, & laventur pedes veſtri, & requieſcite ſub arbore. Ponamque buccellam panis, & confortetur cor veſtrum, poſtea tranſibitis: id circo enim declinaſtis ad ſervum veſtrum. Qui dixerunt, fac, ut locutus es. Feſtinavit Abraham in tabernaculum ad Saram: dixitq; ei, accelera, tria ſata ſimilæ commiſce, & fac ſubcinericios panes. Ipſe vero ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulum tenerrimum & optimum: deditq; puero (ſervo) qui feſtinavit, & coxit illum. Tulit quoq; butyrum, & lac, & vitulum, quem coxerat, & poſuit coram eis; ipſe vero ſtabat juxta eos ſub arbore.* Certum eſt quam quod certiſſimum, varie hancce ſacram & divinam hiſtoriam gentiles detorſiſſe, inque rem ſuam ac fabulas commutaſſe. In quo aſtipulatur nobis *B. D. Michael Waltherus in Spong. Moſaica* ad h. l. p. 500. *Ethnicis,* inquiens, *per famam ex Eccleſia reſonantem, usq; ad Conſtantini tempora innotuit, Deum ipſum in querceto Mamre ad Terebinthum arborem, quam,* Joſepho *teſte, libro 5. de Bell. Jud. cap. 7. memorant, ab initio mundi creati usq; ad illa tempora duraſſe, apparuiſſe; videſis Euſebium lib. 5. Demonſtr. Evang. c. 9. Occaſionem hinc ſumſere, tum gentes, tum ad earum imitationem, judæi, quod lucos & nemora, ad rem divinam peragendum conſecrarunt, ipſamq; quercum, ſacram arborem eſſe voluerunt, qua nihil habuere ſacratius veteres Germani* (nec non Slavi) *haud dubie, quod per traditionem aliquam hauſere, Deum ad illam aliquando apparuiſſe, ſuamq; præſentiam gratioſam ſpecialiter conteſtatum fuiſſe.*

§. II. Sed operæ erit pretium, ut quas fabulas recentiores etiam Ethnici, noſtro adhuc tempore, & Slavi quondam inde contexuerint, audiamus. De Ceilanenſibus Indiæ Orientalis populis, ita *Robertus Knox* Anglus in Ceilan. Reiſebrſchr. lib. 3. cap. 3. p. 150. Einen andeen groſſen Gott haben ſie über diß, den ſie Buddou nennen, welchem die Seligkeit der Seelen zugeſchrieben wied. Von dieſem glauben ſie, daß ee einsmahls auf Erden kommen ſey; und als er ſich da aufgehalten, hätte ee immer im Brauch gehabt, untee einem groſſen ſchattichten Baume, den ſie Bogahah nennen, zu ſitzen: Deegleichen Bäume, von ſelbiger Zeit an, noch ſters voe heilig geachtet werden. unter welchen ſie auch die Ceremonien ihres Gottes-Dienſts biß auf den heutigen Tag feyerlich begehen. Er ſoll letzlich von der Erde ſeinen Abſchied genommen haben, auf dem Gipffel des höchſten Berges in Ceylon, dee Pico de Adam genennet wird; allwo ein Abdruck iſt, wie von einee Fußſtapffe, welches ihren Vorgeben nach, von ihm ſeyn ſoll. Videas hic hiſtorias Chriſti Abrahæ apparentis in querceto Mamre; & aſcendentis de monte in cœlos, conſummata paſſione, confundi, & in unam conflari. Porro ait *Knoxius* lib. 1. cap. 4. Den Baum nennen ſie Bogahah; wir aber den Gottes-Baum: er iſt ſehr groß, und ausgebreitet; Das Laub bebet allezeit, wie an einer Aſpen: ſie haben eine groſſe Eheerbietung gegen dieſe Bäume, und verehren ſie von wegen einer alten Fabel, daß dee Buddou, ein groſſer Abgott unter ihnen, als er auf Eeden ſeinen Aufenthalt noch gehabt, unter dieſer Art von Bäumen, zu ſitzen gewohnet geweſen Es gibt ſehr viel ſolche Bäume, welche ſie übeeall im Lande umher pflantzen, auch mehr Sorge davor tragen, als vor einige andeee. Sie belegen ſie unten herum mit Steinen gleich einem gepflaſteeten Ufee, und kehren offt darunter weg, ſolche eeinlich zu halten: auch zünden ſie Lampen an, und ſetzen um deeſelbigen ihre Bilder auf: unter deeer etlichen wird auch ein ſteinerner Tiſch geſetzet, ihre Opffer darauf zulegen. Man pflantzet ſie allee Orten in denen Flecken, und an den Land-Straſſen, wo nue bequimer Platz dazu iſt; ſie dienen auch den Reiſenden zum Schatten. Ingleichen ſetzet man ſolche zum Gedächtniß verſtorbener Leute; nemlich an den Oeten, wo ihre Cöeper veebraunt worden: Es wird voe ein verdienſtlich Werck gehalten, dergleichen zupflantzen; und geben ſie vor, daß wer dieſes thut, eine kurtze Zeit hernach ſterbe, und in den Himmel komme; jedoch pflegen nur die älteſten Leute, die ohne dem, nach den Lauff der Natue dem Tode am nechſten ſind, ſolche zupflantzen, ſonſt aber niemand, in dem die, ſo von jüngern Jahren ſind, lieber noch ein wenig längee auf dieſer Welt leben wollen, ehe ſie ſich nach der andeen begeben. Et lib. 3. c. 4. Unter dieſem Baum pflegen ſie gemeiniglich in einee geziemenden Weite, ohngefehr zehen oder zwölff Fuß davon ab, auf den äuſſerſten Ecken, des darinn veefertigten ebenen Platzes, einige Hütten oder Zelter aufzubauen: (videſis huc *Gen.* cap. cit. 18, 9. 10. 11. 13. 14. 15.) deren etliche zwar nue ſchlecht, von Blättern, zum gegenwäetigen Gebeauch gemacht, andere aber auch dauerhafftig gebauet ſind, mit gehauenen Zimmeeholtz, Leimwänden, ſo etliche Jahr ſtehen können; Dieſe Gebäude ſind in kleine Behältnüſſe abgetheilet, vor jedwede abſondeeliche Familie. Die gantze Doeffſchafft tritt nehmlich zuſammen, und ein jedwedee bauet ſein eigen Zimmee, ſo daß dieſe Gebäude gantz in einen Kreyß herum ſtehen, und nue eine Lücke offen gelaſſen wird, wodurch man zu dem Bogahah Baume kommen kan: und dieſe Lücke wird mit einer Art eines Thorweges oder

Schwibb-

Schwiebbogens überbauet. Der Gebrauch ſolcher Gebäude iſt zum Auffenthalt derer Weiber, welche groſſe Beliebung tragen, mit hinzukommen, und dieſe Ceremonien anzuſehen, wobey ſie auf ihr beſtes und koſtbarſtes ſich zu kleiden und auszuziehren pflegen. Ihre Verrichtung dabey beſtehet darinnen, daß ſie denen Tänzereyen und der Gauckel-Spieler ihre Poſſen mitzuſehen: welche nachmahls durch ihr unverſchämtes Anhalten von ihnen Geld, oder wohl einen Ring vom Finger, und andere dergleichen Dinge überkommen. Sie bringen über diß da ihre Zeit zu mit Betelessen, wie auch durch Geſpräche, mit ihren Geſpielinnen, und daß ſie einander ihre ſchöne Kleider zeigen. Dieſe feyerliche Ceremonien geſchehen jedesmahl bey Nachtzeiten; da denn die Hütten rings herum mit Lampen beſetzt ſind: es endigen ſich ſelbige auch nicht in einer Nacht, ſondern währen drey oder viere lang, biß an den vollen Mond, welcher denenſelben allezeit ihre Endſchafft giebet. Confer *Eundem* lib. 3. cap. 4. cit. p. 169 ſeqq.

§. III. Quoniam etiam Abraham erga Chriſtum hoſpitalis fuit, cænamque ei apparavit; hinc iisdem Ceilanenſibus in more poſitum, ut nomine *Buddovi* ſtipem colligant: qua de re iterum ita *Knoxius* lib. 3. cap. 4. p. 170. Gegen dieſen Gott ſcheinen ſie vor allen andern eine tieffe Ehrerbietigkeit und Andacht zu haben, wie aus den folgenden erhellen wird: Vornehme und Adeliche Frauen von hohen Stande pflegen zu weilen, wenn ſie die Andacht gegen den Buddou ankommt, um ſeinet willen betteln zu gehen, wiewohl die Wahrheit zuſagen, die allervornehmſten von ſolchem Frauen-Zimmer nicht ſelbſten in Perſon ſolches thun, ſondern an ihrer Statt ihre Mägde abſchicken, die ſie doch gar ſchön ausputzen. Gedachte Weibsbilder nehmen das Götzen-Bild mit ſich auf den Weg, und tragen es auf der flachen Hand, mit einem Stück weiſſen Tuchs bedecket: und alſo pflegen ſie zu den Leuten in die Häuſer zu gehen, und alſo zu ſagen: Wir kommen, von eurer Mildigkeit etwas vor den Buddou zu ſeinen Opffer zu erbitten: Darauf ſich denn das Volck ſehr freygebig bezeiget: ſie geben ihm nur von dreyerley Dingen, nemlich entweder Oel zu ſeiner Lampen, oder Reiß zu ſeinem Opffer, oder auch Geld oder Baumwollen Garn zu ſeinen Bedürffnüß. Arme Leute gehen offtmahls umher, und betteln ihnen ſelbſt einigen Unterhalt durch dieſes Mittel; ſie nehmen etwa ein Buch von ihrer Religion, oder ein Buddou Bild in einem Gehänſe, und wickeln beydes in ein weiſſes Tuch, welches ſie ſie mit groſſer Ehrerbietung tragen: und ſo betteln ſie dann im Nahmen des Buchs, oder des Gottes. Das Volck bücket ſich ſo dann gegen ſie nieder, und giebet ihnen einig Allmoſen, entweder an Korn, oder Geld, oder Baumwollen Garn. Zuweilen ſagen ſie wohl zu den Bettler, was habe ich doch, daß ich geben könte? worauf er aber antwortet; man pflegt zu ſagen, ſo viel als ihr zwiſchen euer zwey Finger aufheben könnet, iſt ſchon ein Werck der Liebe. Nachdem nun ein ſolcher von jemand eine Gabe bekommen hat, ſpricht er gar vielen Seegen über ihn: als zum Exempel, der Seegen der Götter und des Buddou müſſe euch überall begleiten: es müſſe euer Getraide reiff werden, euer Vieh müſſe ſich mehren euer Leben müſſe lang werden; und dergleichen. Satis de *Ceilanenſibus*.

§. IV. Jam de *Slavis* ſeu *Pruſſis*, aliisque. Hi tria ex hiſtoria ſacra præmemorata in fabulas ſuas transtulerunt: (1) Chriſti accubitum & cænationem ſub arbore: (2) Angelorum comitatum; & (3) eorundem ad mandatum Chriſti abitionem in urbem Sodomam, Lothique inibi defenſionem. Singulis his Pruſſi, ceterique perverſe abuſi ſunt. (1) *Puſcetum* Deum ſub ſambucum arborem collocarunt, cui pane atque cereviſia ſacra fecerunt, (2) imperium quoque *Puſceto* in *Barſtuccas*, id eſt, ſpiritus attribuerunt, & (3) *Puſcetum* orationibus defatigarunt, ut *Marcopolum Deum Supanorum* ſeu nobilium placaret, ne ab his gravi ac dura ſervitute jugoque premerentur. Hiſtoriam idoli ideo hunc transſcribendam duxi, ut oſtenderem, Slavis etiam ſuo more curæ fuiſſe ſacra loca, lucosque: Etenim hucusque Deos illos in medium produxi, a quibus precati ſunt, ut bene ſit in foro atque thoro, id eſt, civiliter & œconomice; ſequitur ergo, ut ad res chori, ut ſic dixerim, nos convertamus, ut clarum ſit, quos Deos coluerint, ut res ſacra ſarta tectaque usque permaneat. Et eo quidem primo Puſcetum referimus.

§. V. Obſerv. (1) *Puſceti Nomen.* Sed ut barbarum, id eſt, peregrinum *Puſceti* vocabulum eſt; ita barbaro quoque & ab literatura Slavica prorſus alieno & diſpariti modo ab autoribus ſcribi ſolet: Apud *Meletium* epiſt. ad *G. Sabinum* p. 167. & 169. dicitur *Puſcatus*: & *Petscatus*; *Paſchvitus* apud *Martinum Murinium*; deniq; & *Puſchkaitus* apud alios, & *Puſcatus* apud *Chr. Hartknochium* de *Reb. Pruſſ. diſſert.* 8. p. 141. & *Diſſert.* 10. p. 164.

§. VI. Obſerv. (2) *Puſceti Etymon.* Conſentiunt autem omnes, qui de *Puſceto* ſcripſerunt, quod is ſub *ſambuco arbore* domicilium habuerit. vid infra num. VIII. Huc *clariſſimus Hartknochius Diſſert.* 16. p. 115. ubi de locis divino cultui dicatis: *Sub Sambuco etiam Deos habitare credidit cæca olim Pruſſorum gens; ſed & noſtris temporibus quibusdam in locis vana hæc perſuaſio mentes hominum occupavit, ut credant, ſub Sambuco morari homunculos illos ſubterraneos, Barſtuccas veteribus Pruſſis dictos, quod & mihi olim puero mulierculas aliquoties referre memini.* Adjiciam hic, ὡς ἐν παρόδῳ, quæ de uſu baccarum ſambucearum annotavit *Marcellus Vergilius* Commentario in *Dioſcorid.* de Re Medica lib. 4. c. 168. fol. 589. *Primum*, inquit ille,

il'e, *& in templis religioneque maximum Sambuco & ebulo honorem fecerunt ſangvinea utrimque bacca: quibus ante inventum minium, & excogitatam coloris ejus rationem ſuperſtitioſe Deos colentes homines non ante ad aras & ſacrificium accedebant, quam rubente nativo aliquo colore, qualis in anchuſa maris ſambucoq́; & ebulo eſt, facies eorum coloraſſent, quaſi placare ſibi ſine coloris ejus lenocinio numen non poſſent: aut fœminarum modo nollet Deus niſi purpuriſſe fucatus videri. Fuiſſeq́; hunc gentibus morem, antiquitatis maximus autor teſtis Verrius quondam fuit, cujus autoritati credere neceſſe eſt, dicentis Jovis ſimulacri faciem diebus feſtis minio illinire ſolitos, & a cenſoribus inprimis miniandum Jovem locari iuſtitutum fuiſſe. Verum non fuit hic Romanis uſus niſi aucta urbu majeſtate, & cum jam incepiſſet minium in pretio & honore haberi. Rudi autem adhuc ſeculo & in mundi novitate, nativis herbarum & pomorum coloribus ad eandem religionem uſi ſunt. Idque in Boculicis ſuis Maro rerum omnium & antiquitatis periciſſimus iudicavit, canens ad lamentandos Galli amores veniſſe Pana, Arcadia Deum, quem viderat ipſe ſangvineis ebuli baccis minioq́; rubentem: quod ex quotidiano Deorum imaginum in templis ſpectaculo ſictum ab eo eſt. Caperunt deinde poſt inventum minium negligere homines, quod paratum ubique erat, translatumque ad rura diſciplinam & neceſſitates ſambucus & ebulum eſt. Sed in viam iterum:* *Puſcetus* itaque olim Pruſſis, aliisque **Boſowſky**, vel **Buſowſky**, id eſt *ſambucinus*: inde per ſyncopen & antiſtæchon, **Boſki**, vel **Boſky**, **Buſky**, & **Puſky**; & denique *Puſcetus*, *Puſcatus*, vel *Puſchkaitus*, adjecta terminatione latina *Tus*, id eſt, *Deus ſambucinus*, vel qui *ſub Sambuco in terris habitat*. Amplius **Boſowſki**, vel **Boſowſky**, adj. a ſubſtantivo **Bos**, Surab. vel **Bes**, Polon. Pruſſis olim **Bus**, id eſt, *ſambucus*: Hincque **Boſowy**, *ſambuceus*, *adjectivum*, quod vocant, *μεταοιάςικον*, uti contra **Boſowſkei**, vel **Boſowſky**, *διακριτικὸν*; **Bos**, aut **Bes**, autem quaſi **Boſch**, vel **Beſch**, per metatheſin literarum, ex Ebr. סבך *ſabach*, i. e. *perplexum eſſe, implicari*: quod ſambucus lignoſa & denſa ramis, ac perplexa arbor ſit: Chaldæis סבך *ſebach*, & סבוך *ramus*, *perplexitas*, & *denſidas frondis*: & Rabbinis סבך *ſabach*, *pulpa*. *Sambucus* etiam multam albidam medullam habet, quæ vice carnis aut pulpæ eſt, quam non habet. Denique etiam Latinum *Sambucus* ex eadem radice סבך *ſabach*, quomodo *Sambuca* ex סבכה *ſabecha*, *Dan. 3, 5. 7.* per *epentheſin* literæ M.

§ VII. Obſerv. (3) *Puſceti Figura.* De hac nihil, quod ſciam, nobis literis prodidere ſcriptores; & fortaſſis nulla fuit: nam ſub Sambuco in terris habitaſſe Puſcetum, ſcilicet tanquam Deum, vel ſpiritum inviſibilem, videntur crediſſe veteres.

§. VIII. Obſerv. (4) *Puſceti cultores.* Teſte autem Meletio, epiſt. ad *Sabinum*, p. 165. & 169. (1) *Pruſſi* quondam, (2) *Samogitæ*, (3) *Rutheni*, ac (5) *Livones*, hoc idolum, qualecunque fuerit, venerati ſunt.

§. IX. Obſerv. (5) *Puſceti cultus.* Porro cultus ille Puſceti qualis fuerit, *titulus*, *ordo*, *locus*, *munia*, *poteſtas*, & *ſacrificia* nos docent: quæ ſingula nunc recenſebimus. (1) *Titulus:* Appellatus eſt *Deus terra*, ſeu, qui in terra habitat, ut ſcribit *Waiſſelius*, *in Chron. Pruſſ.* (2) *Ordo:* Erant apud Pruſſos, alioſque Dii in tres diſtincti ordines: primo Tres majorum gentium Dii erant, Percunus, Picollus, & Potrimpus: ſecundi porro ordinis, ſive minores erant itidem tres, Curchus, Vurskaitus, & Iſchwambratus: ultimo Dii tertii ordinis, juxta *Thom. Waiſſelium*, in Chron. Pruſſ. erant, Occopirnus, Schweixtix, Auſchweitus, Antrimpus, Perdnytus, Pergubrius, Pilvitus, & tandem, quo de hoc capite: *Puſcatus.* vid. *Hartknochius* Diſſert. 7. & 8. (3) *Locus*: credebatur enim, quod ſub ſambuco in terris habitet. (4) *Munia* ac *poteſtas.* Credebant nimirum veteres Puſcetum (α) præeſſe lucis ſacris, unde ſacrorum præſes lucorum, vocatur a *Meletio*, epiſt. cit. (β) poſſe eum placare Marcopolum, Deum Supanorum, ne ruſticos graviore ſervitute premant. (γ) Barſtuccis imperare, quos miniſtros ejus appellat *Martinus Murinius*. *Hartknochius* Diſſert. 8. p. 141. (δ) poſſe eum fures, ut ablata reſtituant, vi ac poteſtate ſua compellere. Ceremonias eo in caſu adhibitas, ſequentibus verbis nobiſcum communicat *Cl. Hartknochius* Diſſ. 10 pag. 166. ſeq. *Videlicet cum alicui furto res aliqua erat ablata, accerſere continuo ſolebant Sigonottam, ſive ſortilegum (qui plerumque pauper, cacus, vel claudus erat: Interrogatus autem, cur adeo pauper eſſet, reſpondebat, Deorum hanc eſſe voluntatem;) Hic primum invocabat Deum culi Occopirnum, & Deum terra Puſchkaitum, precabaturq́; ipſos, ut furem auſugere paterentur: tum acceptis duabus patinis, imponebat ille, cui aliquid furto ablatum erat, patina uni duos nummos, alterum pro ſe, alterum pro fure, ſundebatque deſuper cerevſiam. Poſthac Sigonotta creta quidpiam depingens in patina illam concuciebat. In qua cunc patina parte nummus furis reperiebatur, in eam mundi plagam contuliſſe ſe fur exiſtimabatur. His finitis in alteram patinam in terra collocatam Sigonotta cerevſiam inſundebat, & in cœlum ſuſpiciens, hac pronunciabat verba: Benigus Deus culi & terra, & ſtellarum, per tuam potentiam jube tuos ſervos, ne honor tuus tibi eripiatur, ne ſur, qui hanc rem (nominabat eam) abſtulit, quieſcat, donec reverſus rem, quam furto abſtulit, reddiderit. Tum attollebat patinam inquiſiturus, utrum bulla aliqua in cerevſia reperiretur: Si hanc conſpiciebat, perſuadebat ſibi, ſe voti ſui compotem eſſe factum. Nulla vero bulla reperta,*

cere-

cerevisiam exhauriebat, infundebatque recentem, idque eousque iterabat, donec aliquod ſignum precum non fruſtra fuſarum animadverteres. Hæc Waiſſelius. *Chronicon Ditmari addit inſuper, Sigonottam conſpecto dicto ſigno, ceremonias ſuas illis verbis finiiſſe: in nomine Patris, Filii, & Spiritus Sancti, Amen. Et hoc ſuo adhuc tempore fuiſſe frequentatum, cum a Germanis Pruſſiam inhabitantibus, cum præcipue a Pruſſis veteribus, idque non ſolum in Sudinia ſed etiam aliis in locis, teſtatur Waiſſelius in Chron. Pruſſ. fol. 220. Simile quid antiquitus apud Romanos in uſu fuiſſe deprehendo, apud quos furtum per lancem & licium perquiri & concipi ſolebat, de quo ritu optime Petrus Pithæus lib. 1. Adverſariorum cap. 2.* (5) *Ultimo Sacrificia*: De his & prioribus prærogativis quibusdam, junctim ita *Meletius Epiſt. cit. p. 169. Ex omnibus Sarmatiæ gentibus ſupra nominatis,* (*vid. num. VIII.* præced.) *multi adhuc ſingulari veneratione colunt Putſcatum, qui ſacris arboribus & lucis præeſt: Is ſub arbore Sambuco domicilium habere creditur; huic paſſim homines ſuperſtitioſi litant pane, cereviſia, aliisq; cibis, ſub arbore ſambuco poſitis, precantes a Putſcato, ut placatum efficiat Marcopolum, Deum magnatum & nobilium, ne graviore ſervitute a Dominis ipſi premantur; utq; ſibi mittantur Barſtuccæ, qui ſubterranei vocantur,* (*ſcil. ut in horrea ſua frumenta congerant, congeſtaque ſervent, ut addit Harknochius* Diſſert. 10. p. 164.) *His enim dæmonibus in domo verſantibus ſe fieri credunt fortunatiores: eisque collocant veſperi in horreo ſuper menſam mappa ſtratam, panes, caſeos, butyrum, & cerevisiam: nec dubitant de fortunarum acceſſione, ſi mane reperiant cibos illic abſumptos. Et ſi quando intactus cibus in menſa remanet, tunc magna anguntur cura.* Hactenus *Meletius*. Conf. *Hartknochius* Diſſert. cit. 10. p. 164.

§. X. Obſerv. (6) *Puſcati Deſtructio.* Anno quidem ſupra milleſimum ducenteſimo quadrageſimo nono, uti teſtatur Privilegium Pruthenis a Legato pontificio *Jacobo* conceſſum, Pruſſi præſtito jurejurando promiſerunt, ſe Diis quibuscunque, qui non fecerunt cœlum & terram, non amplius litaturos, nihilominus e ſupra num. IX. adductis verbis *Meletii Waiſſeliique*, quorum hic Chronicon ſuum anno 1599. ille Epiſtolam ſuam anno 1552. edidit, colligitur, ſuperſtitionem Puſceti, ſequentibus temporibus nondum plane eviluiſſe: dubium autem nullum, quin hodie, religione Chriſtiana clariſſime ubique luceſcente, penitus tum in Pruſſia, tumque alibi ſublata & ſepulta ſit.

CAPUT XXVI.

De Suitiboro, ſive Zuttibero, altero Deo lucorum ſacrorum.

Pars II.

§. I.

Inter arbores, lucosque, qui ſacri priſcis ſuere, multis permotus cauſis & rationibus, judicioſiſſimus antiquitatum Slavicarum ſcrutator *Chriſtophorus Hartknochius* non ſolum Sambucum, quo de cap. præced. ſed & Tiliam, quercus, denique & querceta, ſylvasque alias numerat: Pruſſorum autem ille ſuperſtitiones maxime percenſendo, diſſertatione ſexta, non diffitetur, ſimiles ejusque generis ac commatis occurrere quoq; apud omnes fere gentes, teſtimoniaque Scriptorum plurima & antiqua, quæ tamen cumulare ſui inſtituti ratio prohibeat. Quamobrem nos de Sorabis nunc dicemus, vel de querceto, aut Pineto rectius, Merſeburgenſi, & idolo ipſius *Svitiboro*, metonymice ſic dicto; quoniam utrumque uno nomine comprehendebatur. Occaſio autem erroris forte inde ſumpta eſt, quod de Abrahamo dicit Spiritus Sanctus: *Plantavit vero Abraham nemus in Beerſcheba, & invocavit ibi nomen Dei æterni, Gen.* 21, 33. confer. huc *Joh. Doughtejus in Analect. Sacris V. T.* Excurſ. 13. p. 38. ſeq.

§. II. Obſerv. (1) *Svitibori Nomen.* Sylvæ proinde idolique ſecundi ſacri, ſive Merſeburgici, imprimis quod lucis præeſſet, æque ut *Puſcetus* nomeo Sorabica lingva olim *Svitiber*, ſive **Swiaty Bor**, fuit: ab aliis ſcribitur *Cutiberus* ita *David Peiferus Rer. Lipſ.* lib. 3. pag. 279. nec non *Zuttiberus*, ita *Brotuffius Chron. Merſeburg.* lib. I. *Johannes Henr. Reitzius* in not. ad *Goodwin.* Moſ. & Aaron, lib. 2 cap. 1. p. 179. Et Germanice **Zuttiber**, ita *Chron. Saxon.* fol. 22. *Petrus Albinus* Chron. Miſn. tit. XI. p. 295. *Schneider.* Chron. Lipſ. lib. 4. pag. 142. *Simon.* **Eilenburg.** Chron. Part. I. cap. 8. 194. ſeq. *Johannes Vulpius* in *Megalurg. Martisburg.* cap. 5. pag. 46. alii.

§. III. Obſerv. (2) *Svitibori Etymon.* Sunt qui **Zuttiber**, ita enim ſcribunt, Germanicum compoſitum vocabulum eſſe cenſent, dictum quaſi **Zottiger Beer**, ita *Ludovicus Alphitander* tract. de Deo Endovellico p. 28. De *Fauno illo* **Zuttiber**, (**Zotticht Bår**) de quo *Erneſt. Brotuf. in Chron. defluxit neſandum iſtud* **Zothen**. Alii pro latina voce habent: ita *Thomas Reineſius* in *διασκέψει* tractatus præcedentis *Alphitandrini* pag. 43. *Vulgus*, ait ille, *in quibusdam Franconiæ, Thuringiæ, Saxoniæ, Miſniæque partibus Diabolum adpellat* **Lucifer**, **Lutziber**, *idemque fieri ab Italiæ provincialibus, e colloquiis Trajani Boccalini adparet, ſine dubio arrepto ab homiliaſtis, qui Luciferum e male intellecto comm. 12. cap. 14. Eſaiæ, imitatione Græcorum Latinorumque* (*nam & Jobius Monachus apud Phot. c. 212. fol. 660. & Bernh. homil. 17. in Cant. & Legit Muhammedanæ ſeu Alcorani compilatores hac ſignificatione uſi ſunt,*) *indigitant nomine. Hoc unius literæ immutatione in Zuttiber abiit, ut ridicula eſt plerumque plebs rudis ac ſimplex in exprimendis*

dis lingvarum aliarum, maxime Latinæ, vocabulis: Sed cujus conſoetudinis tamen legem faciunt tandem. Sed vero mihi aberrare videntur, qui ultra vel extra Horizontem vel finientem Slavicum natales vocabuli *Zuttiberi*, quærunt. Zuttiber nonsen quidem, a quo *Cuttiberus*, & *Zuttiberus* ſtudio & opera Germanorum ad nos pervenit: aſt hi Slavicæ vocis ſimolacrum verius quam vocem nobis tradiderunt: haud enim aſſvata aptaque ſatis illorum ora, auresque eſſe ſolent, ot arripere accurate, pronunciareque poſſint vocabula barbara, Sorabica: & verum hic quod dici ſolet, Sarmatica illa ſunt, & pagi Bohemici: qua propter arbitror, vocem Zuttiber, corruptam eſſe ex aliqua alia non multum diſſimili voce Sorabica: fuiſſe igitur Zuttiberum olim Sorabica vernacula vocatum Zoldʒowy, conjicit *Michael Frencelius frater meus de Idolis Slaoorum diſſert 3. §. 26. Faunus Slavorum,* ſic ille *Zuttiber fuit, ab adjectioo oris oulgaris* ʒowdʒowoy *nominatus.* Et in ootis ſuper hæc: *Errant, qui nomen a Germanorum* Zotticht, *&* Beer, *derivant, urſique figuram ſine fundamento idolo tribuunt. Faunos equidem piloſos plerumque deſcribi ab auctoribus ſcio: at oero Germanot cum Venedis confundendos non eſſe, id eſt, quod ſapius monui. Quari igitur vocabulum apud Slavos debet, cui quoque* ʒoldʒowy *oel* ʒowdʒowy, *(a quo facile fieri potuit* ʒoldʒower *oel* ʒowdʒower*) quod illis glandiſer eſt, (Deus enim in quercibus cultus eſt) reſpondet: denique* ow, *in* ʒowdʒowy, *facile in* u, *tranſit: ut Græcorum* ου, *w iisdem cum* υ *&* β *ſæpiſſime permutatur: ſic Wandali, Vandali, &* Βάνδαλοι, *ſcribitur: quibus ita diſpoſitis,* ʒudʒober *fit, & ad pronunciationis difficultatem ſublevandam* Zuttiber. Hæc *Frater meus:* cum quo, ut ingenue fatear, ob rationes, quas adfert ſat plauſibiles, quoque feci: ductus præterea eo argumento, quod hoc etymon confirmet teſtimonium Brotuffii aliorumque, partim, quoniam Zuttiberum interpreteotur Germanice einen Holtz-Teuffel, partimque quia aſſerunt, Zuttibero quercetum ſacrum fuiſſe. Sed enimvero liberum erit, ut cogitationes nunc poſteriores meas aperiam. Nimirum *Brotuſſium* opinor *quercetum* pro *pineto* ſcripſiſſe; nam pinetum Sorabis, Bohemis, Polonis Bor, vocatur, & Borowiʒa, vel Boruwiʒe, pinus, eine Fichte oder Tanne: & ſwiaty vel ßwiaty, ſanctum ſonat: Hinc ßwiaty, ſwiaty, ſviaty, vel ſvity Bor, idem, quod pinetum ſacrum. Cum vero olim literæ S & Z, promiſcue fuerint uſurpatæ, quando pro Svicʒ, vel ſwieʒ, lux olim ſcriptum Zvicʒ, ut legitur apud *Alexandrum Goaguinum* in Sarmatia Europæa fol. 52. & *Voſſium* de Idololatr. lib. 2 cap. 66. pag. 660. quare fieri potuit, quod & veteres olim pro Swiety vel Sviybor, ſcripſeriot Zuitibor. Ab hoc ergo Zuttibor, mutato priori *i* in *t*, forte ex ſcribarum negligentia. Hinc Zuttiber olim Swity, vel ßwiaty Bor, id eſt, (1) *pinetum ſacrum*, & (2) per metonymiam, *idolum, præſes pineti*, aut luci ſacri, ein Fichter, oder Tonnen Götze: quod in pineto cultus ſit.

§. IV. Obſerv. (3) *Suitibori Figura:* Nolumus urſi figuram *Soitebero* tribuere, quam *Alphitander* citatus paulo ante, in mente habuiſſe, ſuſpicio eſt. Forſan autem ad illius ſimulacrum pertineut verba, quæ habet *Georgius Fabricius Orig. Saxon. lib. 2.* f. 114. edit. Jenenſ. ann. 1598. *Slavi in lucis arbores & elementa* (ignem &c.) *colebant, & Numen quoddam cornutum, & rictu furiali terribile; ei de omnibus cibis, quos ad focum adhibebant, ponebant libamina. Verum nihil definimus.*

§. V. Obſerv. (4) *Suitibori cultoret.* Breviter huc ita *David Peiferus* Rer. Lipſ. lib. 3. p. 279. (1) *Soraborum numen peculiare Cuttiberus* leg. *Svitiborus*; ſed alii (2) *Merſeburgicos* cumprimis cultores ejus idoli fuiſſe olim referunt, vid. *Johannis Vulpii* teſtimooium num. VI. Similia (3) de *Hainenſibus* ſcribit *Sebaſtianus Mann*, im kurtzen Entwurff der Stadt Hayn in Meiſſen, edit. Dresd. an. 1663. in 4to. Man hält dafür, daß ſo wohl der Abgott Swantewitz und Zuttiberus zu der Soraber Wenden Zeiten, in dieſer Gegend abſonderlich ſind veneriret und angeruffen worden. Et paulo poſt: Es ſoll der Waldgott Zuttiberus dieſes Orts in einem Eichwalde veneriret worden ſeyn, welcher bis zu den Zeiten Hildewardi des dritten Biſchoffs zu Meiſſen, im Jahr Chr. 1060. annoch ſoll geſtanden haben; jedoch durch denſelben niederzulegen und gäntzlich zuverbrennen befohlen worden, worzu ihm dann etliche noch ungläubige Wenden, ſo nicht ferne vom Stifft um die Röder gewohnet; und öffters noch dahin gelouffen, ſolchen Abgott anzubeten, Urſache gegeben. Der Wald aber deſſen ſoll an dem Orte geſtanden haben, allwo anitzo für den Naundörffer Thore die Scheinen und etliche Vorwerge der unſrigen aufgebauet ſind, und ſich alſo von daraus nacher Walde (ſo dieſer Zeit dem Adlichen Geſchlecht der Göckeritze zuſtändig geweſen) wovon auch ſolches Dorff hermahls den Nahmen erhalten, erſtrecket haben.

§. VI. Obſerv. (5 & 6) *Suitibori cultus & deſtructio.* Junctim de puncto utroque ita diligentiſſimus Vir *Johannes Vulpius* in recenti Megalurgia Martisburgica cap. 5. pag. 46. ſeq. edit. Quedlinburg. ann. 1700. Inſonderheit haben die Bürger zu Merſeburg und die Landſchafft um, oder an dieſer Stadt den Zuttibor, (Sorab. *Svitibor*) als einen Wald- oder Holtz-Götzen geehret, demſelben einen Lucum oder dichten Eich- (mallem, Fichten) Wald geheiliget, darinnen niemand bey Verluſt ſeines Lebens einen Baum, oder Aſt abhauen dürffen: nicht weit von der hohen Brücken dahin zu gewiſſer Zeit des Jahrs viel Wenden und andere

Hey-

Heyden, (Slavi) von nahen und fernen Orten zuſammen kommen, und den Zuttiber (leg. *Svitiber*) geopffert, auch denſelben angebetet, darzu waren gewiſſe Pfoffen beſtellet, die ihre ſonderbahre Ceremonien bey den opffern gehalten. Solcher Eich (Fichten) Wald nebenſt den Götzen iſt im Stande geweſt biß auf die Zeit Wigberti des dritten Biſchoffs zu Merſeburg, welcher etwan im Jahr Chriſti 1008. dieſen Wald und Abgott niederhauen und verbrennen laſſen, worzu ihm die Sorben- und andere Wenden, welche an der Elſter, Leppe und Pleiſſe gewohnet, und offt den Zuttiber (Svitiber) anzubeten, dahin gelauffen, ſehr Urſache gegeben. An die Stelle hat gedachter Biſchoff Wigbertus die Capelle S. Romani gebauet: von ſolchen Eich (Fichten) Walde hat man hernach lange Zeit, und noch zu Brotufs Zeiten, etliche lange, dicke eichene (oder fichtene) Bäume, Stöcke, und Stüffte in den Ufern der Saale ſehen ſtecken; wenn zumahl das Waſſer helle; deſſen auch Kayſer Friedrichs I. Brief (den er dem Cloſter S. Petri anno 1152. belangende den Garben-Zehenden, in der wüſten Marck zu Keſchewiz um die hohe Brücke zu Merſeburg, ſo damahls und noch lange hernach höltzern geweſen, ertheilet,) gedencket. Confer eadem apud *Brotuffium Chron. Merſeburg.* lib. 1. cap. 6. *Chron. Saxon. f.* 22. *Petrum Albinum Chron. Miſn.* tit. XI. p. 295. *Schneiderum Chron. Lipſ.* lib. 4. p. 142. *Simon.* Eilenburg. *Chron.* Part. 1. cap. 8. p. 194. ſeq. Ceterum *Wigmannum*, præſulem illum Mersburgium appellat *G. Fabricius* Orig. Saxon. lib. 3. f. 168. eumque vivere deſiiſſe ait anno Chriſti MVIII. *Vulpius* habet Anno Chriſti MXII. lib. cit. c. 9. p. 81.

CAPUT XXVII.

De Püſtrico, rituum ac religionis neglectæ vindice Deo.

§. I.

SAcræ hiſtoriæ ſtudioſis minime quidem obſcurum erit, qua magnifica & potentiſſima apparitione, quave fragoſa & horriſona tempeſtata legem ſuam laturus Deus ſupremus, populo Iſraelitico ſeſe oſtenderit: quod factum ideo exiſtimarem, ne ſanctius coleretur, & minas jactaret graviſſimas omnibus, præcepta ſua transgreſſuris & violaturis: deberent itaque ex paveſcere, & timere iram ejus, & nihil contra præcepta facere. Hiſtoriam videſis apud *Moſen, Exod.* cap. 19, 6. ſeqq. Sane autem nec dubium eſt, quin hinc in ſpecie, adverſus mendacem & ſceleſtum inimicum ſuum *Cuſchium*, quisquis is fuerit, (vid. hic *Johann. Tarnov.* Comment. in *Pſalm.* 7. p. 144. ſeq.) *David.* integer vitæ ſceleriſque purus formulam ſumpſerit, cum ita detonat: *Pſalm.* 7, 12. 13. *Deus judex juſtus, & Deus indignans in omni die: ſi non converſus fuerit, omnibus pœnitentia concionibus ſpretis, impius, gladium ſuum acuit, arcum ſuum tetendit, manibus pedibusque nitens, & paravit illum:* (Interpretes Sorabici hic perquam eleganter, a mierſo) *& ei parare fecit* (adaptavit vel artificioſe impoſuit) *vaſa mortis* (Sagittas) *Sagittas*, inquam, *ſuas in ardentes* (vel male faciendi ſtudio fervidos) *operabitur, vel immittet.*

§. II. Tranſiit autem ad paganos idem religionis cultus ac honos: quoniam, ut ait *Cicero* lib. 1. de Divinat. in fine: *Religio eſt conjuncta cum cognatione naturæ.* Hinc *Plinius* in fine cap. 74. Panegyr. ad *Trajanum*: *Civitas religionibus dedita, ſemper Deorum indulgentiam pie merita.* Et. lib. 14. Nat. Hiſt. *religione vita conſtat.* Et *Livius* lib. 5. Decad. 1. *omnia proſpere veniunt ſequentibus Deos, adverſa autem ſpernentibus. Horatius* 3. Carm. Od. 6.

Dii multa neglecti dederunt
Heſperia mala luctuoſa.

Qualia itidem ſentiiſſe *Sorabos* veteres, ex ſequentibus haud obſcurum erit: nam religionem ac ritus ſacros ſpernentibus, vel negligentibus circa eosdem, & munera raro aut gravatim offerentibus, iram Deorum impendere graviſſimam, ſubitamque arbitrati ſunt: eique muneri *Püſterum* vel *Püſtricum* ſic dictum præpoſitum eſſe crediderunt.

§. III. Sed vero idolum hoc delineaturus, prius controverſiam, nuper de eo motam, paucisſimis adſcribam: Ita enim huc *nobiliſſimus Dn. D. Georgius Henningius Behrens*, *Phyſicus Nordhuſanus* celeberrimus in *Hercynia Curioſa ſua*, cap. 6. n. 4. pag. 158. ſeq. edit. Nordhuſan. ao. 1703. Es will im Julio 1689. derer ſo genannten Monatlichen Unterredungen einiger guter Freunde pag. 722. nicht zugegeben werden, daß der Püſter jemahls ein Heydniſcher Abgott geweſen ſey, weil deſſen Geſtalt gar nichts götzenhafftiges repræſentiret, und die Bildung ſeiner Haare zu erkennen gebe, daß er nicht gar viel hundert Jahr ſeines Alters zehlen könne. Dero holben hält der Autor (celeberrimus *Wilhelmus Erneſtus Tentzelius*) dieſer Meinung davor, daß ſolches Bild von den Räubern auf den Kiffhäuſiſchen oder andern daherum gelegenen Schloſſe ſey zu ihrer Defenſion gebraucht worden: indem wegen deſſen Feuer-ſpeyen ihnen niemand hätte beykommen können. Allein, es verzeihe mir derſelbe, daß ich ſage: wie ſolche Meinung nicht beſtehen könne; denn ein jeder aus der Beſchreibung des Püſters zur Gnüge erſehen kan, daß er ein götzenhafftes Anſehen habe; und zeiget die Bildung derer Haare nicht gar zu gewiß und allezeit das Alter eines Bildes an, maſſen dasjenige offt wieder zu einer neuen mode wird, welches die Alten vorlängſt getragen haben: Derowegen es keine unmügliche Sache

iſt, daß die Heyden ihre Haare auf ſolche Art, als man an den Püſter ſiehet, nicht auch ſich hätten können zu der Zeit, da der Abgott gemacht worden, verſchneiden laſſen. Ferner gebe ich einem jeden Kriegsverſtändigen zu erkennen; ob nicht ſolches Bild denen Räubern zur Defenſion ihrer Raub-Schlöſſer, faſt gar nicht, oder doch ſehr wenig, gedienet habe? indem es nicht mehr als eine Seite hat defendiren können, und zwar ſchlecht genug; denn es nicht vermochte, immeefort Feuer auszuſpeyen, ſondern hat, wenn das Waſſer heraus geweſen, nothwendig erſtlich wieder mit andern müſſen angefüllet werden, ehe es aufs neue angefangen Feuer-Flammen von ſich zu geben, unterdeſſen es ja nicht den geringſten Schaden dem Feinde verurſachen können, wenn er ſich ſonſt nicht vor demſelben, als einen Abgott gefürchtet hätte. Uber das ſind in dem Hochgräflichen Schwartzburgiſchen Rudolſtättiſchen und Stolbergiſchen Amte Heringen noch eine Art Götter anzutreffen, die man die Flämmiſche Länderey nennet, und ſolches dahero: weil dieſelbe vormahls nach der Rotenburg denen Flaminibus, oder Heydniſchen Prieſtern, ſollen zugehöret, und von ihnen den Nahmen bekommen haben: welche Muthmaſſung auch nicht ohne Grund iſt: indem die Güter gantz frey ſind, und derer Beſitzer noch dieſe Stunde, die Flämminge genennet werden; von welchen Herr *D. Johann Titius* weyland bey dieſer Stadt (Nordhauſen) wohlverdienter Syndicus und Conſulent, &c. in ſeinem unter dem Nahmen *Janſonii Torquati* herausgegebenen Büchlein, vom redlichen Vormunde, §. 14. p. 50. & ſeq. weitläufftiger handelt. Hat es nun vor beſagter maſſen daſelbſt vor alters Heydniſche Prieſter gegeben, ſo müſſen auch ſolche nothwendig einen Abgott gehabt haben, welcher allen Umſtänden nach, der Püſter geweſen. Hæc ex Behrenſenio in anteceſſum.

§. IV. Obſerv. (1) *Püſtrici Nomen.* Variant circa hoc ſcriptores, quod natales ejus, qui ſint, nondum perceperint. *Dn. Benjamin Scharffius in Juniperi deſcript. curioſa,* edit. Jen. anno 1679. & *Acta Erud. Lipſ.* Anno 1685. p. 363. vocant *Peiſterum. Theodorus Zwingerus* Theatr. Vit. Hum. Vol. III. lib. 1. fol. 614. *Püſtericium. Henricus Erneſtius* Variar. Obſervat. lib. 2. cap. ult. *Buſtericen. B. Caſpar Sagittarius* Antiquit. Gentiliſm. & Chriſtianiſm. Thuring. lib. 1. c. 2. Büſterich, & Püſterich. *Joh. Chriſt. Olearius* Syntagm. rer. Thuring. p. 178. & 321. Püſtrich, & denuo p. 321. Püſtericum. *M. Johannes Hoffmannus* Rector Francohuſan. in Programm. Scholaſt. ann. 1696. *Püſtricum. Zeilerus* Epiſt. 551. Päuſter; Alii Päuſter, Beuſtrich, Beuſterd, Beuſtord, & Püſter. ap. Cl. *Tenzelium* Monatliche Unterred. Anno 1689. pag. 722. *D. Adam Rechenberg.* Exercit. in N. T. p. 583. & *D. Behrenſium* in Hercynia Curioſa, c. 6. num. 4. p. 154. *Acta Erudit.* loc. cit. Büſterich; ſed *Sorabis* olim lingva ſua Byſtry, dictus eſt.

§. V. Obſerv. (2) *Püſtrici Etymon.* Verum enimvero, uti de idolo *Püſtrici* ſoli fere rerum Thuringicarum Scriptores expreſſim agere ſolent, eo quod Thuringie una nobis imaginem ejus conſpiciendam præbeat: Thuringia autem ſedes ſolumque proprie Germanorum a multis ſeculis ſit; ita communiter *Püſtrici* nomen ortu & ſignificatu Teutonicum credunt, dicuntque. Sic *B. Caſpar Sagittarius* Antiq. Gentiliſm. & Chriſtianiſm. Thuring. lib. 1. c. 1. num. 4. p. 9. edit. Jen. ann. 1685. in 4to. Ich weiß nicht, ob jemand von dieſes Götzens Nahmens Urſprung etwas gemeldet; mir kömmt glaublich vor, daß er ſeinen Nahmen von dem alten Teutſchen Worte Puſten, das iſt, blaſen, bekommen habe; Daher die Nieder-Sachſen einen Blaßbalg einen Puſter nennen, geſtallt er mit Waſſer angefüllet, ſolches mit Sauſen und Brauſen heraus wirfft: deswegen er auch wohl Püſterich, das iſt, reich von blaſen, mag ſeyn genennet worden. Sed & Piſt, Germanis ſibilum, ſive ſonum ſignat, editum dentibus ore compreſſo: ab hinc Piſter, & Piſtrin, mas & fæmina ſibilando vocans; & Piſtricht, adj. ſibilans, ſibilo aliquem conſpectans ſibilando & ſibilo, *Dn. Spate,* Lex. Germ. p. 1455. Quamobrem Püſter vel Püſtrich, olim Piſter, aut Piſterich, dictus videri poſſet, eo quod vehementi ſibilo ac ſtridore aquam, ignemque ejicere ſit ſolitus. Sane autem ut argumenta præſto ſunt declarantia, *Püſtricum* quondam non Teutonum, ſed veterum fuiſſe Sorarborum, numen: ita origo nominis nominisve rectius e ſcaturigine lingvæ Slavicæ repetenda erit. Polonis enim Byſtry, *rapidus, rapax, acris, violentus, qualis proprie torrens eſt, amnis aut fluvius*: item *ſagax, ſolers, acutus, perſpicax.* Sic & Bohemis Byſtry, idem, quod rychly, horowy, & ſpeſſny, id eſt, *agilis, velox, celer.* Et byſtro, it. byſtrze, adv. rapide; & byſtroſc, ſubſt. *rapiditas,* Polonis. A byſtry ergo, adjectivo, idolum byſtry, olim Sorabis dictum: atque ex eodem, me judice, Germanici oris vocabula nata ſunt, Büſter, Büſtrich, &c; vel B. in P. converſo, Püſter, Püſterich, Püſtrich, it. Püſtricus latin. *Püſtericius, Pieſterus,* &c. ſed Byſtry, idolum, id eſt, *celer, velox, violentus,* aut ſub intellecta voce iræ, quaſi tu latine dixeris: Numen plenum irarum, ſeu quod velox & præceps eſſe ſolet, ac graviſſime punit ac conſumit, veluti ignis aut tonitru. Verbo, *Fulgerator, fulminator,* Tonans; Græce *καταιβάτης*: qua de voce vid. *Petrus Burmannus tr. de Jove Fulguratore in Cyrrheſtarum nummis, edit. Traject. Batav. an. 1700.* & *Act. Erud. Lipſ.* an. 1701. p. 36. ſeqq. Confirmat autem etymon noſtrum, quod *Püſtricus* igne modico calefactus, ignem evomeret, tonitruaque horriſona ede-

ederet operareturve. Porro ex adjectivo Byſtry, derivandum quoque nomen pagi haud procul a metropoli Miſniæ Dreſda ſiti, Peſterwitz, *Joh. Conr. Knauth. Prodrom. Miſn.* pag. 335. Peſterwitz, im Amt Dreßden, ein alt Burgwardt Provinciæ Niſicenſis, ſub nomina (olim) Buiſtrize. Et Piſtritz, vel Biſtritz, pagus, prope *Witebergam*: ubi anno 1547. a 5. Maji, usque ad 7. Junii caſtra poſuit Carolus V. Imper. oppugnans Witebergam. *Hondorfſius*, & *Sturmius in Calendar. Sanctor.* fol. 120. 134. & 149. it. *Abraham Sauer Diar. Hiſtor.* fol. 250. Sic & Byſtrzyca, (leg. Byſtriza,) amnis Poloniæ, quod rapide fluat, ap. *Johann. Dlugoſſ.* Hiſt. Polon. lib. 1. fol. 16.

§. VI. Obſerv. (3) *Püſtrici Figura*, ſeu ſimulacrum. Extat autem etiamnum confecta, depictaque paſſim & deſcripta figura Idoli. Figuram ipſam ſive ſimulacrum *Püſtrici*, quale olim fuit, penes ſe hodie habet Aula illuſtriſſima Sondershuſana Schwarzburgica: Illam, hoc eſt, picturam deſcriptionemque partim nos a latere paginæ, partimque verbis autorum hic dabimus. *Theodorus Zwingerus* Theatr. Vit. Hum. Vol. III. lib. 1. fol. 614. edit. Baſil. anno 1586. ita: *In Thuringia a familia nobili Dutgerodia, idolum quoddam aneum aſſervatur, in fundamentis arcis Rotenbergiæ (quæ deſerta nunc jacet,) inventum in ſacello ſubterraneo. Idolum appellant Puſtericum, ſtatura pueri formatum: manum dextram auricula dextra: ſiniſtram genu ſiniſtro appoſitam habens. Intus cavum eſt, & aqua repletum, atque igne circumdatum, cum ingenti ſonitu aquam illam in adſtantes inſtar flammarum evomit.* Ex *G. Fabricio* de Reb. metall. cap. de Ære. *B. D. Caſpar Sagittarius Antiq. Gentiliſm. D. Chriſtianiſm. Thuring.* lib. 1. cap. 2 p. 7. & 8. Es iſt das Bild des alſo genannten Büſterichs, oder Püſterichs, welchen auch einige Püſter nennen, van Ertz gegoſſen, inwendig hohl, gehet ungefehr ein Eymer Waſſers hinein, und hält am Gewicht zwey und ſechtzig Pfund. Es iſt einer Ellen hoch, und der Umfang des Bauchs begreiffet eine Elle und ein Viertheil; und ſiehet man an demſelben keine Fuß-Sohlen. Seine rechte Hand lieget auf dem Haupte, und die lincke ruhet auf dem lincken Knie: Wiewohl ſolche auf Verordnung Landgraf Moritzens zu Heſſen, welcher dieſen Götzen einsmahls nach Caſſel bringen laſſen, abgelöſet warden; zweifelsfrey das Ertz zu probiren. Die Brüſte, Achſeln, und andere Theile des Leibes, inſonderheit aber der Bauch ſeyn nach der Maſſe des Bildes ſehr dick: und kan wohl ſeyn, daß man dieſer Urſache halber einen feiſten und dabey kurtzen Menſchen, hie zu Lande, (in Thüringen) bißweilen einen dicken Püſter nennet. Mitten auf dem Kopf hat es ein Löchlein, (nicht ein Loch, welches Merian, oder wer der Autor des Ober-Sächſiſchen Crayſſes iſt, eines Daumens groß, zu ſeyn, vorgibt,) und aber ein Löchlein im Angeſicht, an ſtatt des Mundes. Seyn beyde alſo klein, daß man keinen Finger hineinbringen kan. Unten iſt mit eingegoſſen ein Eiſen, ſamt einem viereckigten Loche, daß er, wohin man ihn ſtellen will, mit einem durchgeſteckten Riegel kan gefaſſet und gehalten werden. Wenn er mit Waſſer angefüllet, die zwey Löcher mit höltzern Pflöcken feſt zugeſchlagen, und alſo auf eine Pfanne mit glüenden Kohlen geſetzet wird, fänget er erſtlich an hefftig zu ſchwitzen, daß ein Tropff den andern fort treibet, biß er gäntzlich erhitzet, beyde Pflöcke aus dem Maul und Kopffe heraus ſtöſſet, welche mit einem Knall und Krachen, als donnerte es, dahin fahren: keines weges aber mit einem Gerichtlein hinweg gerücket werden: wie D. Sigfried Saccus in ſeiner Epiſtel-Poſtill an S. Andreas Tage, und aus ihm Caſpar Titius im Theologiſchen Exempel-Buch cap. 9. melden. Es ſprützet das eingefüllte Waſſer ziemlich weit heraus, wie Feuer-Flammen, welches einen übeln Geruch von ſich giebet: fället ſolches auf Steine oder Erden, ſo beflecket es dieſelbigen, als wäre es Schwefel oder Kreide: triffts aber Holtz, oder andere Materie, ſo brennen kan, zündet es ſolche gar leicht an. Es haben einſten in Graf Anton Heinrichs zu Schwartzburg Abweſen, ein Hauptmann und Schöſſer den Büſterich in der Hof-Küche zu Sondershauſen, aufs Feuer ſetzen laſſen, davon das Schloß angezündet, und kaum mit Noth gelöſchet worden. Seit dem, wenn man des Büſterichs Würckung hat ſehen, oder andern zeigen wollen, hat man ihn hinaus aufs Fild gebracht, da nicht leichtlich ein Schade daraus erwachſen können. Die Junckern von Tutgeroda ſollen ihn erſtlich, (ich weiß noch nicht, zu welcher Zeit,) gefunden haben, auf dem wüſten Schloſſe Rotenburg, ſo auf einem hohen Berge, nechſt bey dem Städtlein Kelbra lieget; nachdem iſt er an einen Edelmann, des Geſchlechts von Reiffenſtein gelanget, von welchem ihn Graf Günther zu Schwartzburg (ſo im Jahr 1552. verſtorben) überkommen hat.

§. VII. Pergit porro *idem* p. 10. ſeq. In dieſem Seculo iſt er (der Büſterich) in Kupffer geſtochen, nec non mea ætate, absque tamen inſcriptione Lipſiæ Anno 1689. vid. *Tenzelii* Colloq. Menſt. anno 1689. & Anonym. mit dieſer Uberſchrifft:

Siehſt du diß Bild, und biſt ein Chriſt,
Danck GOtt, daß du errettet biſt,
Durch ſein Wort von der Heydenſchafft,
Zum Chriſtlichen Glauben gebracht.

Die Unterſchrifft aber, iſt dieſe: Wahrhafftige Abbildunge des Abgotts Büſterichs, welchen die Thüringer vor ihrer Bekehrung bey dem Städtlein Kelbra auf dem Berge Rotenburg, als einen Gott geehret, und angebetet haben. Dieſer Götze iſt zweyer Werckſchuch hoch, inwendig hohl, von unbekannten Metall gemacht,

hat im Munde, und auf der Scheitel zwey Löcher, dadurch er voll Waſſers und ander Materie gefüllet, die Löcher mit Zapffen verſchlagen, zwiſchen glüende Kohlen geſetzet; ſo beginnet er durch die Bruſt zu ſchwitzen, inwendig zu donnern, dadurch ſich die Zapffen entledigen, und mit Auswerffung vieles Feuers in unglaubliche Höhe und Weite gantz geanſam anzuſchauen iſt. Ob nun wohl von etlichen, um das Metall zu erkundigen, von dem einen Arm ein Stücke, wie im Abriſſe gezeichnet / geſchlagen, ein ander Corpus gegoſſen, hat es doch nicht dergleichen effect præſtiret; welches Bild auf dem Schloſſe zu Sondershauſen noch heutiges Tages zu ſehen iſt. Was allhier von der andern Materie neben dem Waſſer, wie auch der unglaublichen Höhe gedacht wird, ſolches muß aus dem vorhergehenden geändert werden. Ob aber der Nachguß, und an was Ort derſelbe würcklich vorgenommen worden, davon habe ich noch keinen gründlichen Bericht; gedachten in Kupffer geſtochenen Abriß davon, wie ich zu Lübeck in die Schule gieng, im 1659. Jahre, ein Exemplar bekommen, hat Henricus Ernſtius in Holtz ſchneiden laſſen, und ſeinen im 1636. Jahr zu Amſterdam gedruckten Variarum obſervationum Libris, lib. 2. cap. ultimo einverleibet: wie ſolches aus nachfolgender Beſchreibung, die mit der angeführten teutſchen Unterſchrifft überein kommt, zu erſehen: *Vera effigies idoli Buſtericis, quod Thuringi, antequam ad Chriſtum converterentur, numinis inſtar, ſuperſtitioſo cultu proſequuti ſunt prope oppidum Kelben* (muß *Kelbra* heiſſen) *in monte Rotenburgico. Hoc ſimulacrum bipedalis magnitudinis, concavum, e metallo fabrefactum incognito, in ore & vertice capitis duo gerebat foramina, quæ immiſſo prius in alvum humore, aliaque materia, obturamento firmiter præcludebantur. Tum ſubjectis vivis carbonibus, idolum primo ſudorem emittere per pectus incipiebat; mox intus enatum tonitru vi ingenti propellebat obturacula, & magnam vim ignis ſurſum ac in transverſum eructabat, horrendo intuentibus ſpectaculo. Fuere qui metalli Speciem exploraturi portiunculam brachio avulſam, & igne liquatam in aliud corpus transfundere agreſſi ſunt. Sed irrito ſucceſſu, nec pari cum priore effectu. Servatur hoc idolum in hunc usque diem Sandershuſii.* Dieſes letztere Wort muß Sondershuſii geſchrieben werden. Nachmahls diſcurriret er von der Würckung dieſes Götzen-Bildes: welches, weil es meine Meinung mit mehreren bekräfftiget, ich gleichfalls, wiewohl nur ins Teutſche überſetzet, anführen will. So gehet es gemeiniglich daher, daß Leute, ſo die Philoſophie nicht verſtehen, wenn ſie etwas gewahr werden, deſſen Urſach ſie nicht begreiffen können, werden ſie darüber beſtürtzt, und meinen, es gehe übernatürlich daher, auch wohl in gemeinen und lächerlichen Dingen, und deren Urſprung in der Natur ſelbſt gegründet iſt; gewißlich diejenige, ſo in der Materie dieſes Götzen-Bildes die Urſache ſolcher wunderbahren Würckung ſuchen wollen ſcheinen gantz keinen Verſtand zu haben, von der Natur-Weißheit: Welche aber die Sache etwas genauer betrachten, können nicht zweifeln, daß die Pfaffen oder Götzen-Diener, damit ſie das gemeine Volck betrogen, und aus eines errichteten Götzen Gegenwart ihnen ein Anſehen und Gewinſt zu wege brächten, einen ſolchen liſtigen Fund erdacht haben, da doch ein jedwedes auf dieſe Weiſe gemachtes Werckſtück ſolche Würckung haben muß. Denn wenn du in ein holes und gantz verſchloſſenes Gefäß, das inwendig mit einem durchgeborten Deckel unterſchieden, etwas feuchtes gieſſen wirſt, daß es in den unterſten Theil abläufft, in den oberſten Theil aber etwas von ſolcher Materie, welche gar leichtlich zündet, und doch das Feuer lange halten kan, als da iſt, von Schwefel, ungelöſchten Kalck, Erdpech oder Kohlen gemachten Staub; Dieſes Gefäß aber auf glüende Kohlen ſetzeſt, ſo wird die erhitzte Feuchtigkeit einen groſſen Dampff abgeben, welcher wenn er durch die alſo genannte Antiperiſtaſin den mittelſten Deckel erreichet, die darauf liegende Materie anzünden wird. Ferner wird alsdenn die dünngemachte Lufft, ſo ſich in dem engen Platz nicht behelffen kan, wenn er mit groſſen Ungeſtüm einen Ausgang ſuchet, die Pflöcke aus, und das Feuer mit groſſer Bewegung vertreiben. Es hat Hero ein dergleichen Werck zuverfertigen gewieſen / welches, wie es der Vernunfft gemäß, alſo erfahren ſolches faſt täglich die Büchſenmeiſter. Weil *Ernſtius* in den Gedancken ſtehet, es würde zu einer ſolchen Würckung nicht ſowohl die Materia des Götzens, als deſſen inwendige Form und nebſt dem Waſſer, auch eine andere leichtlich zündende Materi erfordert, ſo hat man ſich noch zu erkundigen, ob bey dem Büſterich auch dergleichen in acht genommen würde. Schlüßlich hat auch Hr. Benjamin Schaeff, in ſeiner Juniperi deſcriptione curioſa, ſo zu Jena anno 1679. in den Druck gegeben worden, dieſen Götzen nicht allein ziemlich genau beſchrieben, ſondern auch deſſen Vorder- und Hintergeſtalt in zweyen Kupffer-Blätlein abbilden laſſen; Dieſe Beſchreibung will ich nun derwegen mit anführen, damit der geehrte Leſer, ſolche mit denen andern deſto beſſer vergleichen möge. *Pieſterus*, ſpricht er, *imago eſt ænea, incerta, nec adhuc, brachium licet hanc ob cauſam illi ſit avulſum, cognitæ æris ſpeciei, hominis ſedentis ſtaturam præſe ferens, capite magno perforato, ore perforato, amploque ventre prædita; aſpectu terribilis, & tota cava. Hæc ſi tota adimpleatur aqua, aliisque rebus diverſarum qualitatum & ſupra ignem obturatis foraminibus in capite & ore ligno firmiſſimo collocetur, paulo poſt cum iu caleſcit humor, tranſudat ſudoris inſtar. Succedente vero tempore, & accreſcente calore,*

ve,Ja-

obſtacula foraminibus intruſa & admota maximo cum impetu rejicit, magnoque cum fremitu & boatu igneam evomit flammam, maximo cum terrore, ſummaq; admiratione adſtantium. Hanc antiquam & de gentilium adhuc ſuperſtitione reſtantem imaginem aſſervat illuſtriſſima Aula Sonderſhuſana Schwartzburgica. Olim poſita fuit in monte Rotenburgo altiſſimo prope Kelbram ſito, & ea uſi ſunt ſacerdotes ethnici ad lucrum excitandum & ſacrificia adaugenda, dum majoribus noſtris fucum neſcientibus perſuaſerunt, Deum Pieſterum eſſe iratum, & præ ira ardore ſuderem illum emittere; ideoq; neceſſe, ut donis placetur. Hoc ſi factum, ignem auxerunt, & tunc ſecuti ſunt fremitus & boatus, ignisq; violenta egeſtio; quibus viſis & auditis imperita ſuperſtitioſa cohors attulit, quæ poſſedit, ira Pieſteri ut placetur. Add. *Autor Anonymus* Thüring. Merckw. Geſchichte, cap. 12. p. 59.

§. VIII. Ulterius de *Püſtrici cauſa materiali.* Ita porro *B. D. Sagittarius p. 10.* Es melden einige der Scribenten, daß viele in der Meynung ſtehen, Büſterich ſey durch Zauberey und Teuffels-Künſte alſo zugerichtet, und könne ihn niemand nachmachen, noch ein ſolches Bild, das Flammen ausgöſſe, bereiten und verfertigen. Aber ich halte davor, daß es alles natürlich hergehe, und der Büſtrich ohne Zauberey, allein durch Menſchen Kunſt und liſtige Erfindung gegoſſen ſey, wie vor alters der Ochſe Perilli. Es ſeyn auch andere ſolche Bilder mehr, die das eingefüllete und erhitzete Waſſer dergeſtalt mit ſtarcken Brauſen und Feuer-Flammen von ſich geſtoſſen, als donnerte und blitzete es, verfertiget worden. Denn bey Lebzeiten Pabſts Leonis des X. der vom 1513ten Jahr bis 1521. den Römiſchen Stul beſeſſen, iſt ein ſolches von einem Meiſter zubereitetes hohes Bild zu Rom vorhanden geweſen, welches *Marcellus Palingenius* geſehen, und in ſeinem Zodiaco vitæ Humanæ lib. XI. davon alſo ſchreibet:

Vidi ego, dum Romæ decimo regnante Leone
Eſſem, opus a figulo factum, juveniſq; figuram
Efflantem anguſte validum ventum oris hiatu.
Quippe cavo infuſam retinebat pectore lympham,
Quæ ſubjecte igni reſoluta exibat ab ore.
In faciem venti validi, longeque furebat,
Ergo etiam ventus reſoluta emittitur unda,
Dum vapor, exhalans fugit impellente calore.
Namque fugare ſolent ſeſe contraria ſemper.

Hactenus ex *Sagittario.*

§. IX. Similiter de *Püſtrico* ita diligentiſſimus *Johann. Chriſtopherus Olearius Syntagm. rer. Thuring.* ſub nomine Sondershauſen pag. 321. ſeq. Es wird noch heutiges Tages ein uralter heydniſcher Abgott, oder Götzen-Bild, der Püſtrich genennet, (Püſtericus) auf dem Schloſſe zu Sondershauſen zum Gedächtniß behalten, und als ein Wunder gezeiget: Seiner wird in vielen Büchern gedacht. Die Juncker von Tüttgeroda haben ihn gehabt, iſt darnoch an den von Reiffenſtein gelanget, von dem ihn Graf Günther zu Schwartzburg, (ſo Anno 1552. verſtorben) überkommen. Es iſt daſſelbige Bild gegoſſen von Ertz, inwendig hohl, und gehet ein Eymer voll Waſſer drein, iſt einer Ellen hoch; der Umfang des Bauchs eine Elle, und ein Viertheil, wie ich ſelbſt das mit einem Faden gemeſſen habe. Und iſt ein alt Sprichwort: daß man einen fetten Menſchen nennet, einen dicken Püſtrich. Es hat der Püſtrich keine Fußſohlen, ſeine rechte Hand lieget auf dem Haupte. Mit dem lincken Beine kniet er nieder. Die lincke Hand hat auf dem lincken Knie gelegen, iſt vom Arm abgelöſet worden, durch den Landgraf zu Heſſen, der ihn einsmahls gen Caſſel holen laſſen. Am Gewichte hält er 62. Pfund; mitten auf dem Kopffe hat er ein Löchlein, (nicht ein Loch, welches *Merian* eines Daumens groß beſchreibet,) und eines am Angeſicht, an ſtatt des Mundes; ſind beyde alſo klein, daß man keinen Finger hinein bringen kan. Unten iſt mit eingegoſſen ein Eiſen, mit einen viereckichten Loche, daß er, wohin man ihn ſtellet, mit einem durchgeſteckten Riegel kan gefaſſet und gehalten werden. Wenn er mit Waſſer ausgefüllet, die zwey Löchlein mit höltzernen Pflöcken feſt zugeſchlagen, und alſo auf eine Pfanne glüender Kohlen geſetzt wird, fängt er an hefftig zu ſchwitzen, daß ein Tropff den andern fort treibet, biß er erhitzet, beyde Pflöcke aus dem Maul und Kopffe heraus ſtöſſet, welche mit einem Knall und Krachen, als donnerte es, dahin fahren; keines weges aber mit einem Stricklein hinweg gerücket werden, wie *D. Sigfridus Sacrus* über die Epiſtel am S. Andreas-Tage, und aus ihm *Caſp. Titius* ſchreiben. Es ſprützet das eingefüllete Waſſer ziemlich weit heraus, wie lauter Feuer-Flammen, das gibt einen übeln Geſtanck von ſich, fället ſolch Waſſer auf Steine oder Erden, ſo beflecket dieſelbigen, als wäre es Schweffel oder Kreide; trifft es aber Holtz oder andere Materie, die brennen kan, ſo zündets ſtracks an. Es haben einsmahls im Graf Antonii Heinrichs, und Graf Hanns Günthers Abweſen ein Hauptmann und Schöſſer den Püſtrich in der Hof-Küchen zu Sondershauſen aufs Feuer ſetzen laſſen, davon das Schloß angezündet, in Gefahr geſetzet, und kaum mit Noth gelöſchet worden. Sint der derſelbigen Zeit, wenn man des Püſtrichs Würckung habe ſehen, oder andern zeigen wollen, hat man ihn hinaus aufs

Feld

Feld gebracht, da er keinen Schaden thun kan. Die Junckern von Tüttgeroda haben den Püſtrich funden auf dem wüſten Schloſſe Rotenburg, das auf einem hohen Berge ſtehet, nechſt bey der Stadt Kelbra. Von derſelbigen Höhe haben die Heydniſchen Pfaffen die Einwohner des Landes durch des Püſtrichs Donnern und Feuer-Flammen erſchrecket, und in Gehorſam behalten: welches, wie *Saccus, Tiſius, Röſerus*, und *Merian* ſchreiben, auch von den München im Pabſthum mit dieſem Götzen-Bilde ſoll verübet ſeyn. Das Dorff Büſterwiz bey Dreßden, in einem Lateiniſchen Brieffe, anno 1068. Buiſtrizi genannt, (*Petrus Albinus* Meißn. Chron. fol. 432.) gibt Anzeigung, daß auch an denſelbigen Orten dem Püſtrich gedienet worden. Ferner melden zwar etliche der angezogenen Autoren, als *Saccus, Tiſius, &c.* daß viel in der Meynung ſeyn, und ſtehen, Püſtrich ſey durch Zauberey und Teuffels-Kunſt alſo zugerichtet, und könne ihn niemand nachmachen, noch ein ſolch Bild, das Flammen ausgöſſe, bereiten und verfertigen: Aber es gehet mit dem Püſtrich alles natürlich zu, und iſt er ohne Zauberey allein durch Menſchen Kunſt und liſtige Erfindung gegoſſen; wie vor alters, ein Künſtler, Perillus, einen Ochſen goß, von Ertz, daran ein Loch, daß man einen Menſchen hinein ſtecken konte, und wenn Feuer darunter angezündet ward, gab des Menſchen Geſchrey und Heulen eine ſolche Stimme, als brüllete der Ochſe, welches der Tyrann Phalaris zu Agrigento in Sicilien am Werckmeiſter Perillo zu erſt probiret und verſuchet. *Phalaris* in Epiſt. ad Athenienſ. *Cicero* in Verr. lib. 6. *Idem* in Piſon. & Tuſcul. Quæſt. lib. 2. & 5. *Val. Max.* lib. 9. c. 2. *Plin.* lib. 34. cap. 8. *Plutarch.* in Parallel. min. *Stob.* Serm. 40. *Oroſius* lib. 1. c. 20. *Horat.* 4. Epiſt. 20. *Propert.* l. 2. Eleg. 25. *Ovid.* de arte. lib. 1. Triſt. lib. 3. Eleg. 11. & lib. 5. Eleg. 14. Idem in Ibin. *Juvenal.* Satyr. 8. *Perſius* Sat. 3. v. 39. *Claudianus* in Eutrop. lib. 1. Als nun Perillus darinn verbrannt, hat Phalaris den Ochſen nach Delphis geſchickt, daß er als ein ſonderbares fürtrefflich Kunſt-Stück zum Gedächtnis in Apollinis Tempel geſetzt worden, aber man hats nicht angenommen. *Lucianus*, & *Eraſmus* in Adag. Da hat Phalaris den ehrin Ochſen in ſeiner Veſtung, ſo auf einem Berge gebauet war, geſtellet, und darin manchen Menſchen gequälet; daher derſelbige Ort genennet worden Collis ſceleratus, das iſt, der Schelmen-Berg. *Diodorus Siculus* lib. 19. Endlich iſt der Wüterich Phalaris von der gantzen Bürgerſchafft zu Agrigento überfallen, *Cicero* Offic. lib. 2. man hat mit Steinen auf ihn zugeſtürmet. *Val. Max.* lib. 3 cap. 3. und ihn in mehr beſagten Ochſen geſteckt und verbrannt. *Ovid.* in Ibin. Etliche ſprechen, die Agrigentiner haben den Ochſen ins Meer geworffen. *Timæus* ap. *Zwinger.* Theatr. Vit. Hum. f. 2940. welches doch nicht ſo iſt; denn er iſt ja da blieben, biß ihn die Carthaginenſer im Kriege geraubet, darnach in Zerſtörung der Stadt Carthago von Scipione den Agrigentinern wieder zugeſtellet worden. *Cicero* in Verr. l. 6. or. 9. *Münſter.* Coſmograph. lib. 2. c. 92. Eben dergleichen hat *Aruntius Paterculus* ein Pferd von Ertz gegoſſen, (wiewohl *Fulgoſus* dict. & fact. memorab. lib. 9. cap. 2. und *Letznerus* in daſſelb. Chron. lib. 2. c. 16. von einem Ochſen ſagen,) inwendig hohl, iſt aber ſelbſt von Æmilio Cenſorino, der die Stadt Ægiſtha in Sicilien beherrſchet, hinein geſtoſſen und darinnen verbrannt. *Plutarch.* in Parall. min. c. 75. Alſo iſt das Ungariſche Handvaß ausgegoſſen in Geſtallt eines hohen Pferdes und Reuters, welches bey Sültzeborn anno 1642. aus dem Acker gepflüget worden, und Graf Ludwig Günther der II. zu ſich genommen. Anjetzo iſt ſolches zu Arnſtatt in der Hochgräfl. Schloß-Bibliothec zu ſehen. Viel andere Kunſt-Stücke aus Ertz hat man beym *Plinio* zu leſen nach der Länge lib. 34. cap. 8. Ja es haben vor langen Jahren Salomon und Hiram mancherley ſeltzame Dinge aus Ertz künſtlich gegoſſen, *1. Reg. 7. 2. Chron. 4. Jerem. 52.* Es ſind auch andere mehr ſolche Bilder, wie Püſtrich iſt, gemacht und vollbracht worden, die das eingefüllete und erhitzte Waſſer dergeſtalt mit ſtarcken Brauſen und Feuer-Flammen herum geſtoſſen, als donnerte und blitzte es; Denn bey Lebzeiten Pabſts Leonis des X. (der vom Jahr 1513. bis ins 1521te den Päbſtlichen Stuhl beſeſſen) iſt ein ſolches von einem Meiſter zubereitetes hohes Bild zu Rom vorhanden geweſen, welches *Marcellus Palingenius* geſehen, und davon ſchreibet. Vidi ego dum Romæ, &c. lib. 11. Zodiac Vit. Human.

§. X. *D. Georg. Henning. Behrens in Hercyn. Curioſ.* cap. 6. n. 4. p. 153. ſeqq. Zwiſchen dem wüſten Schloſſe Kieffhauſen, und der Hoch-Gräflichen Schwartzburgiſchen Rudolſtädtiſchen Stadt Kelbra, liegt ein altes Berg-Schloß, ſo die Rotenburg genennet wird, und nunmehr ſehr verfallen iſt, hierauf hat zu denen Zeiten, da unſere Vorfahren noch ungläubige Heyden geweſen, der Abgott geſtanden, welchen die Autores insgemein den Päuſter, Püſtrich, oder Peuſtrich: die Einwohner der güldenen Aue aber den Beuſterd, oder den Benſtard, und die Nieder-Sachſen den Püſter nennen, weilen er, wie folget, die Feuer-Flammen gleichſam von ſich püſtet oder bläſet. Dieſer Heydniſche Abgott iſt noch vor gedachter Zeit ehemahls bey einem von Adel von Tutgerode am Hartze vorhanden geweſen, und nachgehends von dar nach Sonderhauſen gebracht worden, allwo derſelbe noch biß hieher auf dem Hochfürſtlichen Schwartzburgiſchen Schloſſe in dem Zeughauſe, als eine Rarietæt, zum Gedächtniß aufbehalten wird. Die Materie, daraus dieſes Götzen-Bild gemacht worden, iſt ein Metall, was es aber eigentlich vor eine Gattung deſſel-

den ſey, kan man aus dem bloſſen Augenſchein nicht erkennen, und wird vor gewiß geſagt, daß man ſolches auch nicht habe erforſchen können, als einesmahls von deſſen lincken Arm ein Stück abgelöſet, und im Feuer probiret worden; derowegen es nicht unbillig von etlichen für ein unbekantes Metall gehalten wird. Die Geſtallt deſſelben iſt ziemlicher maſſen heßlich, denn er wie ein wilder und unbändiger Junge, der aus Boßheit ſeine Geberden verſtellet, ausſiehet. Es iſt aber dieſes gegoſſene Bild eine Elle hoch, ſeine rechte Hand lieget auf dem Kopffe, und die Finger von der lincken befinden ſich über dem lincken Knie, denn der lincke Arm unter dem Ellenbogen bis auf die Finger, wegen der vorgedachten Probe des Metalls, abgebrochen iſt. Mitten auf dem Haupt hat daſſelbe ein Loch, wie ein guter Finger, oder Daumen dicke, und an ſtatt des Mundes, iſt noch ſo eines vorhanden. Der Bauch iſt, nach proportion des Bildes, ſehr dicke, und begreiffet der Umfang von auſſen auf fünff viertel Elle: und dieſes iſt die Urſache, daß ein ſehr dicker und fetter Menſch dieſer Orten ein dicker Püſter oder Püſtrich genennet wird. Inwendig iſt ſo wohl der Bauch, als auch das gantze Bild hohl, und gehet ohngefehr ein Eymer Waſſer hinein. Im übrigen mangeln demſelben beyde Füſſe, und kniet es auf dem zerſtümmelten rechten Bein; das lincke aber iſt etwas aufgerichtet, und ruhet daſſelbe darauf; Dahero der Püſter nicht, wie einige wollen, ein vollkömmlich ſitzendes, ſondern vielmehr ein kniendes Bild præſentiret, oder vorſtellet, wie ein jeder, der es einmahl recht in Augenſchein genommen hat, bekennen wird. Man ſagt, daß, wenn man dieſen Götzen mit Waſſer anfülle, deſſen Löcher mit hölzernen Pflöcken verſtopffe, hernach in das Feuer, oder auf glüende Kohlen ſetze, ſolcher alsdann anfange ſo ſehr zu ſchwitzen, daß ein Tropffe dem andern folge, ſo bald er aber gäntzlich erhitzet werde, ſtoſſe er beyde Pflöcke von ſich mit einem ſolchen Knall, als wenn es donnerte: hierauf werffe derſelbe aus beyden Löchern, in die Höhe und Weite, viele Feuerflammen, &c. So vermeinen aber viele, daß ſolches Bild nicht natürlicher Weiſe die Feuer-Flammen ausſpeye, ſondern alſo von denen Heydniſchen Pfaffen durch Teuffels-Kunſt zugerichtet worden ſey: indem ſie dergleichen Zaubereyen und Augenverblendende Gauckeley vor Alters mehr getrieben hatten: Allein ob ſchon nicht zu läugnen ſtehet, daß von denen Götzen-Prieſtern alle ihre Betrügereyen mit Rath und Hülffe des Teuffels verrichtet worden, und es alſo ſcheinet, daß es dieſertwegen auch leicht eine ſolche Beſchaffenheit mit dieſem Abgott haben könne; zumahl, da dem Bericht nach, es ſelten ohne Unglück und jemandes Beſchädigung abgangen iſt, wenn derſelbe auf dem Feuer ſeine Probe hat ablegen ſollen, ſo iſt es doch ebenfalls bekannt, daß der Teuffel, als ein Tauſentkünſtler ſich ingleichen der natürlichen Mittel zur Zauberey bediene: Derohalben Herr *D. Sagittarius* in ſeinen Antiquitatibus Gentiliſmi Thuringiaci lib. 1. cap. 2. nicht ohne Urſach davor hält: daß es mit dem Püſter alles natürlich zugehe, &c. Gedachter *Sagittarius* will, daß man ſich erkundigen ſolle, ob bey dem Püſter ſo wohl die inwendige Form, als eine leichtlich zündende Materie, ſo entweder ſchon darinnen, auf eine unbekannte Art, verborgen iſt, oder mit dem Waſſer erſtlich hinein gethan werden muß, nicht zu zweiffeln; maſſen Herr *Lic. Benjamin* Scharf, weiland Hochfürſtlicher Leib-Medicus und Bürgermeiſter zu Sandershauſen, in ſeinen Lateiniſchen Tractat de Junipero cap. 8. p. 105. geſtehet: daß der Püſter nicht allein mit Waſſer, ſondern auch andern Qualitæten angefüllet werde. Gewiß iſt es, daß das Waſſer allein und für ſich ſelbſt unmüglich Feuer-Flammen, wohl aber einen ſtarcken Knall, und darauf ein pfeiffendes und gleichſam heulendes Brauſen verurſachen kan, welches die von dem *Athanaſio Kirchero* in ſeiner Arte Magnetica Part. 2. lib. & cap. 3 fol. 433. beſchriebene Pilæ Æoliæ, oder Wind-Kugeln genugſam bezeugen; denn wann man dieſelben allein mit Waſſer anfüllet, und auf glüende Kohlen ſetzet, werden ſie zwar, wie der Püſter, den in das Mund-Loch geſteckten Pflock mit einem ſtarcken Getöne ausſtoſſen, doch aber keine Feuer-Flammen von ſich geben, man mag es auch verſuchen, wie man will; und erinnere ich mich, daß der weiland unvergleichliche Mathematicus und Profeſſor zu Jena, Hr. *Erhardus Weigelius* in einem Collegio Experimentali oder Curioſo, in meiner und anderer Gegenwart mit ſolchen Wind-Kugeln auf vorbeſagte Art unterſchiedene curieuſe experimenta angeſtellet: niemahls aber damit aus bloſſen Waſſer Feuer-Flammen zu wege gebracht hat. Gleich wie nun daſſelbe mit denen itztgemeldten Wind-Kugeln nicht angehet; alſo vermag der Püſter ebenfalls nicht, ſolches zu thun, wenn dem Waſſer nicht vorhero eine in demſelben leicht brennende materie, es geſchehe nun auf was Art und Weiſe es wolle, zugethan worden, weil der Püſter nichts anders, als eine figurirte Gattung ſolcher Wind-Kugeln iſt; wie ein jeder, der deſſen faſt Kugelrunden Bauch mit andern Umſtänden recht betrachtet, und gegen ſolche Kugeln hält, leicht bekennen muß. Woraus aber vorgedachte brennende materie eigentlich beſtehe, iſt mir noch unbekannt. Etliche muthmaſſen, daß ſolches nichts anders als Schwefel, ungelöſchter Kalck, und dergleichen ſey, zu welchen Gedancken ſie unter andern von dem *Zeilero* verleitet worden, als welcher unter andern in der 551. Epiſtel pag. 870. gedencket: wie das Feuer von dem Püſter nicht allein einen garſtigen Geſtanck, und dicken ſchwartzen Rauch von ſich gebe, ſondern auch wie Schwefel oder Kreide auf die

Steine oder Erde falle, und dieſelbe alſo deflecke, welches dieſelben vor Kennzeichen vorbeſogter materialien halten, und ich dahin muß geſtellet ſeyn laſſen, weil noch niemahls den Püſter habe probieren geſehen. Sed forte aliquid olei *Püſtrico* datum eſt, aut aquæ, qua impletur, adfunditur? ita enim *clariſſimus Mariottus Gallus, Academiæ Regiæ Scientiarum Socius, in tractatu de Motu Aquarum aliorumq; corporum fluidorum*, edito *Pariſiis anno Chr.* 1686. *Præter materiam aëream, aliam adhuc aquæ ineſſe, quam fulminantem dixeris; Ubi enim olei quidpiam ſuper guttam inſigniorem aquæ vaſculo cupreo vel ſtanneo immiſeris, illudque candela ſubtor incenſa calefeceris, evaporaturum primo aërem aquæ inhærentem, oleo dein incaleſcente fulminationes quaſi ex gutta iſta aquæ erupturas, quæ eandem in duas, tresve particulas diviſura, partem olei vero in altum ejaculatura ſint. Autumat autem iſtam vim procedere a particulis quibusdam ſalinis, quæ dato certo gradu caloris ſubito ſe dilatent, inſtar auri fulminantis.* Hæc ex *Act. Erudit. Lipſ. Supplement. Tom. I. p.* 152.

§. XI. Porro ad *Figuram* Püſtrici etiam pertinent, quæ ſcribit *Anonymus Autor* der Thüring. Merckwürd. Geſchichte cap. 12. p. 60. Ihre Fürſtl. Durchl. Herr Hertzog Johann Ernſt, ſo zu Saalfeld itzo reſidiren, bekamen an. 1675. in Vertheilung des Fürſtlichen Silber-Serviſes, ſo die weiland Durchlauchtigſte und ſtille Fürſtin, Frau Dorothea, Hertzog Albrechts zu Eiſenach nachgelaſſene Wittbe zu Altenburg hinterliß, ein Trinck-Geſchirr, welches auf dem Bilde dieſes Püſtrichs ſtunde: Ihre Durchl. brauchten es auch damahls curioſitæt halber, zuweilen an ſtatt des Mund-Bechers.

§. XII. Sed ſatis de figura *Püſtricii*: κακοζηλίαν autem, quam ſpurciſſimus Satan hic prodiderit maxime obſerves velim: nimirum, ignem, flammas, tonitrua horrenda, calicem *Püſtrico* a ſuis tribui curavit, ut ſic iræ vim, & qualitatem, in Sacris paginis Deo attributam, ſibi figurisque ſuis vendicaret. *Ira Divina*, verba ſunt *D. Wolffgangi Mamphraſii in Praxi Theol. p.* 39. *ſeq.* edit. Lipſ. anno 1612. *comparatur Igni ſeu incendio ardenti, & omnia obvia abſumenti. Moſes cum timorem iræ Dei Iſraëli incutere vellet, dixit, Deut. 4. cave ne quando obliviſcaris pacti Domini Dei tui, &c. quia Dominus Deus tuus ignis conſumens eſt, Deus æmulator. Et Deus ipſe ultionem iræ ſuæ comparat igni Levit. 32. Ignis ſuccendetur in furore meo, & ardebit usq; ad inferni noviſſima. Cum timorem ſui dicto populo incutere vellet, deſcendit in igne maximo in montem Sina, Nahum 1. Ante faciem indignationis ejus quis ſtabit, & quis reſiſtet in ira furoris ejus? Indignatio ejus effuſa eſt uti ignis, & petra diſſoluta ab eo. Vim iræ ſuæ declaravit in Sodomitas, Gen. 19. in populum Iſraelis, Num. 11. in factioſos, Num. 26. ubi ignis, quo de populo 14000. abſumebantur, Ira a Domino egreſſa vocatur. Sic in fine mundi iram ſuam effuſurus in totum orbem, ignem cælitus ad comburendum cuncta demittet. Deinde ira Dei comparatur tempeſtati, quam horrendam indicat Scriptura, metaphorice vehementiam iræ depingens a terræ commotione, a ſpiritu & flatu, a fulguribus, & fulgetru, a multitudine aquarum, a fulminibus, a ſagittis, a tonitruu, &c. Pſalm. 18. commovebatur & contremiſcebat terra. Pſalm. 78. Inundarunt aquis nubila, vocem dederunt nubes, etiam ſagittæ tuæ diſcurrerunt. Vox tonitrui tui in rota, illuxeruntq; fulgura tua orbi, commota eſt & contremuit terra. Pſal. 63. Iratus eſt furor Domini in populum ſuum, & extendit manum ſuam ſuper eum, & percuſſit eum: & conturbati ſunt montes, & facta ſunt eorum morticinia, quaſi ſtercus in medio platearum. Pſalm. 76. ab increpatione tua Deus Jacob conſopitus eſt currus & equus. Tu terribilis es, & quis ſtabit coram te, ſimul ceperit ira tua, id eſt, ubi e cœlo audiri facis judicium, terra timet & ſilet, &c.* Item: *Qui aufert ſpiritum Principibus, terribilis regibus terræ. Job. 9. Si voluerit contendere cum eo, non poterit ei reſpondere unum de mille, &c. Deus cujus iræ nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curvantur, qui portant orbem. Tertio ira Dei comparatur furori Zelotypi: Deus eſt æmulator Zelotes, qui inſtar mariti honeſti & Zelotypi ardenter amat genus humanum, & viciſſim vult ab eo ſe ſolum ſuper omnia amari & coli. Ut igitur maritus aut ſponſus honeſtus ardenter iraſcitur conjugi, fidem conjugii violanti, & aliis qui eam a ſe alienant. Ita Deus horrendas indignationum flammas concipit adverſus omnes, qui ſe neglecto idola colunt. Omnino igitur horrendas indignationum flammas Püſtricus ſpiraſſe viſus eſt, ut ſacrorum ſuorum, aliorumque idolorum tractatores negligentiores perterrefaceret & puniret. De calice etiam amari potus*, h. e. *pœnarum & ſuppliciorum Deo metaphorice adſignato*, confer. *Pſalm. 11, 6. Pſalm. 75, 9 Eſa. 51, 17, 22. Thren. 4, 21. Jerem. 25, 15. cap. 51, 7. Ezech. 23, 33. 34. Zachar. 12, 2. Matth. 20, 22. 23. cap. 26, 39. 42. Apoc. 14, 10.*

§. XIII. Obſerv. (4) *Püſtrici cultores, Thuringos* communiter, hoc eſt, Germanos, terræ Thuringicæ incolas antiquiſſimos Viri docti id genus idoli coluiſſe ſcribunt: ita *Sagittarius, Olearius*, & ceteri ſupra a nobis citati. Nos rectius *Sorabos*, regionis Thuringicæ invaſores priſcos in ſpecie ſubſtituimus. Cauſa prima eſt, quod in catalogis Deorum Germanorum veterum apud ſcriptores de *Püſtrico* altum ſit ſilentium. *B. Sagittarius* lib. 20. & capite citato p. 10. Wer zu erſt dieſes Götzens Püſtrich in Schrifften gedacht, kan ich zwar eigentlich nicht wiſſen jedennoch muthmaſſe ich, daß ſolches nicht ehe, als nach ſeiner neuen Erfindung, welche den Junckern von Tuttgerota zugeſchrieben wird, geſchehen. *Georgius Fabricius*, ſo im 1570. Jahr verſtorben,

den, hat ſeiner Erwehnung gethan in dem Büchlein de Septem Metallis, und nach ihm *Theodorus Zwingerus* in ſeinem Theatro Vitæ Humanæ. Secundo extat apud *Othlonem* lib. 1. cap. 24. *Baronium* Anno 723, n. 10. in Epiſtolis Bonifacii, n. 119. *Johannem Letznerum* Hiſt. S. Bonifacii, & *Sagittarium Antiq. Gentiliſm. & Chriſtianiſm.* Thuring. lib. 2. c. 4. p. 51. literæ Gregorii II. P.R. ad Thuringos perſcriptæ, ubi inter alia hæc verba leguntur: Inſinuatam nobis magnificæ fidei veſtræ conſtantiam agnoſcentes, quod paganis compellentibus vos ad idola colenda fidei plena reſponderitis, magis valle feliciter mori, quam fidem ſemel in Chriſto acceptam aliquatenus violare; repleti nimia exultatione grates debitas perſolvimus Deo noſtro, redemptori, bonorum omnium largitori, &c. Putat equidem doctiſſimus *Sagittarius* pag. 53. nomine *paganorum* compellentium *Saxones* intelligi: Fraget man, was es vor Heyden ſeyn, ſo die Thüringiſche Herren zu Abgötterey genöthiget, ſo halte ich gäntzlich davor, daß ſolches eben die Sachſen geweſen, die mit ihrem Theil Thüringen nicht vergnüget, in das unter der Francken Könige Bothmäßigkeit gehörige Thüringiſche Land gefallen, und einen Antheil deſſelben ihnen unterwürffig gemacht haben. Verum paulo poſt cap. 5. p. 56. *Sagittarius* bene in rem noſtram e Jch läugne nicht, daß es auch noch zu Bonifacii Zeiten viel Heyden in Thüringen, ſonderlich unter dem gemeinen Pöbel abgegeben, die Theils noch aus dem alten Heydniſchen Thüringen geweſen, und in ihrer Blindheit bißher verblieben, theils, da es mit dem Regiment der Chriſtlichen Fränckiſchen Könige, und dero Befehlshaber gar ſchlecht bewandt, entweder von ſich ſelbſt, abgefallen, oder durch die benachbarte Sachſen auch NB. wohl durch die Sorben, dazu genöthiget worden. Placet ideo poſterior ſententia, quia Gregorii II. temporibus, hoc eſt, ſeculo octavo Sorabi nondum omnes ex Thuringicis oris diſceſſerint. Tertio adſunt vero teſtimonia perſpicua, Sorabos olim Thuringiam occupaſſe, & in ea conſediſſe; ea autem hæc ſunt: *Matth. Quad in Supplem. Europa Vopeliana* Part. 3. cap. 13. p. 80. edit. Colon. an. 1597. Die Landſchafft Thüringen iſt vor Zeiten ein Königreich geweſen, und ligt zwiſchen den Flüſſen Saal und Werram, hält in der Länge und Breite gleich 12. Meilen. - - Dieß Ort, ſagt man, ſollen etwa die Sorabi bewohnet haben. *Petrus Albinus* Chron. Miſn. tit 6. p. 149. Die Wendiſchen Sorabi (*Andr. Angelus* Annal. March. fol 22. ait. die Wenden aus der Marck Brandenburg, Pommern, Mecklenburg, Lauſitz, Böhmen &c.) ſind Einwohner des Landes Meiſſen geweſen, welche aber damit nicht zu frieden waren, ſondern haben ſich bißweilen an die Thüringer, ja auch wohl weiter (vid. *Sagittarius Antiq. Ducat. Thuring.* lib. 1. cap. 10. lib. 2. cap. 2. lib. 3. c. 5. 9. 10. &. lib. 4. cap. 20.) an dasjenige, ſo den Francken und Sachſen zuſtändig mit Einfall, Raub und Plündern gemacht: Derhalben denn die Francken, als dieſelbe Zeit ein ſehr mächtig Volck, mit ihnen zuſammen gewachſen, ſonderlich weil ſie die Thüringer, als ihres Reichs Verwandten und Unterthanen, von rechts wegen für unbilliger Gewalt beſchützten, ſtets auch mit dieſen, gleich wie Sachſen bey Braunſchweig und Lüneburg unten mit den Wenden, ſo in der Marck, und beſſer hinter, gegen der See geſeſſen, zu Kampff gelegen / biß ſo lange ſie die nahen Wenden entweder (aus Thüringen, nemlich an. 640. *Andr. Bejerus Geograph.* Jena cap. 4. p. 60.) vertrieben, oder allgemach nach einander mit Kriegen müde gemacht, daß ſie etwas bändiger, und leutſeliger worden. *Chriſtophorus rer. Luſat.* lib. 2 c. 3. *Slavorum populi,* Sorabi *inquam, Venedi & Luſati non contenti amplitudine occupata terra, diu multumque ex una parte Thuringorum initio, deinceps Francorum, qui Thuringes ſibi ſubjecerant; ex parte altera Saxonum arma exercuerunt: illorum ad Salam terras: horum ultra Albim & Lunapurgum agros perpetuis depradationibus infeſtando atque carpendo: adeo ut utrique ſepe vim belliſoſiſſimarum gentium ægre ac difficulter ſuſtinuerint, & repreſſerint. M. Andr. Angelus* Annal. March. f. 20 Jm 451. Jahr ſollen die Slavi oder Wenden, ſo in Preuſſen an der Weichſel geſeſſen, ausgezogen ſeyn, und der alten Wandaler Sitz an der Oder und Spree eingenommen, und ſich nachmahls an den Orten, da itzt Mecklenburg, Pommern, Marck-Brandenburg, Meiſſen, Thüringen, &c. liegen, niedergelaſſen haben. Ex *Spangenberg.* Chron. Querfurt. *D. Rivandr.* Chron. Thuring. *Jo. Chriſtophorus Olearius Syntagm. rer. Thuring.* p. 303. ex programmate *D. Caſpar. Sagittarii*: *Nonnulli,* Soraborum *famoſe gentis Slavica, regiam olim fuiſſe Salfeldii, ex ſuperſtite ingentium ruderum mole, aliisq; argumentis, colligunt.* Quid quod nomina Sorabica ſunt *Balenroda, Coleda, Haiſcheroda, Gotha, Jena, Ilmena, Laucha, Schvvartzburgum, Tuttigeroda, Vargula, Vinaria &c.* Utique ergo ut has urbes oppidaque *Sorabi* quondam conſtruxerunt, denominarunt ac poſſederunt; ita inter idola eorum *Püſtricus* non ultimum obtinuit locum. Quarto *Püſtrici* nomen, quod tempore Tuttigerodenſium primo non quidem ortum eſt, ſed tum emerſit iterum in vulgus; hactanus paucis notum ex traditione veterum, omnium facillima ad Slavicæ lingvæ vocabulum **Byſtry**, accommodatur, eo. qua idoli nobis natura ac ratio explicatur: quare cum Slavicum ſit hoc nomen, numen etiam Slavicum ſive Sorabicum fuiſſe neceſſe eſt. Ceterum illi merito a nobis exploduntur, quibus Püſtricum fuiſſe Deum tutelarem ac proprium Fridarici Imperatoris videtur; fabulam legas apud clariſſimum *Wilhelm. Ernest.*

Tenzelium Colloq. Menſtr. Ann. 1689. p. 719. & ſeqq.

§. XIV. Obſerv. (5) *Püſtrici cultus.* Quod cultum *Püſtrici* attinet, tribus ille modis nobis ſiſtitur, *primo loci* denominatione, ubi imago quondam collocata fuerit: ſcilicet in monte Rotenburgico altiſſimo, Kelbræ (Thuringiæ urbi) vicino; ita *Dominus Benjamin Scharffius, in Juniperi Deſcriptione curioſa. Secundo muneris* atque officii deſcriptione; nam rebus ſacris numen præfuiſſe, curaſſeque ne negligentius fierent, vulgus credidit. Denique *tertio potentiæ ac roboris* aſſignatione: nam ignem, flammas, tonitrua, & terrores *Püſtricus* evomuit, niſi placatus fuerit, & religione ſollicita honoratus. De momentis poſtremis ita iterum ſæpe laudatus *Dominus Scharffius* l. dict. *Uſi ſunt imagine Pieſteri ſacerdotes ethnici ad lucrum excitandum & ſacrificia adaugenda, dum majoribus noſtris, (vel Sorabis ſuis) fucum neſcientibus perſuaſerunt, Deum Pieſterum eſſe iratum, & præ ira ardore ſudorem illum emittere; ideoque neceſſe eſſe, ut donis placetur. Hoc ſi factum, ignem ſuggeſtum abſtulerunt, ſudor evanuit: ſin minus, ignem auxerunt, & tunc ſecuti ſunt fremitus, & boatus, ignisque violenta egeſtio, quibus viſis & auditis, imperita, ſuperſtitioſaq; cohors attulit, quæ poſſedit, ira Pieſteri ut placetur.* Et *D. Sagittarius Antiq. Gentiliſm. & Chriſtianiſm. Thuring.* lib. 1. cap. 2. p. 9. von dem Berge, wo das wüſte Schloß Rotenburg, ſollen die Heydniſchen Pfaffen, die Einwohner des benachbarten Landes, mit des Püſterichs Donnern und Feuer-Flammen erſchrecket, und im Gehorſam gehalten haben, (add. *Autor Anonym.* Thüring. Merckw. Geſchicht. cap. 12. p. 59.) welches wie *Tizius* und *Merian*, auch *Jacobus Nicolaus Röſer* in der Oſter-Predigt, ſo er ideam Hemunticam genennet, davon melden, auch von den Mönchen im Pabſthum mit dieſem Götzen-Bilde ſoll verübet ſeyn. Quoad poſterius ita etiam *D. Georg. Henning. Behrens* Hercyn. Curioſ. cap. 6. n. 4. p. 159. Sonſt wollen einige davor halten, daß die Mönche nach dem Heydenthum auch ihre Gauckeley mit dieſem Bilde getrieben, und daſſelbe auf der Rotenburg in die Kirche in eine Mauer hinter eine Tafel geſtellet hätten, zumahl, weilen dahin jährlich eine groſſe Wallfahrt gehalten worden; wann nun dieſerwegen viel Volck allhier beyſammen geweſen, ſey ein Mönch aufgeſtanden, habe geprediget, ſich kläglich geſtellet, und geſagt: daß GOtt im Himmel über ihre Sünde ſehr zürne; und damit ſie ſolches ſehen möchten, würde der Püſtrich bald donnern und hölliſches Feuer ausſpeyen: alsdenn habe er befohlen, die Tafel aufzuheben, dahinter der Püſtrich geſtanden; wenn das geſchehen, habe derſelbe, wie vor geſaget, ſich erzeiget, und alsdenn das einfältige Volck reichlich geopffert, vermeinende, daß dadurch GOtt verſöhnet würde; denn ſie nicht gewuſt, daß ſie von denen Mönchen wären alſo betrogen worden, indem unter der Predigt ein ander Mönch, durch einen heimlichen Gang in der Mauer hinauf zu dem Bilde geſtiegen ſey, daſſelbe vorgedachter maſſen zubereitet, und die in denen Löchern ſteckende Zapffen mit einem Stricklein behende hinweg gezogen habe, wenn der predigende Mönch befohlen, die Tafel auffzuthun. Es zweiffelt aber an dem itzgedachten Mönch-Betrug Herr *D. Sagittarius*, an dem allbereit angeführten Orte, und hält der Autor derer vorgemeldten Unterredungen (*Tenzelius*) p. 724. ſolches vor eine Fabel, weilen es nicht möglich ſeyn könne, daß ein ſolch Bild in der Kirche hinter einer hölzernen Tafel ſtehen, und nicht alles mit ſeinem Feuer verderben und verbrennen ſolte. Confer. autem ipſe *nobiliſſimus Tenzelius* loc. cit. p. 722. - - 715.

§. XV. Obſerv. (6) *Püſtrici deſtructio.* Quamvis vero idolum Püſtrici noſtro ævo adhuc aſſervatur, memoriæ & curioſitatis cauſa, & nomen ejus quoque mediante traditione acceptum a veteribus perduret: conjiciam tamen cultum ejus cœpiſſe vacillare & nutare anno præter propter 640. poſt natum Chriſtum, quo Thuringicas ſedes relinquere multi Sorabi coacti ſunt: acceſſit dein converſio Teutonum Thuringicorum, ſtudio ac opera *Wunfridi* ſive *Bonifacii* quæſita ab anno Chriſti 718. vel 719. usque ad annum 742. conf. *Sagittarius Antiq. Gentiliſm. & Chriſtianiſmi. Thuring.* lib. 3. cap. 5. & 12. & *Calviſius Chronolog. ad an.* 719. 724. & 734. (qui *Bonifacius* tandem apud Friſios Docemii nahe bey Dokum an dem Waſſer die Boerp,) die 5. vel ut alii habent. 9 Junii anno 755. obiit. Occiſus autem a paganis ruſticis & latronibus eſt, *Calviſius* Chron. ad ann. 755. *D. Sagittarius* lib. dict. 3. cap. 25. p. 327. & 332. confer. etiam *Vita Bonifacii* ex *Sagittarii* lib. cit. cap. XXVIII, in nuce quaſi exhibita, & excerpta in *Act. Erud.* Lipſ. Anno 1685. p. 364. ſeq. Tum ergo reſidui Sorabi Thuringiaci cultiores redditi, in caſtra Chriſtianorum una tranſierunt. Hoc autem facto, *Püſtrici* cultus vel prorſus concidit, vel ad aliquas ſaltem ædes ac loca privata tranſiit.

CAPUT XXVIII.

De Auſchwweito, Deo ægrotantium, & bene valentium.

§. I.

SÆpiſſime in Scripturis Sacris fit mentio, Deo curæ eſſe ſanitatem hominum, ab eoque vim morborum, imbecillitatemque depelli ac curari: ſic *Exod.* 15, 26. *Ego ſum Dominus Deus Sanator tuus. Pſalm.* 41, 4. *Dominus opem ferat illi ſupra lectum doloris ejus, univerſum ſtratum ejus verſaſti in infirmitate ejus, Eſa.* 38, 5. *Factum eſt verbum Domini ad Eſaiam*

am; vade & dic Ezechia hac dicit Dominus Deus David Patris tui; audivi orationem tuam, & vidi lacrymas tuas, ecce, ego adjiciam ſuper dies ſuos quindecim annos. *Hinc Jacobus Apoſtolus cap. 5, 14. 15. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eum, ungentes eum oleo in nomine Domini; oratio fidei ſalvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus.* Alia hujus modi dicta plurima hic non cumulo. Vere *Poeta*, quicunque is fuerit:

Ni Deus affuerit, viresque affuderit herbis,
Nil vel dictamnus, vel Panacea poteſt.

§. II. Nec vero gentiles plane latuit, Deum langvores curare; ſic enim apud *Strabum* ὁ δῖνα: ὑγιαίνειν εὔχε τοῖς θεοῖς ἐφ' ὅσον ἔχεις ζῆν, i. e. *Sanitatem Deos ora, quamdiu vixeris.* Et de *Slavis* veteribus ex *Procopio Dubravius* Hiſt. Bohem. lib. 1. p. 52. *Quando vel domi morbo langventibus, vel foris in prælio periclitantibus mors imminet, jubentur pro incolumitate ſacrificare; habentq́ perſuaſum, per ſacrificia ſalutem ſibi redemptum iri. Peſſime tamen illa natio curam morbi medelamq́ Diis aut idolis adſignavit:* (de Romanis tradit ſimilia *Voſſius de Idololatr. lib. 8. cap. 6.*) *exemplo Ochoziæ, quo de 2. Reg. 1, 2. ſeqq. Cecidit Ochozias per cancellos cænaculi ſui, quod habebat in Samaria, & ægrotavit, miſitque nuncios, dicens, ite, conſulite Beelzebub, Deum Accaron, utrum vivere queam, de infirmitate mea hac. Angelus autem Domini locutus eſt ad Eliam Thesbitem, dicens, ſurge & aſcende in occurſum nunciorum Regis Samariæ, & dices ad eos: Nunquid non eſt Deus in Iſrael, ut eatis ad conſulendum Beelzebub Deum Accaron?* Fuit etiam *Slavis* Deus peculiaris, quem de morbo conſulerent; de quo nunc ex inſtituto, nam ad Deos jam deſcendimus, quorum opem potentiamque intra portas mortis & æternitatis verſantes implorare conſveverunt.

§. III. Obſerv. (1) *Auſchwveitz Nomen.* Duplici vero modo ſcriptum inveni Idoli hujus nomen. Vocatur enim *Auſcausus Johanni Meletio* Epiſt. ad *Sabinum* p. 167. & *Auſchweitus, Thomæ Waiſſelio* in Chronico Pruſſiæ.

§. IV. Obſerv. (2) *Auſchwveiti Etymon.* *Auſchwveitus* vox compoſita, a verbo Auſwiciti, (Bohem. Oſwiciti, Polon Oſwiecam, Sorab. Woſwiecżicż,) id eſt, *illuſtrare, illuminare, colluſtrare, lucem vel lumen afferre*, erleuchten, einen Glantz oder Schein geben: quod eſt ex præpoſ. au/o. vel wo *ex, con, in*, & ſimplici verbo, ſwieczu, Sorab. vel ſwiciti, Bohem. ſwice Polon. i. e. *luceo, ſplendeo, fulgeo*; ſic ergo *Auſchwveitus*, vel *Aſvveitus*, rectius, proprie *Deus illuſtrans, illuminans*: ratio nominis erat, quia ægrotantes ignem ſacrum conſulebant, quam nam umbram ægroti repræſentaret. Placet rem verbis *Æneæ Sylvii* ſeu *Picolominei* illuſtrare; ita enim ille Libro de *Statu Europæ* ſub *Friderico III. Imp.* cap. 20. f. 64. Tom. III. Rer. Germ. edit. Freher. *Poſt Lithuanos gentem reperit (Hieronymus Pragenſis martyr) quæ ſacrum colebat ignem, eumque perpetuum appellabat: ſacerdotes templi materiam, ne deficeret, miniſtrabant: hos ſuper vita ægrotantium amici conſulebant: illi noctu ad ignem accedebant, mane vero conſulentibus reſponſa dantes; umbram ægroti apud ignem ſacrum ſe vidiſſe ajebant: quæ cum ſe calefaceret, ſigna vel mortis vel vitæ oſtendiſſet: victurum ægrotum facies oſtenſa igni: contra ſi dorſum oſtentaſſet, moriturum portendit, teſtari igitur, & rebus ſuis conſulere ſuadebant. Deluſionem hanc eſſe, Hieronymus oſtendit: & perſuaſo populo, deleto templo, ignem diſſipavit, Chriſtianosq́ mores induxit.* Porro, quæ eſt altera ratio nominis *Auſchwveiti*, cineres etiam, ignis ſacri ut morbum curaret, luſtraretque ægrotum, adhibebant; quo de ritu ita *Hartknochius* diſſert. 13. de funerib. Vet. Pruſſor. p. 188. *Pruſſi lecto affixi, Waidelottam ſive ſacerdotem ad ſe arceſſebant, qui officii ſui memor ægrotos conſolabatur, ſubinde ipſis in memoriam revocans gaudia, quibus corporeis vinculis ſoluti, poſt hanc vitam cum Diis eſſent fruituri. Exactis menſibus quatuor, ſi morbus nihil remittebat, vota Diis, jubente Sacerdote, nuncupabant ægroti, ut priſtinæ reſtituerentur ſanitati. Si neque tum ægroti convaleſcebant, cineres ex foco Diis conſecrato allati, ritibus idololatricis adhibitis, ad morbum curandum adhibebantur.*

§. V. Obſerv. (3) *Auſchwveiti Figura.* Nihil hic, quod ſcribam, apud Autores occurrit.

§. VI. Obſerv. (4) *Auſchwveiti cultores.* *Joh. Meletius* epiſt. ad *Georg. Sabinum* p. 165. nominat (1) *Boruſſos*, (2) *Samogitas*, (3) *Lithuanos*, (4) *Ruthenos*, & (5) *Livones.*

§. VII. Obſerv. (5) *Auſchwveiti Cultus.* Præter ea, quorum ſupra num. 4. ex *Sylvio* & *Hartknochio* meminimus, faciunt huc, quæ leguntur præterea apud *Hartknochium Diſſert. XI. de Feſtis Vet. Pruſſor. p. 171. Quod ſi fruges uredine, pluviis continuis, aut alio aliquo modo, corrupta, modicam gracilemq́ meſſem dederant, invocabat ſacrificulus Auſchwveitum, ut oraret Pergrubium, Percunum, Schwvaixtixtum, Pelvitum, aliosq́ Deos, ne ſubſequentibus ſaltem annis largam agricolis denegarent meſſem.* Igitur pro *interceſſore* etiam habitus Auſchweitus eſt. Denique in tertio ſolenni feſto, quod menſe Octobre annuatim celebrabatur, Auſchweiti quoque mentio facta eſt, vid. *ſupra cap. XXI. num. 10.*

§. VIII. Obſerv. (6) *Auſchwveiti deſtructio. Prima* apud *Pruſſos*, ut credibile eſt, deſtructio idoli peracta eſt, Anno MCCXLIX. quo de ſæpius. *Alteram* recitant verba *Sylvii*, *ſupra num. IV. a nobis allegata.*

CAPUT XXIX.

De *Marzava, Dea morte, ſeu mortis.*

§. I.

MOrs (etiam ſecundum *Peripateticos*, quicquid dicat *Martin. Schoockius* tr. de Nihilo, vid. *L. Chriſt. Frid. Garmannus de Miracul. Mort. Diſſ. prælim. de Cadavere*, ſect. 1. n. 116. p. 77. ſ.) privatio eſt, & non-ens: Deus enim mortem non fecit, *Sapient.* 1, 13. *Deus creavit hominem interminabilem, & ad imaginem ſimilitudinis ſuæ fecit illum; invidia autem Diaboli mors introivit in orbem terrarum, ibid. cap.* 2. 23. 24. *Et per peccatum mors*, ait *Paulus, Rom.* 5, 12. Nam protoplaſti minis Dei inſuper habitis, per peccatum mortales facti ſunt; mors ergo ab ira Dei, tanquam juſtiſſimi judicis, *Gen* 3, 19. Mors eſt operatio Dei, qua ipſiſſimus Deus interficit homines, inquit *Wolffgangus Franzius de Interpret. Scriptura Oracul. p.* 187. Huc *David Pſalm.* 90, 4. *Domine Deus, convertu hominem usq; ad contritionem, Luther.* Du läſſeſt die Menſchen ſterben, & v. 6. 7. 8: *Defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati ſumus, poſuiſti iniquitates noſtras in conſpectu tuo, ſeculum noſtrum* (Luther. unſere unerkannte Sünde.) *in illuminatione vultus tui; quoniam omnes dies noſtri defecerunt, & in ira tua defecimus.* Et huc usque quidem de cauſis remotis mortis; de quibus *Theologi: Ex verbo divino conſtat, inquit D. Joh. Gerhardus* Loc. de Morte cap. 2. Tom. VIII. fol. 17. *tres eſſe principales & primarias cauſas, propter quas homo morti eſt obnoxius; prima eſt Diaboli ſeducentis malitia; altera hominis delinquentis culpa: tertia Dei vindicis ira. Addunt vero propinquas; nimirum internas vel externas: interna ſunt calidi innati, humoriſq; nativi defectus: externæ tam multiplices ſunt, ut brevibus deſcribi non poſſint. Tales enim cauſa externa mortis eſſe poſſunt v. g. gladius, venenum, laqueus, crapula, venus, fulmen, ignis, aqua, calor, frigus, lapſus, apoplexia, phthiſis, febris, mœror, ſitis, ſames, & complura alia, ceterum naturalem & violentam cauſam mortis etiam faciunt.* vid. iterum *Gerhard.* loc. cit. fol. 20. ſeq.

§. II. Aſt vero mors alias *Phyſice* conſiderata, proprie nullas habet cauſas; ſcilicet quæ ejus principia ſint, & influxum importent ad eſſe cauſati. Non habet inquam cauſam efficientem, quia realis atque poſitivus effectus mors non eſt: hinc ſequitur quoque, mortem non tam habere cauſam, quam non cauſam, ſed cauſam deficientem: non-entis enim, quale mors eſt, nullæ ſunt affectiones. *Cauſa finalis* propria dicta itidem nulla eſt mortis; quandoquidem finis ſit affectio entis realis atque poſitivi. Mors autem eſt non ens. Ipſa quidem mors eſt finis terminationis: ſcil. vitæ, isque privationis: ſed non finis motionis: multo minus aliquis finis motionis dabitur, qui ſit ipſius mortis finis. Materialis cauſa mortis quoque non eſt. Non enim mors eſt corpus, quod ex materia ſit, & intrinſece conſtat. Et ita materiam conſtitutive ſumptam mors reſpuit. Attribuitur quidem morti materia ſubjective accepta ſeu ſubjectum, quod eſt vivum, ſed ſaltem improprie ſumptum. Cum enim mors ſit privatio & non-ens: non poterit de reali affectione entis, qualis eſt adjunctum: vel de objecto, circa quod, vel potentia, vel habitus verſatur, participare. Cauſa formalis mortis itidem nulla eſt; quomodo enim illud poſſet habere formam, quod nequidem eſſe habet? quomodo illud poſſet participare de parte eſſentiali corporis nobiliſſima, quod ne quidem ignobilius poſſidet? Hinc morti non tam forma, quam abſentia formæ, eſt adſcribenda.

§. III. Præterea mortis etiam *nulla ſunt affectiones: nulla operationes.* Aſſertio hæc patet; quale enim eſt eſſe, tales quoque inde ebulliunt affectiones, & effectiones. Si habes ens reale, reales inde fluunt proprietates atque operationes. Sin vero occurrit non-ens, occurrunt quoque non-affectiones, & non-effectiones: conſidera hominem, & deprehendes humanas affectiones, humanas effectiones. Perpende autem tenebras, nullas effectiones, nullas operationes nominare poteris. Eadem conditio eſt mortis: Mors non habet eſſentiam, ergo nec eſſentialia conſequentia, nec affectiones, nec operationes habere poterit.

§. IV. Miror ergo, qua vel curioſitatis & novitatis prurigine, alii *Φύσιν ſubſtantiamque* vel mentis cæcitate, ac ſtupiditate alii *Θεότητα* ſeu *Deitatem* quandam morti tribuere auſi ſint.

§. V. Inter illos, qui *Φύσιν* ſeu *ſubſtantiam* morti adſcribunt: (1) equidem *Græci* fuerunt: Hi enim pro poſitivo ente habuerunt quondam Mortem. Pertinet huc fabula de morte ad tumulum Alceſtidis ab Hercule correpta & pene interſtincta, quam ad hujus verſus illuſtrationem protulit Luc. Joh. Scappa ex Zezzis Commentario in Lycophronem. Et ita Herculem mortis domitorem agnoſcit Alcmena mater in *Seneca* Hercule Oeteo ad finem v. 1945.

Agnoſco, agnoſco, victum eſt Chaos,
A ſtyge nate redis iterum mihi,
Fractaque non ſemel eſt mors horrida.

Hæc *Caſp. Barth.* in Papin. Stat. lib. 3. Sylv. 1. v. 172. p. 288. II. *Paracelſus*; tribuit enim illi hoc paradoxon *Thom. Eraſt.* p. 3. Diſput. de Nov. Paracelſ. med. p. 141. quod morbus hominem quandam interiorem generet, & quod homo ille, qui mortem obit, internus ille ſit. Citat. librum de Morb. Phyſiognom. in quo contendit, morbum quemlibet integrum eſſe hominem, corpusque habere inviſibile, & corpus eſſe microcoſmi, imo microcoſmum exiſtere. Id vero habetur *lib. 1. de Podagr. p.* 585. III. Noſtra memoria, & ſuperiori quidem

dem ſeculo *D. Auguſt. Hauptmann* Epiſtolam in publicam lucem emiſit Francofurti anno 1650. d. 3. April. quæ inſcribitur Epiſtola præliminaris Tractatui *de viva mortis imagine* mox edendo conſecrata, & opuſculo ejus de Thermarum Walckenſteinenſium natura & uſu anno 1657. conſcripto, p. 160. ſs. inſerta quoque legitur: ubi mortem non pro privatione, ſed pro reali atque poſitivo ente habet; ita quidem, ut eam Animalculum vivum conſtituat, ac declaret. Addidit in eodem opuſculo προοιμιακῶς idem quasdam rationes ſuæ aſſertionis, & ex parte ad quasdam objectiones reſpondet: Mortem, ut pauciſſima huc transferam, ita deſcribit p. 178. Mors naturalis omnium minutiſſima & ferme inviſibilis eſt beſtiola atque inſenſiſſimus vermiculus, qui ex ſubtiliſſimo excrementi genere corpus ſuum minutulum aſſumit; quo craſſius enim eſt excrementum, eo etiam evidentius ex illo generatur inſectum: Tenaciſſimæ autem eſt vitæ, quia ex conſtantiſſimi principii excremento, videlicet ſalino, eandem capit, quia in Sale omnia animantia, ut & ceteræ res cunctæ vitam ſuam atque vigorem fulciunt, & en ſe corrumpente, totum poſtea corrumpitur, compoſitum. Porro de ortu mortis, hunc in modum etiam, p. 187. Der Todt iſt nicht als eine Creatura in tempore creationis proveniens, ſed poſt primorum ſcilicet parentum noſtrorum miſerabilem lapſum, in ipſis animantibus atque vegetantibus ex propria corruptione rerum (ut ferme cuncta ejusmodi inſecta oriri ſolent) propullulans, zu conſideriren: ſic ille. Nec vero ſolus novæ hujus de morte opinionis permanſit inventor *D. Hauptmannus Medicus Dreſdenſis*: paulo poſt enim ei adſtipulati ſunt *Athanaſius Kircherus* in Mund. ſub terran. & ſcrutinio Peſtis, *Johannes Benedictus Sinibaldus*, *Paulus Zacchias*, *Hieronymus Bardi*, *Petrus a Caſtro*, tr. de Febribus, puncticularibus, *Thomas Cornelius Conſentinus*, *D Chriſtianus Langius* in Animadverſionib. ad *Petri Johannis Fabri Pathologiam* Spagyricam & nuper celeberrimus Doct. *Chriſtian. Franciſc. Paullinus* a quo ante triginta & duos annos edita eſt. *Diſquiſitio Curioſa*, An mors naturalis, ſit ſubſtantia verminoſa: & altera vice auctior, & emendatior Francofurti & Lipſiæ anno 1703. vid. *Act. Erud. Lipſ.* h. A. p. 170. ſeqq. ſed vero habent illi, quotquot ſunt, Antagoniſtas ſuos, B. Georg. Caſpar. Kirchmajerum, & B. Georgium Wagnerum, quorum ille Witebergæ conſcripſit & publica Diſputationem de verminoſo & cadaveroſo dogmate; hic aliam ibidem, cui inſcriptio, *Mors mortua*, habentque etiamnum adverſarios non paucos, nec indoctos. *B. Lic. Chriſt. Frid. Garmannus* de Miracul. Mortuor. Diſſert. prælim. de Cadavere, ſect. 1. n. 121. p. 8. ita ait: Ego rem ſalvam eſſe putarem, ſi aſſereret quispiam *Hauptmannum* cauſam ponere pro effectu. Adeoque vermes ut plurimum cauſare morbos, & conſequenter mortem; quamvis non negandum, vermes etiam aliquando non eſſe cauſam, ſed productum morbi, cumprimis in ulceribus, vermesque non tam in corpore naſcuntur, quam ab extra eidem ſe ingerant. Aſt manum hic de tabula.

§ VI. Craſſius denique V. & multo pejus ii lapſi ſunt, quo omnino morti non-enti quandam Θεότητα tribuerunt: quales fuerunt *Lacedamonii* vid. *Plutarch.* in Cleomeno, & *Romani*: quo *Virgilius*, II. Æneid.

Multa boum circa mactantur corpora
Morti.

Servius ad h. l. annotat: *Mortem habitam eſſe Deam.* Addit *Andr. Tiraquellus* annotat. in Genial. Dier. *Alex. ab Alexandro* lib. 1. cap. 13. fol. 55. memoratam eandem *Lucano, Statioque*; hujus eſſe, lib. 4. Thebaid. v. 528.

In ſcopulis mors ſæva ſedet --

alii legunt, *Inſpeculis mors atra ſedet*; illius antem:

- - *Ipſamque vocatam*
Quam petat a nobis mortem tibi coge
fateri.

Præterea in *Orphei* quoque initiis habetur hymnus morti 1 cui manna thuris ſacrificatum. Quia tamen mors implacabilis, ut eam effugere liceat nemini, ideo *nulla* ei *ara* usquam erecta; excepta una apud Gaditanos, uti narrat *Euſtathius* in Iliad. 11. & *Dionyſius* in *Periegeſ.* Meminit etiam *Ælianus* in διαλ. ἱστορικῇ ceu ex *Euſtathio* notavit. *G. Voſſius* lib II. de Hiſt Græc. De מות, Μωθ, id eſt, morte, Phænicum Dea, vidend. idem *Voſſius* de Idololatr. lib. 1. c. 19. & de ſacrificiis morti oblatis idem lib. 9. c. 39. p. 608. Denique gentibus prædictis acceſſerunt Slavi, de quorum Dea ſive Murta nunc ſermo erit.

§. VII. Obſerv. igitur (1) *Marzava Nomen.* Vocatur autem *Mors* ſeu *Nex Dea* Slavorum, vulgo **Marzana**, errore vel typographico vel autorum: u converſo in n; genuinum nomen **Marzana**, vel **Marzava**, aut **Morzawa**, (lege **Morſchawa** cum ſch. leni) ſonat: ita *Cromerus* de Reb. Polon. *Zachar. Schneider.* Chron. Lipſ. lib. 4. p. 143. *Voſſius* de Idololatr. lib. 1. c 39. *Johannes Saubertus* de Sacrific. cap. 5. p. 105. **Marzanna**, ita *Joh. Dlugoſſius* Hiſt. Polon. lib. 2. fol. 94. **Martana**, t pro z ſcripto, ita *David Peiferus* Rer. Lipſ. lib. 3. p. 313.

§. VIII. Obſerv. (2) *Marzava Etymon*; Latini ſcriptores, ut eleganter ſuaviterque dicerent, Marzanæ, vel Marzavæ nomen formarunt; Slavis enim olim **Morzawa**, vel **Morzava**, *Nex* dicta eſt; quod ipſum vocabulum ortum, ut nemo non videt, à verbo Polon. **Morze**, (Sorabi **moriu** pronunciant,) id eſt, *occido, interimo, neco, interficio*, ich tödte, bringe um. Hoc **moriu**, a **mru**, Sorab. Et **morze**, a **mre**, *morior*, ich ſterbe, Polon. **Marzava**

ergo

ergo Morzawa, rectius, ut dixi, proprie *Nex, qua necat*, aut *Dea occiſionis*, vel *interimens*, & *interficient*, latinis olim *Morta.* Sed plerique tamen omnes Scriptores, voc. Marzana etiam *Venerem*, vel *Cererem* interpretaotur: ita *Alexander Gvagninus* in Sarmat. Europ. fol. 9. *Poloni antea quaslibet vanas creaturas, ſolem, lunam, &c. cultu divino proſequebantur. Praeterea* - Venerem, *quam* Marzanam, *&c. gentili lingva appellabant. Joh. Dlugoſſus Hiſt. Polon.* lib. 1. fol. 39. *Ceres autem mater & Dea frugum, quarum ſatis regio indigebat,* Marzana *vocata, apud illos in præcipuo cultu & veneratione habita fuit. Gerh. Jo. Voſſius* de Idololatr. lib. 1 c. 39. pag. 282. Marzana *ſive Venus. Peiſeri* verba vid. paulo poſt num. XI. Error iſte ex eo fonte ſcaturit, quod Morza, (vel. Morſcha,) *ſponſam* ſignat Slavis, Finis Marti, Lithuan. &c. Hinc ergo forte *Morzana* vocabulum duxerunt. Aſt diſplicet tum hoc etymon, tumque ſignificatio: quia non *Venus*, aut *Ceres* in conto ſublata, & in aquas abjecta ſubmerſaque eſt, quo de ritu mox; ſed Mors, ſeu mortis imago: quo facit, ut dies ſacer Dominicus *Lætare* dictus, non quidem *Veneris* aut *Cereris*, ſed *Dominica Mortis*, der Todten Sonntag, audit. Itaque corrigendi autores erunt, & pro vocabb. *Veneris* & *Cereris*; legendum *Mortis* nomen. Hæc ὡς ἐν παρόδῳ.

§. IX. Obſerv. (3) *Marzava Figura.* Num inſtar ſceleti *Nex* Slavorum formata fuerit, quemadmodum pictores mortem pingunt, teſtimonio hiſtoricorum deſtitutus, pro certo dicere nequeo. Aliter etiam Græci priſci mortem ſculpſerunt: ſic enim *Panſanias Eliacor. prior.* ſeu lib. 5. f. 205. *A tergo adſtitit fœmina dentibus & aduncis ungvibus, quavis fera immaniori; teſtatur inſcriptio, Mortem illam parcarum unam eſſe.*

§. X. Obſerv. (4) *Marzava cultores*, - Mortem tanquam Deam quondam (1) *Poloni*, (2) *Sileſii*, (3) *Tranſilvani*, itidem (4) *Luſati*, & (5) *Miſnenſes* Sorabi coluerunt. Hæc ſequentia, quæ proponam, teſtantur.

§. XI. Obſerv. (5) *Marzava cultus.* Hnc ita *Zacharias Schneider*, Chron. Lipſ. lib. 4. p. 143. Die Slaven (in Meiſſen) haben nach ihrer Bekehrung (imo & ante converſionem) am vierdten Sonntag in der Faſten der Marzanæ (leg. Marzavæ) und Zievoniæ Bildnüſſe an Stangen geſteckt, mit traurigen Geſang, und kläglicher Stimme, in einer Proceſſion herum getragen, und letzlich in ein Waſſer geworffen. Et porro; Die Schandbälge und offentliche Huren pflegten alle Jahr (zu Leipzig) am Mitfaſten ein ſtröhern Bild, in Geſtalt des Todes, auf eine lange Stange zu binden, daſſelbe vor den Thoren, durch alle Gaſſen mit Geſang herum zutragen, den jungen Eheweibern vorzuſtellen, und endlichen mit Ungeſtüm in die Parda zu werffen, vorgebende, es würden dadurch die jungen Weiber fruchtbar gemacht, die Stadt gereiniget, und von den Einwohnern, im ſelbigen Jahr, die Peſt und andere anfällige Kranckheiten abgewendet. Sic & *Peiſerus* rer. Lipſ. 3 p. 313. *Veneti* (aut Venedi) *ut traditur, ſimulacra* Martanæ (leg. Marzavæ) & *Zievoniæ, (hæc autem idolorum Cereris* (lege Mortis) & *Dianæ erant nomina) contis infixa, vulgo e vicis ſolenni pompa, lugubri & querulo carmine deportare, & in proximam paludem, vel præterfluentem amnem abjicere ſolebant.* Addeſis huc teſtimonium *Alex. Gvagnini*, ex *num. XII.* De *Cauniis* fere ſimilia, ſed data alia occaſione, refert *Herodotus* lib. 1. p. 70. inquiens: *Caunii ſacra principio ſibi conſtituerant externa, quorum poſtea pertæſi, quum patriis duntaxat videretur utendum Diis, ſumptis armis petulanter aërem ferientes haſtis, ad Calyndricos usque montes pervenerunt, ſe externos expellere Deos, dicentes.*

§. XII. Obſerv. (6) *Marzava deſtructio.* Et quidem in *Polonia.* Hiſtoriam verbis *Alexandri Gvagnini* commemorare placet. Ille autem ita in *Sarmat. Europ. f. 9. ſeq. Anno Domini 962. Mieſco, qui erat cæcus natu, patrie ex more funebribus exequiis peractis, communi omnium acclamatione in Monarcham Poloniæ eligitur. Hic concubinas ſeptem habuit, nullam tamen ex illis fæcundavit; quamobrem maximo mœrore diſcruciabatur. Quapropter frequenter a quibusdam Chriſtianis ſolicitabatur, ut Chriſto cum ſua gente nomina daret, ſi velit charam ſobolem a Deo obtinere: Chriſtianorum itaque perſuaſionibus adductus, procos ad Regem Bohemiæ Boleslaum, qui fratrem germanum, divum Venceslaum nefarie occiderat, deſtinavit, matrimonium filiæ ejus expetens: cui rei Boleslaus libenter annuit, hac conditione, ſi ſacrum Baptiſma cum ſuis ſuſciperet. Mieſco itaque cum univerſa gente ſua alacriter baptiſatus eſt Anno Domini 965. Mieſconisque priori nomine immutato, Mieczislaus appellatus eſt, quaſi gladio nomen acquirens clarum: mandavitque confeſtim omnibus & ſingulis ſuo imperio ſubjacentibus, die ſeptima Martii idola omnia vanorum Deorum comminuere, demolire, igneque conſumere. Nam antea quaslibet vanas creaturas, ſolem, lunam, auram, quam Pogvvisd appellabant, cultu divino proſequebantur. Præterea Jovem, quem illi Jeſſam: Plutonem, quem Lacten, ſive Lactonem: Cererem, quam Niam, cujus templum Gueſnæ celeberrimum erat: Venerem,* (lege Mortem) *quam Marzanam; & Dianam, quam Zievoniam gentili lingva appellabant; Letum quoque & Poletum, Romanis Caſtorem & Pollucem appellatos, pro Diis colebant. Et adhuc in compotationibus illa gens nomine eorum utitur: Latum Poletum vociferantes. Solebant autem viri, mulieres, juvenes & ſenes horum Deorum ſuorum diebus feſtis ad luſus & choreas pariter convenire: maxime vero æ-*

dig.

die Maji, & 25. Junii. Quam congregationem populi Stado, id eſt, agmen appellabant, quod adhuc apud Ruthenos & Lithuanos paſſim in villis obſervari videtur. Poſt Dominicam enim conductus Paſcha ad Divi usque Joannis Baptiſta feſtum mulieres & virgines diebus feſtis ad choreas turmatim convenire ſolent: Lodonemque canentes, & Lado, Lado, frequentius ingeminatis, manibus complaudentes in gyrum choreas ducunt. In Sileſia quoque confini Poloniæ, die 17. Martii, quo videlicet tempore hæc idola demolita ſunt, pueri in villis & oppidis, ex more recepto, ſimulacrum quoddam ad ſimilitudinem mulieris conficiunt, oppidoque turmatim egreſſi quandam cantionem ingeminantes, ſimulacrum illud de ponte in flumen præcipitant. Paria legas ſupra cap. 18. num. 7 ex *Joanne Dlugoſſo. Johannes* Tröſter Poln. Adler-Neſt lib. 3. cap. 1. p. 200. Unter dem Mieſco, und auf ſein Befehl iſt der Brauch aufkommen, daß in Polen, Schleſien, und Siebenbüegen, an dem vierdten Faſten-Sonntag, Lætare genannt, die Kinder einen Götzen, auf einer Stangen umher tragen, mit Koth bewerffen, (vid. Eſai. 30, 22.) und endlich in ein Waſſer werffen. Denn an dieſem Sonntag, welcher damahls auf den 7. (al. 17.) Martii einfiel hat Miecislaus alle die Heydniſche Götzen abreiſſen laſſen, dieſelbe den Kindern gegeben, welche ſolch Spiel mit ihnen getrieben, und endlich in die Kothlacken und Waſſer verſencket haben. Ja alles Volck edel und unedel hat an dieſem Tage, bey Leib und Lebens-Straff mit Koth und Steinen auf ihre Götter werffen, und ſich darauf tauffen müſſen laſſen. *Gvagninus, Cromerus*. Daher iſt auch noch in Siebenbürgen der Brauch, daß die Kinder an dieſem Sonntage Lætare, (ſo daher der Todten Sonntag geheiſſen wird, weil an dem Sonntag der Seelen Todt oder Götzendienſt unter traurigen Todten-Liedern, ſo ſpöttlich ausgetragen wurden,) ſolchen gemachten Götzen mit obberührten Ceremonien austragen. Habes ergo in his hiſtoriam quoque deſtructæ *Marzavæ in Sileſia & Tranſſylvania*. Ex *Miſnia* autem exactam eandem Deam, teſtantur verba *Schneideri*, ſupra num. XI. Cum autem Luſatii etiam aliquibus in locis more aliarum gentium Mortis imaginem die ſacro, Lætare dicto, in aquas, vel alia vicina loca exportare ſoleant, illud teſtimonii loco nobis erit, tum cultæ olim, tumque jamdiu abjectæ & eliminatæ ejusdem Deæ in noſtris regionibus.

CAPUT XXX.

De Flyniſo, Deo mortuos excitante.

§. I.

D*ominus de Sion rugiet, & de Jeruſalem dabit vocem ſuam; & movebuntur cœli & terra, & Dominus ſpes populi ſui, & fortitudo filiorum Iſrael*; ita *Joël* Propheta ſanctus cap. 3, 16. Cum *Leone* confert *Deum* judicem, & eum *rugitu* terribilem ejus *iram & executionem*, quam effundet adverſus impios ſuæ eccleſiæ hoſtes ex Sione & Hieroſolyma ſpirituali, ſeu eccleſia, in qua habitat, *Pſalm.* 132, 13. ſic *Joh. Himmelius, Joh. Tarnovius, Joh. Schmidius* h. l. & *D. Stockius, Mercerus, Calvinus, & Ebræi*, vid. de poſtremis *Eduardus Pocockius*, Com. in Joel. cap. 3. ab initio p. 268-270. edit Lat. Lipſ. an. 1695. Alii malunt *rugitum* appellari *Evangelii prædicationem*, quod illa tam clara ſit & ſonora, ut per totum orbem audiatur; nec ſolum aures, ſed & auditorum animos vi ſua percellat, & ſolicitos reddat de ſalute cum metu & tremore procuranda: ita *Vinar.* h. l. *Johannes Gerhardus* Loc. de Extrem. Judici. cap. 7. Tom. IX. f. 61. & *Samuel Bochartus* Hieroz. Part. 1. lib. 3. cap. 6. f. 769. Alii nihilominus ad ſecundum Chriſti adventum, ſive judicii extremi executionem verba accommodant: ſic *Lyra Brabantinus*: Et *Dominus rugiet de Sion, contra impios ſententiam proferendo: (ite maledicti) Et de Jeruſalem dabit vocem ſuam: ſcil. juſtis dicendo: venite, benedicti, &c. Et movebuntur cœli, ad receptionem juſtorum; & terra, ad receptionem reproborum.* Et *D. Hieronymus*, Comm. h. l Tom. VI. Oper. fol. 84. *Cum Solis & Lunæ, cunctarumque ſtellarum ſplendor tenebris fuerit commutatus; Dominus de Sion inſtar leonis rugiet ſive clamabit; & tam excelſa vox ejus erit atque terribilis, ut cœlorum cardines, & terrarum fundamenta quatiantur. Cumque tam ſeverus in eos fuerit, qui puniendi ſunt, erit clemens erga populum ſuum: & dabit eis fortitudinem, quia appellantur filii Iſrael, mens ſcilicet cernens Deum: vel εὐθύτατον Θεῦ, quem nos rectiſſimum Dei dicere poſſumus: qui non ambulaverunt per pravas ſemitas, ſed gradientes in via Chriſti omnia recte fecerunt. Tunc ſcient & hi, qui punientur, & illi, quia aſſumentur in gloriam, quod Dominus habitet in ſpecula ſua Sion, & in Chriſto monte ſancto ſuo, ſive in eo, qui ſe dignum Dei habitaculo præparavit.* Addes his ſic ſentientes etiam *Vinar.* h. l. cit. Vatabl. *Criſtoph. a Caſtro, Menoch. Tirin. &c.*

§. II. Poterunt igitur verba Prophetæ, *Dominus (ut Leo) de Sion rugiet, & de Jeruſalem dabit vocem ſuam*, accommodari ad *vocem Chriſti*, quæ mortuos reſuſcitabit, viventesque ad tribunal ſuum convocabit, ut dicitur Joh. 5, 28. Venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem Filii hominis: Nam reſurrectionis præciſe & formaliter acceptæ cauſa inſtrumentalis haud immerito ſtatuitur vox Chriſti reſuſcitantis & judicantis. *Hanc Chriſti vocem*; ait *B. D. Johannes Gerhardus Loc. de Reſurrect. Mortuor.* cap. 3. Tom. VIII. Oper. f. 402. *non de nudo duntaxat juſſu*

interno, & voluntate efficaci, ſed etiam de ſono externo, & audibili intelligendam probabiliter ſtatuimus: primo quia ipſa litera nos eo deducit: Dicitur Chriſtus voce ſua excitaturus mortuos; jam vero conſtat, quod vox ſit ſonus externus & audibilis; ſecundo, quia mortui dicuntur vocem illam audituri, Joh. 5, 28. Omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem Filii Dei. Atqui ſi vox illa debet ex parte hominum audiri, utique etiam ex parte Filii Dei ſonabit, ut mutua relationis vis oſtendit. Tertio, quia Deus dicitur vocare ea, quæ non ſunt, tanquam ſint, τὰ μὴ ὄντα ὡς ὄντα, Rom. 4, 17. quod quamvis directe & proprie ad Articul. Creationis pertineat, tamen conſequenter & ſecundario etiam ad articulum reſuſcitationis, quæ eſt iterata ac nova creatio, accommodari poteſt, quod Filius Dei defunctos nondum exiſtentes divina ſua voce ita alloquatur, quemadmodum nos homines vivos & exiſtentes compellamus. Quarto, quia in præludiis univerſalis reſurrectionis in particularibus ſcil. reſuſcitatorum exemplis, Chriſtus externa & audibili voce uſus eſt: Filiæ Jairi dicit, puella ſurge. Matth. 9. 25. Viduæ in Nain filium, ſic alloquitur: adoleſcens, tibi dico, ſurge, Luc. 7. 14. Lazarum excitaturus, clamat voce magna, Lazare, veni foras, Joh. 11, 43. veriſimile igitur eſt, in reſurrectione univerſali ipſum eodem modo acturum: ac notant pii veteres, Chriſtum propterea notanter dixiſſe: adoleſcens, tibi dico, ſurge: ne ſi in genere & univerſaliter dixiſſet, dico vobis mortuis, ſurgite, eo ipſo ſtatim momento omnes ſurrexiſſent. Probare igitur non poſſumus, quod quidam nudum imperium abſque voce externa hic ſtatuant; quidam contra vocem illam vivificatricem mediate per Angelum ſonituram, & quia Chriſti nomine proferenda, divinam vim & efficaciam habituram autumant.

§. III. Sed verum quidem quam quod veriſſimum eſt, gentiles etiam multos aliquam reſuſcitationis, & reſurrectionis notitiam ex lumine naturæ hauſiſſe, probabilemque utramque ipſis fuiſſe viſam, ut data opera pluribus oſtendunt *Joannes Baptiſta Aurellius de Monte Albo Anglicanus* libro de reſurrectione mortuorum, edit. Francofurti ann. 1587. *D. Joachimus Hildebrandus* ſub initium operis de *Vita æterna ex lumine naturæ oſtenſa*, edit. Helmſtad. ann. 1684. (vid. *Act. Erud. Lipſ.* anno 1685. p. 27.) *D. Humfredus Hodys, Anglus* tract de Reſurrectione ejusdem corporis, aſſerta ex traditionibus Gentilium &c. edit. Londini 1694 (vid. *Act. Erud Supplem.* Tom. III. p. 37-43.) *D. Joh. Fechtius* Exercitatione XI. *An & quantum reſurrectio carnis ex naturali ratione innoteſcat. in Noctib. Chriſtian.* p. 888-976. edit. Roſtoch. & Lipſ. an. 1706. & Exercitatione I. in *Schediaſm. Sacris* p. 1-444. edit. Roſtoch. an. 1706. (vid. de hac *Act. Erud. Lipſ.* Ann. 1688. p. 502. ſeq) & *Lic. Chriſt. Frid. Garmannus* de Miraculis Mortuorum lib. 3, tit. 4. p. 1211-1230. qui in tribus naturæ regnis ſcintillas reſurrectionis dari probat, add. *Ludovicus Crocius* Syntagm. S. Theologiæ Lib. 2 c. 9. p. 328-336. Cujus hæc theſis eſt: Et ſi Carnis reſurrectionem futuram eſſe, lumine naturæ demonſtrari non poſſit: tamen compoſſibilem & conſentaneam eſſe probari poteſt. Confer. etiam *D. Joh. Gerhard. Loc. de vita æterna* cap. 2. num. 21. Tom. IX. Locor. f. 164. Non dubito tamen, quin a vel ex verbi ſacri revelatique traditione, vel ex pomærio eccleſiæ acceperint aliquid de circumſtantiis, v. g. de Voce Chriſti excitatura mortuos, ſive de rugitu illo plane leonino fortiſſimoque, quo de ante Prophetæ: quemadmodum promiſſum etiam reviviſcendi *ab Ebræis*, vel *ex Libro Jobi, & Prophetarum hauſiſſe Democritum*, aſſeverare non dubitat *F. Fernandius de Cordova*, doctiſſimus *Hiſpanus*, ap. *D. Joh. Fechtium* Exercit. 1. cit. p. 42. Nam credidiſſe v. g. non ſolum Danos, vid. *Thomas Bartholinus* Antiq. Danicar. Lib. 2. (vid. *Act. Erud. Lipſ.* An. 1690. pap. 28. ſ.) nec non Germanos, vid. *Lucanus* lib. Pharſal. v. 453. ſed etiam Slavos carnis reſurrectionem & vitam beatam, teſtis nobis luculentus eſt de poſterioribus *Petrus de Dusburg* Part. 3. Chron. Pruſſ. cap. 5. p. 79. *Prutheni* (id eſt, Pruſſi) ſic ille, *reſurrectionem carnis credebant, non tamen, ut debebant; Credebant enim, ſi quis nobilis vel ignobilis, dives vel pauper, potens vel impotens eſſet, in hac vita; ita poſt reſurrectionem in vita futura. Unde contingebat, quod cum nobilibus mortuis, arma, equi, ſervi & ancillæ*, (Albericus Monachus in Chron Trium Fontium lib. 1. p. 89. Windi, id eſt, Sclavi, quod eſt rudiſſimum genus hominum, hunc habent (morem,) ut mulier viro mortuo ſe in rogum cremati pariter arſura præcipitet,) *veſtes, canes venatici, aves rapaces, & alia, quæ ſpectant ad militiam, urerentur. Cum ignobilibus comburebatur id, quod ad officium ſuum ſpectabat. Credebant, quod res exuſta cum eis reſurgerent, & ſervirent, ſicut prius. Circa iſtos mortuos talis fuit illuſio Diaboli, quia comparentes defuncti ad Crive venirent, quærentes, utrum tali die vel nocte vidiſſet aliquem domum ſuam tranſire; ille Crive ad diſpoſitionem mortui in veſtibus, armis, equis, & familia ſine hæſitatione aliqua oſtendebat, & ad majorem certitudinem, ait, quod in ſuperliminari domus ſuæ talem figuram cum lancea vel inſtrumento aliquo dereliquit.* Confer. *Chr. Hartknoch.* de Reb. Pruſſ. Diſſ. 13. p. 107. ſeqq. De *Lithuanis* etiam hæc habet *Kojalowiz* Part. 1. Hiſt. Lith. lib. 5. cap. 139. *De altera vita, quam habituri a morte eſſent mortales, redituque animarum ad ſua corpora aliquid credebatur.* Memorabile quoque eſt, quod de *Livonibus Archontologia Coſmic.* lib. 1. fol. 319. his verbis refert: Wenn die Liefflånder Bauern einen Todten begraben, ſtehen ſie in einen Ring um das Grab herum, und trin-

cken

cken einander zu; ſie bringen auch etwa dem Todten eins, ſchütten ihm es darauf in das Angeſicht; wenn der Cörper nun im Grabe iſt, legen ſie eine Axt bey ihm, ſamt einen Krug voll Bier, etwas Speiſe, und ein par Pfennige zum Zehr-Geld, mit dieſen Worten: Ziehe hin in die andere Welt, da wirſt du über die Teutſchen herrſchen, wie ſie allhier über dich geherrſchet haben. cit. *Ernſt.* Bild. Part. 2. p. 808. confer. *Chriſt. Kelch Liven. Hiſt.* Part. I. p. 28. ſeq.

§. IV. Nos porro iis *Sorabos Luſatios* merito accenſebimus: nam peculiare numen illis fuit, quod tanquam leonem rugitum horribilem editurum eſſe credebant; & daturum vitæ lumen denuo ſepultis ſub terra; Huic autem *Flyniſi* nomen fecerunt.

§. V. Obſerv. (1) *Flyniſi Nomen.* Igitur acturi de hoc idolo, variæ nominis expreſſiones prænotandæ erunt. Appellatur *Flinnus* apud *Georgium Fabricium* Orig. Saxon. lib. I. f. 62. & *Adam* Erdmann *Mirum* Orat. de reb. Luſator. p. 10. Flins, apud *Scriptores Annal. Budiſſ.* & *Joh. Henr. Urſinum* in Acerra Philolog. lib. 5. num. 42. *Flinſius*, apud *David Peiſerum* rer. Lipſ. lib. 3. p. 279. & *Michaelem Frencelium* fratrem *Diſſert. 3. de Idolis Slavor.* Flinß, in *Chron. Saxon.* fol. 254 *Flint*, apud *Anonym. Autor.* Hiſt. Eccleſ. Sileſ. c. 2. p. 64. Flintz, apud *Jacobum Ticinum* in Epit. Hiſt. Roſenthal. cap. c. pag. 30. *Wolffg. Frieder. a Roda*, de XII. Gemmis Apocal. 21, 20. Conc. X. pag. 334. *Simon.* Chron. Eilenburg. Part. I. cap. 8. pag. 195. *Johannem Saubertum* de Sacrific. cap. 5. p. 105. & c. 7. p. 161. *Autor. Anonym.* Hiſt. Eccleſ. Sileſ. cap. 2. p. 64. *Flinz*, quoque in *Annal. Budiſſ. MSS. Joh. Henr. Urſinum* Annlect. Sacr. Vol. I. lib. 6. in appendice, p. 421. *Flinz*, cadaveroſum idolum. Legendum autem z, ut molle s. *Flyniſius*, apud *Chriſtoph. Manlium* Rer. Luſat. lib. 2. c. 22. *Flyns*, apud *Andream Hondorffium* in Promptuario Exemplor. fol. 58. *Adam Erdmann Mirum* Orat. cit. p. 20. & *Samuel. Groſſerum* Lauſitz. Merckw. II. Haupt-Theil. fol. 4. & 5. nec non *Flynz*, ap. *Petrum Albinum* Chron. Miſn. tit. XI. p. 298. *Schedium* de Diis Germ. Syngram. 3. cap. 7. & *Spate* in Lex. Germ. p. 520. vel Flyntz, ap. *Dn. Sam. Groſſerum* loc. cit. fol. 5.

§. VI. Obſerv. (2) *Flyniſi Etymon.* Circa etymon nominis diſpar Autorum mens ac opinio: *A Saxi*, cui inſiſtebat ſimulacrum, genere Flyns dictus eſt, ita *Manlius loc. dict. Joh. Henr. Urſinus* loc. cit. itidem: *Flins nomen, ſilicem ſignificat, cui ſuperſtabat prægrandi. Chron. Saxon.* fol. 245. Der Abgott hieß Flinß, denn er ſtund auf einem Flins-Steine. Reperunt eandem notionem & rationem *Petrus Albinus Chron. Miſn.* tit. XI. p. 298 *Annal. Budiſſ. MSS. Jeremias Simonis* Eilenburg. Chron. loc. cit. Contra *Dn. Spate* Lex. Germ. pag. 520. Flintz *nomen idoli, veterum Germanorum* (lege Soraborum) *ſine dubio a* Flincken *dictum, id eſt, fulgurare: quare Jovis aut Solis ſimulacrum fuiſſe creditur. Johannes Saubertus de Sacrific.* cap. 5. p. 111. Flintz a *rege* Fizlau, vel Flizzau. Sed nolumus hanc μετάβασιν εἰς ἄλλο γένος amplecti, ne hiſtoricis, quotquot ſunt, contradicamus, qui omnes uno ore *Flyniſum* pro Deo Soraborum, & Deo quidem mortuorum habent. Ducendum autem, mea ſententia nomen eſt, per antiſtœchon, ex voce hodie uſitata Polonis & Bohemis, Pilny, *ſollicitus, ſtrenuus, vigilans, attentus*; unde Pilnuie, *attendo, adverto, obſervo*, Polon. & Pilnoſc, ſubſt. Polon. vel Pilnoſt, Bohem *diligentia, ſedulitas, ſtudium, attentio*; ideoque a Pilny, *Pilnus* vel *Plinus olim*, latina terminatione; & porro per *Antiſtæchon*, *Flinnus*, ut *Fabricius* ſcribit, denique & *Flins*, *Flynſius*, &c. ſicque notat proprie *Deum, qui vigilat & ſtrenuus eſt, qui non dormitat, ſed mortuos obſervat, reſuſcitaturus eos.* Analogiam etymi nominisque ſignificationem, a nobis datam, confirmant ſymbola vigilantiæ: ſcilicet facula ardens, quam dextra manu geſſit idolum: & Leo ſtans in lævo humero: nam Leo eſt ὀξυδερκέστατον θηρίον, animal viſus acerrimi, ut ſcripſit *Menathon Ægyptius* in notis ad *Herodotum*: ergo vigilans quoque & attentus: ideo Ebræis etiam a verbo ראה *raa*, quod *videre* ſignificat, Leo dictus ראי *rai*, & ראיה *rajeh*, primo: & deinde per *metatheſin* ארי *ari*, & אריה *arjeh*; *Sam Bochartus* Hieroz Part. I. lib 3. c. I. fol. 715. ſeq. Quod ſi alluſio placeat, poſſet *Flins*, *Flinſius*, *per Synecdochen & epentheſin*, derivari quoque ex Arab. אבליס id eſt, *dæmon*; rad: בלס *perquiſivit*, Ebræis: *miſcuit*, Chaldæis: & *deſperavit*, Arabibus in Conj. 4. *Ellge cui dicas, tu, &c.*

§. VII. Obſerv. (3) *Flyniſi Figura.* De hac ita *Chriſtophorus Manlius Rer. Luſat. lib. 2. c. 32. In Chronico Saxonum ſub anno MCXVI. annotatum eſt, Venedos ſeu Slavos iterum a fide Chriſtiana deſciviſſe, & vetus ſuum idolum, a Saxi, cui inſiſtebat, genere, Flyns dictum, rurſum erexiſſe - - Fuiſſe autem id ad inſtar mortui, pallidum, caſarie nigra, longo amictum pallio, rubei coloris: dextra manu perticam geſſiſſe: cui ceu flavus merges, ſive manipulus ſpicarum, & is quidem in ſummitate ardens eſſet præfixus; in lævo ejus humero leonem ſtetiſſe erectum, qui mortuos, ut fuit gentis ſuperſtitio, ſuſcitaret.* Verba *Chronici Saxonum* hunc in modum ſeſe habent: fol. 245. ſeq. Die Wenden traten abermahl vom Glauben, und ſatzten wieder auf ihren Abgott, der hieß Flinß; denn er ſtund auf einem Flinsſteine; war geſtalt, als ein Todt mit einem langen Mantel: hatte in der Hand einen Stab, mit einer Feuer-Blaſe (nebſt einer brennenden Fackel, ita *Autor Anonym* Hiſt. Eccleſ. Sileſ. c. 2. p. 65.) und auf der lincken Schulter einen aufgerichteten Löwen, der ſie erwecken ſolte, wenn ſie ſtürben. Repetit eadem verba *Chriſtianus Heckelius* Chron.

Biſchoffsw. cap. 2. p. 6. Sed audire operæ pretium exiſtimo quoque alios: *Johannes Henricus Urſinus in Acerra Philolog*. lib. 5. num. 42. *Flins, Vandalorum Luſatiam incolentium idolum fuit: Nomen ſilicem ſignificat, cui ſuperſtabat prægrandi; imago qualis mors pingi ſolet, cadaveroſæ forma, longo tecta pallio, manu baculum geſtans cum inflata porci veſica* (ita etiam *M. Chriſtianus Hermann in* Mitweid. Denckmal. p. 147. lib. 2. cap. 1. trug in der Hand einen Stab, ſamt einer aufgebleheten Schweins-Blaſe.) *Hujus ſiniſtro humero leo inſidebat, a quo ſe barbari in vitam olim reſuſcitatum iri credebant; Centur. Magdeb.* 12. f. 1789. *Mirum inventum. An illi de victore Leone ex tribu Juda aliquid audiverant? Apoc.* 5, 5. *Petrus Albinus* Chron. Miſo. tit. XI. p. 298. Flynß ein ander Abgott der Wenden, wird alſo beſchrieben, daß er auf einem Stein, welchen Pirnenſis einen Flynßſtein nennet, geſtanden; ſonſten geſtalt, wie ein todter Cörper, mit einem langen Mantel, in ſeiner Hand ein Stab mit einer brennenden Blaſe; und auf der lincken Schulder ein aufgerichteter Löw: Welches Pirneoſis alſo auslegt, daß ſie geglaubt, der Löwe ſolte ſie, wenn ſie geſtorben, vom Tode wieder auferwecken. *Wolffg. Frieder. a Roda* de XII. Gemmis Apoc. 21, 20. Conc. X. p. 334. Der Götze Flinz genannt, iſt geſtalt geweſen, wie ein todter Cörper, mit einem langen Mantel, der in ſeiner Hand einen langen Stab, auf der lincken Schulter aber einen aufgerichteten Löwen gehabt; und ſollen die Wenden geglaubt haben, der Löwe würde ſie nach ihrem Abſterben, vom Tode wieder auferwecken. *Jeremias Simon* Eilenburg. Chronic. Part. 1. cap. 8. p. 195. Der Waldgott Flyntz oder Flynß hat unter einem ſchönen breiten Linden-Baum (bey Leipzig) geſtanden, und zwar in ſchrecklicher Geſtalt, wie ein todter Cörper, mit einem langen Mantel oder Rocke behangen, in der rechten Hand einen Stab, mit einem brennenden Blaß-Feuer, auf der lincken Schulter aber einen aufgerichteten Löwen tragend, und auf einem Flinß-Steine ſtehend, und zwar, wie Pirnenſis davon urtheilet, ſolches darum, dieweil die Sorben-Wenden geglaubet, der Löwe ſolle ſie vom Tode wieder auferwecken. *Annales Budiſſ. MSS.* Flins oder Flioz, war geſtaltet, wie ein todter Cörper, gantz nacket, ohne daß er mit einem Schurtz-Tuch umgürtet war; in ſeiner Rechten eine brennende Fackel haltende, auf ſeinem Haupte lag mit den förderſten Füſſen ein Löwe, aber mit einem hintern auf des Bildes lincken Schulter. *Joh. Saubertus* de Sacrific. cap. 7. p. 161. *Deus Flintz eam formam præ ſe ferebat, qua mortis imago pingi ſolet, ſed longo pallio erat tectus, manu geſtans baculum, cum tumente ſuis veſica; ſiniſtro humero ſedebat Leo, per quem tandem a mortuis excitandos ſe* (Slavi) *confidebant*. vid. *Schedium de Diis Germ.* lib. 3. cap. 7.

§. VIII. Obſerv. (4) *Flyniſi cultores*. Venedorum, in genere omnium, ut plura alia numina, ita communem etiam *Flinſium* fuiſſe, ſcribit *David Peiſerus* Rer. Lipſ. lib. 3. p. 279. Verum alii *Soraborum* in ſpecie Deum fuiſſe dictitant; & quidem (1) *Luſatorum ſuperiorum*: quo ita *Annales Budiſſinenſes*: Flins ſtund unweit, eine halbe viertel Meile nach Norden, von der Stadt, an dem Ort, wo nun das Dorff Ohna lieget, an der Spreu, auf einem hohen Kieſſelſteinigtem Thurme, da noch der Hügel, und die unten liegende Menge der Steine ſolches ausweiſen: die gröſten aber ſind herunter in die Spree geſchmieſſen. Et porro ibidem: Dieſe Stätte, wo ſolcher Götze geſtanden, war ſo ſehr in dieſem Lande berühmt, daß man anfangs in Willens geweſen, eine Stadt allda aufzubauen; Da aber die Fundatrix (fabula hic narratur) eine Böhmiſche Gräfin die Gelegenheit des Orts betrachtet, ſagte ſie: Howno, ſubintellige, tude budje mieſto, d. i. ein Dreck, ſalva venia, wird allhier eine Stadt seyn: Daher heiſſet man noch heute zu tage das Dorff Howno, oder Hownow; Teutſch, Oehna. (Rectius pagum ab voce Sorabica hono, i. e. campus dictum putes.) Bauete aber hingegen gegen über, über der Spree, die Stadt, welche ſie hernach Budiſſin genennet. *Johannes Henricus Urſinus* loc. cit. Flins Vandalorum Luſatiam incolentium idolum fuit. *Andr. Hondorffius Promptuar. Exemplor.* fol. 58. edit. Francof. ad Mœn. ann. 1598. *Flyns, Luſatiam incolentibus fuit idolum. Autor* Hiſt. Eccleſ. Sileſ. cap. 2. p. 62. Den Flint, oder Flinz ehrten vor allen andern die Lauſitzer Wenden; - wie denn unſern Bautzen, auf einem hohen Berge (rectius Hügel) man noch Merckmahle verſchiedener Altäre, und andere Dinge, von gar ſonderbahrer ſtructur antrifft, welches Werck eine groſſe Curioſité, und einer genauen Unterſuchung allerdings würdig iſt. *M. Samuel* Groſſer, Lauſitz. Merckwürdigk. II. Haupt-Theil t. 4. Die Lauſitziſchen Sorben hatten ihren Flynß, der nach etlicher Meinung auf einem Berge an dem Queiß; nach anderen Vorgeben aber auf einem Berge an der Spree, bey Budißin ſeinen vornehmſten Verehrungs-Platz beſeſſen haben ſoll. (2) Miſnenſium, ac in ſpecie (a) *Dreſdenſium, vicinorumq.*: Sic enim *Antonius Weckius* in Beſchreibung der Veſtung Dreßden, fol. 289. Die alten Heydniſchen Wenden, ſo weyland um Dreßden und Meiſſen gewohnet, haben unter andern einen Götzen gehabt, den ſie Flintz genannt. (b) *Ilburgenſium & Lipſienſium*; Ita enim *Jeremias Simon* Eilenburg. Chron. Part. 1. c. 8. pag. 195. Inſonderheit haben die in der Eilenburgiſchen und Leipzigiſchen Pflege vor deſſen wohnende Sorben-Wenden einen abſonderlichen Waldgott gehabt, mit Nahmen Flyntz, welcher nicht weit von Leipzig unter einem ſchönen breiten Linden-Baum geſtanden.

§. IX.

§. IX. Obſerv. (5) *Flyniſi Cultus.* Hie quidem cetera inter in eo conſiſtit, quod crederent barbari, Flinifo curæ eſſe mortuos, & pollere ipſum poteſtate ac vi reſuſcitandi corpora murtuorum, vid. ſupra num. 6. & 7. Sed figura hic breviter *hieroglyphice* exponenda erit: qua ſane *Flyniſus*, quid poſſet, & quare cultus ſit, Sorabi ſignificarunt; (1) *Imago cadaveroſa* & pallium mortuos ſignarant, ut pote quorum ille Deus eſſet. (2) *Leo* erectus indicabat, quod voce hujus deaſtri fortiſſima, tanquam Leonis rugitu mortui evigilaturi ſint: nec enim credas, ut vulgo perhibent, Sorabos ſibi perſvaſiſſe, ſe a leone animali excitatum iri. (3) *Baculus* cœli pacem futuram notabat. (4) *Baculo* infixa erat non facula, ut rudis ſaltem conſpectus prodit, ſed merges erat ſeu manipulus ſpicarum aut ariſtarum, ſignificans, Sorabos crediddiſſe corpora ſua ceu triticum terræ conditum pronaſcitura eſſe. An igitur illi verba Pauli fama perceperint? *1. Cor. 14, 36. ſſ.* vid. *Joh. Pierius Valer.* Hieroglyphic. lib. 56. cap. 1-14. ubi de Spicæ hieroglyphicis plura. *Autor Anonymus* Hiſt. Eccleſ. Sileſ. cap. 2. pag. 65. Dem Flinz wurden viel Opffer, jedoch nur von Thieren gethan, zugleich auch Altäre und Heyne erbauet. Et porro: Sie (die Lauſitzer) haben geglaubet, daß er ſie durch ſein Brüllen dermahleins von den Todten wieder auferwecken würde; woraus erhellet, daß dieſe Völcker ſowohl reſurrectionem mortuorum, als auch eine Belohnung des Guten, und Beſtraffung des Böſen geglaubet haben.

§. X. Obſerv. (6) *Flyniſi deſtructio.* Quod ad Lipſienſes attinet, quo tempore Flyniſo valedixerint, eo ita *Jeremias Simon* Eilenburg. Chron. Part. 1. c. 8. p. 196. Den Abgott Flyns ſoll S. Bonifacius Anno 728. abgeſchafft, und hingegen an die Stelle ein Clöſterlein gebauet haben. Confer. idem p. 203. Porrò de Luſatis, & Flyniſi apud eosdem abolitione ultima, ita *Chriſtophorus Manlius* Rer. Luſat. lib. & cap. cit *In Chronico Saxonum ſub anno 1116. annotatum eſt, Venedos ſeu Slavos iterum a fide Chriſtiana deſciviſſe, & vetus ſuum idolum a Saxi, cui inſiſteret, genere, Flyns dictum, rurſum erexiſſe. – Lotharium vero Ducem, qui novennio poſtea Imperator factus eſt, & Adelgotum, Magdeburgenſium antiſtitem, in Luſatiam, quam meri tunc incoluerunt Venedi,* (ſed Teutones illis admiſtos fuiſſe, probat arcis Ortenburgi nomen, urbi Budiſſinæ coævum.) *profectos, idolum denuo dejeciſſe.* Et paulo poſt: *In Merſeburgenſium etiam Annalibus* (Brotuffii) *legitur, undecunq; ea narratio ſumpta eſt, Lotharium ducem idolum Luſatiorum Flyniſum deſtruxiſſe,* (anno quidem 1118. 2. id. Jun. *Chron. Saxon.* f. 246. I. Haupt-Theil. lib. 1. f. 32. & ann. 1126. *Dominus Sam Groſſerus* habet an. 1129. Lauſitz. Merckw. II. Haupt-Theil. fol. 9. *Chriſtianus Heckelius* Chron. Biſchoffsw. c. 2. f. 4. ann. 1316. forte error typographi erit p. 1. anno. 1116. it. p. 6. ann. 1124. nominat.) & *Luſatiam initio Imperii Romani Marchiam feciſſe.* (hæc poſteriora verba *Manlius* alibi confutat.) *Fabricius in Lothario ſuo habet,* fol. 10. *Nordalbingos dicto audientes facit: principem Vandalorum ſede ad Albim expellit, ipſorum idoli peculiaris ſtatuam, quam denuo poſuerant, evertit: Pomeranos ad Chriſtianam religionem reducit.* Similia legas in *Annal. Budiſſ MSS.* apud *Petrum Albinum* Chron. Miſn. tit. XI. p. 298. ſeq. *Andr. Hondorffium Promptuar Exemplor. fol. 58.* *Michaëlem Frencelium fratrem noſtrum* Diſſert. 3. de Idolis Slavorum, *Samuel. Groſſerum* Lauſitz. Merckwürd. II. Haupt-Theil fol. 8. & 9. Add. Merckwürd. I. Haupt-Theil fol. 32. aliosque.

CAPUT XXXI.

De Czernebogo & Diablo, id eſt, Atro Deo, ac Diabolo.

§. I.

Ulſis in theatro ampliſſimo Diis vivorum, mortuorumque, poſt obitum, curatoribus: reſtant in ſcenam producenda numina, in quæ, ne nocerent, & incommodarent, formidine mali, honores cultusque effuſi leguntur. Slavi etenim proſperam fortunam a bono Deo; adverſam a malo dirigi profeſſi ſunt, ait *Helmoldus Chron. Slavor.* lib. 1. cap. 53. Hinc recte in *διασκέψει* Somnii, quod luminavit *Ludovicus Alphitander* de Deo Endovellico, *Thom. Reineſius: Vinidi, quos qui Vandalos adpellant, improprie loquuntur, duplicem Deum unum boni, alterum mali autorem coluere: illum* Dobreho Boha; *hunc* zleho (ſleho) Boha *adpellitantes: Perſarum hac ſuperſtitione ἀποφλαδίς & aſſecla, quos ejusmodi ἀντιπράττοντας δαίμονας coluiſſe, e Laërtii Proœmio notum eſt. Chriſtiani autem facti Deum verum* Boha, *id eſt, nigrum Deum, qua ratione eum D. Paulus,* 2. ad *Corinth.* 4. 4. *θεὸν αἰῶνος τούτου; & Patres Latini adpellarunt Æthiopem, hodieque, ut &* Czerta, *nominant, & abſolute* zleho (ſleho.) *πονηρόν, nequam, malignum: imitationeque Patrum Eccleſiaſticorum, etiam majores noſtri Germani eundem* Hellemohren, *i. e. Æthiopem infernalem indigitarunt. Extat hac adpellatio in vetuſtis Rhythmis Germanicis, quibus eccleſia ſub pontificibus Romanis ſtatum ante hos 400. annos Imperatore Philippo deplorat Waltherus* von der Vogelweide. *Ejus familiaris & conſiliarius domeſticus, laudante Goldaſto in Replic. pro Imp. c. 28. Johannes Saubertus* de Sacrific. cap. 9. p. 105. *Vandali* (leg. Sorabi, aut Slavi,) *in conviviis & compotationibus ſuis pateram certis verbis conſecrabant, ſub nominibus boni & mali; Eſt autem illis* Bel-

(Bylp) *albus*, Zerne, (leg. Czerny) *niger*, & Buch, (leg. Bog.) *Deus*. vid. *Münſterum* lib. 3. Coſmogr. *Cranzium* Vandal. lib. 3. c. 17. *Autor* Hiſt. Eccleſ. Sileſ. c. 2. p. 65. Die Slaven verehrten einen guten, und einen böſen Gott; jenen nenneten ſie Belbok (rectius Bylybog) dieſen, den böſen oder hieſſen ſie Zernebog (rectius Czernybog.)

§ II. Sed merito dubito, oom Perſarum tantummodo aſſeclas, Slavos dicere liceat; cum illa de duplici Deo, malo & bono, ſenteotia looge plures per orbem terrarum homines occupaverit. *Plutarchus* libro de *Iſide & Oſiride* ita: *Vetuſtiſſima ſacrarum profeſſoribus rerum, & legum latoribus derivata eſt opinio, auctore incognito, fide firma & indelebili, non in ſermonibus ea tantum & rumoribus, ſed & in myſteriis ac ſacrificiis tam barbaris, quam Gracanicis exſtans*, ueque caſu ferri, & a fortuna pendere ouiverſum, mente, ratione, gubernatore deſtitutum: neqoe onicam eſſe rationem, quæ contineat id, & dirigat tanquam elavum, aot frena moderans, ſed cum permulta e bonis juxta malisque ſint confuſa, imo nihil natura hæc ſincerum, (ut verbo dicam,) proferat: non eſſe unom aliquem promum, qui e duobus doliis res nobis veluti aliquem liquorem, cauponis in morem, diſtribuat atque miſceat. Ergo *a duobus principiis contrariis, adverſisque duabus facultatibus, quarum altera ad dextram, & recta ducat, altera retrorſum avertatur atque reflectat*; cum vitam eſſe mixtam, tum ipſum mundum (ſi non univerſum, eum ſaltem, qui ad terram eſt, & lunæ ſobjacet,) inæqualiter ferri, variisque & omnis generis motibus agitari. Si enim nihil abeque cauſa ſit, & mali cauſam bonum non præbet, neceſſe eſt in natura, ut boni, ita etiam mali ortum peculiarem, ſuumque principium exſtare. Atque hæc quidem ſententia plerisque & iisdem ſapientiſſimis probatur. Exiſtimant enim alii, duos eſſe Deos, quaſi contrariis deditos artibus, ut bona alter, alter mala opera conficiat; alii eum, qui eſt melior, Deum; qui deterior, dæmonem dicunt. Porro refert idem *Plutarchus*, quomodo opinio eadem in ſpecie fuerit Perſarum, qui tamen illam accepere a *Zoroaſtro*; hic enim *duo* cum ſtatuiſſet *principia*, *boni* principem vocavit *Oromaſden*, *mali Arimanium*: Sed & apud Ægyptios, quibus tamen plures erant Dii, præcipuus honos duobus præſtabatur principiis ac cauſis univerſi, uni omnis boni, unde rerum generatio: alteri omnis mali, unde rerum corruptio. Non aliter quoque *Græci, Romanique* ſenſerunt: nam etſi illi quidem non agnoſcerent duo ſolum rerum principia, hactenus tamen priorum inſtitere veſtigiis, quod pro bono maloque effectu Deos diſcriminarent. Siquidem eorum iis alia bone, quæ juvarent; alia mala, & ut *Maro* vocat, læva, quæ nocerent. Atque ut apud *Auguſtinum* legas, *lib. 8. de C. D. cap. 13. Labeo numina mala victimis cruentis, atque hujusmodi ſupplicationibus placari exiſtimat: bona vero ludis & talibus, quaſi ad lætitiam pertinentibus rebus.*

§. III. Denique ſententia de gemino rerum principio, ſive autore bonarum uno, malarum altero hæſit præterea in Eccleſiæ pomæriis. *Manes* utique ſic quoque ſentiebat eum Diſcipulis XXII. in quibus præcipue memorantur *Thomas, Buddas, Hermas* ſive *Tyrbo* & *Aena*, a quo Manichæi aliter dicti *Acuanitæ*. *Epiphan.* Hæreſ. 66. & *Nicetas Choniates* ſive *Coloſſenſis* lib. 4. *Theſaur. Orthodox.* cap. 33. Nec tamen Manichæi ſic temere loquebantur, ut dicereot, doplex eſſe Numen: vel, ſi duos dicerent Deos, uon aliter hoc ſolebant interpretari, quam unum proprie, alterum improprie Deum dici; quomodo etiam *Apoſtolus Paulus* ait, 2. *Cor.* 4, 4 *Deum hujus ſeculi, qui Diabolus eſt, excæcaſſe fidelium mentes.* Sed in eo tameu convenientia erat, quod ex duobus principiis, quurum unum eſſet Deus, alterum ſive Hile, ſive Dæmon; a priori bona, ab altero eſſe mala crederent; ab illo ſolem non factum quidem, prolatum tamen, vel miſſum: ab altero autem colubrum, & alia id genus animalia, facta eſſe in gente teuebrarum. Quæ qui dicit, is Diabolum creatorem, ac proinde Deum facit. Hanc *Manetis* inſaniam legere eſt apud *Epiphanium*, Hæreſi LXVI. nec uno loco aqud *B. Auguſtinum*; paucis vero apud eum libro de *Hæreſibus*: *Iſte*, inquit, *duo principia inter ſe diverſa atq; adverſa, eademq; æterna & coæterna, compoſuit: duasque naturas atque ſubſtantias boni ſcilicet & mali, ſequens alios antiquos hæreticos, opinatus eſt; quarum in ſe pugnam & commixtionem fabulatur.* Per hæreticos, quos *Manes* ſecutus dicitur, intelligit *Marcum, Cerdonem, Apellem*, alios; qui itidem duo ſtatuerant principia. Sed cum *Manem* hunc conſtet natione fuiſſe Perſam, ac Perſicis etiam diſciplinis, ſumptibus viduæ eujusdam, fuerit imbutus, ut *Epiphanius* tradit; magis mihi veriſimile ſit, patriam in eo religionem ſecutum fuiſſe. *Zoroaſtris* enim & Magorum hæc doctrina erat, ut e *Plutarcho* ante vidimus. Atque idem a *Laertio* adſtruitur e *Dionis* Hiſtor. *Ariſtotelis*, lib. 1. de Hiſt. *Hermippo* lib. 1. de Magis, *Eudoxo* in περιόδῳ *Theopompi* lib. 8. Philipp. & *Eudemo Rhodio*. Hæc fere *Gerhardus Johannes Voſſius* de *Idololatr.* lib. 1. cap. 5. Satis igitur ſuperque ex his liquere puto, quam ampla, quamque antiqua ſit doctrina de duobus naturæ principiis ſive Diis, bono altero, & altero malo. vid. *Antidotum* adverſus hoc veneum apud celeberrimum *Voſſium* loc. cit. De *Slavis* uos inpræſentiarum, quos eidem in hæſiſſe luto ſive opinioni, diximus ſupra. *Atelhardi* autem locus, cujos particulam ibidem exſcripſimus, integer ſic ſe habet; loc. cit. *Eſt autem Slavorum mirabilis error; nam in conviviis & compotationibus*

onibus, pateram circumferunt, in quam conſerunt, non dicam conſecrationis, ſed execrationis verba, ſub nomine Deorum, boni ſcilicet atque mali; omnem proſperam fortunam a bono Deo: *adverſam* a malo *dirigi profitentes: ideo etiam malum* Deum *ſua lingva* Diabol, *ſive* Czernebog, id eſt, *nigrum Deum appellant.* Hæc *Helmoldus.*

§. IV. Obſerv. (1) *Czernebogi & Diabli Nomina.* Malum Deum Slavi, ait *Helmoldus* in verbis allegatis, *Diabol*, ſive *Czernebog* appellant. Editio *Weſſiliana*, excuſa Lubecæ ann. 1659. habet *Zcernebo b*, inverſis literis Zc, pro Cz, quod Sphalma quidem calcographo tribuam. Slavis autem cz, vel cż. puncto auctum, valet tſch, vel tzſch. Et Bog, (non Boch,) Deum ſonat: credibile etiam per G. ſcriptam fuiſſe vocem ab *Helmoldo*: quandoquidem in nomine proprio inde compoſito, *Bugislaus*, ſeu *Bogislaus* (Codex prædictus *Buggeslaus* falſo legit.) i. e. *Deo laus*, (Gottlob, *Chron. Slav.* lib. 2. c. 6. illud literæ genus adhibuit: quod itidem in *Arnoldi* Chron. Slavor. lib. 3. c. 4. & 7. obſervavimus.) *Ludovicus Alphitander* in Somnio de Deo Endovellico, p. 28. pro Czernebog, habet ſimplex Zerni, legendum autem czarny, vel czerny, aut cżorny, prius eſt lingvæ Polonicæ, alterum Bohemicæ, & tertium Sorabicæ. Vocales enim a, e, o, permutabiles ſunt. *D. Thomas Reineſius* in Διαχρίοις p. 43. *Vinidi Diabolum* Czerneho Boha, i.e. *Nigrum Deum nominant. Johannes Saubertus de Sacrific.* c. 5. p. 105. *Colebant & Germani* (leg. Slavi,) *malum Deum, ſua lingva* Diabol, ſive Zcerneboch, i. e. *nigrum Deum, Helmold.* l. 1. c. 53. ſed paulo poſt. c. 9 Zernebuch, Zerne, niger, & buch, Deus, (leg. Czerny Bog,) *M. J. Hoffmann. in Programm. Scholaſtico* de *Aureo Aroo*, in notis ap *J. Chr. Olearium*, in Syntagm. Rer. Thuring. Part. 1. p 190. ſcribit Zernebock. *D. Maſius* de Diis Obotrit. c. 2. p. 30. 31. & 33. ſcribit itidem Zernebock, omiſſo C. & mutato finali G. in ck. ita & *Autor Hiſt. Eccleſ. Sileſ.* cap. 2 p. 65. *Georgius Fabricius* Orig Saxon. lib. 1. f. 62. *Atrum & malum Deum inauſpicatumque vocat*: uſus latina tantum verſione & circumſcriptione.

§. V. Obſerv. (2) *Czernobogi & Diabli Etyma*, Diabol, (vulgo Diabow) it. Diabl, per Syncop. Sorabis & Slavonis Diabel Polon Germ. Teufel. Belg. Duyvel Saxon. Tiefel, Tübel, & Tibel. Latinis, *Diabolus*, Gallis, *Diable*, Ital *Diavolo*. Græc. διάβολος, Æol. ζάβολος: (unde Zabulus, apud *Cyprianum, Hilarium & Papiam*; ex quo Cżepel, Soraborum) voces unius ejusdemque principii ac originis, utut literulis aliquibus diſcrepent; eum Chriſtianiſmo e Græca Eccleſia in civitatem Latinam, Germanicam & Slavicam tranſlatas credimus. Græcis enim proprie διάβολος, calumniator; & ſynedochice ſeu κατ' ἐξοχὴν, princeps malorum Spirituum, dæmonumque apoſtatarum: ſic dictus, quod nos apud Deum, & Deum apud nos impudentiſſime calumnietur, *Apoc 12, 10.* Hinc quoque *Iſidoro, Criminator*, & *Tertulliano delator*, lib. 2. contra Marcionem, audire ſolet. Verbum eſt διαβάλλω, proprie *tranſfigo*, du**r**ch werffen, durchſchieſſen. *Metaphorice, calumnior, defero, invidiam alicui conflo, accuſo*: Simplex βάλλω, *jacio, abjicio*, ex Ebr. פלח *palach, diſcidit, diſſecuit, diſſecuit.* Alluſio vel illuſio verius eſt, quod quidam vocem Teufel derivant, a תבל *tybal*, vel הבל *tebel*, id eſt, *mundus, orbis, quia* Diabolus κοσμοκράτωρ, *Epheſ. 6, 12.* ita *Ludovicus Alphitander* in Somnio de Deo Endovellico. Pejus alii, quaſi Teufel ſit a Teutfall, quod defecerit a Deo. Tent enim ſummus & verus Deus priſcis Germanis dicebatur. Denique peſſime *Diabolus*, & Diabol, a *duobus bolis*, quod corpus & animam deglutiat. O Grammatica divina, quam ineptiunt ſæpe, qui te negligunt, aut contemnunt? Alterum Czernebog, componitur ex czerny. adjectivo Bohem cżorny, Sorabis, & czarny, Polonis, i. e. niger ater, ſchwartz: & Bog vel Bohg, aut Boh. Deus: quamobrem Czernebog (rectius Czerny Bog, Sorabis enim duo vocabula erant, non compoſitum unum,) bene *Helmoldo, Fabricio*, aliisque idem atque *Niger aut Ater Deus. Petrus Albinus* Chron. Miſn. tit XI. p. 301. Zerneboг iſt ſo viel. als Schwartzer Gott.

§. VI. Obſerv. (3) *Czernebogi, & Diaboli* Figura. Non autem conſtat, quale ſimulacrum ποιηρῷ apud Slavos fuerit: certe atrum fuiſſe, nomen indicat. *M Job Hoffmannus* loc. cit. ſupra: *Idolum* Zernebock, *deformis & horrenda figura, ideo, ne noceret, colebatur. Hinc petulantium puerorum vox*, Zerrebock *vel* Zernebock. Malim vero hæc derivare ex Zerren & Bocke Germanis vocabulis. Ab Æthiopibus, quod mirum, *albus* pingitur Satan, quod colore ſuo eum non dignum judicent: *Jobus Ludolphi* Hiſt. Æthiop. lib. 1. cap. 14.

§. VII. Obſerv. (4) *Czernebogi & Diabli Cultores.* Teſtis *Helmoldus* eſt, loc. cit. ſæpius, quod *Slavi Sorabive*, (i. e *Obotriti, Polabi, Wagirenſes, Marchici, &c.*) quondam illum Dæmonem coluerint: Idem affirmant repetuntque *Albinus*, atque *Maſius*. *Georgius Fabricius Orig. Saxon.* lib. 1. fol. 62. ait: *Saxones veteres in tenebris errorum maximorum, Flinnum & Sibam Deam, & Atrum nomine coluiſſe, addere alios; ultimumque eam ob cauſam, ne noceret, & malum Dæmonem inauſpicatumque dixiſſe.* Sed certe hic *Saxonum* nomen, non de Saxonibus ſic dictis, accipiendum: ſed de Saxonicæ terræ priſcis habitatoribus, Slavis. *Autor* Hiſt. Eccleſ. Sileſ. cap. 2. p. 66. Denen Schleſiern ſind auch die zwey Götter, der Belbock, und Zernebock bekannt geweſen, jedoch nicht eher, als nachdem die Slaven zu ihnen gekommen als die nebſt denen Wenden, ſothane Abgötterey in Teutſchland zu erſt eingeführet; denn zuvor wuſte man von ſolcher nichts.

nichts. Wo aber die Slaven und Wenden ſolche herbekommen, ſtehet dahin: Es kan ſeyn, daß ſie ſelbige in Polen aufgeleſen allwo ſie ſich viel Jahr verweileten, ehe ſie weiter in Schleſien und nach Teutſchland zu fortrückten, indem dieſe Gottheiten allda bereits lange bekannt waren. Ergo & *Poloni*, atque *Sileſii* quondam cultores *Czernibogi* extiterunt. De aliis populis, qui Diabolum olim venerati ſunt, vel in hunc usque diem venerantur, videlicet de Chinenſibus, & Americanis, &c. vid. *Voſſius* de Idololatr. lib. 1. cap. 8. *Maſius* de Diis Obotrit. c. 2. p. 32. *Hondorffius* in Promtuar. ful. 82. ſeq. Et de judæis, *Friſchmuthus* Diſſert. 2. de Hirco Emiſſario, cap. 1. *M. Adami*, (alias *Miſander*) Delic. Bibl. Vet. Teſt. tom. V. qv. 138. p. 11. & 12. ac *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. 1. lib. 2. c. 56. fol. 652.

§. VIII. Obſerv. (5) *Czernebogi & Diabli Cultus.* Scilicet, *ne noceret*, *Ater cultus eſt*, inquit *G. Fabricius* loc. cit. & *Joh. Hoffmannus*, vid. num VI. *Nam adverſam fortunam ab illo dirigi, Slavorum opinio fuit*, teſtis *Helmoldus* loc. dict. *Petrus Albinus* Chron. Miſnenſ. tit. XI. p. 301. Es haben die Slaven den Zernebog darum geehret, als einen unter den böſen Göttern, daß ſie gemeinet, daß in ſeiner Gewalt alles Böſe wäre, und bathen ihn derhalben um Gnade; und verſöhneten ihn, damit er ihnen nicht Schaden zufügen ſolte, in dieſem und (NB) in jenem Leben, wie es Pirnenſis ausleget. *Clariſſ. Andreas Borrichius* in notis ad *D. Maſium de Diis Obotrit.* cap. 2. p. 33. *Certum eſt, gentiles veteres non ignoraſſe, eſſe quendam humanis rebus infeſtum Dæmonem: obſervandum tamen eſt, ipſos licet hunc timuerint Deum appellantes, loco veri Dei non coluiſſe: non enim innata ſummi Numinis reverentia, ſed inſita malignitatis formidine ſibi ab ipſo timuerunt homines; ex quo Deus inter mulieris & ſerpentis ſemen inimicitias poſuit, Gen. 3. perpetuo quidem affectanda divinitatis ſtudio illud egit faſtuoſus Dæmon, ut Deus crederetur; ſed noxius Deus appellatus eſt; unde Germanorum, (lege Slavorum)* Zernebock *quem Græci κακοδαίμονα, Latini Larvam, & Manium vocarunt, teſtibus Varrone & Apulejo, &c. A quibusdam etiam Malus Genius dictus eſt; unde Valer. Maximus, malum Caſſii genium κακοδαίμονα, nominavit: ut cum Apulejo in eo vix conſenſerim, quod libr. de Deo Socratis, putat εὐδαίμονα per genium exponendum eſſe.* Hæc *Borrichius.*

§. IX. Obſerv. (6) *Czernebogi & Diabli deſtructio.* Illa accidit divina gratia, maxime in Saxonicis regionibus, tempore cum primis Imperatoris Lotharii & anno quidem præter propter, MCXXXIV. quo a ſtudio ac cura convertendi, Slavos imprimis laudatur Vicelinus eccleſiaſtes Falderenſis, paulo poſt Epiſcopus Altenburgenſis factus. vid. *Helmoldus* Chron. Slav. lib. 1. cap. 53.

CAPUT XXXII.

De Picollo, Deo Inferorum.

§. I.

S*ancto Luca* interprete βεελζεβοὺλ (בעל זבול) *princeps Dæmoniorum* habitus eſt; nam Judæos dixiſſe memorat, ἐν βεελζεβοὺλ ἄρχοντι τῶν δαιμονίων ἐκβάλλει τὰ δαιμόνια, per *Beelzebul, principem Dæmoniorum ejicit* (Chriſtus) *Dæmonia, c. 11. 15.* Conſtat vero primorem & coryphæum dæmonum non ſolum atque unum Beelzebul ab omnibus agnoſci: nam duos inſuper alios ſummos legimus appellari Diabolos; videlicet Angelum mortis, vel *Sammaelem*, & *Aſmodæum*, ſive אירש אשמודין: *Sammael* certe ראש כל הסטנים *princeps omnium Satanarum* vocatur, in *Elleh haddebharim rab.* fol. 302. vid. *Lightfoot. Hor. Ebr.* ad *Johann.* cap. 12, 31. Nam hunc ipſum eſſe volunt, qui *Johannis* loc. cit. appellatur ὁ ἄρχων τοῦ κόσμου τούτου, i. e. *princeps hujus mundi.* Et ὁ κράτος ἔχων τοῦ θανάτου; item διάβολος. *Ebr.* 2, 14. Videndus etiam eſt de *Angelo Mortis Buxtorffius* filius in *Synag. Judaic.* c. 35. edit. *Latin. Baſil.* an. 1641. p. 435. ſeq. edit. *Baſil.* ann. 1680. cap. 49. p. 712. & Germ. Parentis, edit. *Baſil.* anno 1643. p. 636. ſeq. De *Aſmodæo* dicitur in Gittin fol. 68. 1. אשמדאי מלכא רשידי *Aſmodæus rex Dæmoniorum.* Adde *Lightfoot.* Hor. Ebr. ad *Luc.* 11, 15. Alii contra quatuor Dæmonum anteſignanos numerant, quorum hæc ſunt nomina, ſi recutitis credimus, סמאל, עזאזל, עזאל, מחזאל *Sammael, Azazel, Azael, & Maccbazeel*; ita *Menachem* in *Levit.* 16, 8. At in *Capitulis R. Eliezer Azazel* dæmon idem, qui *Sammael*, cui in totius orbis populos, excepta gente Iſraëlitica, poteſtas eſt data; quemadmodum docet *Sam. Bochartus* Hieroz. Part. 1. lib. 2. cap. 56. fol. 652. Habet vero aliquid πολυμαθέστατος *Johannes Lightfoot.* Hor. Ebr. ad *Luc.* cap. 11. v. 11. p. 805. quo recenſitorum dæmonum, videlicet trium priorum principatus cauſas ſecretiores manifeſtare contendit: v. g. tribui prærogativam *Beelzebulo*, quod inter ethnicos fuerit autor idololatriæ: *Aſmodæo*: quod inter judæos fuerit autor apoſtaſiæ: & Angelo mortis, quod omnes homines, nemine excepto, morte perdat: quærenti tamen, quis inter illos tres nobilior, præſtantiorque ſit, non ſatisfacit. Præterea ſi nos *Menachemum* ſequimur, prioribus duobus, *Beelzebulo*, & *Aſmodæo* principatus derogatur, inque eorum locum evehuntur *Sammaël, Azazel, Azael, & Maccbazeel*: quo jure autem id fieret, annotatum non reperio: quare ad alios iſtum nodum ſolvendum ultro rejicio.

§. II. Propemodum ſimilis diſceptatio de principatu *Picolli*, Dei inferorum, apud Pruſſicos ſcriptores legitur. *Grunovius* enim

ei

ei (1) ſupremum quidem locum, ſed non ſoli ac uni tribuit: ubi ait, Tres Deos veteribus Pruſſis fuiſſe præcipuos, *Percunum, Picollum*, & *Potrimpum*, vid. *Hartknochius Differt. 7. de Diis Pruſſorum* p. 124. quo in loco contra illos agit, qui hos nunquam cultos fuiſſe perhibent. (2) Alii e contrario *Percunum, Picollum*, & *Potrimpum*, ad inferiora ſubſellia detrudunt: ita *Johannes Meletius* Epiſt. ad *Georg Sabinum* de relig. Vet. Pruſſorum: cui maximus Deos inter eſt *Occopirnus*, Deus cœli & terræ. Idem ante *Meletium* fecerunt *Georgius a Polenz*, & *Paulus Speratus* Epiſcopi Pruſſiæ Ducalis (nunc Regiæ) in præfatione Agendæ, quam vocant, Eccleſiaſticæ, Anno 1530. conſcriptæ. Sunt porro, qui *Curchio* præeminentiam adſcribunt, eo quod in privilegio *Jacobi* legati pontificii dicitur, *Pruſſos abjuraſſe cultum Curchi, aliorumq; Deorum, qui non fecerint cœlum & terram*: inde enim colligi poſſe ſtatuunt, *Curchium* eo tempore Deum apud Pruſſos fuiſſe præcipuum. Denique (3) rem controverſam in cauſa *Picolli, Percuni* & *Potrimpi* aliqualiter ſic decidit *clariſſimus Hartknochius* Differt. cit. p. 127. *Pruſſi veteres coluerunt tres illos Deos, Percunum, Picollum, Potrimpum. Poſtea vero cum Dii illi (maximi) a Polonis cum ingenti quercu Romoveana eſſent combuſti; Pruſſi dictis Diis, utpote qui ſemet ipſos contra vim hoſtilem tutari non poterant, alios Deos præpoſuerunt, aut ſaltem ſimulacris neglectis Solem ipſum, lunam & ſtellas colere cœperunt: quo factum eſt, ut antiqui Pruſſorum hiſtorici nulla ſimulacrorum facta mentione, ipſa cœleſtia luminaria pro Diis habita eſſe memorent.* Hæc *Hartknochius loc. cit.* Quicquid ſit, cum *Picollus*, in ſpecie, præſes Dæmonum nihilominus habitus credatur, nos idolum illud, ſicco pede præterire hic nolumus.

§. III. Obſerv. (1) *Picolli Nomen.* Dicitur ergo *Pocolus*, & *Poccollus*, apud *Meletium* epiſt. ad. *Sabinum* p. 167. *Picollos*, & *Pecollos*, idolum infernale apud *Schüzium, Hennebergerum*, & alios. *Patelo*, apud *Alexandrum Gvaginum* in Sarmat. Europ. it, *Potollos* apud alios iterum, ſed corrupte.

§. IV. Obſerv. (2) *Picolli Etymon. Picollos*, ſeu *Picollus*, (Pruſſis fortaſſis olim Pekelny Bog, vel Pekelnik,) nomen abſque dubio ſumptum a Polon. Ptello, (Bohem. Peklo,) id eſt, *infernus, Orcus, Tartarus*, quamobrem *Picollos* proprie *Deus inferni, Dis, Orcus*: verum Pieklo, vocabulum videtur ortum ex Talm. in Pih. פגל *pagal*, *fœtidum reddidit.* Ab hoc פגול *pigul*, *fœtor, res abominanda, abominatio*, Ebræis. Sane autem infernus, locus eſt abominationis; quippe turba damnatorum erit דראון *dervon*, *nauſea*, (*Luther.* vertit, ein Greuel,) *omni carni*, (id eſt, *damnatorum corpora tam fœda, putrida, vermiculantia ac tabida erunt, tamque gravia & horrida erunt damnatorum ſupplicia, ut omnibus ſpectantibus faſtidium creent*, *Gerhardus Loc. de Inferno* cap. 5. §. 43. Tom. VIII. fol. 212.) ut dicitur *Eſai.* c 66. 24. de quo verſu ultimo *Jeſaiano* notari quoque meretur, *Judæos eum* non legere, ob materiæ terribilitatem, ſed reiterata lectione penultimi verſus, miſſo ultimo, prophetiam finire. Hinc *Picollus*, vi etymi quoque *Spiritus abominabilis*, vel *loci abominandi Deus*, ein Greuel-Geiſt, ein Gott der greulichen Höllen. Uſos autem eſſe vocabulo Pieklo, veteres Pruſſos, teſtis luculentus eſt *Johannes Meletius* Epiſt. ſæpe citata ad *G. Sabinum*: ubi ita diſſerens de ritibus *Pruſſorum, Samogitarum, de funebribus*, ſ. 174. ſeq. *In funeribus hic ſervatur ritus a ruſticanis, defunctorum cadavera veſtibus & calceis induuntur, & erecta locantur ſuper ſellam, cui aſſidentes illorum propinqui, perpotant ac helluantur; epota cereviſia fit lamentatio funebris, quæ in lingva Ruthenica ſic ſonat:* Ha le, le, le, le, i procz ty mene (lege mne) umarl? i za (ſa) ty niemel ßto jeſty, albo pity? i procz ty umarl? Ha le, le, le, le, i za (ſa) ty niemel kraſz ije leg. kraſnije mlodzice, i procz ty umarl? id eſt, *heu, heu mihi, quare mortuus es? num tibi deerat eſca aut potus? quare ergo mortuus es? Heu, heu mihi, annon habuiſti formoſam conjugem? quare ergo mortuus es? &c. Hoc modo lamentantes enumerant ordine omnia externa illius bona, cujus mortem deplorant: nempe liberos, oves, boves, equos, anſeres, gallinas, &c. Ad quæ ſingula reſpondentes, occinunt hanc næniam: Cur ergo mortuus es? qui hæc habebas? Poſt lamentationem dantur cadaveri munuſcula, nempe mulieri fila, cum acu: viro linteolum, idque collo ejus implicatur. Cum ad ſepulturam effertur cadaver, plerique in equis funus proſequuntur, & currum obequitant, quo cadaver vehitur: eductisque gladiis, verberant auras: vociferantes* Gey (leg. geyte) geyte, begayte (NB) pekelle (vel pekle) id eſt, *aufugite (vos dæmones) in infernum. Qui funus mortuo faciunt, nummos projiciunt in ſepulcrum, tanquam viatico mortuum proſequentes. Collocant quoque panem & lagenam cereviſiæ plenam ad caput cadaveris in ſepulcrum illati, ne anima vel ſitiat vel eſuriat; Uxor mane & veſperi, oriente & occidente ſole ſuper extincti conjugis ſepulcrum ſedens vel jacens, lamentatur diebus triginta; Cognati vero ineunt convivia die tertio, ſexto, nono & quadrageſimo a funere. Ad quæ convivia animam defuncti invitant, precantes ante januam. In his conviviis, quibus mortuo parentant, tacite aſſident menſæ tanquam muti, nec utuntur cultris. Ad menſam vero miniſtrant duæ mulieres, quæ hoſpitibus cibum apponunt, nullo etiam cultello utentes. Singuli de unoquoq; ferculo aliquid ſub menſam jactant, quo animam paſci credunt, eiq; potum affundunt. Si quid forte deciderit*

de menſa in terram, id non tollunt, ſed deſertis (ut ipſi loquuntur) animabus relinquunt manducandum, quæ nullos habent vel cognatos, vel amicos viventes, a quibus excipiantur convivio. Peracto prandio, ſacrificulus ſurgit de menſa, ac ſcopis domum purgat, animasq; mortuorum cum pulvere ejicit, tanquam pulices; atque his precatur verbis, ut e domo recedant, jely, pily ducziſſe, (lege Duſſice,) nu wen, nu wen! hoc eſt, *edistis, ac bibiſtis anima dilecta, ite foras, ite foras! poſthæc incipiunt convivæ inter ſe colloqui, & certare poculis. Mulieres viris prabibunt, & viri viciſſim mulieribus, ſeque mutuo oſculantur.* Hæc *Meletius*.

§. V. Obſerv. (3) *Picolli Figura.* Erat autem *Picollo*, ut ad hunc redeam, *cana barba, facies pallida, & ſurſum proſpectans: caput faſcia candida redimitum: ut eum* deſcribit *Hennebergerus* in Vet. Pruſſ. & in commentario ad Tabulam Pruſſicam. *Thomas Clagius*, addit, *faciem Picolli, & hominem & equum, & ſimul bovem retuliſſe: ſed cum nemo vetuſtiorum, quantum mihi quidem conſtat, tam monſtroſi capitis faciat mentionem*: in eam adducor opinionem, ut credam, *Clagium* confudiſſe effigiem ipſam *Picolli*, cum inſignibus *Picolli*, quæ fuerant hominis mortui, equi, & bovis capita. Hæc *Hartknoch* Diſſert. 7. fol. 133.

§. VI. Obſerv. (4) *Picolli cultores.* Idolum *Picolli* venerati ſunt, teſte *Meletio*, loc. jam cit. p. 165. (1) *Boruſſi*, (2) *Samogitæ*, (3) *Lithuani*, (4) *Rutheni*, ac (5) *Livones*.

§. VII. Obſerv. (5) *Picolli cultus.* Primo pertinet huc locus ſacer *Picollo* dicatus, qui *Quercus* erat *Romoveana*, *Hartknoch*. Diſſert. 6. p. 118. confer. ſupra cap. X. num. 7. Secundo *munia Picolli*: de his ita idem *Hartknochius* Diſſert. 7. p. 133. *Henneber gerus exiſtimat, eum fuiſſe Saturnum; ſed minus recte.* Addit inſuper idem, *Picollum in ædibus nobilium aliorumq; divitum ſæpius apparuiſſe, & ſacrificia pro mortuis, ſi nulla fuerunt oblata, rigidius exegiſſe. Hæc denique notant Scriptores Pruſſici, Picollum numen fuiſſe, quod non amari, ſed metui volebat.* vid. *Henneberg. de Veter. Pruſſ. fol. 10. b.* (Breviter, quinque erant, quæ Picollo peculiariter tribuebantur: (1) promanare ab illo mala omnia: (2) poſſe eum mala convertere in capita aliorum: (3) imperium eum in mortuos habere: (4) apparitiones ab illo fieri: (5) & pueris terriculamento eſſe. vid *Hartknochius* Diſſert. & pag. cit. ſeq.) Tertio denique *Picollo* etiam mortui hominis caput conſecrari ſolitum eſt, ut habet *Alexander Gvagninus in Sarmat Europ. Hennebergerus* dicit, potuiſſe etiam *Picollo* ſervari caput mortuæ pecudis. Diebus quoque feſtis, maxime majoribus, Picollo ſebum cremabatur in olla: Imo in ædibus Supanorum, id eſt, nobilium & magnatum, homine mortuo, apparebat Picollus: qui niſi Sacrificiis placaretur, mire homines miſeros divexabat. Si neque hoc curabant, tertiumque Deus reverteretur, non niſi ſangvine crimen expiari poterat. Tum vero Waidelottam exorare ſolebant, qui vulnus in brachio ſe ceſpite ſibi infligens, numen ſangvine ſuo placaret. Signum placati Dei erat ſonus in ſacrario editus. *Henneberg. de Vet. Pruſſ.* fol. 10. *Waiſſelius in Chron. Pruſſ. Hartknoch.* Diſſert. 10. p. 162.

§. VIII. Obſerv. (6) *Picolli deſtructio.* Vide, quæ huc pertinent, ſupra. cap. X. num. 9. & cap. XII. num. 9.

CAPUT XXXIII.

De Barſtuccis & Marcopetis ſive Dæmonibus adminiſtratoriis.

§. I.

Diis majoribus, minoribusque dæmones ſive genios hominum, miniſtratorios ſubjungemus; nam hos perinde ut Deos ipſos reverenter olim Slavi habuerunt. Eccleſiæ autem traditione aliquid hic quoque percepiſſe videntur: David enim Angelos ſanctos appellat משרתי *miniſtros Dei, Pſalm. 104, 4.* Et *Paulus* λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν: i. e. *adminiſtratorios Spiritus, qui in miniſterium emittuntur propter eos, qui hæredes erunt ſalutis, Ebr. 1, 14.* ex quo ſane loco id notemus, *Angelos non quidem hominum miniſtros eſſe, multo minus ſervos. Nec enim ſuperior ſervit minori. Eſt hæc prærogativa Servatoris noſtri, cui volenti angeli, tanquam hero ſuo, ad nutum adeſſe, eique* διακονεῖν *ſive ſervire tenentur, Matth. 4, 11. etſi ergo Apoſtolus angelos quidem* λειτουργικὰ πνεύματα, *miniſtratorios Spiritus vocat: Statim tamen adjicit, cui miniſtrent, ei nempe, a quo mittuntur, qui non eſt alius, niſi ipſe Chriſtus, cujus in toto capite nobilitates recenſentur. Mittuntur autem* εἰς διακονίαν διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν, *in miniſterium propter eos, qui hæreditaturi ſunt ſalutem. Non dicit* εἰς διακονίαν τῶν μελλόντων, *in miniſterium eorum, qui ſalutis erunt hæredes; ita enim hominum miniſtri fierent; ſed* εἰς διακονίαν διὰ τοὺς μέλλοντας, *in miniſterium propter hæredes ſalutis. Ad eum modum, quo Princeps præfectos ſuos ad ſubditos mittit, ſibi, non ipſis miniſtraturos, in rebus tamen, ſubditorum ſalutem attinentibus. Denique non dicit: in miniſterium, cujus vi aſſociare ſe electis, eosdemque cuſtodire debeant, ſed propter electos, quod generalius eſt, Nam & ad Reges, Principesq; ſæpe impios, mittuntur angeli, non ipſorum, ſed piorum cauſa, ut ſub eorum regimine tutam ſecuramque agere vitam poſſint, Dan. 9, 13. Quamquam vero infini-*

tas

tas homini utilitates juſſu Dei præſtent; duces noſtri ſunt, præcedunt nos, comitantur, inſequuntur, nunquam a latere noſtro recedunt. Omnem inceſſum noſtrum paſſusq; ſingulos ad numerum revocant; Dum in utramvis aurem ſtertimus, corpora noſtra, ne damnum capiant, protegunt. Ne in vita diſcrimen incidamus, ſedulo cavent. Ut ex periculis liberemur, ſtudioſe procurant. In noſtrorum funeribus lacrymas nobis abſtergunt: in pectoris anguſtiis nos erigunt: in prœliis nobiscum dimicant; in caſtris adverſus hoſtem præſidio nos circumvallant: Diaboli inſidias procul a nobis arcent: contra mundi machinas auxilio nos muniunt: de pœnitentia noſtra intima animi lætitia afficiuntur: animam e corporis ergaſtulo egreſſam in Abrahæ ſinum deportant: Tot nempe miniſteriis ſervitiisq; nos ſibi obſtringunt. Per univerſa tamen iſta non magis miniſtri ſervique hominum efficiuntur, quam Reges & Principes ſubditorum ſuorum, quorum uſibus univerſum illorum officium, imo ſoci militum exercitus inſerviunt. Hæc nuper D. Joannes Fechtius in Philocalia ſua. p. 53. & *54.* edit. Roſtoch. an. 1707. Sicut vero etiam Pandectæ Sacræ de cultu Angelorum: in quo multis modis Slavi erraruut.

§. II. Obſerv. (1) *Barſtuccarum* & *Marcopetarum Nomina.* Dicebantur vero Deorum ſpiritus adminiſtratorii Slavis, ſeu Pruſſis in ſpecie olim; *Barſtucca* atque *Marcopeta. Hartknochius* Diſſert. 8. de Diis Vet. Pruſſ. p. 145. ita: *In quibusdam locis* (Pruſſiæ) *culti ſunt Barſtuccæ: in aliis iidem ſub nomine Marcopetarum honorabantur.* Vocabulum prius repetit etiam *Meletius* Epiſt. ad *Georgium Sabinum.*

§. III. Obſerv. (2) *Barſtuccarum* & *Marcopetarum Etyma: Barſtucca* in ſing. Pruſſis forte olim Barſtel vel Barſtuk, an quaſi Proſtak? a Proſty, rectus, erectus, quod *Barſtuccæ* ſint Spiritus erecto quaſi vultu ſtantes paratique ad exequendum nutum atque voluntatem numinis ſuperioris, hominisque. Et *Marcopeta,* ex Mrok, *crepuſculum,* & pece, (vel peze,) *cura,* id eſt, qui ſub crepuſculo res curant, ſpiritus admiſtratorii nocturni.

§. IV. Obſerv. (3) *Barſtuccarum* & *Marcopetarum Figura.* De his, quod ſciam, ſcriptores ne γρῦ quidem.

§. V. Obſerv. (4) *Barſtuccarum* & *Marcopetarum Cultores.* Autor *Johannes Meletius* epiſt. ad *Georg. Sabinum* refert huc (1) *Poruſſos,* (2) *Samogitas,* (3) *Lithuanos,* (4) *Ruthenos,* & (5) *Livones.*

§. VI. Obſerv. (5) *Barſtuccarum & Marcopetarum cultus.* Nimirum pro *miniſtris Deorum & adjutoribus hominum* in genere habiti ſunt. *Joh. Meletius* epiſt. ad *G. Sabinum* p. 167. & *Martinus Murinius* dicunt, eos uni *Paſchwito,* ſive *Puſceto* ſerviiſſe. Amplius quod ad cultum eorum attinet, eò ita *Chriſt. Hartknochius* Diſſert. 10. p. 164. ſeq. *Barſtuccis & Marcopetis Pruſſi (aliiq;) veſperi collocabant in horreo ſuper menſam mappa inſtratam, panem, caſeum, butyrum & cereviſiam, invitantes eos ad epulum. Nec dubitabant de futuro fortunarum ſuarum augmento, ſi mane reperiſſent cibos illos abſumptos. Quem vero cibum maxime reperiebant conſumptum, eum in ſequentibus conſecrationibus cumulatius apponebant. Quod ſi Dii illi cibum in menſa reliquerant intactum, magna ſolicitudine angebantur, omnia improſpera ſibi eventura credentes; Melet.* loc. cit. pag. 169. *Waiſſelius* fol. 20 b. *Idololatricum hunc ritum adhuc ſuperiore ſeculo fuiſſe ſuperſtitem, maxime in Sambia, & quod ego miror, prope Conitiam in Pomerellia, tradit Martinus Murinius in Chron. Pruſſiæ c. 7. p. 7. Quando Barſtucca, ſive etiam alii Spiritus, qui dicebantur Caćky, alicubi habitare volebant, qua ratione pronum in patremfamilias animum declararint, verbis Meletii ediſſerere placet: In domo, ait ille p. 170. congerunt noctu ſegmenta lignorum, & mulctris lacte plenis imponunt varia animalium ſtercora. Quod ubi paterfamilias animadverterit, nec diſſipaverit ſegmenta, nec ſtercora e mulctris ejecerit, ſed de inquinato lacte cum familia ſua comederit, tunc illi apparere & permanere dicuntur.*

§. VII. Obſerv. (6) *Barſtuccarum & Marcopetarum deſtructio.* Deſiit denique quoad maximam partem, mea opinione, horum ſpirituum ſive Diabolorum cultus anno, cujus facta ſæpe mentio eſt, MCXLIX.

CAPUT XXXIV.

De Coltkis ſive Kobalis.

§. I.

OBſerv. (1) *Coltkorum* Nomen. Alterum genus Spirituum illi conſtituunt, quos *Joannes Meletius* epiſt. ad *Sabinum de relig. & ſacrific. Vet. Boruſſ. p. 169. Diis Pruſſicis accenſet,* & lingva Ruthenica Coltky, Græca *cobali,* (κόβαλοι) & Germanica *Kobaldi,* (Kobolde) nominati ſunt. *Hartknoch.* Diſſert. 8. p. 142. *Nos Coltkos eosdem eſſe putamus, quos Barſtuccas & Marcopetas, licet eos Meletius diſtinguat.*

§. II. Obſerv. (2) *Coltkorum Etymon. Coltki* plurale, & ſing. Kolek, nomen corruptum & correptum, ex Græco κόβαλοι, vel κόβαλος. Hoc ab. Arab. אלכבל *alcoblo,* id eſt, *dæmon,* radix חבל id eſt, *retia tendere,* Arab. vid. *Orig. Lingv. Sorab.* lib. 1. p. 149.

§. III. Obſerv. (3) *Coltkorum Figura.* Altum hic apud ſcriptores ſilentium.

§. IV. Obſerv. (4) *Coltkorum Cultores. Meletius* epiſt. dict. p. 169. Colunt (1) *Pruſſi,* (2) *Sa-*

(2) *Samogitæ*, (3) *Lithuani*, (4) *Rutheni*, & (5) *Livones* quoque Spiritus viſibiles, qui lingva Ruthenica, **Colky**, (alii legunt **Coltky**,) Græca *Cobali*, Germanica *Coboldi* vocantur.

§. V. Obſerv. (5) *Coltkorum Cultus. Meletius* epiſt. cit. ſic porro pergit: Hos *ſpiritus credunt habitare in occultis ædium locis, vel in congerie lignorum: nutriuntque eos lautè omni ciborum genere, eo quod afferre ſoleant nutritoribus ſuis frumentum ex alienis horreis furto ablatum. Hartknochius* loc. cit. *Apparebant* **Coltky** *agrœis, præſertim nocturno tempore, luna lucente; credebantur etiam nutritoribus ſuis comportare frumentum ex ingratorum horreis & granariis ablatum.* vid. *Martinus Murinius* in Chron. Pruſſ. cap. 5. pag. 9.

§. VI. Obſerv. (6) *Coltkorum deſtructio.* Non dubium, quin quicquid de *Coltkis* ſuggeſſit ſuperſtitio aboleverit tandem religio Chriſtiana. Dixi autem de converſione *Pruſſorum, Samogitarum.* &c. jam ſæpius.

CAPUT XXXV.

De Dæmone Meridiano.

ILlud Φάντασμα, quale fuerit, breviter ita deſcribit *Boxhornius in Republ. Moſcov.* Part. 1. ubi de Moſcovitarum ſeu Ruſſorum religione ac ritibus. *Dæmonem quoque*, ita ille, *Meridianum* (*Origenes* lib. 1. in *Job.* cap. 1. fol. 16. Tom. 1. Oper. Part. 2. Sicut in noctis tenebris: ſic ſimiliter in medio meridie plures dæmonum tentationes ſe demonſtrant: quam ceteris temporibus. Hoc nimirum claruit in filiis Jobi, qui non alio tempore; ſed medio interfecti ſunt meridie.) (*Moſcovitæ*) *metuunt, & colunt. Ille enim dum jam maturæ reſecantur fruges, habitu viduæ lugentis ruri obambulat, operariisq; uni vel pluribus, niſi protinus viſo ſpectro in terram prona concidant, brachia frangit & crura, neque tamen contra hanc quoque plagam remedio deſtituuntur. Habent enim in vicina ſylva arbores, religione patrum cultas, harum cortice vulneri ſuper impoſito, illud non tantum ſanant facile, ſed & dolorem loripedi eximunt.* Confer. jam *Pſal.* 91, 6. & *Acta Erud. Lipſ.* anno MDCXCVI. p. 349.

CAPUT XXXVI.

De Deabus Luititiorum, & Equo eorundem.

§. I.

ELeganter *illuſtriſſimus Julius Cæſar Scaliger* Exercit. 307. ſect. 29. de *Subtilitate*: *Humanæ ſapientiæ partem eſſe, quædam æquo animo neſcire velle.* Et *Ebræi*: *non debes erubeſcere, interrogare id, quod neſcis, ut illud ſcias: neque erubeſces, de re aliqua quæſitus, quam neſcis, dicere, neſcio.* Hoc itaque *de me* ingenue profiteor, partem ſupereſſe Philologiæ, aut Theologiæ Slavico-Sorabicæ, paganæ, quam æquo animo neſciam, nimirum alie inter plura, quæ fuerint, quidve ſignificarint *Deæ Luititiorum* & *qualis equus* eorundem, de quibus *Ditmarus*, *Fabricius*, *Pappenheimius* & *Abbas Urſpergenſis*: non erubeſcam interrogare alios doctosve viros, quæ neſciam, ut illa ſciam. Verba proinde Autorum recitabo, ut illi habeant, quæ me doceant.

§. II. Scilicet *Dearum Luititiorum* his meminit Ditmarus in *Chron. Merſeburg.* lib. 7. fol. 102. *Luitici redeuntes irati dedecus Deæ ſuimet illatum queruntur. Nam hæc in vexillis formata, a quodam Hermanni Marchionis ſocio, lapide uno trajecta eſt: & dum hoc miniſtri ejus Imperatori dolenter retuliſſent, ad emendationem XII. talenta perceperunt.* Et cum juxta Worzin civitatem Mildam nimis effuſam tranſire voluiſſent, Deam cum egregio L. militum comitatu alterum perdiderunt. Jam malo omine reſidui domum venientes a ſervitio Cæſaris ſe malorum inſtinctu abalienare nituntur: ſed habito poſt communi ſuimet placito, a prioribus ſuis convertuntur. Georgius Fabricius Orig. Saxon. lib. 2. fol. 380. ubi de his ſic quaſi iræ plenus. *Neſcio, quæ ipſorum baba fuerat.* Sed Baba i. e. *anus vetula*, Sorabis, Bohemis, Polonis &c.

§. III. De *Equo Luititiorum*, ita *Chron. Auguſt. de Pappenheim*: Anno MLXVIII. *Burcardus* (Buggo ap. Abb. Urſbergenſ. ſub anno Chriſt. 1088. fol. 240.) *Halberſtadienſis Epiſcopus Luiticiorum provinciam ingreſſus, incendit, vaſtavit, avectoq; Equo, quem pio Deo in rheda colebant ſuper eum ſedens in Saxoniam rediit.*

Q. D.

Q. D. B. V.

DISPUTATIO HISTORICA DE SERBIS, Venedorum Natione vulgo dictis die Wenden,

quam
conſenſu Spectabilis Philoſophicæ Facultatis

PRÆSES

M. GEORGIUS Krüger, Libero-ſenſis Luſatus.

&

LAURENTIUS Jeße, Rezenſ. Neo-March.

RESPONDENS,

publico Philoſophorum examini ſubmittent

horis conſvetis, d.   Junii 1675.

In Auditorio Philoſophorum Witteberga.

I. N. J.

UT jucundum & fructuoſum veterum hiſtorias repetere & contemplari: ſic arduum & periculoſum. Nam (ut recte innuit Strabo) non ſolum propter mutationes res ipſæ incertæ ſunt; ſed etiam propter diſſidentes Scriptorum opiniones, qui iisdem de rebus non eadem tradiderunt. Quapropter non demonſtrationes; ſed ut plurimum conjecturas de natione Venedorum, Serbls, rudi quod ajunt, Minerva, quæ ab hiſtoriographis digne annotata, hic ſumus repetituri. Quod DEUS bene vertat!

PUNCTUM I.

De Serborum deſcriptione.

Serborum ſedes.

§. I. SERBI (*a*) ſunt populi Venedici, qui in Miſnia (*b*) olim inter Albim atque Salam (*c*) fluvios, imo & in ipſa Bohemia (*d*): hodie vero ſuperſtites in Luſatia (*e*) (vulgo die Wenden dicti) conſident.

(*a*) Dicuntur etiam Syrbi, Sorabi & Sorabes paſſim apud hiſtoricos. (*b*) Avent. lib. 4 Boj. annal. p. m. 191. *Interea Venedorum gens Soraber dicti, qui inter Albim & Salam conſidebant, ubi nunc Moeſi nominantur, in fines Saxonum & Turingorum invadunt.* Id ib. *Deinde alia Venedorum nationes ferociſſima (capita enumeraſſe ſufficiat) Sorabes, Boëmi, Abrodita fœderatis &c.* Miſnia inde Sirbla dicta ut & Sorabia. vid. M Reinh. Reinac. Steinh. de Miſn. orig. p. 88. dicens: Es hindert gar nicht, daß Dithmarus Biſchoff zu Merßeburg, welcher unter Kayſer Henrico II. gelebet, anzeiget, daß Meiſſen von den Sclaven oder Wenden Lummacia, von den Böhmen Syrbia ſey genennet worden. Ubi pergit idem autor p. 96. & 97. dictus: In dem vergleichen ſich die Scribenten, daß dieſe Wenden in Meiſſen den beſondern Nahmen gehabt, daß ſie Sorabi genennet worden ꝛc. Was ſonſten dieſes Volcks für eine Gewalt müſſe geweſen ſeyn, weiſet das genugſam, daß ſie neben Meiſſen die Ober-Lauſitz, und ferner den gantzen Strich biß an die Elbe und Saal einbekommen. Helm. Chron. Slav. lib. 1. c. 2. *Albia in occaſum ruens primo impetu Boëmos alluit cum Serabis.* (*c*) Micræl. in Pomer. lib. 2. n. 18. Endlich ward die Thür dadurch (ſc. Vandalorum emigrationibus, Attilæ ſævitia, & Germanorum diſſenſionibus) gar weit den Sclaven und Wenden oder der Sarmatiſchen Nation aufgethan und aus denſelben ſetzten ſich die Wiltzer und Lutitier, oder Löitzer in Pommern und Marck: Die Soraber oder Sirfen in Meiſſen und Böhmen, die Obotriter in Mechelenburg. Trith. Abb. Spanheim. ap. Goldaſt, lib. 2. cap. 2. *Slavos*

Sorabos, qui nunc dicuntur Boëmi, Rex Dagobertus bello aggreſſus vicit, ſuperavit & Francis ſubjectos tributarios fecit an 640. (*d*) Dubrav. hiſt. Bohem. lib. 1. *Sirbi Sclavorum populi Luſatia inferiori & ſuperiori occupata Luſatos ſe nunc appellant.* D. Chytr. Chron. Saxon. l. 1. de Vandalia dicens infert: *In hodiernum usque diem paſſim ad ripam albis miſera gentis Heneta ſ. Slavica reliquia in Luſatia & alibi herent.* (*e*) Ubi incolæ ſe SERBOS lingvamque ſuam Serbſka reez appellant.

An Vandali? §. II. Quapropter Sorbi nec ſunt, nec recte dicuntur Vandali, ut multi, quorum error detectus & caſtigatus (*e*) ſunt perſvaſi, tum cognatione vocabulorum (*f*) tum ſucceſſione Venedorum in ſedes Vandalorum (*g*) tum magnorum autoritate virorum. Unde tam multi errores & hiſtoriarum confuſiones (*h*) natæ. Vandali enim populi Germani tum origine; tum ſermone (*i*) perhibentur.

(*e*) Vid. M. Henr. Bangert, in not. ad Helmold. Chron. Slav, cap. 2. Melchior Goldaſt Heiminſel. comment. de re Bohem. Rhenan. lib. 2. rerum. Germ. c. 1. Münſt. Coſmograph. c. 4. Francifcus Irenius lib. 1. exegeſ. Germ. 31. Flav. Blondell. lib. 1. decad. 1. Groppius Becan. l. 5. Spangenb. in Chron. Saxon. c. 14. & im Adels-Spiegel Part. 1. lib. 10. c. 5. verb. Wandeler und Wenden. Mart. Crom. lib. 1. rerum Polon. Mich. Beut. in comment. in Tacit. Germ. part. 1. c. 11. (*f*) ut Chytræus ipſe fatetur in Vandalia Chron. Saxon. dicens: *Vicina ſunt nomina inter ſe Vendi & Vandali.* (*g*) idem ib. Chytr. fatetur, *Vandali*, dicens, *dicuntur, quia poſt migrationem Vandalorum in Gallias, Hiſpanias, & Africam Venedi eorum terram occuparunt, ſicut poſt migrationem Bojorum ex Bohemia in Bavariam nihilo minus novi incolæ Czechi Slavi veterum incolarum nomen retinent.* Ita Helm. Chron. Slav. lib 1. c. 2. *ubi ergo*, dicit, *Polonia finem facit, pervenitur ad ampliſſimam Sclavorum provinciam eorum, qui antiquitus Vandali, nunc Winithi ſ. Vinduli appellantur.* Et certo reſpectu quidem magis excuſandos, quam accuſandos viros hoſce al. ſcriptores hiſtoriarum ſatis accuratos, eſſe putamus. Sed pejus illi, qui mentem eorum non aſſecuti multa de Vandalis primis incolis intelligenda, ad Vandalos ſecundos ſ. Venedos accommodare volunt. (*h*) Sic graviſſime hallucinatus eſt Georgius Nicolai in Sylloge hiſt. (quæ cum præfat. Joh. Dreſſeri Lipſiæ edita,) dicens: Um dieſe Zeit 245. ſoll der Wenden (Wandaler debebat dicere) König Gotharus in Pommern regieret haben. Wie Panthal. meldet. item anno 161. poſt. Ch. nat. die Wenden nehmen Merſeburg der Römer Veſtung ein: quod an de Venedis intelligi queat, judicent alii: nos valde dubitamus. (*i*) Plin. lib. 4. cap. 14. *Genera Germanorum V. Vindelici (Vandali) quorum pars Burgundiones, Varini, Carini, Guttones, Ingævones &c. Iſtævones &c. Hermiones & Peucini. Ut Plinio æqualis* (teſte & citante Bangert. in Helmold. not. cap. 2.) *ſic eidem in hoc argumento ὁμόψηφος Tacitus ſcriptor verus & acutus Marſos, Gambrivios & Suevos, ita & Vandalos antiquiſſimos Germaniæ populos facit. Lingva etiam eadem cum cæteris Germanis uſos eſſe diſerte teſtatur Procop.* lib. c.

§. III. Nec Serbi (*vulgo Wendi dicti*) confundendi ſunt cum Wendis ſpecialiſſime & καθ' ἐξοχὴν appellatis, (*k*) qui inter Danos & Megapolitanos ad Mare Balthicum ſedes ſuas habuere. Hinc Principes Mechelburgici καθ' ἐξοχὴν olim die Herren der Wenden (*qui tamen Sorabum nunquam fuerunt*) ſunt appellati: quo titulo hodienum Rex Daniæ invictiſſimus, & Sereniſſimus Elector Brandeburgicus coronantur. Wendi & Serbi non confundendi.

(*k*) Multas Venedorum ſpecies recenſet Helmold. lib. 1. cap. 2. Chron. Slav. *Pomeranos, Wilzos* ſ. Wilſos die Wilzer-Wenden, *Lutitios, Circipanos, Kiſſinos, Redarios* die Reder Wenden, *Obotritos, Rugos, Sorabos* die Zorber-Wenden &c. Bangert. ubi in not. annotavit eleganter hunc in modum differens: *Quanquam enim omnes illæ nationes origine Venedicæ eſſent, quæ in terras Vandalorum ſucceſſiſſent: tamen ſubſequentibus ſeculis obtinuit uſus, ut ſoli Obotritarum & Wagriorum reguli aut principes καθ' ἐξοχὴν Wendi*, die Herren der Wenden *dicerentur.*

§. IV. Non autem aſſerimus nos, omnes in univerſum, qui Luſati & Serbi dicuntur, etiam origine, aut natione eſſe Sorabos aut Venedos. Siquidem Germanos veteres incolas (*qui ad ſimilitudinem Vandalorum in Pomerania* (*l*) *& Bojorum in Bojemia lingvam ſuam non penitus dedidicere, ſed faventibus ſeculis denuo eam magis excoluere*) ut & Luſikos (*m*) aliosque, quos omnes præciſe ab invicem diſtingvere hodie nec neceſſarium, nec poſſibile, (*omnes enim Luſati natione Germani*) iisdem admixtos nulli dubitamus. Germani Serbis immixti.

(*l*) Legatur hac de materia Micræl in Pom. lib 2. inter alia diſcurrens: So iſt die Wendiſche Sprache hier ins Land kommen, daß die Deutſche niemahls draus gehoben iſt. Ja ich kan nirgends finden, daß die Vandaliſche Städte an der See jemahls gantz Slavoniſch oder Wendiſch geweſen wären, und den Gebrauch der deutſchen Sprache nicht beybehalten hätten. (*m*) Luſikorum meminit Wittik. ſcriptor. Saxon. qui temporibus Ottonis floruit, lib. 2. annal. Saxon dicens: *Eo quoque tempore* (Ottonis ſcil.) *Gero præſes Slavos, qui dicun-*

dicuntur Luſiki, potentiſſime vicit. Melch. Goldaſt. Heimensfeld. de reb. Bohem. lib. 1. c. 8. *Idem caſus qui Marcomannos & Quados, etiam Semnones* (qui ut ex Vet. Geograph. Cluv. lib. 3. introd. in Geograp. ad ripam Oderæ in Marchia & in Luſatia ſedes habuere.) *excepit. Nam Sorabi & Luſiki* (qui & Lutici, Lutitii, Luciei) *gentes Sarmaticæ ſ. pulſit ſ. quod vero ſimilius ſubactis Semnonibus, eam regionem occuparunt. Dubravius vocat Syrbos.* Micræl. lib. 2. n. 39. Mieſzka ein König der Luzikaner, welche weiter im Lande wohneten, etwa da nun die Lauſitzer noch von den alten Loitzern übrig.

PUNCTUM II.

De Origine Serborum.

Origo Serborum.

§. I. Explicata jam populi Luſatici deſcriptione, ſequitur, ut quædam etiam de Origine ejusdem dicamus. Sicuti autem perdifficile & fere impoſſibile eſt (*n*) primam eamque diſtinctam populorum originem revocare, niſi fabulas atque res incertas enumerare velis; quales Dubravius, atque Æneas Sylvius de Boëmis, productas (*o*) refutarunt: ita de natione Sorabica quantum e fide dignis hiſtoriis colligere poſſumus, hic tantum breviter ſumus repetituri.

(*n*) Æn. Sylv. de Bohem. cap. 2. *Nondum ego quempiam legi autorem, cui fides habenda ſit, qui tam alte gentis initium dederit, Ebræos exceptos omnium mortalium primos.* (*o*) Idem Æneas pergit ib. dicens: *Multi e Germanis ſatis ſe nobiles arbitrantur ex Romanis ortos, Romani e Teucris ducere originemglorioſiſſime putant. Franci, qui & Germani, Trojanum ſe ſangvinem eſſe dixerunt. Eadem Britannis gloria eſt, qui Brutum quendam exilio præfectum generi ſuo principium dediſſe affirmant. At Boëmi longe altius orti ab ipſa confuſionis turre ſe miſſos eſſe jactitant, nudos incesſiſſe &c. glandibus vixiſſe &c.* cap. 2. 3. & 4. Cui adſtipulatur Dubrav. hiſt. Bohem. l. 1. dicens: *Quid fabuloſius, quam originem velle referre ad diviſionem, confuſionemque lingvarum, quæ tunc facta fuiſſe dicitur, cum in ſolo Babilonico turris ædificaretur. Nam ſi vetus origo placuit, utiq; turri illa vetuſtior Adamus omnium gentium communis parens erit.*

An a Sarmatis orti?

§. II. Eſt autem extra omnem controverſiæ aleam poſitum, Serbos non eſſe nationem novam; ſed cum aliis Venedicis ſ. Slavicis populis a veteribus Sarmatis (*p*) ortam; id quod eorum lingva & mores ſatis docent. Unde & Plinius Geographorum antiquiſſimus SERBORUM quorundam mentionem (*q*) facit, eisdemque ad paludem Mæotin, ubi & ipſe Ptolomæus (*r*) Sarmatis ſedes antiquas aſſignat. Inde Sorabos noſtros cum conterraneis ſuis tanquam e communi patria veniſſe, certum eſt.

(*p*) Vid. Helmold. ſupra cit. Sclav. Chron. lib. 1. c. 2. Micræl. in Pomer. Crom. de reb. Polon. 1. Matth. a Michau de Sarmat. deſcript. Alexander, Gangu. in Sauromat. &c. (*q*) Plinius qui ſeculo 1. poſt natum Chriſtum floruit lib. 6. cap. 7. infert: *Inde Mæotis lacus in Europa dictus. A Cimerio accolunt Mæotici, Serbi, Vali, Arechi, Zingi. Deinde Tannim amnem gemino ore influentem incolunt Sarmatæ Medorum, ut ferunt, ſoboles, & ipſi in multa genera diviſi,* conf. lib. 4. cap. 13. (*r*) Ptolomæus Plinio antiquior citat. a Dubr. lib. 1. hiſtor. Bohem. ita: *Sarmatia, quam Ptolomæus ab ortu lacu Mæotide & Tanai, ab occaſu Viſtula, a ſeptentrione oceano Sarmatico, a meridie Carpathiis montibus terminat, omnium gentium, quos nunc Slavinos vocant, quondam communis patria fuit.*

§. III. Quando vero præciſe, & quomodo adventus rorum in Germaniam ſit factus, id ob varietatem autorum (*s*) determinari non poteſt, nec opus eſt. Omnium tamen optima & probabiliſſima ſententia videtur eorum, qui putant, eos circa tempora Attilæ (*t*) Vandalia a ſuis incolis deſerta, Germania per Hunnos vaſtata, & reliquis inter ſe diſſidentibus, non quidem ſimul & ſemel, ſed ſucceſſive (*u*) in Germaniam immigraſſe.

(*s*) Alii enim hoc, alii aliud tempus adventus illorum ponunt. Flav. Blondel refert ad annum 600. lib. 1. de molin. Imper. Rom. d. 8. Hagek. Chron. Bohem. lib. 1. fol. 1. Barthold. Pontan. a Braitenberg. in Boh. pia ad ann. 644. Set. Calv. Chron. ap. ad ann. 645. Johannes Curio in Chron. lib. 3. ad ann. 450. Spangeb. in Chron. Saxon. c. 50. ad an. 451. alii aliter. (*t*) Optimis quibusque probabilis hæc eſt ſententia Goldaſt. lib. 1. cap. 9. Mart. Crom. rerum Polon. lib. 1. cap. ult. Spangenb. in Chron. Saxon. cap. 50. 51. Jacob. Auguſt. Thuan. hiſt. ſuorum. temp. lib. 56. Neugeb. lib. 1. hiſt. Polon. fol. 9. Joach. Cur. annal. ſubſ. Henric. Bangert. in not. ad Helmold. Chron. Slav. lib. 1. cap. 2. (*u*) Micræl. lib. 2. Pommerland cap. 12. & 37. Wenn man aber fraget, zu welcher Zeit doch eigentlich die Wenden in das Land kommen, ſo antworte ich, daß keine gewiſſe Zeit, darinn ſolches geſchehen, könne gegeben werden: weil die Wenden nicht eben mit Gewalt herein brachen; ſondern allgemach ſich mit den Pommern vermiſcheten, eben wie ſie mit den Preuſſen gethan haben: und inſonderheit, da dieſe Länder von Einwohnern leer waren,

ren, haben ſie gut machen gehabt, und iſt eine Slavoniſche, und Wendiſche Familie nach der andern herein gegangen.

An e Serbia Boſnenſi?

§. IV. Cæterum quod videntur (*x*) quibusdam Serbi noſtri e Serbia Boſnenſi deſcendiſſe, indeque nomen ſuum derivaſſe, nobis luſus vocabulorum videtur (*y*). Multo minus credimus, Sorabos omnes (*z*) eſſe colonos per Czehum ducem Bohemiæ in haſce terras (a) introductos.

(*x*) David Chytr. Chron. Saxon. in Vandalia. Heinr. Goldaſt. Heiminsf. lib. 1. cap. 8. M. Rein. Reinecc. Steinh. von Meißner Herkommen pag. 97. Loquimur autem de Serbis Boſnenſibus, quorum mentionem facit Chytr. lib. c. p. 32. Cluv. in Geograph. lib. 4. p. 418. qui cum noſtris Serbis nec ſunt, nec fuerunt iidem. (*y*) Nam SERVI nomen ſuum a Servis Sarmatarum indomitis atque rebellantibus accepiſſe leguntur; de quibus totam hiſtoriam enarrat Avent. lib. 2. annal. Bojor. quos Imperator in Slavonia domuerit, atque in Pannoniam tranſtulerit ulteriorem. At vero SERBOS noſtros nomen ſuum ex ipſa Sarmatia (quod nobis David Chytr. l. c. & Joh. Curæus in annal Sileſ. ſuppeditant) accepiſſe hactenus non dubitamus: Minus obſtante, etſi Paul. Langius in Chron. Citiz. vocem Soraborum ex Roſwito denominatione Germanicam faciat. Nam illud non probavit, nec ſatis certus (*ſe ipſo fatente*) annotavit. Nec multum de Etymologia vocis ſumus ſolliciti (*z*) concedimus (*ſi hiſtoria de Czecho certa*) de Boëmis: ponimus de Transalbinis & Luſatis ſuperioribus, quia lingvas Croaticam & Luſaticam fere convenire ſumus perſvaſi: negamus de Luſatis inferioribus, argumento a lingvæ (*de qua mox*) & morum diverſitate ſumto. (*a*) Joach. „Curæus in annal. Sileſ. dicit: Czechus immi„ſit & ſimiliter novos colonos in illum tra„ctum, qui eſt inter Albim atque Salam, qui di„cti ſunt Sorabi, quod ipſum nomen eſt a Sar„matis: alios qq. miſit ad mare Balthicum „Windos dictos &c.

PUNCTUM III.

De Lingva Serborum.

Conditio lingvæ Sorabicæ.

§. I. Obiter etiam de Sermone hujus nationis, non quidem quoad ætatem primam; ſed noſtram, quædam ſubjicere placet. Non autem eſt lingva nova (*b*) aut vulgo ut exiſtimatur, ex variis lingvis mixta. Mixtus quidem populus Luſatiæ, uti Boemiæ & Bavariæ (*c*); ſed lingvæ non ſunt mixtæ (*d*).

(*b*) quales Anglica atque Gallica habentur ex diverſis populis diverſæ lingvæ mixtæ. (*c*) Æn. Sylv. in Germ. c. 47. *Et pauci ſunt inter Boëmos, ſaltem, qui non utramque noverint lingvam: & undiq; cincta eſt terra Teutonicis plebibus.* Avent. annal. Boj. lib. 3. *Ad Dravi, Savique fontes adhuc lingva Veneda eſt in uſu: ſermo Bojus in urbibus & caſtellis invaluit.* (*d*) Nec obſtat nobis unum atque alterum exemplum hominis vitioſe loquentis, nec unum atque alterum vocabulum immixtum: hæc enim omnia ad novam aliquam lingvam mixtam ſufficere, nemo nobis facile concedet.

Affinitas cum aliis lingvis.

§. II. Habet etiam lingva Sorbica magnam cum Polonica atque Bohemica aliisque lingvis convenientiam (*e*); ideoque in communi patria lingvæ Sarmaticæ dialectum fuiſſe non negamus; ſed hodie reſpectu Polonicæ atque Bohemicæ diverſa lingva dici meretur. Siquidem non modo quoad materiam: ſed etiam quoad formam præprimis (*f*) ab illis recedit.

(*e*) Ut lingvæ orientales Ebræa, Chaldæa, Arabica &c. aut Septentrionales Germanica, Svecica, Anglica: aut occidentales, Hiſpanica, Italica, Gallica &c. magnam quidem ſvavemque harmoniam inter ſeſe habere dicuntur; propterea tamen non dialecti (ſi accurate loqui velimus); ſed lingvæ diverſæ potius dicuntur: ſic quoque de lingvis Sarmaticis, Moſcovitica, Polonica, Bohemica atque Vandalica aut (ſi placet) Sorabica judicandum eſſe, putamus. (*f*) Caret lingva Luſatorum peregrinis ineffabili multorum conſonantium concurſu, hinc eam omnium Slavicarum lingvarum facillimam judicamus. Cujus accedit analogia Grammatica, quæ ratione conſtructionum, in verbis temporum atque modorum formatione, quam proxime ad Germaniſmum accedit.

Diſcrepantia dialecti.

§. III. Præterea ipſa Luſatorum lingva ſuis (*g*), propriis dialectis gaudet; Atque Luſatiæ quidem ſuperioris Idiotismus propius accedit ad Slavonismum; inferioris vero ad Windismum, tanto diſcrepantes, ut incolæ vix ſe invicem intelligere queant non attendentes.

(*g*) Alia enim dialectus (ut ſuperiores mittam) Lubenenſis, alia Gubenenſis, alia Cotbuſienſis, alia alius diœceſeos, quarum tamen omnium Cotbuſienſem (in Luſatia inferiori) dialectum in ſacris peragendis uſitatam plerumque, experientia docet.

Uſus lingvæ Sorbicæ.

§. IV. Cæterum hodie & nominis & lingvæ uſus apud Miſnenſes ut & Metropolitanos Luſatiæ evanuit; ſed olim magna (non in omnibus præciſe Serbicæ; ſed) Sarmaticæ ſ. Slavicæ (h) amplitudo. Hodie neſcio qua (præciſe Serbica lingva) quaſi ἀντιπαθεια multis inviſa. Sed olim tanta ejus & dignitas

&

& neceſſitas, ut & Imperator ipſe Otto M. eidem ſtuduerit, (*ii*) & leges Imperatoriæ (aureæ bullæ) ejus notitiam SS. Imperii Romani Archiprincipibus neceſſariam tradiderint, (*kk*) ut taceam ejus quaſi ſororis uſum in ſacris adminiſtrandis (*ll*) contra morem a Pontifice Romano conceſſum fuiſſe. Hinc verſio Scripturæ S. (*mm*) Slavica nata.

(*hh*) Micræl. in Pom. l. 2. c. 4. Wir wiſſen, daß die Sarmatiſche Nation allgemählig ſo mächtig worden, daß ſie nicht allein das groſſe und kleine Reuſſen, ſondern auch das gantze Burgunder-Land, da itzunder die Polen wohnen, und ferner die Walachey, Bulgarey, Servey, Podollien, Littauin, Croatiam, Dalmatiam, Mähren, Böhmen, Schleſien und die gantze Windiſche Marck, Illyricum mit ihrer Sprache erfüllet. Und man kan auch nicht leugnen, daß ſie auch in Griechen-Land überhand genommen, und allda mächtig worden ſeyn. Wie denn noch heutiges Tages die Wendiſche Sprache allda allenthalben, und inſonderheit an der Ottomaniſchen Pforte im Gebrauch ſeyn ſolle. (*ii*) Wittik. annal. Saxon. l. 2. *Præterea* (præter alias ſcientias) *Romana lingua Slavonicaque loqui ſciebat* (Otto Magnus.) (*kk*) Vid. Goldaſt. in Comment. de regn. Bohem. l. 4. c. 16. ubi & alii autores citantur. (*ll*) Æneas Sylv. hiſt. Bohem. c. 13. hiſtoriam narrat. Conf. David. Chytr. Chron. Saxon. in Vandal. p. 37. & Goldaſt. l. c. l. 5. c. 2. ubi alicujus notatu digna Bernhardi ſcriptoris verba citantur ſequentia: *Quidam Sclavus ab Iſtria & Dalmatia partibus nomine Methodius venit, qui adinvenit Slavinas literas & Slavice celebravit Divinum officium, & vileſcere fecit Latinum.* (*mm*) quæ adſcribitur Hieronymo, rectius Methodio aut Cyrillo Moraviæ Epiſcopis (ſit penes hiſtoricos fides.) Vid. Goldaſt. ſæpe laudatus l. c.

PUNCTUM IV.
De Moribus Serborum.

Mores Serborum. §. I. Mores Sorabici populi primi nobis ſunt incogniti. Media vero ætas, quæ eosdem vidit, magis generaliter, quam ſpecialiter mores eorum depinxit ut migrationibus (*nn*) ſtudioſos, miſeriæ & multi laboris (*oo*) patientes, libertatis patriæ tenaces, erga hoſtes ſuos ſævientes; ſed in domeſticos fideles, modeſtos (*pp*) & conſcientioſos.

(*nn*) Dubrav. hiſtor. Bohem. l. 1. *Vetus mos erat omnium Sarmatarum Pomponio Mela autore non ſtatis perpetuisque uti ſedibus, ſed ut invitavere pabula, velut cedens & ſequens hoſtis exigebat: ita res opesque ſecum trahere ſolebant, caſtra ſemper habitantes, bellatores liberi.* (*oo*) Wittik. l. 2. annal. Saxon. *Sæpius exercitus eos læſit, in multis afflixit, & in ſummam calamitatem perduxit. Illi vero nihilominus bellum elegerunt, omnem miſeriam cara libertati poſtponentes. Eſt namque hujusmodi genus durum & laboris patiens victu leviſſimo aſſuetum, & quæ noſtris gravi oneri eſſe ſolet, Slavi pro quadam voluptate ducunt. Tranſeant ſane dies plurimi his pro gloria magno, lateque imperio: illis pro libertate ac ultima ſervitute varie certantibus.* (*pp*) de ſævitia eorum nemo dubitabit. Sed pro domeſticis moribus ſufficiat nobis unicus Micrælius, qui in Pomeran. l. 2. ita diſcurrit: Und weil die Wenden deſſen Lob haben, daß ſie ſittſame und gewiſſenhaffte Leute ſind, wie die Heneter alſo Philippus Melanchthon beſchreibet, ſo hat ſich ihr Wandel ſelbſt andern Völckern angenehm gemacht, und iſt ihre Sprache bald weit ausgekommen.

Ingenium & vivendi ratio. §. II. Hodiernos vero mores, cum notiſſimi, non opus eſt multis recenſere. Neminem latebit, qui Luſatiam luſtravit, civitates ut plurimum civilibus, iisque Germanicis; ruſticos autem ruſticis partim Germanicis (*qq*) partim propriis ſuis (*rr*) iisque immutabilibus moribus gaudere. Atque ut multa paucis dicamus: Eſt natio hilaris, affectu vehementiori prædita; erga hoſtem quidem immiſericordiam; erga amicum v. (*ss*) plus quam fidelem amicitiam exercens, laborioſa, ſimplex (*tt*) religioſa. (*uu*)

(*qq*) Simplici victu & amictu ſunt contenti, ideoque hominem inſolitis veſtibus (alamode) ingredientem mirantur & ut ſuperbum averſantur. (*rr*) Conſtat, eos Germani, qvi lingvam Sclavonicam (*libenter enim loquuntur*) neſcierit, converſationem non curare, putantes ſe negligi ab eo: contra crebrioribus inter ſe conventiculis ſtudere, Xenodochia præcipue diebus feſtis frequentare, ibidemque poculo hilaritatis exhauſto devote (prout externus habitus prodit) pro ratione temporis hymnos ſacros, ex iisque Symbolum Apoſtolicum & Gloria illud Angelorum cantando exercere: poſt (juniores) jubilando, ovando, vociferando, choreisque ducendis ad ſatietatem usque totam fere noctem conſumere: (*ss*) hoſpitem ſi quem linguæ ſuæ gnarum, & loqvacem acceperint, hoſpitalitate plusquam fideli ſuſcipere, quaſi manibus portaturos: interea laboris & miſeriæ eſſe patientes, ut & nocte parum quieſcant. (*tt*) Simplicitatem antiquam ſuam produnt, dum cultum literarum parum curant (quod vitium, in ſummo tamen gradu, tradit de antiquis conterraneis

eorum Moſchis Cluv. in Geogr. c. 26. dicens: *In ſcholis legere duntaxat & ſcribere docentur pueri, nec Academia, aut collegia in univerſo extant Imperio Moſcovitico*) appellantes eum ſatis doctum, qoi legere & ſcribere ſeiverit; qui vero lingua vernacula beoe concionaverit, doctiſſimum. Caeterea mirantur, aut pro ſuperfluo habeotes, aut male interpretantes. (*uu*) Theologos ſ. coocionatores maximi pendent ſuos, & omnia eorum dicta (ut par eſt) pro verbo DEI ſuſcipiunt, frequentaturi templum elegantibus phraſibus (frequentare domum DEI, aut ad verbum, DEI &c.) utuntur. Caeterum omnes libros expreſſos pro verbo DEI habent, quaſi nullum aliud ſtudium, niſi qoo ad ſalutem promovemur, eſſet putantes. Hinc quandocunque aliquem legentem aut ſcribentem viderint, eum concionem meditari exiſtimant.

PUNCTUM V.
De Religione Serborum.

Religio Serborum.

§. I. Religionem paucis attendentes diſtinguimus inter Sorabos paganos Syncretiſtas ſ. Chriſtianos primos & Evangelicos ſ. Chriſtianos ſecundos. Ethnici πολυθεΐας illius Graecanicae quidem participes non ſunt facti; interim tamen ut reliqui pagani praeter Deum verum (*xx*) daemonem, nymphas Sylvasque (*yy*) teſte Dubravio, coluiſſe, iisque ſacrificaſſe leguntur.

(*xx*) Deum verum ſua lingua, Beli bogh h. e. album Deum: daemooem Zarni bogh h. e. oigrum Deum (ut Micrael. annotavit in Pom. l. 2. c. 76.) appellarunt. (*yy*) Dubrav. hiſt. Bohem. l. 1. ex Procop. hiſt. Gotica: *Habent praeterea Slavini lege cautum a majoribusq; traditum, ut inter numerum deorum deum unum illum, qui ſit fulminis fabricator, dominum omnium rerum, ac ſolum Deum eſſe credant, illiq; beſtias ac ejus generis alia mactent &c. hinc pro incolumitate ſacrificant, habentq; perſvaſum, per ſacrificia ſalutem ſibi redemtum iri.*

Quando converſi?

§. II. Saxonibus autem Chriſtianis, hi quoque ſeculo nono poſt N.C. ad Chriſtianiſmum pervenere. Sed quia iisdem S. Viti legenda praedicaretur ad ſuperſtitionem relabaſcentes memoriam S. Viti primò in idolo, ut deum; deinde, pro vitio ſeculi, deſtructo idolo, ut patronum, ſemper ſancte (*zz*) coluere.

(*zz*) Hinc putat Dubravius, *natam eſſe formulam Slavonicam*, VITEI, VITEI, *qua excipere ſolent hoſpitem aut amicum Slavi, quaſi nomine S. Viti eidem gratulantes.* hiſt. Boh. l. 1. p. 7. Caeterum de Viti idololatria & ſuperſtitione ut & allis idolis Slavicis plura diſſerit Helmold. Chron. Slav. c. 52. 53. inter alia dicens: *Inter multiformia Slavorum numina praepellet Zuvante Wit deus terrae Rugianorum, ut pote efficacior in reſponſis, cujus reſpectu caeteros ſemideos aeſtimabant.*

§. III. Sed denique v. haec natio inter alias fere prima fuit, quae e tenebris Papatus Cimmeriis lucem Evangelii conſpexit (*aaa*): atque hodie non niſi purum Evangelium Auguſtana Confesſione omnibus ſordibus papiſticis liberatum audit: quod DEus conſervet!

(*aaa*) Intendimus ad tempora Huſſitarum & Dn. Lutheri, ad ſeculum 16. & 17.

PUNCT. VI.
De Republica.

Quam regiminis formam amaverint?

§. I. Ut Sorabes omnis miſeriae atque laboris patientes: ſic cujuscunque ſervitutis (*bbb*) impatientes cum omnibus Slavinis populis. Inde ſemper omnibus modis eo laborarunt a prima aetate, ut Monarchiam aliorumque dominatum in ſe fugerent: contra v. in (*ccc*) democratia ſ. ariſtocratia viverent.

(*bbb*) Contra naturam quaſi iis erat, ot pote ſanguioe libero natis, libereqne edocatis ſervire, aliusque imperio ſubditos eſſe. Quae etiam maxima cauſa fuit, ob quam tam ſaepe fidem Deo atque Imperatoribus datam reſciderunt, ſibique & ſuis poſteris fatum infelix procrearunt. Vid. Micrael. in Pom. l. 2. n. 5. & 11. &c. Bangert. ap. Helmold. l. 1. c. 11. *Erant Wagrii vetuſtae ſuperſtitionis & avitae libertatis tenacisſimi, nec ullam occaſionem, qua excuterent jugum Romanorum, negligebant.* (*ccc.*) Dubrav. hiſt. Boh. l. 1. ex Procopio dicit: *Slavinorum nationes non ab uno aliquo homine regi, ſed jam inde ab antiquo plebeia communiq; libertate vivere, & de rebus omnibus, quae cogitatu, factuve graviores occurrunt, communiter deliberare*, vid. Micrael. l. c. l. 2. c. 31.

Quando incorporati imperio.

§. II. Denique S. Romano Imperio ad Saxones translato ab Imperatoribus Henrico Aucupe & Ottone M. funditus depreſſi ImperioqueRomano incorporati (*ddd*) fuerunt. Ubiero primus Marchiae Luſaticae Adminiſtrator praedicatur. (*eee*)

(*ddd*) Avent. l. 4. Helm. Chron. Slav. c. 8. n. 4. Goldſt. l. 2. c. 3. dicit: *Circumferuntur verſus antiqui ab incerto quodam Germano Poëta imagini Henrici hujus ſubſcripti, in queis ſub regis perſona legitur:*

Wend,

Wend, Dän, Sorb, Böhmen, Marcomann,
Delmantz, macht ich mir unterthan.

(eee) vid. Wittik. ſupra cit. l. 2. Ubi Meibom. annotavit dicens: *Circumferuntur Rythmi, qui idem de Gerone teſtantur:*

Zu Laußnitz erſter Fürſt waß ich,
Dreisſig Wendiſche Herren tödtet ich.

§. III. Quod v. Magiſtratum SS. Romani imperii ſubordinatum Luſatiæ attinet, ejus toties mutatio facta, ut hic vix recenſeri queat: modo enim reges Bohemorum, modo Marchiones Miſnenſes, modo Brandenburgenſes eam obtinuerunt. Donec ultima ætate per Dei Gratiam poſseſſio ejus ad Sereniſſimam Domum Saxonicam pervenit. Uti jam palam eſt. Et hic perſiſtimus.

DEum Opt. Ter Max. devotis ſuſpiriis rogamus, ut Rutæ Saxonicæ Vigorem, Domusque Celſiſſimæ Florem, donec cœlum ruat, Patriæ noſtræ ſervare velit! Amen.

DISPUTATIO CHOROGRAPHICA
DE
LUSATIA

In Illuſtri Academia Salana

PRÆSIDE

M. JOHANNE BARTHOLOMÆO Bechmann,

placidæ eruditorum diſquiſitioni ſubjicit

PETRUS ERNESTUS CRAMER,

Budiſſa-Luſatus.

Autor & Reſpondens.

horis & loco conſvetis

ad diem Februarii M DC LI.

§. I.

Situs Luſatiæ. REpetitis e Geographia, altero hiſtoriarum oculo, de Orbis terrarum in quatuor continentis Aſiam, Africam, Europam & Americam ſive Orbem novum generali diviſione & ſingulorum locorum invenienda Longitudine & Latitudine, indeque unius ab altero intercapedine ſeu diſtantia, ac Zonarum Climatumque ratione, LUSATIA Patria dulciſſima in Germania tertiæ ſc. continentis ut Europæ parte nobiliſſima & ampliſſima, & ſic in Zona temperata boreali, & quidem in Germania Inferiore ſive Septentrionali, quæ a Superiore & Meridionali non incommode per Mœnum ſeu Moganum fluvium, aut potius per Sylvæ Semanæ & Gabretæ ductum continuatum ſeparatur, ſub climate potiſſimum octavo ſita, habens ab Oriente Sileſiam, ab Occidente Miſoiam, & ſuperiorem Saxoniam, a Septentrione Marchiam, & a Meridie partem Bohemiæ.

Etymologia. §. II. Quo autem felicius progrediamur, merito ad ipſius vocis LUSATIÆ cognitionem nos pedem movemus, noſtrumque laborem cum omnis rei inſpectio Etymologia cognita plenior ſit, ut Iſid. Lib. 1. Orig. cap. 28. ad illam ipſam LUSATIÆ noſtræ convertimus. Debet autem hæc, ſecundum quosdam, natales ſuos partim VANDALIS partim GERMANIS. Et quidem Vandalis, quia Luſati dicuntur a Luc, quod Sclavis idem eſt ac Sylva. Germanis vero, quia addita eſt vocula Saſſe, quæ idem ſignificat ac Sitzer, quod docet verbum Land-Saſſe, der auff dem Lande ſitzet oder wohnet. Ex his Luſati quaſi Waldſaſſen dicti, id quod patet ex Dreſſer. de Germ. Urb. præcip. Iſag. hiſtor. p. 5. Huic derivationi loci arridet convenientia, ſiquidem huc & illuc ſylvæ oculis incurrunt ac nemora.

Alii tentant LUSATIAM derivare a verbo Lauſchen per eliſionem literarum chen i. e. warten, wo es hinaus will, ſich fürſehen, ideo quod hæc gens aſtuta ſit, provida conſilio, ac prudens, ut infra ſuo loco dicturi ſumus. Nit vero ſyllabam eſſe Vindorum autumant.

Alii præterea non denegant derivari poſſe LUSATIAM ab utilitate, ut dicatur quaſi Lau-

ter Nutz, mutatis quibusdam literis, ut T. auferatur & ejus loco S. ponatur, quod antiquis fuit uſui, docente Johan. Gorop. Becan. Lib. 5. Gallic. fol. 110. Petr. Greg. Tholoz. Lib. 15. de Rep. cap. 1. uti & tt pro ſs. U vero legatur cum ſignatura duorum punctorum. Quoniam autem nomina in itz & nitz Sclavica ſunt, teſte Althamm. in Corn. Tacit. Germ. veræ etiam voculæ ſcriptioni τὸ nitz minus inſervit, cum rectius ſcribatur die Lauſitz quam die Lauſnitz, quod docet vox LUSATIA & documenta publica. Propterea derivationi in frontiſpicio theſeos poſitæ, ut optimæ, præ ceteris fidem adjungimus, quanquam, cum hac de re nihil certi haberi poteſt, eandem non ut veram ſed probabilem ſaltem venditemus.

Incolarum nomina.

§. III. Patet ex vatiis autoribus varia antiquioribus LUSATIÆ incolis fuiſſe nomina, quorum, cum ſcitu digna ſint, merito mentionem facimus. Vocantur autem

1. SVEVI a Tacito de Germ. morib. ut refert Althamm. in Comment. ad hunc, & Dreſſer. de Germ. præcip. Urb. Fatemur quidem hac voce SVEVORUM in ſuo ſignificatu generaliori omnes omnino notari Germanos, ut in pluribus veterum hiſtoricorum ſcriptis videre eſt, in ſpecialiori tamen ſoli LUSATI hanc SVEVORUM dictionem jure ſibi arrogare poſſunt. Dicti autem fuere LUSATI SVEVI, propter SVEVUM fluvium, Germanice die Sprée, ad quem antiquiores illi habitarunt, horumque poſteri adhuc habitant. Cur. Annal. Siles. P. 2.

2. SEMNONES a Ptolomæo, Carione in Chron. & Althamm. in Comm. ad Tacit. quod nomen forſan Cureus intendit, quando eos vocat *Senones* Annal. Siles. Part. 1. dicens: Deſertis ſedibus veterum Lygiorum non ſolum, verum etiam vicinorum Germanorum Senonum, Hermundurorum, Marcomannorum, Bojorum &c. & quando occupationem harum ſedum recenſet, patet Senones fuiſſe accolas Svevi fluvii, ex prioribus etiam Curei verbis rem habemus luce clariorem, cum hæc noſtra LUSATIA Lygiis ſit vicina.

3. CENOMANNI, ut videre eſt ex Strabone.

4. CENINENSES, a Paulo Diacono ſic allegati; dicti vero, ſecundum Cornelii Taciti ſententiam a cultu divino & pietate, quam præ ſe tulerunt, ſiquidem idem Tacitus de Germ. morib. luculentiſſimum affert teſtimonium, quod, cum ſit inimici, majorem ſane fidem conciliabit.

5. ILINGI præterea nominantur, vid. Bilibald. Pirckeimer ad Tacit Germ.

6. LYGII, ut refert Philipp. Melancht. ad Tacit. Germ. quod nomen illi forſan his impoſuere, qui LUSATIAM Sileſiæ partem eſſe putarunt, vel qui ad morum & ingeniorum convenientiam reſpexerant.

7. ELISII, cui voci vocabulum LUSATI, ut Cur. Ann. Siles. P. 2. notat, affine eſt. Dicunt quidam hoc vocabulum eſſe ab Eliſcha ſeu Eliſa nepote Japheti: quod nimirum iſtius poſteri bella & tyrannidem fugientes huc progreſſi ſint. Hæ enim gentes ſimul etiam profectæ, novas ſedes quæſiverunt, & promiſcue habitarunt. Cur. Ann. Sil. P. 2. Carionis vero Chronicon autumat libr. 4 veriſimilius eſſe hoc nomen illis ab Eliſtro fuiſſe impoſitum.

Diviſio Luſatiæ.

§. IV. Dividitur LUSATIA in SUPERIOREM ſeu Meridionalem, & INFERIOREM ſeu Septentrionalem. Utraque ſuis gaudet δικαστηρίοις propriis. Primaria ſeu Metropolis in Superiori eſt laudatiſſima mea Patria Budiſſina: in Inferiori eſt Lucca.

Origo Diviſionis.

§. V. Circa datam diviſionem variæ ſunt opiniones, quo nimirum tempore facta ſit, ſiquidem in publicis documentis ante annum Chriſti 1466. editis ea nullibi invenitur, teſte Dreſſer. de præcip. Germ. Urb.

Varii Domini Luſatiæ.

§. VI. Quoties hæc noſtra LUSATIA Dominos ſuos mutaverit, patet ex hiſtoricorum ſcriptis. Docent eadem nos, eam jam Polonis, jam Sileſiis, jam Bojis, jam Miſnicis, jam Brandenburgenſibus Marchionibus, jam Hungaris adhæſiſſe. Anno 1012. debellavit eos, inque ſuam poteſtatem redegit Boleslaus I. Polon. Rex, vocatus a Vandalis tunc ad Luſatorum voluntatem viventibus, & ſic Polonis adhærere coacta fuit. Anno 1086. Imperator Henricus IV. Moguntiæ in conventu Imperii LUSATIAM Bohemis adjudicavit atque incorporavit. Anno 1163. tranſierunt quædam LUSATIÆ urbes ad Sileſios, quædam ad Marchiones Miſnicos. Anno 1213. Luſatia inferior Marchioni Brandenburgenſi vendita eſt a Boleslao. Anno 1490. juravit Luſatia in verba Uladislai Regis Hungariæ. Crebrius autem & frequentius in hanc fuit Dominium Bohemorum.

Hodie ſubeſt Elect. Saxoniæ.

§. VII. Hodie fert clementiſſimam dominationem Sereniſſimi ac Potentiſſimi Electoris Saxonici, cui ſub initium Junii Anno 1623. a D. Ferdinando II. Imperatore Romano invictiſſimo per Legatos attributa, decimo vero & quarto anno poſt, nimirum Anno 1637. menſe Octobri ſolenni ritu ſacramentoque adhibito, in fidem data eſt; cum & hucusque per bene longam temporis ſeriem Regno Bohemorum fuerat incorporata, vid. Vechner. in Univerſ. Germ. Breviar. cap. 5. p. 171.

Unde Marchia?

§. VIII. Dicitur Marchia ſeu Marchionatus ein Marggrafſthum. Hinc Elector Saxonicus Sereniſſ. vocatur Luſatiæ Marchio, Marggraff in Ober- und Nieder Lauſitz. Marchio autem ſeu Marggraff idem eſt ac Princeps limitaneus. Marck enim limitem ſignificat, & lapides in finibus poſiti dicuntur Germanice Marckſteine. Cuſpinian. In Proœm. Auſtriac. Hotomann. de verb. Feud. verb. Marchio-

chiones. Deducitur vero e **Merckeu**, quod ſcil. fines Provinciæ ibi obſervari debeant ec retineri. Alii τῷ **Marck** derivare tentant a Mera, Marcka eut **Mere**, quod equum ſeu equam ſignificat, & eb inde compoſitum volunt Archimarſchallum, ex Græco ἀρχὸς Princeps, & Germanico **Mara**, Eqnus ſeu Equa & **Schal** vel **Schalck**, quod denotat miniſtrum, ut ſit quaſi magiſter Palatii, **oder Oberſter Stallmeiſter**, vid. Dn. Georg. Philipp. Harsdorffer de Philolog. Germ. Diſp. 11. n. 33. qui verbum hoc prolixius ibi tractat. **Graff** latine Comes, nominetus e comitando. Germanienm eutem quidam a Gravitate deducunt, viros eosdem eſſe debere graves. Sed minime recte ex eo deducitur, cum vox ſit pure Germanica & præfectum ſignificet. Quod vero ex iſtis dictionibus **Marggraff**, qui præfectus eſt limitum, proveniat, & quidem recte, faciunt nobiscum Althamm. ad Tac. Germ. Chriſt. Becmann. de Orig. Lat. Ling. Dreſſer. Mill. 6. P. 2. Matthæus Stephani & elii. Primus autem Luſatiæ Marchio fuit Goro, illuſtriſſimus & fortiſſimus Princeps. Spangenberg ſpec. Nobil. Part. 1. Lib. 10. cap. 19.

Modus regendi. §. IX. Utraque LUSATIA abſente ipſo Marchione, ſuos habet Promarchiones plenipotentes. Ordinaria Superioris ſedes eſt *Budiſſina*, Inferioris vero Luſatiæ Promarchionis ſedes eſt *Lubena*. Hodie ceu gemmæ immo ceu ſidera ſplendent in Superiori Illuſtris & Generoſus beros Dn. Dn. CUNRADUS REINNECCIUS a CALLENBERG, Baroneus Muſcoviæ, **Wetteſingen und Weſtheimb** Dynaſta hereditarius, a Sereniſſimo & Potentiſſimo noſtro Electore Saxonico Legioni uni equeſtri ſummo cum imperio præfectus; In Inferiori Illuſtris & Generoſus Dn. Dn. SIGISMUNDUS SIGEFRIDUS Bero a PROMNITZ, Dynaſta in **Pleß, Sorau, Triebel & Naumburg**.

Origo Marchionatus. §. X. In hoc conveniunt Scriptores, qnod Marchie noſtra LUSATICA conſtitute ſit eb Imperatore Henrico Aucupe. Circa tempora vero Conſtitutionis variant. Quidam dicunt, quod facta Anno Chriſti 920. cum Imperator Sarmatas divictos ſibique devinctos dediſſet. Alii factam eandem eſſe ſtatnunt Anno Chriſti 927. devictis & proſtratis Bohemis. Prius & poſterius ſtatuit Cureus, ſui forſan neſcius, vid. Annal. Sileſ. p. 1. p. 29. & p. 2. p. 302.

Urbes Luſatiæ ſuperioris. §. XI. LUSATIAM SUPERIOREM Urbes conſtitunnt primatiæ ſex. Ab herum numero vulgo LUSATIA vocatur **die Sechs-Städte**, Hexapolis, & incolæ ſæpius dicuntur Hexepolitani. Metropolis eſt BUDISSINA a fundatore Budislao Bohemorum Rege ſic dicta ad Svevum ſita: Longitudo ejus eſt 31. g. 50. m. Latitudo vero 51 g. o. m. Arcem habet munitiſſimam. Templa intra, inter, & extra mœnie VII. excepto monaſterio jam diruto, quæ tamen partim exſtructa, partim deſtructa videntur. Schola gaudet celebri, eujus hodie Rectorem habet Virum Clariſs. Dn. Johannem Theil, M. P. L. C. præceptorum meum æterna veneratione dignum. Turribus ornata VII. exceptis propugnaculis, quæ harum numerum aliquoties excedunt, Aquagium etiam ibi oſtenditur, eui, quod referunt, in tota Germania vix unum vix alterum reſpondet Per hoc execrabilis belli tempus bis, nimirum Anno 1620. ab Electore Saxonico, jam Domino ſuo Clementiſſimo. & Anno 1634. a Cæſareanis funditus cremata, & horrendo, imo inhumano modo una cum ingenti hominum numero in flammas & cineres redacta & reſolute fuit. Quæ ruina poſterior quotannis incolas adhuc ſuperſtites in luctum vocat atque mœrorem.

GORLITIUM, Urbs alias ſatis landata, ad Niſſum fluvium locata. Longitudo ejus eſt 32. gr. 30. m. Latitudo vero 51. gr. o. m. A Sobieslao Principe Bohemico Anno 1131. munita & reſtaurata; Templis dotata V. in quorum numero duo inveniuntur, quorum, quod ſcitu dignum, & nullibi in tota Germania babatur, unum alteri ſuperinſtructum eſt. Simulacrum ibi monſtratur ſepulchri Domini noſtri Jeſu Chriſti, **das heilige Grab**, multo ære, multo labore & bina vice peracto itinere comparatum, aliaque circa paſſionem quæ oceurrerunt notande. Hoc ſepulchrum, quod ajunt, nullius longitudini reſpondet, uiſi eodem anno diem obituri, ajunt. Scholam ante panca tempora habuit vix ac ne vix palmam Gymnaſio cedentem, ſed dire Martis ſævitia illam in exilium detruſit. Turres eminent V. Propugneculis vero munita quam plurimis, quam validiſſimis. Intervallum ab hac ad Budiſſinam conſtituit milliaria Germanica VI. Gorlitium.

SITTAVIA ad Niſſum in ipſis Bohemiæ finibus collocata. Templa habet V. Scholam Scholarchasque celebres. Turres numerantur ibi III. intervallum ab hac ad Budiſſinam conſtituit VI. ad Gorlicium milliaria germanica. IV. Sittavia.

CAMENTIA, Urbs quam Ceres quamque etiam Bacchus amat ex parte, Neptunus vero nimis odit. Templis gaudet IV. Scholam horum temporum & ſeculi infelicites atque iniquitas devaſtavit. Turres oſtendit IV. hujus uſque ad Metropolin intervallum eſt milliarie III. Camentia.

LAUBENA, ad Qneiſſum, in finibus Ducatus Jeuravienſis. Temple ſibi exſtruxit III. Scholam alit leudabilem. Turrium numerus eſt ternarius. Incolæ hujus ut & Sittaviæ & Budiſſinæ megnam operam conſumunt in artificioſe contexendo linteo. In hanc Urbem Anno 1424. tante fuit Huſſitarum rabies, ut pueros in ſcholis, & ſacerdotes in Laubena.

Ipſis templis mactaverint. Intercapedo ad Metropolin facit milliaria germanica IX.

Lobavia.

LOBAVIA, vulgo die Liebe: Templa habet II. Scholam quidem fovet ſibi utilem, non vero magni nominis. Turrim habet I. Incolæ victum acquiruot per aſſiduam Agri-horti-culturam. Ab hac venit illud proverbium: Die Stadt iſt klein, aber die Liebe deſto gröſſer. Intervallum inter hanc & Budiſſioam milliaria ſunt III.

Hæ fuere Urbes, quæ cooſtituerunt Hexapolin. Jam ſubjungimus illis reliqua etiam oppida, quæ interpoſita atque locata videntur. Sunt ea autem ſequentia:

WITCHENAW ad Svevum: Religionem colens Pontificiam, plurimumque utens idiomate Vandalico.

HOIERSWERDA, Nigro Elyſtro circumfluum: Arce dotata non adeo ineleganti. Peculium Nob. a Pooickau.

MUSCOVIA, non longe a Niſſo: Baronatus ſupradicti laudatiqoe illuſtr. & Generos. Dn. Dn. a Callenberg.

KONIGSBRUC, non vero Konigsberg, ut quidam errore imbuti putant, in finibus Miſniæ. Vineta colit quam jucundiſſima. Baronatus Illuſtr. & Gener. Dn. Dn. a Schellendorff.

ELYSTRA die Elſter: nomeo forſan ab Elyſtro: peculium Nob. a Ponickau.

REICHENBACH ad Niſſum. HIRSCHFELD ad Niſſum.

SEIDENBERG. SCHONBERG, MARCLISSA. Bärn-Städtlein.

ROTTENBURG ad Niſſum, peculium Nob. a Saltz.

Hoc Bertius in tabulis ſuis cootractis errore ductus cum homonymo ſuo Imperiali Franconiæ Urbe ad Tubarim confundit, ut notavit Vechn. in Brev. Univ. Germ. p. 173. vid. Bert. l. 2. de Europa. p. 377.

WEISENBURG, Marienſtern, Ducale Cœoobium inſignis elegantiæ, incredibilis opulentiæ.

OSTERITZ cum cœnobio vicino Marienthal.

Deſcriptio Luſatiæ inferioris.

§. XII. Poſitis Urbibus & oppidis Superioris noſtræ Luſatiæ, convertimus nos ad Inferiorem ſeu Septentrionalem ejusque Urbes & oppida in recenſionam vocamus. Metropolis eſt LUCCA, dicta a Sclavico Luc. vid. Cur. Ann. Sil. Part. I.

Huic ſuccedit LUBENA ad Svevum, dicta a Lygiis vel Luiis. vid. Cur. Annal. Sil. p. 2. Sedes alias Protmarchionis & Præfecturæ Jodiciariæ in Inferiori, ut in Superiori Budiſſina, ordinaria. Hanc munivit & amplificavit Boleslaus Anno 1175. Confunditur hæc Lubena a plurimis cum ſuperius poſita Lobavia ſeu Liebe.

GUBENA ad Niſſum, Baccho præ ceteris urbibus amica. Hæc Anno 1434. funditus a Bohemis Uladislai Poloni opera deſtructa eſt, interfectis promiſcue omnibus, adeo etiam ut tunc Commuoe ſepulchrum ſuorum civium dicta fuerit.

Hanc excipit SORAVIA. Dicta hæc fuit, ut Cureus Annal. Siles. P. 2. autumat, a SORABIS olim illius loci incolis. Hodie Illuſtr. & Generos. Promnitianæ familiæ peculium.

Soraviam ſequitur FORSTA ad Niſſum, peculium Illuſtr. & Generos. Dn. Dn. a Biberſtein.

Hanc excipiunt ſequentes: SPREMBERGA ad Svevum. Vindemiis hæc gaudet, pomorum excuſſionibus, ſingularique triticeam coqoendi cerevifiam experientia. Illuſtr & Generoſ. Do. Dn. a Kitlitz peculium. Tribel ad Niſſum.

LIEBROSA, Baronatus Perilluſtris Dn. Do. a Schulenburg: præluſtris literaturæ ſideris.

SONNEWALD, Baronatus titulum acquiſivit, peculium Comitum a Solmitz.

DOBRILUG, Collegium olim percelebre ad Elyſtrum nigrum.

LUBENAU, peculium Comit. Perilluſtris a Leooar.

NEUZELL Abbatia non infimi nominis. FURSTENBERG. FINSTERWALDA. FREIENHAN. CALE. PFORTEN. Sunt etiam STORKAW. PESKO. PEITZ. COTBUS. SOMMERFELD ſub cœlo Luſatiu, quæ tamen ſi dominium ſpectes, ad Marchiam Electoralem Brandenburgicam pertinent.

Fluvii Luſatiæ.

§. XIII. Relatis utriosque Luſatiæ Urbibus oppidisque, merito etiam fluvios illius referimus præcipuos. Sunt autem illi ſequentes:

I. SVEVUS, Germanice die Spree. Hic ortum ſoum habet juxta Sprebergam pagum, e Bohemiæ montibus Luſatiæ confinibus. Curſu ſuo alluit laudatiſſimam meam Patriam Budisſinam, Witchenaum, Senfteobergam, Sprembergam, Cotbuſium, Lubenam, Peskoviam, Berolinum; ad Spandaviam infloit in Havelam, & tandem ſeſe in Albim exonerat. Laudat eum Ptolomæus lib. 2. cap. 11.

II. NISSUS die Neyſſe, alterum prope Grumpach, alterum juxta Fridlandiam ortum trahit. Præterfluit hic Grabſtein, Sittaviam, Hirſchfeldam Oſtritz, Laſſam, Gorlitium, Pribuſium, Tribel, Muſcoviam, Sommerfeldam, & tandem ad Gubenam in Viadrum ſeſe effundit.

III. QVEISSUS: Hic oritur ad Fridbergam, præterfluit Greiffenbergam, Laubenam, Nanburgam juxtaque Saganum Bobera miſcetur.

IV. Eſt ELYSTER die Elſter, qui prope Konigsbruc Miſniam a Luſatia dividit.

V. ODERA partem Inferioris noſtræ Luſatiæ alluit.

§. XIV. Su-

Officiales Luſatiæ.

§. XIV. Superiores Officiales LUSATIA habet ſequentes: Promarchiones die Land Voigte. Capitaneos Provinciales die Landes Hauptmänner. Præfectos Juridicos, in Superiori dicitur der Ober Amts-Hauptmann in Inferiori der Verweſer. Seniores Provinciales die Landes-Elteſten. Hi omnes & ſinguli ex Illuſtr. & nobilitate Generoſis familiis eliguntur, conſtituuntur, & communi nomine cum ceteris die Land-Stände appellantur. Hos ſequuntur Magiſtratus.

Conventus.

§. XV. Hi dicti Status magnifica ſplendent poteſtate, quotannis conventus ſuos Ordinarios, &, ſi ſalus Regionis poſtulat, Extra-Ordinarios indicare. Utraque hanc poteſtatem habet, utraque eandem per ſingulos annos ſolenni ritu exercet.

Conſiſtorium eccleſiaſticum.

§. XVI. Superior LUSATIA fovet Conſiſtorium Eccleſiaſticum Canonicum, cujus jam Præſes eſt Decanus Venerandi Capituli Budiſſini, Vir plurimum Reverendus ac Nobiliſſimus Dn. MARTINUS SAUDRIUS a Sternfeld. Inferioris LUSATIÆ Conſiſtorium celebratur apud Lubenenſes.

Landgericht in Luſatia infer.

§. XVII. Inferior præterea LUSATIA Judicium quotannis exercet, quod dicitur das Land Gericht. Hujus Præſes pro tempore eſt Vir Nobiliſs. Dn. ab Holtzendorff. Senior Conſultiſs. Dn. D. Lochmann. Aſſeſſores vero Excellentiſs. & Doctiſs. JCTI, & quidem ex Lipſienſi Academia Dn D. QVIRINUS SCHACHER, & Dn. D. WIRTH, Vir uterque non incelebris; e Wittenbergenſi vero Dn. D. TAUBMANN vocatus & conſtitutus, deinde etiam Gubenſis & Luccenſis Syndici huic Judicio autoritate ſua interſunt.

Idioma Luſaticum.

§. XVIII. Idiomate utitur Superior quod neque in totum eſt Sileſicum, neque in totum Miſnicum; hoc aliquam partem impurius eſt, illo vero purius. Quanquam non negem, quod Gorlitium, Laubena ut & Sittavia, enim Sileſiis ſint propinquiores, eodem ferme abſtruſo loquendi modo utantur, Budiſſina, Camentia & Lobavia tamen, ut Miſniaco territorio proximiores, Miſnenſium ſale ſuos ſermones condire quam plurimum ſtudent. Inferior vero LUSATIA idioma habet, quod habito reſpectu Situs Urbium etiam Marchiaco reſpondet.

Fata Luſatiæ.

§. XIX. Quam paterne noſtram LUSATIAM DEus præ ceteris multis amaverit, quoties a ſummis imminentibus & irruentibus periculis liberaverit, quantisque beneficiis affecerit atque mactarit, mearum ſane virium non eſt ſatis deprædicare. Hoc, hoc, inquam, non ultimo ſed principe ponendum loco, quod per Spiritum ſuum Sanctum duriſſima & ferociſſima Veterum noſtrorum corda clementer emollire, &, cum hæc gens παλυθεότητα probaverit, a ſuperſtitioſis ethnicorum cultibus ad veram fidem pietatemque Chriſtianam ducere voluerit. Annue ſumme & omnipotens DEus, annue votis & ſuſpiriis tuorum, conſerva veram verbi tui doctrinam, eripe gregem converſum ex infernalis lupi faucibus, largire Doctores veram ſalvificæ doctrinæ viam calcantes, protege eos ſub alis immenſæ tuæ miſericordiæ & placido Sereniſſimi noſtri Electoris Saxoniæ regimine.

Status Luſatiæ antiquiſſimus.

§. XX. Vandali in noſtra LUSATIA ſedem ſibi fixerunt. Invaſerunt eam ſub Zecho, fratre Lechi gentis Sclavoniæ ductore, & ſedes a Svevo fluvio ad ipſam uſque ditionem Brandeburgenſem extenderunt. Res ab his peractæ fuerunt latrocinia, irruptiones, devaſtationes, ut docent ea, quæ de eorum rebus geſtis adhuc exſtant. Natio alias eſt implacabilis, ad ſervitutem nata, Nobilibus noſtris LUSATICIS ſubjecta, nullum ex ſuis, ut aliæ, ſuperiorem agnoſcens, agros hortosque colens, literarum ignara, nullos ideo, niſi ſuos Eccleſiæ Doctores viros producens doctos, qui tamen poſtea ſe non Vandalos ſed Germanos eſſe jactitant. Veſtitum ſeu veſtiendi modum nunquam mutat, in victu eſt ſordida. Bella hæc Natio olim habuit quam plurima, quam atrociſſima, ut ſuperflue teſtantur ſcriptorum monumenta; teſtatur id bellum, quod aliquando Ludovico Caroli filio denunciavit, & ab Anno 830. uſque in Annum 832. duravit. Cum vero Ludovicus gentis ferocitatem ſentiret, Francofurti eam ad ſe accerſitam placavit atque pacavit. Cur. Annal. Sil. Part. 1. Anno 860. Idola reliquit & ad Chriſtianam fidem atque doctrinam ſe convertit, cui etiam uſque huc conſtanter adhæſit. Hodie maxima ejusdem pars Lutheranis & Evangelicis ſe addixerunt, minima vero adhuc de parte ſtat Pontificiorum.

Encomium Luſatorum.

§. XXI. LUSATOS ſatis commendavit Ligurinus, vetus quidam Poëta, qui vixit tempore Cæſaris Barbaroſſæ, ſic de illis & Sileſiis ſcribens:

> Gens aſtuta, ſagax, prudens, induſtria, ſolers,
> Provida conſilio, Legum Jurisque perita,
> Corpore, mente valens, animo vigil, ore venuſta,
> Membrorum levitate vigens, patiensque laboris,
> Promta manu, ſermone fluens, avidiſſima laudis.

Sat commendationis hæc ſunt Poëtæ verba. Sat commendationis ipſa eſt Experientia. Ex hac enim Provincia, tanquam ex equo Trojano, magna Doctorum prodierunt examina, magna adhuc prodeunt. Viros producam, quorum nomen magnum, quorum ſcientia inæſtimabilis. Produco Magnum illum Theologum Dn. D. Schmid in celeberrima Argentoratenſi Academia. Dn. D. Cnöfelium, Majeſtatis Regiæ Poloniæ Archiatrum & Conſiliarium

rium

rium graviſſimum Dn. D. Biccinm in Argentoratenſi Acad. JCtum & P. P. Dn. D. Thaborn in Academia Upſalenſi P. P. JCtum nobiliſſimum. Dn. D. Epich in prælaudata Argentoratenſium Academia Medicum & P. P. Hos & plurimos alios, qui Provinciæ ſalutem & conſervandam & augendam hodie curant quam diligenter, quam vigilaoter, Patria mea Budisſina produxit, quos tameu, ne forſan in eorum autoritatem & gravitatem recenſendo peccem, ſicco pede, & ſubmiſſa animi reverentia, tranſeo. Afferre adhuc poſſem Nobiliſſimum illum Archiatrum Megapolitanum Hehn, qui, ut & Gveinzius ille quondam Clariſſimus nunc beatiſſimus Patriam habuerunt Gubenam. Adeſſet Archiater Majeſtatis Regiæ Danicæ Janus, Luſati adeſſent plurimi. Immo ipſa ampliſſima Medicorum hujus loci facultas exhiberet nobis teſtimonium de nuperrime hic Laurea Doctorali coronato Viro Luſatio, ſi opus eſſet, horumque laudi & dignitati hedera appenderi poſſet. Sed mirari eosdem tutius erit, quam laudare.

Viri clari Luſatiæ.

§. XXII. LUSATIA noſtra non tantum Viros educat Doctos ſed & Bellicoſos. Quanquam autem ipſa hodiernorum heroum furtitudo ſatis nobis ſit teſtimonii, tamen, quo minus quis de effati hujus noſtri veritate dubitet, munimus nos autoritate Plinii Libr. 14. cap. 18. Natur. hiſtor. dicentis: Herniones bellatores ſunt optimi. Vidare hic eſt exemplum Harminii ætate Imperatoris Auguſti, ſub quo & noſtra LUSATIA contenta eſt. Julius Cæſar Comment. Bell. Gallic. Libr 4. pro nobis eſt, dicens: Gens Svevorum longe maxima eſt & bellicoſiſſima Germanorum omnium, Svevos autem fuiſſe LUSATOS ſupra oſtendimus. Movent nos exempla, quæ habemus ex ſcriptorum fide collata. Cureus Annal. Sil. P. 1. dicit, quod tempore Henrici Aucupis Imperatoris viri fuerint in Luſatia nobiles, præſtantes robore animi & militiæ, qui deinde multos per annos aſperrima geſſerint bella cum Henetis & Polonis Anno 1419. Ziskam Huſſitorum Ducem depulerunt. Anno 1468. concitante Rudolpho Epiſcopo Luſati ſub ſigno crucis bellum geſſerunt. Anno 1477. Uladislai Bohemi exercitum, cum urbes aliquot fruſtra tentaſſet, horum manus & arma dederunt dilapſum. Tandem ipſius Matthiæ Regis Bohemici teſtimonio multum roboris, multum laudis huic noſtræ LUSATIÆ tribuimus, dicentis: Hos, ſi militari diſciplina imbuerentur, eſſe plus quam Viros.

Conditio Terræ.

§. XXIII. LUSATIA ſatis eſt frugifera, ſat fertilitatis habet terra Patria, ſatis a DEO bonis mactata. Agricultura donata eſt maxima largitate colentium operæ reſpondente: campos habet amœniſſimos, prata oſtendit vernantia, hortos fovet jucundiſſimos & utiliſſimos, ſylvas gerit & nemora quam plurima. Bacchum ſibi habet amicum, præprimis tamen Inferior, cum Superiori omnem ferme ſuam fertilitatem abſtulerit. Nullum vero in utraque Luſatia vinum reſpondet Gubenſi. Lini & Lanæ tractatio eſt frequentiſſima. Ferrum in ea maximo numero cuditur. Greges ibi & armenta propter pabulorum copiam quam optime quam commode aluntur, ex quibus lacte fruuntur, caſeos butyrumque conficiunt, pecudes tondent, atque lanam vendendo magnam pecuniæ ſummam colligunt. Venaturis, piſcatu & aucupiis abundat.

Plura haberem in noſtræ Luſatiæ laudem facientia, quæ merito præmiſſis accuderem, niſi pagellarum habenda eſſet ratio. Priusquam vero remos inhibeamus puppimque ſiſtamus, DEO pro adhibito auxilio gratias merito agimus quam maximas quam plurimas, eundemque devote rogamus, ut Patriam ſub umbra alarum ſuarum contra quoscunque hoſtium furores clementer tueri, & ad ipſum uſque mundi finem tranquillam reddere & conſervare velit. Te vero, Lector Magne & benevole, rogatum volumus, commiſſorum ac omiſſorum nobis, propter inopiam autorum, veniam benigne impertias. Nos ancoram jacimus, ſtant littore puppes.

Q. D.

Q. D. B. V.

HISTORIAM LUSATICAM

PRÆSIDE

CASPARE SAGITTARIO

HISTOR. PROF. PUBL. ORD.

Proponit

JOHANNES CHRISTIANUS NESENUS

Zitta Luſatus.

AUCTOR & RESPONDENS.

I. N. I.

INTROITUS.

SOlent, qui animum ad Hiſtorias applicant, geſta Patriæ ſuæ initio evolvere. Cujus quidem pervulgatæ conſvetudinis potiſſima videtur ratio; cum ſtudia Hiſtorica præter multiplicem apparatum multiplices quoque labores deſiderent, & natale ſolum, neſcio qua dulcedine, cunctos trahat, quod plerique Patriæ amore detenti difficultatibus illis ſenſim aſſveſcere ſe exiſtimant poſſe. Fuit ſane & mihi Patria loco cujusdam condimenti, quo animus per ceteras univerſi orbis hiſtorias iturus accenderetur. Quapropter lineamenta HISTORIÆ LUSATICÆ contuli, ac qualis præcipue ſub priſcis Marchionibus, a Conrado Wettinenſi, Saxonicæ familiæ illuſtri conditore deſcendentibus, Luſatiæ meæ ſtatus, adumbravi. Licet vero aliqua forſan haut in vulgus nota curatius expoſuerim, non niſi primitiarum tamen nomine hanc opellam accipi velim. Harum immaturitatem LECTORES vel ideo, opinor, excuſabunt, quod adminiculis quæ requirebantur, non inſtructus ſatis, & cauſæ etiam ſubnatæ ſunt, quæ interdum properare me ſubegerunt. Ceterum ut iſte labor cedat in Divini Numinis gloriam, votum meum primum & ultimum eſt.

§. I.

HIſtoriam Marchiæ ac Marchionum LUSATIÆ per epitomam tradituri, neminem cujus integrum ſequi liceat filum, ad manus eſſe, non immerito dolemus. Neque etiam certo nobis conſtat, an accuratior hujus argumenti hiſtoria unquam prodierit in lucem. Chriſtophorum quidem Manlium Gorlicenſem ad contexenda *Chronica Luſatica* animum adjeciſſe, ſed & eidem operi immortuum, Petrus Albinus *Miſnenſis Chronici cap. XLI.* monuit. Et jam ad manus eſt ejusdem Manlii *Δεῖγμα Luſatiæ MS.* qua tum ipſius Marchiæ, tum Marchionum Hiſtoriæ lineamenta tradit. Sed ex reliquis *VI. Luſaticarum rerum* libris non niſi primus, ex ceteris pauciſſima quædam excerpta ad manus venerunt. Neque etiam Benjaminis Leuberi JCti liber, *Quartæ Monarchiæ* præferens titulum, typis habetur exſcriptus, quem alias diverſis ſeptem capitibus *Hiſtoriam Luſatiæ Marchionum* tradidiſſe accepimus. Quoniam igitur, quorum veſtigiis inſiſteremus, non ſuppetunt Scriptores integri, quæ disjecta paſſim ac diſperſa in variis monumentis reperire datum, in unum corpuſculum colligere decrevimus.

§. II. Exordiemur ab ipſo nomine Luſatiæ: quod a Germanis Lauſitz effertur. Hoc, qui ab aſtutia gentis, per vocabulum Lauſchen, quod ſignificat *latenter obſervare,*

vare, derivant, longius videntur abire. At prope ridicula illorum etymologia, qui *Launitzenſes* quaſi Lauter Nutz appellatos prædicant. Albertus Kranzius in *Saxoniæ* procemio Æneam Sylvium auctorem laudaos, a *Luſuntio* flumine Luſatiæ vocabulum arceſſit. Sed Æneæ Sylvii *Hiſtoria Bohemica* Baſileeoſis editio anni CIↃIↃLXXV. pro *Luſuntio* fluvio habet *Lusmicium*. Dreſſerus *Iſagog. Hiſtoricæ parte IV. qua præcipuas Germaniæ Urbes* deſcribit, Luſatos *populum ſylvas inhabitantem*, interpretatur. *Luſati*, inquit, Lauſnitzer, *inter Sileſiam & Miſniam quaſi* Waldſaſſer. *Luc enim Slavis Sylva eſt.* Idem tamen eodem libro: *Nomen Luſatia Lygiorum vel Elyſiorum populorum voci affine eſt.* Nec ea vocis origio diſplicet Schickfuſio, quod patet ex *lib. IV. Chronicorum Sileſiæ.* Et *Lygios* ſane, qui & *Ligii*, *Lugii* & *Lugi* ſcribuntur, Tacito, Dioni, Straboni, Ptolomæo memoratos novimus: in quos inquirit Philippus Cluverius *Germaniæ antiquæ lib. III. cap. XXXIII.* ubi & de *Elyſiis*, quos recentiores Geographi habent pro Sileſiis, nonnulla affert. Alii vero *Luiticios* ſive *Luticios* Sclavos, quorum frequens in Annalibus Francorum, ac antiquis Hiſtoriæ Germanicæ Scriptoribus memoria, Luſatiæ nomen dediſſe conjiciunt. At enim *Luticiorum* Sclavorum generale quoddam nomen fuit, hos quatuor complexum populos, *Tholenzos*, *Redarios*, *Circipanos*, & *Kyzinos*: id quod Helmoldo *lib. I. cap. II.* affirmanti credimus. Præterea ex eodem Helmoldo aliisque clarum, Luiticiorum ſedes ad occidentem declinaſſe; cum Luſatia magis ad orientem vergat. Reſtat igitur dicamus, Luſatiam a *Luzicis*, qui iidem forte cum *Lunſinzanis* a Continuatote Regionis ad an. IↃCCCCLXIII. laudatis, ſive *Luſicis*, peculiari Sclavotum gente, nomen, accepiſſe. Quia autem Adamus Bremenſis *lib. I. cap. XXXIV. Suſos* cum *Bœmanuis* & *Sorabis* inter Sclavos recenſet; non futilem plane cenſeo Albini coojecturam, *Luſos* in *Suſorum* locum cooptantis, ut cum *Luſicis* una eademque gens fuerint.

§. III. Ab his Luſicis ipſa, quam incoluerunt, provincia *Luſici* & *Luſiz* fuit dicta: cujus mentio fit in diplomate Ottonis I. *de fundatione Eccleſiæ & Epiſcopatus Miſnenſis*. an. IↃCCCCLXVIII. item in Ditmari Merſburgenſis *Chronici. lib. VII.* & aliis junioribus.

§. IV. Hujus nominis veſtigia in vicina Luſatiæ Miſnia ſuperant: ſiquidem non modo vicum Lauſnitz prope Eiſenbergam, & alium in Thuringia prope Salſeldium habemus; ſed & viculus *Luſiz* ſive *Losniz* a cognomine torrente ita dictus Freibergenſi civitati imminet: putatque Andreas Mullerus in *Theatro Freibergenſi part. I. cap. II.* antiquis Luſicis nomen ſuum tranſſcribere.

§. V. An autem ipſi hi Luſici a ſylvoſis, in quibus habitarunt, locis, ita dicti (quod & Mullero jamjam laudato placuiſſe video) an aliam nominis habeant originem, in tanta rerum Slavicarum caligine non auſim definire. Terminatio Germanicæ vocis Lauſnitz, ſive antiquioris Luſitz, Slavis, ac Sorabis præcipue, adeo familiaris fuit, ut quam plurima loca hoc & ſimili modo finientia, prima fronte Slavicos natales arguant. In Luſatia præter celebrem urbem Görlitz, item Camitz, plura alia, ſed ignobiliora loca ſuperant. In Miſnia, præter oppida Chemnitz, Colditz, Crimmitſch, Delitſch, Lummitſch, Rochlitz, prolixa ſeges eſt pagorum in hanc Slavicam terminationem deſinentium: quæ huc tranſſcribere non vacat.

§. VI. Quod ad Luſatiæ hodiernos fines attinet, ab oriente Sole Sileſiam attingunt; a meridie Bojemiam reſpiciunt; ad Miſniam Saxoniamque ſuperiorem flectuntur ab occaſu; a ſeptentrionibus ad Marchiam Brandenburgicam accedunt.

§. VII. Porro Luſatia omnis nunc in duas partes diviſa eſt: quarum una in Auſtrum magis excurrens, adque adeo Bojemiam verſus & Miſniam ſpectans, *Superior*; altera ad ſeprentrionem & Viadrum inclinans, atque idcirco Marchiam Brandenb. & Saxoniam ſuperiorem reſpiciens, *Inferior* nuncupatur. Superior a ſexagenario florentiſſimarum civitatum eam conſtituentium numero *Hexapolis* (die Sechs Städte) appellari ſolet. His civitatibus nomina ſunt ſequentia: I. Budiſſina, Bautzen II. Gorlicium, Görlitz. III. Zittavia, Zittau. IV. Lobavia, die Liebe. V. Lauba ſive Laubena. VI. Camicium, ſ Camentia. Inferioris quoque oppida ſex a Manlio laudantur præcipua: I. Calovia II. Gobbinum, Guben. III. Lubinum, Luben. IV. Cotbuſium. V. Spremberga. VI. Luccavia. Quamvis nec contemnenda ſint Soravia, Forſta, Sonnenwalda, Furſtenberga, Finſterwalda.

§. VIII. Fluvii Luſatiam irrigantes ſunt Sprea, Niſſus, Elyſter niger, Quiſſus & Vitigus. Et *Sprea* quidem in radicibus Sudetum Bojemiæ montium aliquot ſupra Budiſſinam milliaribus prope Sluknaviam & Tollenſteinium arcem ſcaturiens, celeri per declivia fluxu trans Budiſſinam fertur: mox Sprembergam, cui ipſum dedit nomen, prætervectus, Cotbuſium petit & Lubinum. Inde partem Brandenburgenſis Marchiæ emenſus, atque a ſeptentrione in occaſum reflexus, tandem ad Spandaviam in Havelam ſe exonerat. *Niſſi* fons

eſt

eſt in iisdem jugis Bojemicis penes Proſvicium pagum, ſupra Cratzium oppidum: unde Zittaviam, Oſtricium & huic contiguum Vallis-Mariæ monaſterium prætervectus Vitigoque auctus, Gorlicium, Rotenburgum, Pribuſium, Moscoviam & Forſtum alluit, ac tandem ultra Gobbinum in Oderam labitur. *Elyſter niger*, ad quem Camicium, & celebre quondam Doberlugenſe cœnobium ſitum eſt, in Albim influit. *Quirſus* in pede Sudetum prope Fridebergam ſcaturiens, Griphenſteinio arce, Griphenberga, Lauba & Naumburgo præteriris, ad extremum prope Saganum Bobero inſeritur. *Vitigus* ſupra Fridlandum, haud procul a Niſſi fontibus e mergens, Liſſamque vicum ſtringens mox ſupra Gorlicenſem civitatem a Niſſo excipitur.

§. IX. Utramque Luſatiam antiquitus Suevi habitarunt, ampliſſimi potentisſimique veteris Germaniæ populi, quorum complures gentes enumerant Tacitus & Ptolemæus. Ex Illis *Elyſios* Luſatiam ſuperiorem cum parte Sileſiæ; inferioris partem ac Marchiam Brandeburgenſem *Senonas* incoluiſſe, ex Ptolemæo conjicit Manlius. *Elyſios* certe Philippus Melanchthon *in Chronico Carionis* exiſtimat Sileſios aut Luſatios eſſe, *mutata voce in ſonum elegantiorem.* Forte enim Tacitus alluſione Græcæ vocis, qua amœniſſimæ illæ beatarum animarum ſedes a Poëtis deſignantur, delectatus, maluit Elyſios dicere, quod laudari audiret ſpatioſos campos feraces frumenti, & juga metallifera.

§. X. Poſterioribus temporibus infuſi ex Aſia, Poloniam, Bojemiam ac magnam Germaniæ partem inundarunt Heneti ac Sarmatæ: quæ gentes cognatæ, ὁμόγλωττοι & vicinæ, *Slavi* communi nomine dicuntur, *Vandali* quidem a nonnullis appellantur; quamvis perperam: cum *Vandalico* nomine, quod eſt germanicæ originis, gens denotetur Gothica, atque adeo ad Germanos referenda: id quod ex Tacito, Plinio, Procopio, aliisque ſcriptoribus clarum. Neque tamen neſcius ſum, Dubravium ac nonnullos alios exiſtimare, Vandalis devictis hoc nominis ſibi arrogaſſe Slavos: quos multis in locis Vandalis ſucceſſiſſe, luculenter probatum dedit aureolis ad Helmoldi *Chronicon Slavorum* Notis *lib. I. cap. II.* celebris Polyhiſtor Henricus Bangertus. Et Wendorum quidem vocabulum diutiſſime huic populo adhæſit, quo & hodie ejus reliquias nuncupari deprehendimus.

§. XI Quod vero Sarmaticus hic populus non uno tempore, ſed paulatim, nec cum impetu ſemper & magnis exercitibus, ſed parte una populi poſt alteram introducta, in Svevorum ac Vandalorum ſedes ſubintraverint, ideo nec tempus adventus illorum certo definiri poteſt. Imperante Valentiniano III. immigrationis hujus initium factum veriſimile eſt. Progreſſi vero in Germaniam longe lateque dominari cœperunt; ac Francis jam in Gallia confirmatis, ipſi intactas a Francis & Saxonibus, imo & nonnullas Franciæ Saxonicæque ditionis oras ſub poteſtatem ſuam redegerunt: ut demum Caroli M. ævo his Slavis nihil eſſet illuſtrius.

§. XII. Elati igitur proſperis rerum ſucceſſibus inquietiſſimi homines, & oprimis, iisdemque ampliſſimis terris non acquieſcentes, longius ſeculo VIII. & ſequentibus in Germanici regni fines progredi ſummis viribus tentarunt. Hinc vero perpetua & moleſta maxime bella Reges Francorum Germanorumque, ut & Duces Saxonicæ contra prædatricem iſtam geſſere gentem. Ut enim in patrio ſulo prædis aſſveti fuerant, ſic nunc hoc unum agebant, ut Francos, Thuringos & Saxones perpetuis fatigarent bellis, & Germanici regni provincias partim occuparent, partim fœde lacerarent. Nec deſiere unquam, ex quo tantopere potentia illorum aucta, inſultare regibus Germaniæ, & Ducibus Saxoniæ, donec tandem ex Wagria & Meklenburgica terra per Henricum Leonem ſublati, partim præliis occiſi, partim ultra Oderam ſubmoti: ex Marchionatu autem Brandenburgico per Albertum Urſum exterminati, & Saxones in eorum loca reducti ſunt. Pommeraniam vero, Moraviam, Venedorum marchiam, Sileſiam & Luſatiam, ceteraſque terras quas occupaverant, tanta virtute tutati ſunt, ut nullis armis plane plerique expelli potuerint.

§. XIII. Sicut autem Slavica gens in varias diviſa erat familias, ita in his famoſa in primis erat Serbica ſeu Sorabica. Nam *Sorabi*, qui & *Sorbii* & *Serbi*, *Swurbii* & *Swverbii*, *Sirbii* & *Swibii*, Luſatiam ſuperiorem una cum Miſnia incoluerunt, ac parte Saxoniæ ſuperioris ad Hercyniam, oppreſſis ibi Hermunduris, & ipſa Suevica gente. Unde dictæ regiones omnes uno nomine *Sorabia* appellari cœperunt. In inferiore Luſatia Lucicios ſive Luticos collocat Manlius, quos tamen paulo magis ad occidentem habitaſſe ſupra monuimus, inque eorundem locum Luſicos ſuffecimus.

§ XIV. Conſentaneum autem vero videtur Manlio, quod cum tandem Henricus Auceps Soraborum regionem, ſubacta gente provinciam Germanici regni feciſſet, conſtitutis Miſnenſi & Luſatica Marchiis, Sorabiæ nomen exſtinctum atque hanc quidem oram, quæ Hexapolin abſol-

abſolvit, cum Luſaticorum terra conjunctam communi nomine Luſatiam dici cœptam. Quamvis nec penitus tum alibi, tum in Luſatia Soraborum ſive Serborum nomen exſtinctum.

§. XV. Ceterum hi Slavi, horumque fœtus Heneti, Sorabi, Winidi, ipſique forte Luſici, amplitudine occupatæ terræ non contenti, diu multumque ex una parte Thuringorum initio, deinde Francorum, qui Thuringiam Cis-Unſtruthanam ſibi ſubjecerant, ex altera Saxonum, in quorum poteſtate erat Thuringia Trans-Unſtruthum, exercuerunt arma. Et licet ſemel atque iterum feliciter contra eos pugnarent a Carolo Magno legati, Duce etiam Sorabici limitis conſtituto, nemo tamen in iis compeſcendis felicior fuit Henrico Aucupe, potentiſſimo Saxonum Thuringorumque Duce, ac poſt Rege Germanorum, qui Brandeburgum, validam Henetorum præcipuamque arcem aſperrima hyeme, poſitis ſuper glaciem caſtris, diuturna obſidione fatigatam expugnavit. Witichindo Corbejenſi monacho Saxonicæ gentis primo Hiſtorico id credimus, cujus hæc ſunt lib. I. *Tali lege ac diſciplina cum cives aſſveſaceret, repente irruit ſuper Slavos, qui dicuntur Hevelli, & multis eos præliis fatigans, demum hyeme aſperrima, caſtris ſuper glaciem poſitis, cepit urbem, quæ dicitur Brennaburg, fame, ferro, frigore. Cumque ille urbe potitus & omni regione, ſigna vertit contra Dalmantiam.* Expeditio hæc
928. incidit in annum ɪↄcccccxxviii.

§. XVI. Coercitis igitur Sorabis & Luſicis, devictam eorum oram Henricus in præfecturas limitaneas, quas noſtra voce appellamus Marchias, provide diſtinxit: ac in iisdem præfectos ſive Marchiones conſtituit, qui aſſidue ad regni limites in armis excubarent, cumque finium & muniendorum perpetuo præſidio, & proferendorum curam agerent: ſimul populis quos armis adverſus vicinos hoſtes defendebant, domi jura darent.

§. XVII. Sic igitur nata quoque eſt tum temporis poſt Brandenburgenſem & Miſnenſem Marchia Luſatica, cujus tamen antiqvum caput ac primos limites nondum ſatis arbitror perſpectos. Quod ſi vero hic ſtandum conjecturis, plus inferioris, quam ſuperioris, ut nunc vocamus, Marchiæ ad eandem pertinuiſſe eſt credibile. Hæc autem Marchia, quod Saxonibus & Miſnenſibus ad orientem vergeret, ab horum Scriptoribus ORIENTALIS, eorundemque præſides MARCHIONES ORIENTALES appellantur. Sic enim ſæpius apud Ditmarum, Auctorem Chronici Montis-Sereni, aliosque legas. Neque tamen per *terram*, ut & *Marchiam Orientalem*, in monumentis paulo recentioribus Luſatia ſemper intelligenda; ſed quandoque denotat certum tractum inter Muldam & Salam fluvios, qui Germanice dicitur das Oſterland. Unde in Codice Ms. Bibliothecæ hujus Academicæ, quo privilegia monaſterii Doberlugenſis comprehenduntur, *Orientalis & Luſatia Marchia* inter ſe diſtinguuntur. Sic Theodoricus Junior *Orientalem & Luſatiæ Marchionem* ſe vocat an. ᴄɪↄᴄᴄʟxxxix. itemque ejusdem ſeculi xcv. ac quinque ſequentibus annis: quod interpres germanicus ubique vertit Marck-Grafe in dem Oſterlande und zu Luſitz. Sic Jutta *Orientalis & Luſatiæ Marchioniſſa* in eodem MS. nuncupatur diplomate an. ᴄɪↄᴄᴄxʟvi.

§. XVIII. Hujus autem noviter ab Henrico conditæ Marchiæ cura commiſſa eſt GERONI, ex nobilitate Saxonica ad ſylvam Harzicam dynaſtæ, qui & ab exceſſu Sigfridi Comitis Mersburgenſis, qui primus cenſetur Brandenburgenſis Marchio, ejusdem ditionem obtinuit, fremente licet Tancmaro, ac ob id civile bellum excitante, in quo miſere occubuit. Chronicon *Archiepiſcoporum Magdeburgenſium MS.* Geronem primum fuiſſe notat Burggravium Magdeburgenſem, eique defuncto ſucceſſiſſe Hermannum Billingum. Refert Witichindus, triginta Slavorum principes per inſidias ei exitium machinatos: quorum conſilia cum detecta eſſent, ipſe ad convivium vocatos multoque vino ſopitos contrucidari juſſerit. Miſeconem Polonorum Ducem ab eo imperiali ditioni ſubditum, recenſet Ditmarus *lib. II.* Nepotem ejus (incertum an ex filio) a Luſatiis cæſum, ſcribit iterum Wichindus. Cataſtrophen vitæ ejus beatam, & ardens amplificandæ religionis ſtudium exponit Ditmarus *lib. II.* cujus pleraque ad annum ᴄɪↄᴄʟxxi. repetit Auctor Chronici Montis-Sereni. Monaſterium Gernrodanum ab eo fundatum ſcribitur anno ɪↄccccʟxii. 962.
Triennio poſt obiit Gero, ut eſt in Continuatore Reginonis, his verbis: *Eodem anno* ɪↄccccʟxv. *Gero Marchionum noſtri temporis optimus, præcipuus obiit.* 96[illegible]
Poſitum ei Gerenrodæ ſequens fertur Epitaphium: *Anno Domini* ɪↄccccʟxv. xiv. *Kalend. Julii obiit Illuſtris Dux & Marchio Gero, hujus Eccleſiæ fundator, cujus anima requieſcat in pace. Amen.* Manlius uxorem ei tribuit *Hiddam* ſive *Hildam*, filiumque Geronem, Archiepiſcopum Colonienſem: utrumque per errorem. Nam Hidda ejus ſoror fuit, quæ ex Chriſtiano Marchione Archiepiſcopum illum genuit: quod clare ſatis demonſtravit Auctor Chronici Montis-Sereni.

§. XIX. Geronem in Marchionatu Luſatiæ excepit CHRISTIANVS ille, jamjam lauda-

laudatæ Hiddæ maritus. Hunc ex Comitibus Wettinenſibus Ditmari filium, Ditgremi nepotem facit Albinus in *Commentar. Rerum Miſnicarum*, qui & obitum ejus re-
973. fert in annum IↃCCCCLXXIII

§. XX. DITMARUS Chriſtiani filius, Geronis Colonienſis Archiepiſcopi frater, tertius Luſatiæ Marchio, hæreditarium caſtrum ad confluentem Salæ & Bodæ *Northringen, poſt Nienburgum nuncupatum, a Slavis transalbinis captum multis quidem ſuorum perditis* (quæ ſunt Auctoris Chronici Montis Sereni verba) *recuperavit*: eoque monaſterium quod patre defuncto, ope matris fratrisque *in confinio caſtri Anhalt in loco, qui Dancmarsvelt dicitur* (forte a Tancmaro Geronis adverſario ibidem cæ-
975. ſo) fundaverat, anno IↃCCCCLXXV. tranſtulit, *ipſamque Eccleſiam, ut firmiore eam ſtabilitate promoveret, Imperiali majeſtati pro tuenda ejus libertate tradidit.* Videatur etiam Ditmarus Mersburg. *lib. VII.* Uxor Ditmaro fuit Suanehilda, Hermanni Billingi filia, quæ a mariti morte, quam in an-
978. num IↃCCCCLXXVIII. refert Albinus, Eccardo I. Miſniæ Marchioni ac Thuringorum Duci nupſit. Memoriam Ditmari ſervavit monaſterium Nuvvenburgenſe in ſequentibus rhythmis:

Tithmarus cum filio Marchio Miſnenſis
Pro tunc Dominus Luſacenſis
Clauſtrum fundavit, dotavit, nos quoque pavit
Voce ſub humana, ſit ut hic laus quotidiana
In Chriſti cultum ſalvet cum prole ſepultum.
Hac pro dote pia pater obtulit ultro Maria.

§. XXI. Quartus Luſatiorum Marchio GERO II. Ditmari ex Svanehilda filius. In hujus ævum incidit magna, quæ Luſatiam finitimamque Miſniam vexavit, tempeſtas. Ab exceſſu enim Eccardi I. Miſniæ hæreditarii Marchionis, Thuringiæque Ducis, qui contigit anno CIↃII. Boleslaus
1002. II. Chobrius, Polonorum Dux, Marchiam Luſaticam invadens Budiſſinam occupavit, & ad Miſniam usque populando perrexit, qua & ipſa potitus eſt. Ditmarus lib. V. *Bolizlaus Miſeconis filius, patre longe inferior, de morte lætatur Comitis Ekkehardi, moxque electo exercitum omnem Geronis Comitis Marcham citra Albim jacentem, deindeque præmiſſis obſidibus Budisſinam civitatem cum omnibus adpertinentiis, comprehendens, ſtatim Strelam urbem invaſit, Miſnenſes pecunia corrumpere clam tentans.* At Henricus II.
1005. Rex Germaniæ anno CIↃV. Budiſſinam obſidet, quæ juſſu Boleslai eidem deditur. Ditmarus lib. VI. *Ipſe vero cum Bojemorum Duce novo Milzienos, qui eum ſibi ſuere proximi, terminos per ineffabilem itineris difficultatem adiens Budisſinam urbem poſſedit.* Et Paulo poſt: *Prædicta belli aſperitate jam pene devicta, jubente per nuncium ſuimet Bolizlavo, regia poteſtati urbi ſalvis defenſoribus traditur, præſidioque novo munitur.* Poſtea expeditione in Boleslaum ſuſcepta, exercitus regius ad Doberlug conſedit. *Exercitum noſtrum*, inquit Ditmarus, *cum proſperitate ad locum, qui Dobraluch dicitur, in pago Luzici venientem, Henricus & Jaromirus Duces ad ſupplementum ejusdem cum ſuis properantes, lætificant, majoreque conſilii ac fortitudinis ſpe roborant.* Quem locum vel propterea conſideratione dignum cenſemus, quod & pagi, hoc eſt, provinciæ Luſicenſis, & loci illius, in quo poſtea nobile illud monaſterium *Doberlugenſe* fundatum, mentionem injiciat. Sed Boleslaus brevi Budisſinam cum aliis locis recuperavit. Ditmarus iterum: *Bolizlaus Luzici, Zara & Zelpuli denuo occupat, & non longe poſt Budisſin civitatem præſidio Hermanni Comitis munitam ſocer invidus poſſedit. Milites cum aſſidua Bolizlavi impugnatione laborarent, viriliterque Duci reſiſterent, videntes nonnullos ex ſociis eorum nutare, Dominumque ſe ad liberandos non veniſſe, licentiam hinc exeundi cum omnibus, quæ habebant, apud Ducem præfatum impetrantes, urbem ei reddiderunt, triſtesque patriam repetebant.* Sed Rex Henricus nova expeditione ſuſcepta Luſatiam intravit, & licet morbo correptus reverti neceſſum haberet, relicti tamen Duces, & in his Gero noſter ditiones Poloni vaſtarunt. Ditmari quædam afferemus: *Inde ad Luzici pagum, in cujus fronte urbs quædam Jarina ſtat, a Gerone dicta Marchione, qui magnus fuit, & ſic nuncupabatur. Infirmabatur tunc ibidem Rex, & ſibi dilectus Tagmo.* (Archiepiſcopus Magdeburgenſis.) *Tum Principes anguſto verſant in pectore, quid deberet fieri de incepta expeditione. Tandem ab his inventum, quod Rex cum Epiſcopis quibusdam & inferiori multitudine rediret. Arnulphus autem & Meinvvercus Epiſcopi cum Duce Jarimiro & Marchionibus GERONE & Hermanno cæterisque compluribus Colenſi & Diedeſi vaſtarunt.* Tandem hi motus pro tempore componebantur, dum Boleslaus *cum ſecuritate obſidum apud ſe relictorum* ad Henricum Regem Mersburgum venit, *ac in die ſancto manibus applicatis miles efficitur, & poſt ſacramenta Regi ad Eccleſiam ornato incedenti armiger habetur.* Quomodo autem Boleslaus, ſacramenti parum memor, *magnum comprovincialibus & Marchioni eorum intulerit damnum*, idem narrat Ditmarus *lib. VII.* At milites Cæſareani, ut *ad pagum Luſici dictum venerunt, a præſidio ex Ciani urbe egreſſo tentati magnam hoſtium multitudinem occiderunt.* Denique
Gero Marchio anno CIↃXV. contra Polo- 1015.
nos

nos fortisſime dimicans cum ducentis militibus optimis occiſus, in monaſterio Nuvvenburgenſi a patruo Archiepiſcopo ſepultus eſt: quemadmodum fuſius deſcribit Ditmarus *lib. VII.* qui & uxorem ejus nominat Adelheidam, filiumque Ditmarum.

§. XXII. Is igitur DITMARUS (quem perperam Albinus Ditmari I. gnatum facit) quintus eſt Luſatiæ Marchio. In hujus ætatem incidit pax inter Henricum II. Cæ-
1018. ſarem & Boleslaum Polonum anno CIↃXVIII. Budisſinæ ſacramentis confirmata: de qua initio *libri VIII.* conſulendus eſt Ditmarus.

§. XXIII. OTTO Ditmari II. filius *ſine liberis obiit, & in eo poſteritatis propagatio ceſſavit*: ut habet Chronicon Montis-Sereni, cujus & ſunt ſequentia: *Odonis Marchionis meminit Scriptura paſſionis B. Adelberti, ubi dicitur; Odo pugnax Marchio lanceis vexillis terga vertit.* Albinus eum obiiſſe
1031. ſcribit an. CIↃXXXI.

§. XXIV. Poſt hujus Ottonis obitum Marchiam Luſaticam impetravit DEDO Diderici filius, id quod docet Appendix Chronici Montis-Sereni in codice Meibomiano his verbis: *Secundus filius* (Tiderici) *Dedo Marchiam obtinuit Hodonis marchionis, qui hæredem non habuit.*

§. XXV. Hic ipſe Dedo non eſt alius a Dedone Marchione Miſniæ, quod putat Manlius, ſed Marchiam Miſnenſem (credo ab
1046. obitu Eccardi II. quem anno CIↃXLVI. deceſſiſſe ex Hermanno Contracto apparet) ab Henrico III. impetravit. Quandoquidem autem per Henrici III. filium & ſucceſſorem Henricum IV. exſtimaret ſtare, quo minus a feudi Dominis impetraret bona Ottonis Orlamundani Marchionis (hujus viduam Adelam Brabantini ſtemmatis, a primæ uxoris Odæ obitu, Dedo duxerat: ut eſt in Appendice Chronici Montis-Sereni) Regi rebellare, ac in rebellionis ſocietatem pertrahere cœpit Thuringos, jam tum ob decimas Archiepiſcopo Moguntino ab Henrico Rege conceſſas novarum rerum cupidos. Debemus hoc Lamberto
1069. ad ann. CIↃLXIX. ſcribenti: *Interea Dedi Marchio Saxonicus, cum viduam duxiſſet Ottonis Marchionis tertio prius anno defuncti, prædia etiam, quæ ille a diverſis dominis beneficii loco habuerat, ſumma vi nitebatur acquirere. Cum nullus daret poſtulanti, indignitatem non ferens, Regi, per quem potisſimum ſtetiſſet, ne daretur, bellum parabat, crebrisque colloquiis Thuringos ad ſocietatem armorum ſollicitabat: promtum hoc fore ſperabat, eo quod Rex Archiepiſcopum adjuvando in exigendis decimationibus multum a ſe avertiſſet animos eorum.* Stimulos currenti admovebat conjux Adela: quippe *incitamentum illi furoris vel maximum erat uxor ſæviſſima. Hæc placido hominis ingenio, & per ætatem jam manſuefacto juveniles animos inſpirabat, ſæpius obtundens, qui ſi vir eſſet, non inultus injurias acciperet, nec priori marito ejus audacia ſe imparem gereret, quo & virtute & opulentia ſuperior eſſet:* quæ iterum Lamberti verba ſunt. In Thuringia ſe tum continebat Dedo, ac Beichlingam & Scheidingam præſidio muniverat. Sed cum ſe viribus Regis imparem videret, ejusdem poteſtati ſe permiſit: a quo non niſi ademta poſſesſionum & redituum parte dimiſſus eſt. Lambertus: *Marchio advertens nullo loco vel munitione ſuſtineri poſſe impetum Regis, inciſa ſpe reſiſtendi ſe ſuaque omnia dedidit. Dedi Marchio aliquamdiu habitus in cuſtodia, tandem ademta poſſesſionum & redituum non modica parte dimiſſus eſt.* Hæc ſi diſertius expoſuiſſet Lambertus, multam his temporibus affundere poſſent lucem. Neque enim nunc certo licet definire, quales illæ poſſesſiones, num Luſaticæ, an Miſnenſes fuerint. Sed uti nulla calamitas ſola; ita præter captivitatem Dedo Pater etiam filium cognominem expertus eſt adverſarium. Audi Lambertum: *Filius ejus Dedi junior patrem ea tempeſtate infeſtius acerbiusque, quam alius quisquam, inſectatus eſt.* Si hic ſuſpicioni locus, forte novercale odium expertus Dedo junior, ut a noverca, ita a Patre quoque factus alienior. Et conjecturam firmat noſtram ipſe Lambertus, qui vulgi ſermonibus jactatum tradit, dolo novercæ interfectum. Pergit enim Lambertus: *Ob eam rem exacto bello ingenti gloria eſſe cœpit apud Regem, egregiæ indolis adoleſcens, niſi ambitionis ſpiritu, & præproperа dominandi cupidine præceps raperetur. Is non multo poſt, cum nocte quadam ad neceſſitatem naturæ ſeceſſiſſet, oppoſito extrinſecus inſidiatore confoſſus in inguine, & occiſus eſt. Quis necis ejus autor fuerit, non ſatis conſtat: quamquam dolo novercæ interfectum vulgi ſermonibus jactaretur.* Idem fatum tangit Appendix Chronici Montis-Sereni. Epitaphium ei Lambertus ſtatuit non ſatis honorificum, his verbis: *Illud haud dubie liquet, monaſteria & Eccleſias, moriente eo magna formidine exoneratas eſſe, cum mentibus omnium certiſſima opinio inſediſſet, eum augendarum opum ſtudio, non homini parciturum, qui patri proprio non peperciſſet.*

§. XXVI. Annus erat CIↃLXXIII. quo 1073.
ſuſpicio de Saxonum libertate opprimenda propter Henrici cum Rege Daniæ colloquium Proceres Saxonicos ad conjurationem adverſus Regem impelleret. Inter hos quoque conjuratos fuit Dedo noſter Marchio, *& omni Marchione animoſior atque implacatior uxor Adela*; quo elogio ipſam mactat

mactat Lambertus. Poſt colloquium tamen Gerſtungæ habitum Dedo gratiæ Regis reſtitutus eſt, in cujus documentum Ruzenorum Rex Demetrius *Dedi Marchioni Saxonico, cujus ductu is advenerat Moguntiam, a Rege commiſſus eſt ſervandus, donec legati* (quos eo deſtinaverat Henricus) *reverterentur:* quæ verba ſunt Lamberti ad ann. CIↃLXXV.

1075. §. XXVII. Hic annus CIↃLXXV. Dedoni
Marchioni fatalis fuit, quo, ut ait Lambertus, *longa ægritudine abſumtus deceſſit.* Quod in exilio ſit mortuus, (id quod Albinus in *Commentario Rerum Miſnicarum* aſſerit) plane vero non videtur ſimile, nec Lambertus ei ſententiæ usquam favet. Ab ejus obitu inſignis contigit per Luſatiam mutatio, ſiquidem Henricus Rex Marchiam illam Vratiſlao Duci Bojemiæ conceſſit. Auctorem hujus rei graviſſimum habemus Lambertum, qui, quod filius Dedonis, ab Adela matre Regi obſes miſſus, ac ipſe pater poſt pacem Gerſtungenſem debitam Regi fidem ſervaverit, Henricum ob illicitam hanc donationem non immerito videtur pungere. *Marchiam ejus*, loquit, *Boemico Duci in præmium exactæ militiæ dedit, tametſi uxor Marchionis Adala filium ſuum, cui hæreditaria ſucceſſione Marchia debebatur, ei paulo ante pro ſe obſidem miſiſſet, & ipſe Marchio poſt recuperatam pacem in Gerſtingun immemoratam ſemper erga Regem remque publicam fidem ſervaſſet.* Quisnam filiorum obſes Henrico miſſus, non habeo dicere. Quamvis optarem id perſpectum eſſet, præſertim cum poſtea longam narrationem texat Lambertus, quomodo una cum Utonis Marchionis filio ex cuſtodia Moguntiam ſalvus evaſerit. Tres reliquiſſe filios, *Dedonem* ſcilicet, *Henricum* Marchionem de Hileburg, & *Conradum* Comitem, qui a paganis occiſus, docemur ex Appendice *Chronici Montis-Sereni.*

§. XXVIII. Sic igitur hoc tempore minimum Luſatia inferior (pro qua *ſuperiorem* ponunt alii: quæ ſi non integra, bona tamen ejus pars in Polonorum manibus videtur fuiſſe) ad Bojemos devoluta eſt. Dubravius *Hiſtor. Bojem. lib. VIII.* Vratiſlaum ab Henrico *bonam Luſatiæ partem mercedis loco adeptum*, memorat: qui in eo fallitur, quod id tunc factum putet, quo regnum diſcordiis inteſtinis inter patrem filiumque Henricos agitabatur: quod diu poſtea contigit. At vero non Luſatica modo, ſed & Miſnenſi Marchia Dedonis filios privavit Henricus Rex, quam eandem Duci Bojemiæ commiſit, non diu tamen poſſidendam: ſiquidem Ecbertus Thuringiæ Saxoniæque Marchio recuperavit. Lambertus id enarrat denuo, apud quem tamen ſcrupulus reſtat, qui hæc Miſnenſis Marchia Ecberti fuerit, cum ad Dedonis hæredes ſpectaret: ac pene in hanc ſententiam venio, corruptum eſſe locum quem ſubjungo: *Quoniam digrediens Duci Boemico Marchiam Miſnenſem tam ſpectatæ in arduis rebus fidei præmium dederat, Ecbertus Marchio, cujus eadem Marchia erat, filius patruelis Regis, puer longe adhuc infra militares annos, ubi primum decreſcentibus aquis fluvius factus eſt transmeabilis, adjunctis ſibi Saxonibus, Miſnen perrexit, omniaque caſtella, quibus Dux Boemicus præſidium impoſuerat, admota militari manu recepit, ſuosque milites, qui deinceps contra omnem hoſtium irruptionem indefeſſi excubarent.* Lambertum ſequitur Paulus Langius in Chronico Citicenſi, his verbis: *Circa idem tempus Henricus Imperator Marchiam Miſnenſem Vratislao Duci Bohemiæ dedit poſſidendam pro auxilio & obſequio, quod ei idem Dux contra Saxones continuo impendebat, bellico. Aſt Egbertus marchio, ejus provinciæ Dominus, filius patruelis Regis, puer adhuc, adjunctis ſibi Saxonibus Miſenam perrexit, univerſaque caſtella, quibus Dux Bohemus præſidium impoſuerat, admota militari manu recepit.*

§. XXIX. Huic Albinus poſt Dedonem, novum Marchionem tribuit Henricum, Dedonis filium. Sed quid opus erat eundem in catalogum referre Marchionum, ſi per donationem Vratislao factam liberi Dedonis ab hæreditate paterna excluſi ſunt? Quod tacite inſinuare videtur Chronicon Montis-Sereni, quando eum tantum vocat *Marchionem de Hileburg.* Ceterum Vratislaus filiam Juditham in matrimonium dedit Viperto ſive Vicperto, ſpectatæ virtutis ac potentiæ Comiti Groizenſi: quem dotis loco
Budiſſinam a ſocero accepiſſe volunt. Ipſe 1093.
autem Vratislaus an. CIↃXCII. vivere deſiit.

§. XXX. Non multo poſt VIPERTUS ille Groicenſis Henrici V. Germaniæ Regis offenſam contrahit, quæ non ſoluta prius, quam præter Leisnicenſem urbem & alia nonnulla, Budiſſinam pagum Regi traderet: quæ Henricus ſtatim Hoiero Comiti Mansfeldenſi in feudum contulit: id quod enarrat Auctor libelli *de fundatione Bigangiæ.* At denuo nova oriebantur diſſidia, & Vi-
pertus ab Henrico captus, ad annum CIↃ 1117.
CXVII. in cuſtodia habitus fuit: ac tum libertati reſtitutus Luſatiæ Marchionatu inveſtitus eſt. Habet id denuo Auctor libelli de *Cœnobio Bigaugienſi* ſequentibus verbis: *Wipertus ad curiam Wormatiæ indictam perrexit, & Imperatori pro ſuorum recuperatione grates perſolvit, & ut Marchia Luſicenſi ab eo inſigniretur, promiſſis duorum millibus talentorum exoravit & impetravit. Indeque ab Imperatore inter reliquos Principes par habetur.* Idem Auctor ad ſeq. annum, Wicpertum *Marchionem in Luziz* ſalutat Paulus Langius
in Chronico Citizenſi ad an. CIↃCXVIII. Wi- 1118.
pertus

pertus Marchio *in provincia qua dicitur*
Svvorbia, dominabatur. Tandem præ ce-
teris ditatus, principatum quoque & Marchi-
onatum in Litzitz(eredo Langium ſcripſiſ-
ſe *Luzitz*) *ſed & præfecturam in Magde-*
deburg principalem obtinuit. Obiit Viper-
1124. tus anno CIↃCXXIV. De quo iterum Auctor
ille Chronici Montis-Ser. *Wicbertus Mar-*
chio, fundator Bigaugienſis anno Domini
CIↃCXXIV. *obiit Cal. Junii. Hic invaluerat*
prædiis & beneficiis in provincia noſtra, qua
Svvorbia dicitur. Monarchiam (forte *Mar-*
chiam) *quoque in Luzitz ac præfecturam in*
Magdeborch principalem obtinuit.

§. XXXI. Viperto ſucceſſit HENRI-
CUS filius. Sed *Comites Adelbertus & Con-*
radus Marchiam ejus invadunt, quam Adel-
bertus ad tempus tenuit, Luthario regnante,
Hinricus in ejus gratiam rediens, eam recepit.
Eſt hæc Bigaugienſis libelli narratio, quam
1125. Auctor ad an. CIↃXXV. hunc in modum pro-
ſequitur: *Synodus apud Leodium ſub Innocen-*
tio congregatur. Ibi præſente Lothario Adel-
bertus Marchio de Saxonia deponitur, & Hin-
ricus filius Wicperti pro eo Marchio in Luſitz
conſtituitur, qui hucusque ab Adelberto ex-
cluſus fuerat violenter. Atque idem quo-
que *Hinricus Marchio in Luſitz, Præfectus*
Magdeburgenſis (Burggraviatum deſignat
Auctor) *conſtitutus eſt:* quod habet idem
ſcriptor ad ann. CIↃCXXXV.

§. XXXII. Marchiam tum Miſnenſem
tenebat Henricus Junior de Il͏burg, qui
Conradum Comitem Wettinenſem Ti-
monis filium, cognatum ſuum in Kirchber-
geoſi caſtro captivum detinebat. Sed mi-
ra numinis divini factum providentia, ut
1127. Henrico anno CIↃCXXVII. mortuo, non
modo ex carcere liberaretur, ſed & ope
Richenzæ Reginæ a Ludero Germaniæ Re-
ge Miſnenſi Marchia inveſtiretur. Atque hic
CONRADUS Marchio Miſnenſis, Hen-
rico Viperti filio anno CIↃCXXXVI. vita fun-
1136. cto in Marchia Luſatica, novo Luderi Re-
gis beneficio ſucceſſit: quo de memorabi-
lis hæc eſt in Chronico Montis-Sereni nar-
ratio: *Henricus Marchio & Magdeburgenſis*
Præfectus, filius Wiperti, ad curiam pergens
Moguntia moritur II. Kal. Junii, cui in comi-
tatu Magdeburgenſi ſucceſſit Burchardus frater
Archiepiſcopi. Marchiam vero Luſicenſem,
quæ nunc Orientalis dicitur, Imperator Con-
rado Marchioni Miſnenſi conceſſit, qui etiam
totius proprietatis hæres factus eſt, quia alium
hæredem non habuit. Appendix hujus Chro-
nici ſummam utriusque donationis brevi-
ter item complectitur his verbis: *Poſt mor-*
tem Henrici captivitate ſolutus, anno CIↃC
XXVII. *liberalitate Luderi Imp. Marchiam Miſ-*
nenſem ſuſcepit, cui etiam Luſicenſem, quæ
Orientalis nunc dicitur, idem Imp. poſtmodum
conceſſit. Et de Marchia Luſatica iterum:
Wipertus Marchio, Pigavienſis Eccleſiæ funda-
tor, cujus filiam Dedo comes duxerat, anno
CIↃCXXIV. XI. *Kal. Junii moritur, relinquens*
hæredem Henricum Marchionem. Quo ſine
hærede mortuo anno CIↃCXXXV. II. *Kal. Janua-*
rii Imperator Marchiam Miſnenſem prius con-
ceſſerat. Anno CIↃCXLIII. Conradus noſter 1143.
provincia Rochlieenſi auctus fuit. Nam,
ut idem Auctor memorat, *Conradus Rex*
dedit Conrado Miſnenſi & Orientali Marchio-
ni & uxori ejus Lucardæ provinciam Rocheletz.
Obiit denique Conradus anno CIↃCLVI. in- 1156.
que Sereni-Montis noviter a ſe condito,
multisque reditibus ac privilegiis aucto
monaſterio ſepultus eſt, relictis filiis Otto-
ne, Diterico, Heni ico, Dedone & Fri-
derico. Ex quibus primogenitus *Otto*
Miſniæ, *Ditericus* Luſatiæ Marchiam, *Hen-*
ricus Comitatum Wettinenſem, *Dedo*
Rochlicenſem, *Fridericus* Brenenſem in-
depti ſunt: ſicut id diligentisſimus Mon-
tis-Sereni monachus, ejusdemque appen-
dix recenſent.

§. XXXIII. Sic Igitur THEODERI-
CUS ſive Ditericus Patri ſuccedens in an-
num CIↃCLXXXIV. Marchiæ Luſaticæ non 1184.
ſine laude præfuit. Hoc ipſo autem anno
V. Idus Febr. in Sereno-Monte, quo æ-
grum ſe deferri voluit, vitam cum morte
commutavit, ac ſepulturam nactus eſt.
Monumento ejus hæc inciſa ſunt: Diet-
rich Marggraff zu Luſitz, ein Sohn Marg-
graff Conrads, leid hier begraben. Verſchie-
den *Anno Do.* 1184. Ex prima uxore Dober-
gana, ſive Lucarda Polonica natum Con-
radum filium, in torneamenti ludo lancea
confoſſum anno CIↃCLXXV. amiſit: uti
pluribus enarrat Chronicon Montis-Sereni.
Ex altera, pellice tamen potius, quam le-
gitima conjuge Cunigunda, Bernhardi de
Plotzke vidua, Theodorum Epiſcopum
Mersburgenſem genuit. Hic Theodori-
cus Marchio conditor eſt nobilisſimi Ciſter-
cienſis Ordinis in Luſatia cœnobii, quod
Doberlug vocatur: uti habent Auctor
Chronici Montis Sereni ad an. CIↃCLXXXIV.
& diploma Conradi Orientalis Marchionis
in villa Wardenbrucke an. CIↃCXCIX. ſcri-
ptum. Attamen diplomate Theoderici
Miſnenſis & Orientalis Marchionis in pro-
vinciali palatio Colmitz anno CIↃCC. dato,
non modo a noſtro, ſed & ab Ottone ac De-
done fratribus fundatum dicitur.

§. XXXIV. Quod autem Theodori-
cus legitima prole maſcula careret, Mar-
chia Luſatica ad DEDONEM, Theoderici
fratrem devenit, quippe quem Montis-Se-
reni Chronicon *Marchionem Orientalem* ap-
pellet ad annum CIↃCLXXXIV. eundemque
Theodorico ſucceſſiſſe, haud obſcure in-
dicet. Ex inciſione ventris mortuus eſt
anno CIↃCXC. de quo digna lectu eſt recen- 1190.
ſio

ſio Auctoris Chron. Montis-Sereni: *Henricus Rex* (Friderici filius) *ducenda uxoris cauſa ad partes Apuliæ profecturus, Dedonem Orientalem Marchionem ſecum voluit proficiſci. Qui itineris illius aſperitatem & aëris qualitatem corpori ſuo, quia craſſus erat, contrariam ſciens, pro tollenda inteſtinorum arvina medico adhibito, ventris inciſione mortuus eſt XVII. Kal. Septembris, & in Eccleſia Cellenſi, quam ipſe fundaverat, eſt ſepultus.* Uxorem habuit Mechtildam, ex qua nati Conradus ſucceſſor Patris, & Tidericus Comes Summerſenburgenſis.

1205. §. XXXV. CONRADUS Marchio Luſatiæ anno CIƆCCV. Mechtildam filiam primogenitam Alberto Brandenburgenſi Marchioni collocavit: quas nuptias *Tidericus Comes de Summerſchenburg in caſtro Groitz cum magna gloria & expenſarum copia celebravit*: uti habet Auctor Chronici Montis-Sereni. Quomodo hic Conradus caſtrum Lebus ſpectans ad Uladislaum Poloniæ Ducem, a quo multis modis læſus, obſederit, ac cæſo, qui contra datam fidem in ipſum irrumpere volebat, Uladislao, caſtrum occuparit, toties laudati Chroni-
1209. ci ſcriptor pluribus exponit ad an. CIƆCCIX. quo ipſo Eliſabetha Conradi uxor, ipſius Uladislai ſoror obiit, ac in Doberlugenſi cœnobio ſepulta eſt. Ipſe vero ſequenti anno conjugem ſecutus II. Non. Maji decedens Cellis apud patrem ſepultus eſt. Chronicon Montis-Sereni eum vocat *Virum audacem, & in armis ſtrenuum, largum, & fidelitate præcipue famoſum*. Diplomata ejus ad Eccleſiam Doberlugenſem pertinentia habemus de annis CIƆCCXCIX. CCII. CCX.

§. XXXVI. Ex eo THEODERICUS ſive Ditericus, Marchio Miſniæ, Ottonis filius, Conradi nepos anno CIƆCCX. Mar-
1210. chiam Luſaticam *pro XV. millibus marcis ab Imperatore* (Ottone IV.) *redemit, ex quibus X. millia ſolvit, quinque vero Imperator ei remiſit*: ut eſt in Chronico Montis-Sereni. Hujus Theoderici non pauca exſtant in Eccleſiam Doberlugenſem merita: id quod varia diplomata MS. Academiæ noſtræ membranacea declarant. Paulus quoque Langius in Chronico Citicenſi ad ann.
1214. CIƆCCXIV diploma quoddam affert Friderici II. Imp. in quo ſequens elogium tribuitur Theoderico: *Chariſſimus Princeps noſter & conſanguineus noſter Theodericus, Miſnenſis & Orientalis Marchio.* Et alio ejuſdem Imp. di-
1216. plomate anno CIƆCCXVI. teſtis citatur hoc modo: *Theodericus Marchio Miſnenſis &*
1220. *Orientis.* Vitæ valedixit an. CIƆCCXX. ſicut ſequentibus verbis indicat Chronicon Montis Sereni: *Ditericus Miſnenſis & Orientalis Marchio, filius Ottonis, filii Conradi Marchionis Senioris, obiit XIII. Kal. Martii, ſepultusque eſt in Cella juxta Patrem ſuum.* Ex uxore Jutta ſive Juditha, Hermanni Thuringiæ Landgravii filia genuit Henricum, de quo nunc dicemus.

§. XXXVII. HENRICUS Theoderici filius, quod ſæpe mallei vocem in ore haberet, *Hammerus*, quod liberalitatis laude excelleret, *Munificus*, apud recentiores κατ' ἐξοχὴν *Illuſtris* dictus, juxta Fabricium anno CIƆCCXVIII natus, ſub tutela avunculi Ludovici IV. Thuringiæ Landgravii adolevit: ac poſtquam invito Ludovico, mater Popponi Hennebergico nupſerat, eaque res turbis involverat Miſniam, rebus compoſitis, poſtquam ephebis exceſſit Henricus,
an. CIƆCCXXXIV. Conſtantiam, Auſtriæ Du- 1234.
cis Leopoldi filiam ducit: ex qua Alberti
ac Theoderici Pater factus, anno CIƆCC 1148.
XLVIII. ab exceſſu Henrici, ultimi Thuringiæ Landgravii, qui contra Fridericum II. Rex Germaniæ electus, poſt longam controverſiam non ſine ſanguine extractam, contra Sophiam Brabantinam, ejusque filium Henricum, Landgraviatum Thuringiæ ſibi aſſeruit, eundemque Miſniæ ac Luſatiæ Marchiis feliciſſime junxit.
Exſtincta anno CIƆCCLXII. uxore Conſtan- 1262.
tia, quarto poſt anno duxit Agnetam Ottocari Regis Bojemiæ filiam, quæ improlis
anno CIƆCCLXVII obiit. Tertia uxor fuit 1267.
Eliſabetha ex nobili Malticiorum proſapia, Hermanni & Friderici in monaſterio Cellenſi ſepultorum mater. Condidit hic Henricus Cellam novam, inferioris Luſatiæ ad Oderam cœnobium, ac Doberlugenſe item, majorum more, privilegiis & reditibus auxit: id quod diplomata annorum CIƆCCXXXIV. XL. XLI XLVIII. LXVI. LXVII. LXVIII. LXXI. LXXVI. LXXIX. LXXXV. LXXXVII. demonſtrant. Primorum trium hoc eſt exordium: *Henricus Dei gratia, Miſnenſis & Orientalis Marchio.* At poſtquam ad Thuringiæ Landgraviatum adſpiravit, plures aſſumſit titulos, hoc modo: *Henricus DEI gratia, Miſnenſis & Orientalis Marchio, Thuringiæ Landgravius & Saxoniæ Comes Palatinus.* Ab anno autem CIƆCC LXVI. ad priſtinam titulorum rediit modeſtiam, & ſe iterum *Miſnenſem* tantum & *Orientalem Marchionem* ſcripſit. Cauſa autem hujus varietatis non videtur eſſe alia, quam quod vivus videnſque Alberto ac Theoderico filiis hæreditatem diſtribuerit, ſervata ſibi tantum Miſnenſi Marchia. Sic enim ea de re Fabricius *Originum Saxonicarum lib. VI.* ſcribit: *Secutus tandem exemplum prudentiſſimi Principis Conradi proavi ſui, ditionem inter filios, nobilitatis plebisque conſenſu, vivens diſtribuit.* Et paucis interjectis: *Sibi Pater retinuit Miſniam, Alberto dedit Thuringiam, Diterico Oſterlandiam, filiis Elizabethæ certas præfecturas: Friderico Dresdenſem aſſignavit; quod Hermannus pro-*

prium habuerit adhuc legere non memini. Ceterum de Alberto facile aſſenſerim Fabricio, ſiquidem in Doberlugenſibus diplo-
1285. ma exſtat anni CIↃCCLXXXV. quo vivo Pa-
tre, quem *Illuſtrem Principem, Dominum Henricum Patrem dilectum, Miſneuſem Marchionem* ſalutat, Albertus ſic profatur; *Albertus DEI gratia, Thuringorum Landgravius & Saxoniæ Comes Palatinus*. At in Theoderico, ſive Diterico nondum Fabricio poſſum ſuffragari. Oſterlandia huic tribuitur: quæ tum innexa videtur Marchiæ Miſnenſi: nec putaverim eo ævo *Orientalis Marchia* vocabulo veniſſe Oſterlandiam, utut ita ſemper acceperit diplomatum Doberlugenſium, ſed recentioris ævi, interpres. Quod ſi igitur juxta Fabricium, Oſterlandiam Theoderico dedit Henricus Pater, utique Luſatiæ Marchionatum eo nomine comprehenſum crederem. Sed habeo argumenta, quæ nec iſtum vivo Patre accepiſſe Theodericum perſvadeant. Nam & Pater tituli retinens eſt, nec inter Doberlugenſia vel unicum apparet, quo vivo Patre *Orientalem* ſe nuncupet *Marchionem*. At quia inter hæc unum an. CIↃCCLXVII. datum deprehendo; quo Theodericus ſe *Marchionem Landisbergenſem* vocat, ac *piæ recordationis genitricis ſuæ* meminit, in eam devenio opinionem, quaſi Landisbergenſem Marchiam Henricus Pater Theoderico filio reſignarit. Huc accedit, quod ipſe Fabricius hunc Theodericum *Landsbergenſem Marchionem* nuncupat: quod ante eum fecit Suffridus Presbyter Miſnenſis, MS. Variloquus Erſordienſis, & Paulus Langius in *Chronico Citizenſi*.

§. XXXVIII. Migravit Henricus ex hac vita Dresdæ, ut ſcribit Suffridus, & teſtantur monumenta Vetero Cellenſia id
1288. factum anno CIↃCCLXXXVIII. In Cella cum
tribus uxoribus & cum Hermanno ac Friderico filiis ſepultus eſt. Theodericus vero filius ante Patrem exceſſit vita anno CIↃCCLXXXII. (Variloqvus Erſ. MS. habet annum ſequentem) ac Suſelitii ad Albim humatus eſt, teſte Fabricio. Verum Paulus Langius obitum ejus reſert in annum LXXXV. & in monaſterio Supplitz a ſe ſundato ſepultum tradit.

§. XXXIX. Ab Henrici igitur obitu Luſatiæ Marchiam indeptum credo THEODERICUM Juniorem (Dicemannum vel Tizmannum, neſcio qua ratione, vocant recentiores) Alberti Thuringiæ Landgravii ex Margareta Auſtriaca filium, Friderici Admorſi fratrem. Marchiæ enim Luſaticæ titulum inter ceteros quoque præfert: ut patet ex diplomatibus Doberlugenſibus: quorum pleraque ita incipiunt: *Theodericus Junior, gratia DEI Landgravius Thuringorum, Orientalis & Luſatiæ Marchio, Dominusque terræ Pliſnenſis*. Ubi, quia Orientalis & Luſatiæ Marchia inter ſe opponuntur, facile liquet diverſas quoque eſſe provincias: id quod jam ſupra monitum. Ceterum Theodericus ille *Juniorem* ſe appellat, procul dubio ob patruum, *Landisbergenſem*, quem diximus *Marchionem*, qui Theodericum noſtrum ejusque fratrem Fridericum ab Alberto patre poſt fugam matris dimiſſos ſollicite educavit.

§. XL. Suſceperat Theodericus ille Senior ex Helena Brandenburgica Fridericum, qui, quod impeditioris eſſet linguæ, cognomentum *Teutb* accepit. Ac is quidem cum ex Hildegarde Bojarica nullam ſuſcepiſſet prolem, præterito ob degeneres mores, vitamque licenter actam, Alberto patruo, ejusdem filios Fridericum & Theodericum hæredes ſcribit. Alii Patri Theoderico Seniori id tribuunt, pro quo Paulus Langius *Henricum* ſuppoſuit, qui & eidem Marchiam Luſaticam aſſignat. Digna ſunt, quæ cognoſcamus, Auctoris verba; *Albertus habuit fratrem, qui dominabatur in Marchia Miſnenſi & Luſatia provinciis. Is vicinus morti prædictos nepotes ſuos Fridericum & Theodericum ad ſe venire juſſit, bisque multis proceribus & nobilibus aſtantibus omne Miſnia, Luſatia ac Libonotria imperium reſignavit, deditque, cum alium heredem non haberet*. Sed plura forte, quam par erat, Alberti fratri tribuit Citizenſis monachus. Interim filius ejus Fridericus diplomate aoni CIↃCC 1289.
LXXXIX. a Langio allato hunc quoque præfert titulum: *Nos Fridericus Dei gratia Miſneuſis & Orientalis & de Landesberg Marchio*. Ob iſtam, quam diximus, tum aliis de cauſis, inter Patrem ac filios bella inteſtina cœperunt, cumque pater in Albertum Juniorem (*Apetz* abbreviate vocant iſtorum temporum ſcriptores: unde neſcio quem *Apicium* conflarunt Fabricius & recentiorum alii) ex pellice Cunigunda Iſenburgica natum, æquior, Fridericum ac Theodericum filios Thuringia privare vellet, nova horum cum duobus Germaniæ Regibus Adolpho & Alberto bella Thuringiæ Miſniæque feralia enata ſunt. Sed hæc, quia ad Hiſtoriam Miſnicam ac Thuringicam proxime ſpectant, alterius ſunt conſiderationis. Id vero ad Hiſtoriam Luſaticam pertinet, quod Theodericus in Luſatia ſua cum Marchionibus Brandenburgenſibus, ac imprimis Johanne III. Patri Alberto faventibus magna prudentia ac felicitate bellum geſſerit, *in ſumendis*, ut Fabricius ait, *armis primus, in deponendis ultimus*. At enim an Adolphus Rex Germaniæ arma ſua in Luſatiam quoque protulerit, non habeo dicere. Nam etſi Suſ-
fridus Miſnenſis ad an. CIↃCCXCVI. teſtetur, 1296.
eundem *ad terram Orientalem caſtra & arma moviſſe*,

moviſſe, & in ea quibusdam munitionibus occupatis, quibusdam funditus deſtructis, direxiſſe aciem contra Miſniam ; qui tamen adhuc de *Terra Orientalis* acceptione hoc in loco dubito, certi quicquam non auſim definire. Dum vero Fridericus contra Albertum Adolphi Regis ſucceſſorem veſtigiisque anteceſſoris in perſequendis Alberti filiis ipſo Patre inſtigante, inſiſtentem, ſe defendit ſtrenue, nec Theodericus rebus ſuis deeſt: qui tamen medio victoriarum curſu an.
1307. cIↄcccvII. Lipſiæ in templo D. Thomæ a ſicario (ſorte a Philippo Adolphi Regis fratre immiſſo; ut eſt apud Suffridum, Paulum Langium aliosque novitios) ipſa nocte Natalitiorum Chriſti vulneratur: ex quo vulnère die tertio obiit, & in Paulina æde ſepelitur, ubi hodieque legitur epitaphium a Dante Alligerio Florentino ſatis luculenter ſcriptum & ab Albino, Brotuſio, Fabricio, Manlio aliisque repetitum. Quoniam autem hoc ipſum epitaphium ſummam geſtorum Theoderici noſtri fratrisque Friderici complectitur, etiam huc quod transſcribatur, dignum judicavimus.

TITZ ego ſum MANNUS, me olim genuere parentes
ALBERTUS Princeps, MARGARETAque pia
Imperium titulumque dedit Turingia nobis,
Marchia Luſatiæ, Miſena & ipſa potens
Quaque paret vetus in planis Libonotria campis,
Et quæ Montano Flumine Pliſna lavat.
Frater erat FRIDERICUS item Mavortius heros,
Pro patria mecum prælia dura ſubit.
Nam ſuperare datum eſt nobis Victricibus armis
Boëmiæ populos Saxoniæque Duces.
Marchio de Brenburg Waldemar nomine dictus,
Agmine devictus vincula noſtra tulit.
Aſcanius Princeps cecidit quoque cuſpide noſtra,
Sed vitam ſupplex hic miſer emeruit.
Romulidum Reges ALBERTUS, ADOLPHUS & alter
Non poterant nuſtras frangere Marte manus.
Viribus o pietas, noſtris ſed terga dederunt
Cæſareis opibus tunc ego dives eram.
Innumeri & noſtri cæſi ſunt enſe Suevi,
Audentes Patrios ſollicitare Deos.
Omnia ſic vici. Durum ſed vincere Fatum
Non potui, Lacheſis quod dedit atra mihi!
Objicit illa mea, crudelis, pectora ferro,
Dum ſteteram incautus in medio Eccleſiæ.
Sic Victor victus cecidi; ſed nulla triumphos
Et laudes meritas non dedit una dies.

Obiit VIII. Cal. Jan. An. Chriſti M CC LXXX. (Hujus epochæ error manifeſtus eſt.)

Dantes Alligerius fec.

Monumentum a Monachis novum chorum condituris apertum eſt, (quæ verba ſunt Manlii) *exemtumque cranium, cujus coma flava & prolixa etiamnum aſſervatur in fiſco Academiæ, cum cruribus & tibiis, cranio & oſſibus reliquis in vicina aliquot oppida diſtributis.* Proximo ante ante obitum anno, ſequenti uſum titulo, *Theodericus Junior, Landgravius Thuringiæ, Marchio Orientalis & Dominus in* Greitz, Magnificus Dn. Fridericus Hortlederus obſervavit.

§. XLI. Quod igitur Theodericus Junior improlis eſſet, hæreditatem ejus ex aſſe adiit FRIDERICUS frater, quem idcirco & Luſaticæ Marchiæ, ſi non poſſeſſione, jure tamen auctum exiſtimamus. Unde auctor de Landgraviis Thuringiæ cap. LXXXII. *Morte fratris ejus audita, advocatis ejusdem Titzemanni multas pecunias dare promiſit, ſicut & fecit in Thuringia: & factus eſt potens Marchio Miſniæ, & Orientalis, & Thuringiæ Landgravius.* Quapropter etiam *Orientalis Marchiæ* titulum non minus, quam reliquos in diplomatibus uſurpavit. Quod Paulus Langius in *Chronico Citizenſi* ad annum cIↄcccx. Altenburgi datum attulit, ſic orditur: *Fridericus DEI Gratia, Thuringiæ Landgravius, Miſnenſis & Orientalis Marchio, Dominusque terræ Pliſnenſis.* At vero ſi quæ unquam, brevis certe hujus Marchiæ fuit poſſeſſio: ſiquidem eadem Brandeburgicorum Marchionum opera excidit. Intercedebant nimirum Friderico cum Waldemaro I. Brandenburgico graviſſimæ lites, in deprædationes mutuas erumpentes. In his turbis captus Fridericus, non dimittitur, prius, quam inter duriſſimas conditiones alias Luſaticæ hæreditati renunciaſſet. Ceteras quidem conditiones non implevit Fridericus, quod a proceribus Miſniæ, imprimis a Rehefeldiis, qui inclutum *Loſeriorum* nomen inde acceperunt, ſingulari ſtrategemate liberaretur; Luſatica tamen pa-

ƈa quo minus immutata credam, Auctor
de *Landgravius Thuringiæ* facit, qui cap.
LXXXVI ſcribit, quod *Friderici Marchionis ad-*
vocati civitates terræ Orientalis Alberto Comiti
de Kochin (Kochenſem Comitem appellat
Fabricius) *commiſſario Marchionis Woldema-*
ri præſentarint. An vero, quod idem refert
Auctor, *munitiones Orientales, hoſtibus ſuba-*
ctis, valida manu anno ſequenti re obtenta de-
nuo poſſederit Fridericus, documentis aliis
confirmari queat, multum ambigo; credi-
derimque potius in Brandenburgenſium
manu permanſiſſe, donec familia illa in
1322. Waldemaro II. & Johanne IV. ann. CIↃ
CCCXXII. penitus exſtincta, in Luſaticis
Bojemi ſuccederent. Nec multo poſt Fri-
dericus Marchio diuturno gravique mor-
bo exhauſtus, ſupremum diem obiit anno
1324. CIↃCCCXXIV. ſepultus Iſenaci in æde ſubur-
bana D. Catharinæ, in ſacello D. Johannis.
Lapidi ſepulchrali ſequentes verſiculi a
Bertoldo Fabro inſcripti ſunt:

Ecce FRIDERICUS, virtutis alumnus, amicus
Pacis, conditur hic: ſtirps Imperialis: Et illic
Fulgeat iſte pius Marchio Landgravius.

Præterea Bertoldus hæc appoſuit ANNO. DOMINI. MILLESIMO. TRECENTESIMO. VIGESIMO. Q. V. A. R. T O. XVI. K M L. SED MS. Quas notas Magnificus Dominus Fridericus Hortlederus ſic feliciter expoſuit, ut denotent XVI. KL. MENSIS Dece MbriS. Monumentum ſepulchrale priſcæ magnificentiæ exemplum, olim ſata ſua Iſenaco Gotham, inde rurſus anno CIↃIↃCXIII. ad Reinhardi fontem ſacrum translatum, ibidem etiamnum conſpici, laudatus, ſed nunquam ſat laudandus Dn. Hortlederus *in Supremis Honoribus Friderici Senioris Ducis Saxoniæ* anno CIↃIↃCXXII. exſtincti, ſcripto vere amœbæo, obſervavit.

§. XLII. Ab epitaphio Friderici ad Luſatiæ Marchiam reverto, quam in manibus Brandenburgicorum ad uſque exſtinctam eorundem familiam manſiſſe, ab iisdem ad Bojemos pervolutam dixi. Hæc res, quia inſignem Luſatici regiminis mutationem continet, paulo altius repetenda eſt.

§. XLIII. Luſatiam inferiorem jam ſub Henrico IV. in poteſtatem Bojemorum veniſſe ſopra fuit indicatum. Nam Vratislaus Dux (quem regiam dignitatem impetraſſe volunt) eandem ab Henrico in præmium navatæ militaris operæ acceperat. Succeſſores Duces, quique Ducibus immiſti per Reges Germaniæ creati Bojemorum Reges ad Ottocarum II. Luſatiam ſuperiorem poſſederunt. Neque tamen tam quieta ſemper fuit poſſeſſio, quin Poloni eandem aliquoties turbaverint. Hoc temporis intervallo partim fundatæ, partim inſigniter auctæ ſunt ſuperioris Luſatiæ civitates. Et ſub Sobislao quidem Duce, poſtquam vetus caſtrum, mœnibus, foſſis ac propugnaculis ornatum ab incendio illuſtrius ſurrexit, GORLICII nomen accepiſſe volunt, circa an. Chriſti CIↃCXXXI. Sic Dubravius Budiſſinam temporum vetuſtate ſqualentem ab eodem Sobislao inſtauratam ſcribit. ZITTAVIAM quoque ſub regimine Bojemico conditam, vero non eſt abſimile, quamvis non ſim neſcius, quid de Zittavia Manfredi Ringelheimenſis Comitis uxore circumferatur. Quod quidem ſi certiſſimis comprobari poteſt documentis, origines urbis ad ſeculi XI. initium referendæ eſſent. Sed quid opus majorem, quam res ipſa patitur, antiquitatis gloriam venari? cum longe ſit illuſtrius per paucorum ſeculorum decurſum exſurgere, quam diu cum fortunarum procellis luctari, aut ſemel contractum ſplendorem amittere, vel imminutum cum tædio intueri.

§. XLIV. Ut autem ad Ottocarum II. revertar, is Marchionibus Brandenburgicis Luſatiam addixit, Illuſtrem hujus rei teſtem habemus Carolum IV. Imperatorem, cujus in diplomate quodam poſt Goldaſtum aliosque a Conringio *cap. XXIX. de Finibus Imperii Germ.* edito, diſerta hæc ſunt verba: *Marchia Budisſinenſis & Gorlicenſis, quæ cum ceteris civitatibus, oppidis & pertinentiis ſuis ad Regnum & Coronam Bohemiæ ab antiquo pertinuerunt, per illuſtrem Ottocarum quondam Regem Bohemiæ, proavum noſtrum, in perſonas quondam illuſtrium Brandenburgenſium Marchionum ex certis cauſis & rationibus alienata fuerunt.* Qui Regem illum tam lauti boli objectione ſuffragium in electione Cæſarea ab Ottone II. Marchione mercari voluiſſe aſſerunt, neſcio an fidem dictis ſatis certam queant facere. Mihi enim veroſimilius fit, hanc provinciam dotis loco conceſſam Ottoni Beatricem ſororem Ottocari, filiam Primislai ducenti. Ex eo tempore Luſatia ſuperior a Brandenburgicis retenta, donec Friderico Alberti filio Miſniæ Marchione in anguſtias coacto, etiam inferiori Luſatia potirentur.

§. XLV. Quandoquidem autem illuſtre Marchionum Brandenburgicorum genus brevi poſt exſtingveretur, novis, quæ mox emerſerunt, bellorum periculis implicata Luſatia, alternante belli fortuna, nunc Bavaros, nunc alios ex victoria præſides ſortita, prius ſe his malis explicare non valuit, quam veteres Dominos Bojemiæ Reges admitteret. Id quomodo ſit geſtum, nunc paulo curatius, propoſitæ ra-

men

men brevitatis memores, trademus. Cum Rex Germaniæ ac Imperator Henricus VII. gente Lucelburgicus veneno in ipſa ſacra Euchariſtia præbito in Italia ſublatus eſſet anno cIↄcccxiii. ac ſucceſſori Ludovico Bojariæ Duci a quinque Electoribus lecto, reliquorum ſuffragiis majorumque meritis confiſus, ſe opponeret Fridericus Pulcher, Auſtriacus, Rudolphi ex Alberto I. nepos, graviſſimis exin bellis porta aperiebatur. Ludovicus, quod in Johanne Rege magnam ſpem victoriæ repoſitam exiſtimaret, eundem omnibus modis ad ſe pertrahere laborabat. Commodum itaque accidebat Waldemari & Johannis Marchionum Brandeburgicorum obitus, quorum hæreditatis bonam partem Ludovicus Johanni pollicebatur, ſi regiam dignitatem ſuam ſtrenue defenderet. Id cum Johannes ad belligerandum promtus feciſſet, ac prælio victus, captusque frater germanus Henricus, præmium navatæ operæ a Ludovico exſpectabat. Is vero periculis defunctus, promiſſorum immemor, Budiſſinam tantum, quam Marchio dudum oppignoratam tenebat, ſine precio Johanni reſtituit: Brandeburgenſem autem Marchiam cum Electorali dignitate ſolenni in-
1329. veſtitura Numburgi anno cIↄcccxxix. facta majori filio Ludovico attribuit, qui poſtea a Pſeudo-Waldemaro ejusque fautoribus exagitatus, Marchiam fratri Ludovico Romano, ſervata Electorali dignitate reſignavit. Interea Johannes Rex Budiſſina non contentus Gorlicium, aliaque ſuperioris Luſatiæ oppida a regno quondam abalienata ſuo milite recuperat, moleſte id quidem Ludovico Germanorum Rege ferente, ſed quod mutare non poſſet, pro tempore transmittente. Atque in hunc fere modum recentiores ſummam rei exponunt: in quibus tamen nonnulla forte deſideres, præſertim quando Carolus IV. teſtetur, *Marchionibus Brandenburgicis absque ſexus maſculini heredibus decedentibus ex hac vita, Nobiles, Milites, Clientes, cives, univerſosque incolas Marchiæ Budisſinenſis & Gorlicenſis ad ſubjectionem & obedientiam Johannis Bohemiæ Regis genitoris ſui, tanquam ad ordinarium, legitimum & naturalem Dominum ſuum & ad Coronam Regni Boëmiæ, de cujus gremio jam dudum conſtiterant, deliberatione non improvida rediiſſe.* Quæ quidem non tam armis compulſos, quam ſponte ſua Luſatos ad Regnum Bojemiæ reverſos declarat. De Gorlicio ad Bojemos tum revertente circumferuntur ſequentes leonini:

Anno milleno treceno vice nono
Quondam Saxonica Gorlitz eſt facta Bojema.

Dreſſerus libello *de præcipuis Germaniæ Urbibus*, & Petrus Bertius *lib. III. Commentarior. Rerum Germanicarum* obſervant, Gorlicium paulo ante in Henrici Sileſiæ Ducis manibus fuiſſe, qui ea reſtituta Zittaviam acceperit: ac tum quidem cautum, ne unquam Gorlicium a regno Bojemiæ avelleretur. At Dubravius *Hiſtoria Bojem. lib. XXI* eundemque ſecutus Manlius, Gorlicium Friderico Gravi Marchioni Miſniæ a Johanne, quod inſtinctu Ludovici Regis pactam ſibi filiam remiſiſſet, ereptum, ac porro quicquid ademptum a regno oppignoratumve erat, expulſis poſſeſſoribus Johannem recuperaſſe tradunt. Conſentit in eo Fabricius, ac tandem ſic concludit: *Cum tanto ſucceſſu ubique uteretur, Fridericus domeſticis motibus atque bellis impeditus, amiſſa recuperare non potuit; quæque ante & a Brandenburgico, & jam a Boëmo erepta ſunt, nunquam in poſterum fuerunt reſtituta.* Interim in Friderici Strenui, qui Friderici Gravis fuit filius, epitaphio Vetero-Cellenſi *Orientalis* titulum deprehendo hunc in modum: *Anno Domini* M. CCCLXXX VII. *Kl. Junii obiit mitisſimus Princeps Fridericus Thuringiæ Landgravius, Miſnenſis & Orientalis Marchio, Dominusque terræ Pliſnenſis. Orate pro eo.* Diploma Doberlugenſe anno cIↄcccLXIV. 1364.
Dresdæ datum ſic incipit: *Nos Fridericus Dei gratia, Thuringorum Landgravius, Miſnenſis, Orientalis & in Landuberg Marchio, Comes in Orlamunda, Dominusque terræ Plyſnenſis.*

§. XLVI. Regnum Bojemiæ acceſſione Luſatiæ inſigniter auctum a Johanne accepit CAROLUS IV. qui monaſterium Cæleſtinorum Oyvvinum nunc in ruderibus jacens, in monte *Paracletı* dicto ad Zittaviam condidit ann. cIↄcccLXVIII. De hoc 1368.
cœnobio elegans locus eſt in Pauli Langii Chronico Citizenſi, quem integrum afferre non pigrabibimur: *Imperator Carolus inter alia pietatis opera, quæ exercebat, monachos ordinis Celeſtinenſis ex Gallia in Germaniam primus duxit, poſuitque eos in altisſimo monte, in confinibus Sleſiæ & Bohemiæ, non procul a Zittavia, mutans caſtrum quod ibidem erat munitisſimum, in cœnobium, regaliter & magnifice eis providens de vita neceſſariis. Eſt autem ipſe mons totus ſaxeus, undique prominentes habens rupes & ſcopulos, & eſt ſemotus & liber, in medio aliorum ſitus montium nemoris Herciniæ ſive Bohemicæ. Vivunt denique ſub regula S. patris Benedicti in magna charitate, rigidam & artisſimam vitam ducentes: quemadmodum expertus ſum, dum eos viſitavi ob dicti monaſterii fundationem inveſtigandam (nec & aliorum) per Trittemium miſſus anno Domini* cIↄIↄXVI. *Et eſt ſolum & unicum per Germaniam, ex quo aſſumtis monachis Georgius illuſtris Dux Saxoniæ hoc dicto tempore ſecundum æque in monte ſublimi, qui Regalis lapis dicitur, a Pyrneo oppido ad miliare unum remoto, fun-*

dare & erigere cœpit. Conſultiſſime autem fratribus aliunde in Alemannia monaſterium non habentibus locum firmiſſime munitum in extremis finibus Bohemiæ providit, ut ſuper ventura Huſitarum rabies non haberet facultatem eos devaſtandi, ſicut (pro dolor!) de monaſteriis non munitis in umbilico aut corpore regni Bohemiæ poſitis actum eſt. Conſervant denique illud caſtrenſe monaſterium fratres etiam pro tutela totius Alemanniæ, præſertim Sleſiæ & Miſnæ. Poteſt quippe ex eodem monaſterio pugnari contra Huſitas & alios hoſtes patriæ, ſi poſtulaverit neceſſitas. Inditum eſt autem nomen loco ob altitudinem, ut dicatur Ovvin, id eſt, ſublime ſive ſuperius, & fundatum eſt anno Domini CIↃCCCLXVIII. *per Carolum IV.* Literas fundationis a Carolo IV. in Italia tum exiſtenti in Lucenſi urbe XVII. Martii fuiſſe datas ex *MS.* quodam *Zittavienſi Chronico* didicimus.

§. XLVII. Theodoricus a Niem in *Nemore Unionis tract. VI. Labyrinth. cap. XXXIII.* putat Carolum IV. Luſatia terra, ſub qua videtur etiam Sileſiam complecti, Imperium ſpoliaſſe. Verba ejus hæc ſunt: *Ac etiam Luſatiam, quæ inter fines Saxoniæ, Miſniæ & Poloniæ conſiſtit, & per Archiepiſcopum Magdeburgenſem ab Imperio tenebatur in capite ſeu in feudum, a quodam Archiepiſcopo tunc Magdeburgenſi, quem propterea ipſi metropoli præfici curavit, pecunia comparando, illam ex tunc dicto Regno Bojemiæ adjecit, illa etiam Imperium turpiter ſpoliando.* Ac licet Carolus Marchiam Budiſſinenſem & Gorlicenſem arctiſſime ac indiviſibiliter junxerit regno Bojemiæ, idque cum conſenſu Electorum ac Ordinum Imperii, in Comitiis Norimbergenſibus anno CIↃCCCLV. non tamen eo ipſo Luſatia, ſicut nec ceteræ provinciæ, Imperii Germanici jure exciderunt: quod In Receſſu Ratisponenſi anno CIↃCCCCLXXI. confirmatum, & in Matriculis Norimbergenſi CIↃCCCCXXXI & CIↃCCCCLXVII. Ratisponenſi CIↃCCCCLXXI. Norimbergenſi CIↃCCCCLXXX. Colonienſi CIↃCCCCLXXXVIII. cenſitum. Ceterum verba Carolinæ conſtitutionis de conjunctione Luſatiæ cum Corona Bojemica ita habent: *Nec non Marchiam Budiſſinenſem & Gorlicenſem cum vaſallis, vaſallagiis, feudis, feudatariis, utilitatibus, fructibus, obventionibus, jurisdictionibus, judiciis, honoribus, conſuetudinibus, & omnibus dictorum Ducatuum & Marchiæ pertinentiis, velut utile & immediatum dominium noſtrum, & Regni Bohemiæ præfati, eidem Regno & ejus felici Coronæ in perpetuum adjungimus, incorporamus, inviſceramus, adſcribimus, adpropriamus, & indiviſibiliter conjungimus.* Et quod de conſenſu Ordinum Imperii dictum, patet ex Gerlaci Archiepiſcopi Moguntini confirmatione Norimbergæ die B. Luciæ Virginis laudato anno data, quæ ſpeciatim *ſui & aliorum Dominorum Principum Electorum conſenſum acceſſiſſe* memorat. Quamobrem quod de ſola Gorlicenſi civitate ſcripſit Dreſſerus, eam *ad Bojemiæ regnum rediiſſe, ea conditione & lege, ne ullo unquam tempore ab ea abalienaretur, aut avelleretur*; de tota Marchia Budiſſinenſi & Gorlicenſi accipiendum.

§. XLVIII. Neque tamen diuturna admodum illa fuit conjunctio: ſiquidem, quod ſpeciatim ad Gorlicenſem Marchiam attinet, eandem ab exceſſu Caroli IV. (is vita
functus an. CIↃCCCLXXVIII.) Johannes filius 1378.
accepit, quando Wenceslao cum Imperatoria dignitate Bojemia & Sileſia, Sigismundo Brandenburgenſis Marchia cederent. Atque hinc eſt, quod Krantzius, aliique hunc Johannem, *Ducem Gorlicenſem*, Æneas Sylvius, *Ducem Luſatiæ* nuncupent. De eodem Dubravius lib. XXII. *Ne Johannes natu minimus filius præteritus a Parente videretur, Gorlicium illi atque alias in ſuperiore Luſatia urbes ad poſſidendum fruendumque aſſignavit.* Verum *hic ipſe Johannes* (quæ verba ſunt Dreſſeri) *propter effrænatam libidinem & inſolentiam civitate excluſus, in inferiori Luſatia, quod reliquum fuit vitæ, potiſſimum conſumſit.* De hoc Johanne Caſpar Peucerus in Idyllio *Patria* inſcripto, quod repetit Hiſtoriam ejus regionis, quæ olim provincia Niſſana & Nicæa, nunc Hexapolis & Luſatia ſuperior vocatur, ita canit:

Invexit nomen Ducis, & faſtigia Jannes,
Hoc (Carolo IV.) *genitus, regnum Gorlicioque novum.*
Imperium breve ſed, patriæ quod jura nequivit
Priſtina, non nomen, non abolere decus.
Hoc Budiſſinos propter ſpreviſſe colonos
Concordi claſſis mente utriusque ferunt.
Illum poſthabitis qui legibus, arce & honore
Antiquis auſit quid parſatque novum.
Nec quid ab hoc juris petierunt, nec decus unquam
Marchiacum adſcito poſtpoſuere Duci.

§. XLIX. Mortuo Johanne Jodocus Moraviæ & Brandenburgenſis Marchio, Wenceslai & Sigismundi patruelis Ducatum Gorlicenſem ſibi vendicavit, idque Wenceslai Bojemiæ Regis permiſſu. At Gorlicenſes miſſa legatione ad Sigismundum Ungariæ Regem impetrarunt, ut penes Bojemiæ regnum ditio maneret. Rationes ſuæ poſtulationis habuerunt graves. Primo, quod Ducis Johannis imperium nimis fuiſſet durum, tum, quod Gorlicium a corpore regni Bojemici haut liceret avellere. Ab hoc igitur tempore Bojemiæ regni membrum inviolatum hæc urbs permanſit. Atque hæc fere Matthæi Dreſſeri in *de præcipuis*

cipuis Germaniæ Urbibus narratio eſt: qui
mallem ſuos auctores laudaſſet.

§. L. Sic igitur Luſatia omnis Bojemici
juris facta in ditione Regum Bojemiæ ad
præſens ævum manſit: ac, prout vel flo-
rens fuit, vel afflictus regni hujus ſtatus,
cum eodem effloruit pariter ac attrita eſt.
Qui autem porro per Luſatiam univerſam
geſtum in turbis illis ac feralibus bellis Hus-
ſiticis ſub SIGISMUNDO Rege, anno cIɔ
1437. ccccxxxvII. decedente: quid ſub brevi re-
gimine ALBERTI II. Auſtriaci; ſub LADIS-
LAO poſthumo, in ipſo flore ætatis ac ap-
paratu nuptiarum cum ſponſa Gallicana
1458. an. cIɔccccLvIII. exſtincto; ſub GEOR-
GIO a Cunſtat PODIEBRADIO, quod
natalibus deerat, fortitudine ac felicitate
compenſante, ſed & Brandenburgicis, qui
iterum beneficio Ladislai in Luſatia inva-
luerant, præter *Corbuſium* & *Peicam* pauca
relinquente; ſub ULADISLAO Caſimiri
Poloniæ Regis filio, qui manu Friderici III.
Cæſaris regni Bojemici provinciarumque
regno junctarum vexilla accepit, ac porro
æmuli Matthiæ Ungariæ Regis ſucceſſio-
nem adiit; ſub ejusdem filio LUDOVICO
1526. ad Mohazium a Turcis anno cIɔIɔxxvI. a
Solymanno Turcorum Imperatore cæſo;
ſub FERDINANDO I. Caroli V. fratre, Re-
gum optimo, ac a religione noſtra non
adeo alieno; quid ſub filio Ferdinandi MA-
XIMILIANO II. ejusdemque gnatis RU-
DOLPHO ac MATTHIA Regibus conti-
gerit: in illa quæ huic ſcriptioni præfinita,
brevitate expedire nobis non eſt integrum:
eaque ſpes nos habet, fore ut Patriæ Pa-
tres, omnesque Patriæ amantes, ac ſi qui
erunt alii Lectores benevoli, hoc Catone
contenti vivant.

§ LI. Quod reliqvum eſt, ad præſen-
tem Luſatiæ ſtatum deſcendimus, paucis
expoſituri, quomodo utraque Marchia re-
gno Bojemico exempta ad Saxones, atque
adeo ad ipſam illam familiam, quæ quon-
dam Conradi Marchionis temporibus ad Fri-
dericum Admorſum, Orientalem illum
tractum gubernavit, poſtliminio devoluta
ſit.

§. LII. Nimirum poſtquam JOHAN-
NES GEORGIUS I. Saxoniæ Elector po-
tentiſſimus, more majorum, Auſtriacam in
vindicando Bojemiæ regno cauſam tuere-
tur, ac id graviſſimis impenſis tanto exerci-
tui aleodo ſufficientibus faceret; poſt re-
ductas ad obſequium provincias, non tam
in præmium fortiter æque ac feliciter na-
vatæ operæ, quam in tantorum ſumtuum
ſeptem auri milliones ſuperantium reſtitu-
tionem, a FERDINANDO II Cæſare utri-
usque Luſatiæ Marchionatum, feudali qui-
dem nexu, ſed oneribus vaſallagii commu-
nibus nequaquam obnoxio, in ſolidum ac-
cepit. Poſtquam autem ea de re certis ta- 1635.
bulis anno præſentis ſeculi quinto & trige-
ſimo, die xxx. Maji Pragæ obſignatis a-
ctum, ipſa Luſatiæ traditio ſequenti anno
xiv. die Aprilis in provincialibus Comitiis 1636.
Gorlicenſibus facta. Et Ferdinandi qui-
dem Regis nomine ceſſionem illam legati
Cæſarei Chriſtophorus Baro a Schellen-
dorff, Felix Rudigerus, & Melchior Erle,
ſequentibus Electoralibus Conſiliariis, Ca-
ſpari a Bonikau, Friderico a Metſch, &
Gabrieli Tunzelio, in optima ampliſſimaq;
juris forma offerentes, Luſatos a nexu
Regum Bojemiæ ſolutos in fidem ac clien-
telam Sereniſſimi Electoris, ritu maxime ſo-
lemni tradiderunt.

§. LIII. Ex eo tempore utraque Luſatia
clementisſimo JOHANNIS GEORGII I.
Electoris regimini paruit. Ab ejusdem 1656.
obitu, qui anno cIɔIɔcLvI. contigit, ex teſta-
menti Electoralis decreto, Superior Lu-
ſatia Sereniſſimo Potentiſſimoque ſucceſ-
ſori JOHANNI GEORGIO II. inferior
autem Sereniſſimo fratri CHRISTIANO,
Epiſcopatus Mersburgenſis Adminiſtrato-
ri attributa eſt. Ut ſub horum maxime mo-
derato regimine Luſatia terra porro vi-
geat, floreat, ſuumque decus ſub Saxonicæ
rutæ umbra ad finem usque mundi
ſervet, devotis exoptamus
ſuſpiriis.

COROLLARIA.

I.

POloni Luſatiam olim appellarunt *Dirivo-
niam.* Videantur Cromerus *lib. I. Hi-
ſtor. Polon.* in Leſco. Neugebauerus *lib. II.
Hiſt. Polon.* in Leſco III. an. Iɔcccx.

II. Ludovicus Germanicus, Ludovici
Pii filius, ad convertendos Sorabos aliosque
Slavicos populos *Eccleſiam Niſicenſem* fun-
davit, cujus propagationem & defenſio-
nem Conrado Comiti commiſit.

III. Qualis hæc Eccleſia fuerit, dubitatur.
Quidam ad Neiſſenſem in Sileſia Vratislavi-
enſi vicinam & ſubjectam trahunt, cum
præſertim Niſſa fluvius ibidem nomen &
locum habeat.

IV. At vero Neiſſa hæc Sileſiæ diſſita ni-
mis a provincia Niſicenſi, ad quam Dres-
deoſem quondam tractum pertinuiſſe pa-
tet. Meminerunt autem provinciæ Niſi-
cenſis Otto I. & Johannes XIII. ille Diplo-
mate *de fundatione Eccleſiæ Miſnenſis*; hic,
fundationis illius Confirmatione. Utrius-
que verba prope conveniunt: *Inde usque
quo idem fluvius* (Milda) *intrat in Albeam, &
ſic ſurſum & ultra provinciam NISIZI ad eun-
dem terminum ſine dubio; nec non in altera
parte Luſizi & Selpoli, illam videlicet infra
eundem*

eundem terminum, & inde in aquam, qua dicitur Odera. Et ſic Odera ſurſum usque ad caput ejus, inde quaſi recta via usque ad caput Albea. Inde deorſum in Occidentalem partem, ubi diviſio confinium duarum regionum eſt, Bebem & NISENEN. Ottonis diploma Moguntiæ anno IↃCCCCXLVIII. Johannis datum anno IↃCCCCLXVIII. qui annus eſt (ut ipſa habet bulla) *majoris Ottonis Imperii ſextus, & minoris primus.* Porro pagi *Niſen* mentionem facit Ditmarus lib. IV. *Poſt hæc,* inquiens, *Henricus Bozlaum, Ducem Bojemorum in cunctis ſuimet neceſſitatibus ſemper paratum cum ſuis adiit, honorificeque ab eo ſuſceptus, cum exercitu ejusdem a finibus ſuis per NISENI & Deleminci pagos usque ad Mogelini ducitur.* Porro Henricus II. anno CIↃXIII. in bulla confirmationis Epiſcopæ Misnenſis, appellat pagum NISICI & *NISEN*, inque ea villam *Brochotinacethla* collocat. In alio diplomate Henrici IV. NISANI vocatur, eidemque attribuitur villa *Lubitowa* in Burgwardo *Bniſtrizzi.* Et in alio ejusdem Regis diplomate in pago NISENI ſub Burgwardo *Woez* plures villæ, & in his *Gozebudi* indigitantur. Complexus igitur hic pagus partem Misniæ ſuperioris & Luſatiæ. Unde hic quoque Eccleſia Niſicenſis, non vero in Sileſia quærenda eſt.

V. Fuit autem olim peculiaris in Præſulatu Misnenſi Archidiaconatus Niſicenſis dignitas: quæ, ut ex dictis colligere eſt, ambitu Eccleſiaſtico Prisnitz, Ketſchenbroda, & multas circumjacentes villas complexa eſt. Olim autem Diœceſis Niſana latius videtur & pene usque Budiſſinam patuiſſe: quod ex laudatis Ottonis I. & Johannis Papæ diplomatibus clarum, ubi *diviſionem duarum regionum Bebem & Niſen* tangunt. Nato tamen Archidiaconatu diœceſios Niſanæ fines forte contracti ſunt.

VI. Palatinatus Saxonici dignitas ſub Regibus Germaniæ Saxonicis videtur nata.

VII. Saxoniæ Palatinatus a Comitibus *Gozezenſibus* ad *Sommerſeburgios* Comites, ab his ad *Henricum Leonem*, ab hoc ad *Thuringiæ Landgravios*, hinc ad *Miſniæ Marchiones* devolutus.

VIII. Palatinatus Saxonicus *Friderico* ejus nominis IV. *quinti* patri, & *Friderici* III. nefarie occiſi filio poſthumo a *Friderico Sommerſeburgio*, quamvis conſangvineo ereptus, & familiæ ſuæ applicatus.

IX. Friderici Sommerſeburgii nepote *Alberto* circa anno Chriſti CIↃCLXXX. ſine liberis defuncto, *Henricus Leo*, Bojariæ atque Saxoniæ Dux potentiſſimus, quod ſanguine ei cohæreret, Comitatus Sommerſeburgii & Palatinæ dignitatis, legitimum ſe hæredem dixit; & *Adelheidæ* Quedlinburgenſi Abbatiſſæ, Alberti ſorori, Wichmanno Archiepiſcopo Magdeburgico Comitatum vendenti vehementer ſe oppoſuit, ipſam arcem Sommerſeburgum funditus evertendo.

X. Henrico Leone a Friderico I. proſcripto, *Hermannus Thuringiæ Landgravius Ludovici* frater, Palatinus Saxoniæ creatus eſt in comitiis Erfurtenſibus. Auctor de Landgrav. Thuring. cap. XXV. Engelhuſius in Chronico pag. 236. Variloqvus Antiquitatum Erfurtenſium MS. ad an. CIↃCLXXXII.

XI. Henrico Thuringiæ Landgravio, Friderico II. oppoſito anno CIↃCCXLVIII. exſtincto, cum Henricus Miſniæ Marchio ſuccederet, ſimul quoque Palatinatus Saxoniæ hæres factus eſt. Et ab eo tempore Miſniæ Marchiones itemque Thuringiæ Landgravii, ac poſt Electores ac Duces Saxoniæ titulum, & omiſſo titulo inſignia Palatinatus Saxoniæ ad præſentem ætatem retinuerunt.

XII. Unicus adhuc in hiſtoria Palatinatus Saxoniæ ſcrupulus reſtat: Quo jure Electores Saxoniæ ſtemmatis Aſcanii titulum Palatinatus Saxoniæ prætulerint. Sic enim in Diplomatibus Doberlugenſibus an. CIↃCCCLXXXVI. legas: Wenceslaus zu Ungern, Weſtfalen, Sachſen und Lüneburg Herzog, Pfaltzgraf zu Sachſen, Grave zu Brene, Burgrave zu Magdeburg, und des heil. Röm. Reichs Ertzmarſchall. Item anno CIↃCCCXLIV. Rudolf des heil. Röm. Reichs Ertzmarſchalck, Albrecht und Wentzlav, zu Angern, zu Weſtfalen, zu Sachſen und Lüneburg Hertzogen, Pfaltzgraven zu Sachſen, Graven zu Brene, Burggraven zu Magdeburg. Et ne putes hunc titulum a Thuringiæ Landgraviis omiſſum, ecce eodem anno Wilhelmus Doberlugenſibus diploma dedit ſic incipiens: Wilhelm, Marckgrav zu Meiſſen, Landgrav in Döringen und Pfaltzgrav zu Sachſen.

XIII. Forte autem Bernhardus Alberti Urſi filius Henrico Leoni exauctorato in Saxoniæ Ducatu beneficio Friderici I. ſuccedens, aut ejus poſteri hunc aſſumſere titulum, quo uſus olim Henricus Leo.

XIV. Si vero beneficio Imp. alicujus etiam hanc dignitatem acceperunt, hodierni Saxoniæ Duces, qui iisdem in dignitate Electorali ac Ducatu Saxoniæ ſucceſſerunt, duplici titulo Palatina dignitate fruuntur.

XV. Datur caſus, ubi qui injuriam intulit, juſtum; qui accepit, injuſtum gerat bellum.

DIS-

DISSERTATIO
De
LUSATIA
EX
ACROASIBUS ACADEMICIS
CONRADI SAMUELIS SCHURZFLEISCH,
PROF. PUBL.

STUDIO ATQUE OPERA
JOHANNIS FRIDERICI VOLLHARDI
COLLATIS EO MONUMENTIS INSTITUTA.

§. I.

Scriptores de Luſatia.

LUſatia a nemine hactenus, præterquam a *Chriſtophoro Manlio Gorlicenſi*, (a) integra deſcripta eſt: quod opus cur hactenus ſuppresſum, ac ne doctisſimis quidem viſum fuerit, ego equidem non miror, qui ejus pariter atque *Abrahami Hoſſmanni* fortunam ſatis cognitam habeam, quæ non permiſit, ut quod hi viri pro veritate cauſæ, ac dignitate patriæ ſuſceperant, ex animi ſententia perficere poſſent.

(a) *Magnopere laudatur a Martino Mylio in annalibus Gorlicenſibus an. 1575. Fuit enim ſummo ingenio, & judicio ſubacto ac maturo, poëta elegans, hiſtoricus inſignis, & diligens Luſatiæ ſcriptor. Ejus epigrammatum liber Pragæ, Bohemiæ metropoli, eſt editus. Poëmatum volumen nondum eſt prælo expreſſum. Commentarios rerum Luſaticarum ſeptem libris diſtinctos compoſuit, quos intereſt expoliri cum cura, & perfici plane atque abſolvi. Ipſe ſibi moriturus tale fecit epigramma, quod in annalibus Gorlicenſibus a viro clariſſimo Chriſtiano Funccio mihi perliberaliter communicatis continetur:*

Quæ tumulum ſervat? pietas. Quis conditur illo?
Scrutator patriæ Manlius hiſtoriæ.

Alius eſt Johannes Manlius, locorum communium collectione notus paſſim atque celebratus. Chriſtophorus ne nomine quidem Martino Zeilero, & aliis, qui indices hiſtoricorum confecerunt, cognitus fuit.

Peuceri Idyllium.

§. II. Inter eos, qui partem Luſatiæ attingunt, facile primas tenet Caſpar Peucerus, vir, cum viveret, eruditione nemini ſecundus, & in hiſtoria Luſatica Chriſtophori Manlii doctor, qui quantam in illa operam collocaverit, docet ejus Idyllium, quo docta totius Luſatiæ ſuperioris deſcriptio continetur. Id vero anno MDXCIV. auctoritate Senatus Budisſinenſis editum fuit, ac meretur, ut diligentisſime ab omnibus legatur.

Melchioris Goldaſti Bohemia.

§. III. Nec tamen me fugit, plures fuiſſe, qui huc incumberent, quanquam aut cedunt Peucero, aut ei atque Manlio aliquid debent. Niſi quod Melchior Goldaſtus cum regni Bohemiæ diplomata manu ſua verſaret, Luſatica pari diligentia tractavit, quorum exempla in codicibus exarata nuper videre mihi contigit, & plura, quam quæ evulgavit Goldaſtus, beneficio inſigni virorum jurisconſultisſimorum Leuberi & Hartranfftii.

Scriptores Hiſtoriæ Luſaticæ.

§. IV. Tum vero huc ſtudii aliquid contulerunt Joachimus Meiſterus, præceptor Chriſtophori Manlii, qui metro concinnavit urbis Gorlicenſis deſcriptionem, a doctisſimo Funccio mihi transmiſſam, Joachimus Cnemiander, & qui ex eo multa hauſit Martinus Mylius, collector annalium Gorlicenſium nondum editorum, Thomas Faber, cujus extant annales Budisſinenſes, Bartholo-

tholomæus Scultetus, Laurentius Ludovicus, Johannes Coqvus. Similiter Bohemiæ, Poloniæ, Sileſiæque ſcriptores (*b*) per ſæpe res Luſaticas monumentis ſuis commendarunt.

(*b*) *Æneas Sylvius, Martinus Cromerus, Joachimus Curæus, ſæpe etiam ex ſcriptoribus noſtratibus Siffridus Presbyter Miſnenſis, Monachus Pirnenſis, ex Boicis Johannes Aventinus.*

Origines Luſiciæ.

§. V. Inter Bohemos Johannes Dubravius, Epiſcopus Olomuzenſis, elegantisſimus gentis ſuæ, & antiquitatis ſcientisſimus ſcriptor tradit, (*c*) antiquitus Serbios, quibus denotat Sorabos, eſſe nominatos, quorum pars fuere Milciani, notatione ſitus a cæteris diſtincti, & pago Niſeni & Büdeſin, unde poſtea Marchia Budisſinenſis dicta eſt, comprehenſi. Propterea non potuit eſſe immemor diplomatum, ab imperatoribus Saxonicis & Salicis datorum, in quibus ſignantur Milciani, haud ſane alii, quam qui hodie Luſatiam ſuperiorem colunt. Eos in ditionem atque poteſtatem ſuam redegit Henricus Auceps, primus ex Saxonibus rex Germanorum, qui populationes Slavorum prohibiturus, Miſniæ Marchiam inſtituit, ex eaque impetum Polonorum Luſatiorumque inhibuit, & tandem virtute auctoritateque ſua pervicit, ut legibus Germaniæ parerent. Graviter Detmarus Merſeburgenſis ſcribit: *Ex ea* (urbe & marchia Miſnenſi) *Milzenos ſua ſubactos ditioni, cenſum perſolvere coegit.* (*d*)

(*c*) *Lib. 2. hiſt. Bojem. p. 14. Nomen Soraborum commune habuerunt ſuperioris & inferioris regionis* (Luſatiæ) *populi, quod fere in deſvetudinem abiit avo Henrici Aucupis, quo Luſatia regni Germanici Marchia provinciaque facta eſt.* * *Non quod ante Sorabos ibi non habitaverint Germani (omnino enim ante eos ibi ſedes atque domicilia ſua habuere Svevi) ſed quia poſt Germanos in eas terras Sorabi, Slavorum, qui in Germaniam magnam migravere, portio, longe lateque penetrarunt, atque adeo non aborigines, ſed advenæ illic locorum fuerunt. Vid. Maul. comment. rer. Luſat. lib. 1. col. 13. 14.* Linguæ Teutonicæ uſum primus in eam regionem *invexiſſe memoratur Albertus Urſus, apud Manlium lib. 4. col. 53.*

* Erneſtus Brotuff. perperam cenſet a Lothario II. eam Marchiam eſſe inſtitutam.

(*d*) *Iidem Milzeni, qui alias Milciani appellantur, a quibus nomen ſortita eſt Marchia Milzavia (Milcienia) quæ & Budisſinenſis dicitur, ac Svevo, quem vulgo Spream vocant, rigatur, ſerius Luſatiæ titulo ornata, quod vel ſolum diploma* incorporationis Caroli IV. *teſtari ſatis poteſt. De* Luticiis *exiſtimat Albertus Cranzius, Luſatios eo nomine antiquitus eſſe denotatos, lib. 5. Sax. cap. 1. Nec dubitat Peucerus ipſis attribuere Luſatiam inferiorem. Conſ. Henr. Meibomius de pagis Saxoniæ in pag. Luzici. Quanquam ex Helmoldo liquet, illos eſſe eosdem cum Wilzis, & ſane multo amplius patuiſſe. Vid. Manlius Comment. lib. 1. col. 15.*

§. VI. Sunt, qui putent, partem Sleſiæ fuiſſe, cujus ſententiæ eſt Albertus Cranzius, (*e*) quod multis ac ſolidis argumentis atque rationibus licet refutare; quandoquidem a finibus Sileſiæ ſecernitur Quiſſo, Bobera & Niſſo amnibus. Idque ut pro certo habeatur, plurima faciunt monumenta, quæ in hac quæſtione finium regundorum mihi adjumento atque uſui fuerunt.

An Luſatia pars Sleſiæ?

(*e*) *In præfat. Saxon. Quæ cauſa fuit, cur affirmaverit Chriſt. Manlius, Cranzium vulgi ſermonibus deceptum, opinionem eam animo imbibiſſe. Errore forſan inde orto, quod pars Luſatiæ fuit ſub Henrico barbato Sileſiæ Duce, quæ poſtea jure pignoris ad Aſcanio-Brandenburgicos, hinc ad Bohemos pervenit. V. Manlius comment. lib. 3.*

§. VII. Fuitque hæc præcipua ſemper Luſatorum cura, ut quanto poſſent opere, limitem tuerentur, atque ea de cauſa nomen duriſſimæ gentis ſortirentur. (f) Quod illuſtri Abbatis Oybinenſis documento proditum eſt, qui Uladislao cœnobium Oybinenſe Bohemiæ vindicaturo, acerrime in comitiis Olomucenſibus contradixit, ac vicit ejus ſententia, quod perſequitur Chriſtoph. Manlius, & cumulate ſatisfacit argumentis, ex charta manuſcripta depromtis. (g)

Luſati duriſſima gens.

(*f*) *Coſmas, Pragenſis Eccleſiæ Decanus, in Chronico Bohemorum ex bibliotheca Marquardi Freheri prælo Wechel. expreſſo, pag. 11.*

(*g*) *lib. 7. comment. p. 144. Haud vero omittendum eſt, dynaſtiam Budſetiæ prius in patrimonio majorum Dedonis fuiſſe, quam fuit Marchia Budiſſinenſis, quippe quæ præfecturam duntaxat a regibus atque imperatoribus inſtitutam deſignabat, priusquam utraque vero & perpetuo jure conjungeretur. Neque exiſtimandum eſt, cum Budſetiis detracta eſt Luſatia ſuperior, omnes ſimul ejus partes detractas eſſe: ſaltem enim iis relicta ſunt poſſeſſiones atque dynaſtia Rotenburg, Moſkau, Hoyerſvverda, Camentium.*

§. VIII. Sed, ut vices rerum humanarum ſunt, fines Luſatiæ non ſemper iidem

Fines Luſatiæ.

dem

dem fuerunt, neque fortuna ſemper iſti populo indulſit, ſive æmulatione vicinorum, ſive ingenio gentis, quæ-externa arbitria non facile paſſura erat. Propterea Domus Luzemburgica, quæ augendæ ſuæ potentiæ rationes optime callebat, titulo connubii atque belli (*b*) regno Bohemiæ potita, utramque Luſatiam, quæ antiquitus ad Marchiones Miſniæ pertinuerat, honeſtis conditionibus obtinuit, & fide ſervandorum privilegiorum data, novis atque felicibus auſpiciis conjunxit. Ita factum, ut Luſati inde a Johanne Bohemiæ rege uſque ad imperatorem Sigiſmundum, in quo ea ſtirps defecit, Regibus Bojemo-Lucemburgicis ſacramentum dicerent, & obſequia cum tranquillitate conjuncta ſervarent.

(*b*) *1. Eſt titulus electionis, quippe qua regnum Bohemiæ pariter, atque acceſſiones ejus concernit, poſtquam extincta eſt familia veterum Bohemiæ Ducum atque regum Czecchiorum, qui per annos DLXXXIIII. ſummam rerum ibi tenuerunt: 2. beneficiaria conceſſionis regni Bohemiæ, quod Germania* feudale *eſt, cui Luſatia, Marchionibus Miſniæ olim intercepta, ſub illud tempus eodem jure annectebatur: 3. Connubii inter Johannem Lucemburgicum, & Eliſabetham regni Bohemiæ heredem, contracti: quandoquidem ejus ſoror natu major propter Ducem Carinthiæ, in regni Bohemiæ jura iniquum, cui illa nupſerat, a regno eſt excluſa. 4. Belli, quod titulum inter omnes gentes validum habet, quo jus adeo ab Eliſabetha regni herede, & regni Ordinibus, veris atque vivis ejus membris, pro parte ſaltem electionem habentibus, ac demum ab imperatore, tanquam ſupremo illius regni beneficiarii domino acquiſitum, & ad Johannem delatum, & inveſtitura Henrici VII. imperatoris ſolenniter firmatum, atque contra æmulum hoſtemque Henricum Carinthiæ Ducem eſt defenſum. Vid. Martinus Boregk Chron. Bohem. part. 1. p. 247. 289. Wenceslaus Hagecius Chron. Bohem. part. 1. p. 376. 377. 378. 379. 380. 395. Eo ſpectant tabulæ, quibus Johannes Luzelburgicus* Marchiam & provinciam Budiſſinenſem & Gorlicenſem (*quarum hanc antiqui in Luſatiam ſuperiorem juris teſtem Friderico gravi, qui recuſato Judithæ, Johannis filiæ connubio, & poſtea regnante Carolo IV. domus ſuæ commodum neglexerat, armis eripuit*) *ſibi tanquam* immediato & naturali domino *ſubditam ordinavit, & leges conſtituit atque confirmavit. Huc reſpexit Carolus Johannis filius, quando promulgavit diploma* incorporationis, in quo comprobatur, *Marchiam Budiſſinenſem & Gorlicenſem ab antiquo ad coronam & regnum Bohemiæ pertinuiſſe: apud Melch. Goldaſtum append. document. pag. 75. Quæ verba uſitatum Caroli IV. ſtylum ſignant, & in diplomate Gerlaci Archiepiſcopi Moguntinenſis eodem anno (1355.) dato repetuntur, & paulo explicantur atque confirmantur. Hic tantum venit in quæſtionem, quid vocabulis* ab antiquo* *denotetur: & unde initium ejus juris ſit numerandum, ratione cujus poſtliminium in Marchia Budiſſinenſi & Gorlicenſi allegatur. Mihi certis argumentis conſtat, non poſſe illud intervallum porrigi ultra tempora Henrici IV. Salici, quippe ante quem non fuere in Bohemia reges, & ipſo etiam Coſma Pragenſi teſte, anno 1086. Vratulaus ex Duce Bojohemiæ rex ab Henrico IV. eſt creatus, etſi nondum eo tempore hereditarius ejus dignitatis titulus cœpit, ac certe Vratislai frater, liberi, nepoteſque uſque ad Vratulaum II. id eſt, ab anno 1086. uſque ad 1159. Duces dicti fuerunt. Conf. cum Coſma Hagecius an. 1086. Nunc quam late pateat poſtliminii intervallum, inter Marchiones Brandenburgo-Aſcanios, & reges Bojemo-Lucemburgicos, a quibus contemplatione Bojemo-Czecchiorum aſſeritur poſtliminium, breviter eſt videndum. Sane epocha regii tituli ab Vratulao, ſaltem pro ejus perſona intellecti, perpetui autem, atque hereditarii a Uladislao II. numeratur. Dabo itaque vocabula,* ab antiquo, *ample ſumenda, & ad Uratulaum, primum regii tituli acquirentem, eſſe referenda: non tamen ex eo ſequetur, primos Luſatiæ acquirentes fuiſſe Czecchios, propterea quod rationes intervalli, quo hi Marchiam Budiſſinenſem conceſſione Henrici IV. acquiſitam tenuerunt, non plures, quam ducentos annos conficiunt, facta quidem temporum ab anno 1086. uſque ad 1286. ſupputatione. Marchia Gorlicenſis, quæ regionis ſuperioris, poſtea Luſatiæ quoque dicta pars eſt, Friderico gravi erepta, paulo poſt ad Bohemiam acceſſit. Regio inferior, quæ ſuo & proprio nomine Luſatia appellatur, neque Czecchios Duces, neque reges dominos habuit, donec Friderico admorſo intercepta, ex patrimonio Wettinenſi in ditionem Brandenburgo-Aſcaniam atque exinde in poteſtatem regum Bojemo-Luzelburgicorum, qui aborigines Czecchios interjecto duntaxat Henrico Carinthio, in eo regno exceperunt, & per Johannem Bohemiæ regem primo ſuperiorem, deinde inferiorem Luſatiam ex inauguratione beneficiaria Ludovici IV. Imp. cognomento Bavari acquiſiverunt. Etſi enim a patre Henrico VII. in veram atque legitimam beneficiariam regni Bohemiæ poſſeſſionem inauguratus fuerat, tamen Luſatiam obtinuit demum ab exceſſu patris & ritu atque lege beneficiaria accepit primum a Ludovico IV. imperatore, eam filio Ludovico, qui Romani cognomine diſtinguitur, attributuro, & perinde ac ſeptemviratum Brandenburgicum, in patrimonium ſuæ gentis addicturo, ſi tuto licuiſſet per Lucelburgicos, qui in ea cau-*

* Ibidem per dudum declaratur, aliquando etiam omittitur.

ſa intercedebant, & propter Bohemiam familiæ ſua acquiſitam jus poſtliminii ratione Marchiæ Budisſinenſis allegabant, ac poſtulatu ſuo efficiebant, ut Ludovicus non perinde cum Marchia Luſatia, atque cum Marchia Brandenburgica ageret. Quod cur non æque hic, ac ibi, factum fuerit, neque Ludovicus Bavarus æque Luſatiam, atque Marchiam Brandenburgicam, vindicaverit, quam tamen extincto Waldemaro, ex familia Aſcanio-Brandenburgica ultimo, jure caduci vindicare potuiſſet, haud dubie cauſa fuit motus, cum propter fundatam ex propinquo Luzelburgicam potentiam, tum propter prætenſum poſtliminii jus, quod vacante etiam dominis ac hæredibus Marchia Budisſinenſi, Johannes Bohemiæ rex aſſerebat. Sane quam eſt manifeſtum ac diplomate in eam rem edito probari poteſt, Marchiam Budisſinenſem a Ludovico Bavaro in Johannem ritu jureque beneficiario collatam eſſe. Similiter veris auctoribus conſtat, Budisſinenſes anno 1319. & Gorlicenſes anno 1329. in verba Johannis Bohemiæ regis juraſſe, apud Johannem Abbatem in chron. an. 1319. Mart. Boregk part 1. pag. 299. Chriſtoph. Manlium comment. lib. 6. col. 79. Wenceslaum Hagecium chron. Bohem. part. 1. pag. 395. conf. Caſp. Peucer. idyll. an. 1319. 1320. Anonymi chronicon Marchionum utriusque Luſatiæ in periodo regum Bohemiæ ſtirpis Lucemburgicæ: Melchior Goldaſtus de regno Bohem. lib. 3. cap. 16. n. 37. Martinus Mylius tradit, Ludovicum Bavarum eo quoque ex promiſſo fuiſſe obligatum, propterea quod is Johanni propter auctoramentum navandæ ſibi operæ ac dandi ſuffragii ſeptem viralis pollicitus fuiſſet luculentam bonorum Waldemari partem, ſi, quod eventus approbavit, nulla prole auctus decederet, in annal. Gorlicenſ. ſcripſ. pag. 128. Pari fato Luſatia inferior, quam Valdemarus Friderico admorſo Miſniæ Marchioni ademerat, eo an. 1319. ſine liberis mortuo, Johanni Bohemiæ regi acceſſit, non poſtliminio, ut placet Manlio; ſiquidem* *Comment. lib. 4. col. 63.* *ea nunquam ducum regumque Bohemiæ provincia fuit, & poſtquam ad Aſcanio-Brandenburgicos pervenit, jus in eam non a regibus Bohemiæ, ſed a Marchionibus Miſniæ derivatum, & Friderici admorſi ceſſione in Valdemarum, Aſcanio-Brandenburgicæ gentis ultimum collatum eſt atque confirmatum. Unde factum arbitror, quod Luſatia inferior, quamlibet a Johanne acquiſita, & regno Bohemiæ adjuncta, haud perinde, ac Luſatia ſuperior nominata fuerit in inſtrumento incorporationis Carolino anno poſt natum Chriſtum M CCC LV. indict. octava, VII. Id. Octob. edito. Nec eſt facile, quem lateat, Luſatiam inferiorem, ut ut ſæpe etiam mutarit dominos ſuos, nullum tamen ex Ducibus atque regibus Bohemiæ dominum habuiſſe, quod per ſubjecta exempla ac periodos, quibus ibi ſuum quisque principatum nomine atque titulo Marchionis tenuit, nunc a me poſſet demonſtrari I. Periodus memoratur ſtirpis Ringelheimenſis in Siffrido, aliis Sigefrido. II. Comitum Stadenſium in Gerone, Chriſtiano, al. Carſterio, Detmaro I. Detmaro II. ac Ottone liberorum experti. III, Budſetiorum Dedonis, Henrici ſenioris, & Henrici poſtumi, ſive junioris. IV. ex familia Danica Viperti & Henrici ejus filii. V. Comitum Wettinenſium, poſtea Miſniæ atque Luſatiæ Marchionum, Conradi I. Diterici, Dedonis II. Conradi II. Diterici II. quam ſucceſſionem paulo interruperunt Sileſiæ Duces,* Boleslaus Henrici barbati filius, & Boleslaus cognomine ſævus: inde poſtliminio Marchiones* *Joach. Curæus annal. Sileſ. p. 264. Chriſtoph. Manlius Comment. lib. 3. p. 46. ſeq.* *Miſniæ, Henricus illuſtris, conceſſu atq; beneficio Friderici II. Imp. primus in ea familia Landgravius Thuringiæ ac Saxoniæ Palatinus, & quod ex diplomatis manuſcriptis didici, celebris in Saxonia* Commendæ Dömitzenſis *conditor, Diterieus pinguis, Dizmannus, ac denique Fridericus admorſus, cui Valdemarus inferiorem Luſatiam in univerſum ademit. VI. Aſcanio-Brandenburgicorum, Ottonis Pii, qui bello Miſnico, cum Alberto degeneri, atque filiis ejus geſto, inſignem inferioris Luſatiæ partem, & a Boleslao ſævo quoque ejusdem haud ignobilem orientalem portionem eſt conſecutus, Ottonis longi, Hermanni, Johannis illuſtris & Valdemari hujus propaginis, quæ ex Alberto Urſo per Ottonem deſcendit, ultimi, qui demum anno 1317. omne, quod in Luſatia inferiori Miſnenſibus reliquum fuerat, iisdem bello eripuit, ceſſionemq; illius provinciæ Friderico admorſo extorſit. Vid. Manlius comment. lib. 4. & 5. Chronicon Marchionum utriusque Luſatiæ ſupra allegatum. Unde intelligitur, Johannem Luzelburgicum ex alia cauſa acquiſiviſſe Luſatiam inferiorem, atque acquiſiverat Luſatiam ſuperiorem, &, quod certis liquet monumentis, eam non propter Bohemiam, neque adeo poſtliminio eſſe acquiſitam. Qua de cauſa factum eſt, ut longe poſt Johannem Luzelburgicum, ex regibus Bohemiæ primum acquirentem Luſatiæ inferioris, Wenceslaus ejus ex Carolo nepos, quatuor hujus Provinciæ Ordinibus ſingulari privilegio caveret de* incolis nunquam a corona regni Bohemiæ quovis modo avellendis atque alienandis.* *Non ideo, quaſi Luſatia inferior olim, & ante Johannem ad Bohemiæ regnum pertinuiſſet (nam ſi hue pertinuiſſet, eodem poſtliminii titulo in inſtrumento* incorporationis *æque, ac Marchia Budiſſinenſis & Görlicenſis incluſa fuiſſet) ſed quia duntaxat primo, & ſine mentione interioris atque civilis cum Bohemia nexus ab avo ipſius acquiſita, tunc demum pari & æquo incorporationis Bohemicæ jure cenſebatur.*** *Alioqui certo cognitum eſt, poſtliminium quoque ratione Luſatiæ ſuperioris*

*Manlius l. 7. rer. Luſ. p. 102.

** Manlius lib. 2. comment. p. 28. inprimis au-

con-

ſem Budiſſinæ inſidiati ſunt Poloni, quam Boleslaus Chrobrius ab exceſſu Eckhardi I. Marchionis Miſniæ expugnavit, Manlius itidem p. 29. Chron. Marchionum utriusque Luſatiæ in Boleslao Chrobri, quæ vox arcis notione venit.

contineri certo, quod paulo ante definivimus, intervallo, ſiquidem multo ante reges Bohemiæ Luſatiam ſubegerunt Saxones, poſtq; hos tenuere Marchiones Miſniæ, quibus eam primum anno 1086. præripuit Henricus IV. Salicus, & Bohemis, ad quos neque ſtirpis, neque ſucceſſionis jure pertinuit, attribuit. Quod quomodo factum ſit, non mirabitur, qui conſiderat turbatum ejus temporis ſtatum, quo Henricus IV. geſſit imperium, afflictum certo ac perpetuis diſſidiis agitatum. Eam vero occaſionem adepti Bohemi, ipſam etiam Miſniæ Marchiam ſæpe ſunt aggreſſi, ac impetu eo facto, multa detrimenta ei regioni intulerunt, quod Pirna atque aliæ Bohemis finitimæ urbes plus ſatis teſtantur.

An in patrimonio electoris Bohemiæ fuerit Luſatia?

§. IX. Cæterum ex quo Luſatia cum regno Bohemiæ conjuncta fuit, inventi ſunt, qui putarent, pro ea parte, qua audit inferior, in regis Bohemiæ, in quantum Septemviri, patrimonio deputatam fuiſſe. Qui error unde ortus ſit, varia equidem opinio eſt: mihi ſufficit demonſtrare, reges Bohemiæ diu ante dignitatem eligendi Cæſares habuiſſe, quam conſequerentur inferiorem Luſatiam, quippe quæ acceſſit quidem regno, poſtquam mutavit ſuos dominos, ſed pars Bohemici *Electoratus* nunquam facta eſt, & provincia duntaxat Bohemiæ evaſit, ac ex alia cauſa atque diverſis ab *Electoratu* rationibus acquiſita, & regno attributa ſane atque adjuncta, *electoratui* autem, qui nullam diviſionem recipit, minime innexa fuit. (*i*)

(*i*) *Regnum Bohemiæ accurata notione diſtingui ab* Electoratu *debet, avelli autem ab eo, conſtituto Electorum ordine, non poteſt. Quod autem neque Luſatia inferior, quæ hic cumprimis in quæſtionem venit, neque ſuperior* Electoratui *Bohemico illigata ſit, vel ex eo oſtenditur, quod regnante in Bohemis Ottogaro II. jus Electoratus Bohemici acquiſitum & Filio ejus Wenceslao tabulis Rudolphinis A. MCC XC. ratione Bohemiæ confirmatum fuerit, quo tempore Luſatia inferior erat in ditione Marchionum Miſnenſium, ſuperior autem parebat Marchionibus Brandenburgicis ſtirpis Aſcaniæ. Poſtea vero, quam utraque Luſatia in Johanne Lucelburgico regno Bohemiæ acceſſit, nil in ea re eſt immutatum: quandoquidem omnes ejus in eo regno ſucceſſores non aliter* electoratus *Bohemiæ munus geſſerunt unquam & adminiſtrarunt, quam ratione regni Bohemiæ, quippe ratione cujus* archipincernatus, & deinceps quartus electoratus *inſtitutus eſt atque confirmatus. Quapropter ſanxit Rudolphus I. Habsburgius,* ipſum regem Bohemiæ imperii debere pincernam exiſtere, & jus ac officium pincernatus apud eum, nec non ejus hæredes jure hæreditario reſidere. Extitit etiam dilucide declaratum, prædictum regem Bohemiæ, & ſuos hæredes in electione regis Romanorum, futuri imperatoris, cum cæteris electoribus habere, ad ſimilitudinem aliorum electorum, eligendi plenarium jus & vocem, *in diplomate an. 1290. Wenceslao regi Bohemiæ Erfurti dato, atque ab Hagecio in ſermonem Germanicum converſo, Chron. part. 1. an. eod. Neque eo ſecius conſtitutum eſt in ſanctione pragmatica Caroli IV.* de electoribus *tit. 4. ubi regi Bohemiæ, in quantum regi, ſuffragium* electorale *confirmatur. Nec moramur auctoritatem Speculi Saxonici, regi Bohemiæ electionem detrahentis, lib. 3. cap. 57. cum quo conſentit Abbas Stadenſis, ætati illi, qua conſcriptum eſt ſpeculum, ſuppar, an. 1240. Nam multa ſunt ejus ſpeculi commemorationes, quæ neq; antiquitatis monumentis, neque diplomatum fide approbantur. Neq; hic opera pretium eſt circumſpicere commodam ſpeculi interpretationem, quando conſtat, & demonſtrari poteſt exemplis, multa in eo commentitia atque falſa contineri. Quanquam ſunt, qui ex Matthia Hupfuff, cujus liber titulo* Käyſ. und Königl. Land- und Lehn-Rechte *anno 1503. evulgatus eſt, conficere poſſe ſe exiſtimant, prædictum ſpeculi caput non intelligi de omni rege Bohemiæ, ſed duntaxat de eo qui neque per patrem, neque per matrem originis Teutonicæ fuiſſet. Abbas Stadenſis in ea parte Epkonem Repkovium, ſpeculi illius compilatorem haud dubie ſecutus, commentum illud fide ejus auctoris, cujus æqualis erat, & forſan in compilando ſocius adjutorque, ad ſe perlatum propagavit, ſcriptor cætera in rebus actisque, quæ in Friderici II. tempora inciderunt, eximius, atque ad eruendam ſeptemviratus Germanici originem, & ad iſtius ævi, quo vixit, facta eventaque ſingularia cognoſcenda aptus cumprimis idoneusque.*

Nexus cum regno Bohemiæ.

§. X. Sed ex quo utraque Luſatia in regum Bohemiæ ditione fuit, hoc conſecuta eſt ex pacto *unionis* atque fœdere, (*k*) quod regibus iisdem cum vicinis Principibus fuit, ut ea conjunctio & magno ipſi uſui, & præſidio eſſet. Non quia putemus, Bohemiæ ſeptemviratui fuiſſe innexam, quod rejecimus paulo ante, ſed quo intelligatur, ejus ad regnum Bohemiæ acceſſione, communem utriusque defenſionis cauſam, & pari æquoque jure tutos fines fuiſſe. Quem fructum tantum abeſt ut amiſerit, poſtquam in ditionis Saxonicæ (*l*) fines deſcripta eſt, ut quoque firmum ac perpetuum hodieque capiat, reddita antiquis

Dominis, & in eum ſtatum evecta ac poſtliminio adducta, ut & legibus atque inſtitutis ſanctiſſimis floreat, & rebus fortunisque ſuis pacifice fruatur, ingeniaque liberalia ac decora excitet quotidie atque ornet, & literas pariter atque optimum cultum æquiſſimo Principis imperio benigne foveat atque tueatur.

(*k*) *Res paulo a primordio eſt repetenda. Reges Bohemiæ, iidemque veri Germaniæ Electores fœdere Electorum, quod primum anno M CCCC XXXIIX. Francofurti ad Mœnum initum, deinde anno M CCCC XLVI. ibidem repetitum atque confirmatum,* * *& poſteris annis Gelnhuſii ac Vormatiæ Vangionum redintegratum, ac noviſſima ſanctione Cæſarea Leopoldina iterum ſtabilitum atque perpetuo conſervatum fuit, non ſunt comprehenſi. Non ut de jure electoratus Bohemici detrahatur, ſed ob cauſam longe diverſam, quæ turbata poſt Sigismundi mortem ac diviſa in partes Bohemia, non patiebatur, ut cæteri Electores in re optima moras necterent, & fœdus atque unionem fraternam eousque differrent, donec inter Bohemiæ Ordines, atque Albertum II. Sigismundi jam defuncti generum, atque in eo regno ſucceſſorem* * * *ab omni parte conveniſſet. Ac ſane ex commentariis avi illius, & rebus eventuque liquet, fœdus illud non ad faciendam deteriorem regis Bohemiæ conditionem coaluiſſe, tum quod ad ejus ſocietatem quoque invitati ſunt alii inferiores Ordines, tum quod Albertus II. ſummo ſtudio coleretur ab Electoribus, & propter Bohemiam atque Auſtriam, in quibus arx & propugnaculum ſalutis Germanicæ eſſet, augusto Romanorum imperio, quod ab anno 1308. uſque ad 1437. a domo Auſtriaca abfuerat, quaſi poſtliminio perfrueretur, & in ea ſtirpe divinitus proviſa dignitas ad noſtram ætatem continuaretur. Quamobrem reges Bohemiæ ſarcire hoc aggreſſi, quod ſuperiorum calamitate temporum neglectum fuerat, pactione cum viciniis Electoribus facta, commodam ſecuritatis regni & provinciarum extra regni acquiſitarum rationem atq; viam inierunt, ac ſocietate* perpetuæ *unionis* ſibi adjunxerunt Electores Mnguntinum, cum quo nuper renovata inſtaurataque eſt, *** Saxonem, quam redintegravit **** Mauritius, nec non Palatinum, Brandenburgicum, *quorum hæc eſt conjunctio atque nexus, ut regno Bohemiæ de certo auxilio contra hoſtes ferendo teneantur. Quod pari ratione ad Luſatiam, cum illigata eſſet Bohemiæ, pertinebat, neque nunc ceſſat, cum eſt Saxonicæ ditionis, propterea quod mutua ea ſit obligatio, & commune utriuſque commodum ac ſalutem tueatur. Præter hujus pacti religionem utrosque vicinos etiam vinculum beneficiarium, quo ratione Luſatiæ colligantur, monet atque hortatur ad communem hanc opis mutuo ferendæ cauſam.*

* Hoc nominatur in unione Electorali Vormatiæ 1521. corroborata, apud Goldaſt. Reichshandl. part. 8. ad d. an. Prius autem, quod aliunde conſtat, iis verbis nnn negatur eſſe factum. Cujus quantus ſit vigor, docet capitulatio Leopold. §. 6. ubi & unio Electorum generalis & ſpecialis, quæ Rhenana audit, ſacramento Cæſareo confirmatur. Quin & bello hoc ſociali pro juſtitia armorum cum Palatino contra Gallos ſociatorum unio generalis, die Churfürſtl. Vereinigung. ſemel iterumque publice eſt allegata.

** Electores Saxoniæ ex pacto, quod indicat pax Pragenſis §. An. clↃ IↃc XXXV. die trigeſimo Maji inito, & Görlicii poſt promulgato, firmo perpetuoque jure retinendam utramq; Luſatiam conſecuti ſunt, non quidem ut eſſet acceſſio Saxonici electoratus, quippe qui diu ante perfectus atque completus fuit, & ſanctione publica quoque jus individuum accepit, ſed ſeparata ex cauſa, & titulo ſatisfactionis impenſarum in bellum Bohemicum factarum, quæ tales ac tantæ erant, ut non pretio dato, aut numerata pecunia, ſed ceſſione earum provinciarum, quas Miſniæ Marchiones, nondum electoratu aucti, antiquitus poſſederant, ac titulum poſtliminii nondum plane obliti fuerant, rependerentur. In quam rem digna eſt, ut legatur transactio inter Cæſarem Ferdinandum II. Domumque Auſtriam, atque inter Electorem Saxoniæ facta, ac monumentis commendata. Ubi cum JOHANNES GEORGIUS I. nominatur primus acquirens utriusque Luſatiæ, comparate id ac eo quidem ſenſu eſt intelligendum, ut Luſatia, poſtquam a Marchionibus Miſniæ abalienata, penes externas familias fuit, non quidem primo in univerſum, ſed primn ſaltem poſt dictas externorum acquirentium mutationes per JOHANNEM GEORGIUM I. veteri ſtirpi, in qua utriuſque Luſatiæ dominium continuari debuit, acquiſita eſſe intelligatur. Enimvero certis atque incorruptis tabulis probari poteſt, utramque Luſatiam, quæ diverſo poſt tempore Miſniæ Marchionibus ſubtracta eſt, ad eosdem vero atque indubitato jure pertinuiſſe. Quod non ſignificant mndo, ſed etiam declarant diplomata Cœnobii Dobirlugenſis, in quibus & duæ hæ Marchiæ vocabulis certis atq; ſignificantibus ab ſe diſtinguuntur, & præſcripto earum titulo, ſub unius imperio civili atque legitimo dominio conjunctæ memorantur.

Titulo Erblicher Tradition-Receſſ.

*** Henricus Brewerus hiſt decennal. lib 3. p. 182. De ceteris conf. Gold. de regn. Bohem. lib. 6. cap. 13. & 18.

**** Hujus mentio fit in traditionis receſſu 1635. 30. Maji Pragæ facto, & Görlicii

pro-

promulgato. A Mauritii exceſſu ea unio inter Ferdinandum & Auguſtum denuo confirmata eſt an. 1557. 13. April.

Jura Luſatiæ.

§. XI. Ac ea etiam prioribus retro temporibus non ſecus, atque ipſe Bohemia, cujus longo tempore acceſſio fuit, Saxonico jure & inſtitutis conſentientibus uſa eſt, ac diu ſummum tribunal Magdeburgi, ubi olim jus Saxonicum externis quoque regnis ac provinciis reddebatur, habuit: (*m*) deinde quum regnante in Bohemia Ferdinando I. Magdeburgi, cum pœna proſcriptionis multaretur, inſtitutus eſt Pragæ Senatus provocationum, qui ultimo pronunciaret de cauſis controverſis, neque iis tantum, quæ in Bohemia diſceptabantur, ſed quoque decideret ac ſtatueret de rebus, quæ in Luſatiæ foro judicatæ eſſent. *Poſtea vero, quam Luſatia ad Domum Saxonicam rediit, ſic ei conſultum eſt atque proviſum, ut jus provocandi ad Electorem* Saxonem habeat, & ſub ejus principatu imperioque dignitatem antiquitus inſtitutam teneat, quod a nullo tribunali externo, neque ipſo Spirenſi auguſto in jus vocari poſſit.

(*m*) *Wichbildum, ſive jus Magdeburgicum, cujus nomen auctoritasq; adeo apud multos valuit, ut ejus origo atque ſcriptura Ottonibus Magno atque Ruffo ejus filio accepta referrentur, ſed quod ex genere ſcriptionis eſellat facile, qui & actorum, & diplomatum Ottonianorum ſit gnarus, atque expendat recte, qualia ſint, quæ in argumentum ejus fabula aſſumuntur: recte nihilominus ibi traditum eſt,* * *uſum juris Saxonici & fuiſſe quondam apud Luſatos, & manſiſſe usque ad ætatem Ferdinandi I. regis Bohemiæ atque utriuſque Luſatiæ Marchionis. Quod quemadmodum factum ſit, diligenter explicatum eſt a Nicolao Henelio, erudito Sileſiographiæ auctore, cap. 8. p. 101. Nam uno eodemque tempore, Sileſia, de qua commentatur Henelius, & Luſatia, quæ mihi memoratur, jus Magdeburgicum uſurpare deſierunt, ſiquidem hoc præceperat atque edixerat Ferdinandus I. ut inpoſterum provocantes jus peterent a ſupremo tribunali Pragenſi, ac deſiſterent ſuperiori conſvetudine, atque judicio ab ſe in Bohemia, cui tunc Luſatia annexa erat, inſtituto uterentur. Ex qua re magnum detrimentum cepit Magdeburgum, & eo ſtatu, quo a Carolo V. proſcriptum erat, hanc quoque ad ſuperiores calamitates acceſſionem ſenſit, quod nunc omnes atque ſingulæ Venedorum regiones ſuum atque proprium provocationum tribunal haberent, & temporibus alioquin ſibi luctuoſis, & confuſo plane perturbatoque urbis ſtatu, ſciret atque intelligeret Ferdinandus I. idem ſibi licere, quod olim licuiſſet regi Poloniæ Caſimiro, de quo eſt apud Mart. Cromerum rer. Polon. lib. 26. cap. 12. p. 606. edit. Piſter. unde repetiit Salomon Neugebauer, lib. 3. hiſt. Polon. p. 205. ed. Hanov. p. 205. Quod documento ſit, Saxones omnes fere Venedorum provincias Poloniam, Bohemiam, Livoniam, Pruſſiam, Pomeraniam, Sileſiam, Luſatiam aut cultu atque Legibus, aut commercio eorum conſvetudine mitigaſſe, ac linguæ Teutonicæ uſum longe lateque inter eas amplificaſſe, quod de Luſatia certis liquet argumentis, quippe quam Albertus Urſus & legibus,* & nitore *ſermonis patrii ornavit, ac deletis ejectisque Wendis, multo cultiorem effecit atq; elegantiorem. Wendi enim, poſt Svevos, antiquiſſimos Germaniæ populos, qui harum terrarum olim fuere aborigines, in oras eas ſubierunt, & linguam una ſuæ gentis attulerunt, Manlius lib. 4. comment. fol. 53. Fuitque in ſequenti tempore tantum odium in Venedos, ut hi neque pro ingenuis haberentur, & civili natalium dignitate privarentur. Goldaſt. de Reg. Boh. lib. 4. cap. 13. n. 5.*

* Art. X.

Venit Luſatia ad Saxonem.

§. XII. Sub Auſtriis, quatenus moderatio viguit, diu tranquilla fuit ac florens, poſtea ad Saxonem honorificis conditionibus tranſiit, quum diſſidia, quæ ad publicam perniciem ſpectabant, compoſuiſſet, & auctoritate apud Ferdinandum II. interpoſita, jura atque privilegia religionis, propter quæ ſumma rerum Bohemicarum turbata fuerat, provido futuri animo conſervaſſet, & quod ejus meritis datum eſt, dignitatem fortunasque ſalvas ab Cæſare pactus fuiſſet. Ab eo tempore Saxo has provincias jure hypothecæ ſibi obnoxias accepit, ex iisque emolumenta tantiſper habuit, dum titulo perpetui ac ſempiterni dominii ſub lege beneficiaria a Cæſare tanquam rege Bohemiæ attributas anno, quem ſupra nominavi, XXXV. conſequeretur, & pacatas in officio atque fide retineret, (n) ut qui ſciret, quantis impendiis eæ provinciæ ſibi conſtarent, quantumque potentiæ ſuæ in vicino illo limite præſidium eſſet.

(*n*) *Tabula ſuper jure beneficiario Luſatiæ, anno 1653. Görlicii promulgata, ſacramenti beneficiarii atque ſubjectionis formulam continent, juxta quam eo prorſus modo atque ratione tenentur Electoribus Saxoniæ, qua olim tenebantur regibus Bohemiæ, tanquam Luſatiæ Marchionibus, quod ceſſione regum Bohemiæ, ac ſingulari transactione cum regibus Bohemiæ, tanquam Marchionibus Luſatiæ inita, acquiſiverunt, & libertatem religionemque exemplo Vladu-*

Vladiſlai, Ferdinandi, Maximiliani, Rudolfi, tutati ſunt. Ut Ludovico Camerario * *non fuerit cauſa, quamobrem in ea parte coargueret Saxonem, vir alioqui nimius animi, & in Auſtriam Saxonicamque domum tanto iniquior, quod ſuis conſiliis, quæ nil medium relinquebant inter præcipitia & ſumma, utraque adverſabatur, & conjunctis viribus reſiſtebat. Etenim officii ſui ducebat Elector, ſciſſa factionibus Bohemia & republica per diſſenſiones diſtracta, juſta Cæſaris cauſa ſervire, & immoto animo ſtare contra ſeculi mala, ac prohibere ruinam vicinæ domus cum viciniæ, tum obligationis ſuæ cauſa. Imperiti ſunt, qui nihilo ſecius temere pronunciarunt, ac nil ſocialis Electoris bello quæſitum opinati ſunt, quam belli ſtipendium Luſatiam, quod contendit P. Piaſecius, hiſt. ſui temp. an. 1620. Multo enim interiores ejus rei rationes fuerunt, & tales quidem ac tanta, ut Cæſaris Electorisque periculum tunc par, & cauſa communis eſſet. Neque moramur intempeſtive credulos; & actorum conſiliorumque illius temporis ignaros. Omnino autem laudamus Electorem, & gratulamur Luſatiæ, quæ ductu hujus Principis ad decus ſuum veramque gloriam rediit, & poſtquam accepit dominum, tanta caritate ac fide complexa eſt, ut ſenſerit, honeſto obſequio perpetuam clementiam repenſam eſſe. Nam & ſancte cavet dignitati ordinum, & ſervat privilegia civitatum, & jus faſque exemplo ſuo tuetur. Illud etiam memorabile eſt, quod ſapientiſſimus Elector cum cæteras Luſatiæ immunitates prolixe ac liberaliter conceſſas confirmaret, tum privilegium a Rege Ferdinando I. anno 1544. die 21. Febr. Pragæ ſuperioris Luſatiæ Ordinibus, genere illuſtri nobilique præditis impertitum* * *ſanctione beneficiaria noviſſima roboravit. Quod cujusmodi ſit, facile intelligamus, ſi veras propriasque ejus notas afferamus, & quamobrem conceſſum traditumque fuerit, ante oculos ponamus. Ineſt in eo teſtimonium rerum ab Ordinibus bene fortiterque geſtarum, & gerendarum eadem fide in poſterum inſigne auctoramentum. Sed qui id conſequi ſtudet, capax eſſe debet beneficii, quod petit, ne fraudi ſit auctori atque conditori privilegii, aut qui in ejus locum ſucceſſerit, tanquam Luſatiæ Marchio ac Princeps. Præterea qui nulla prole auctus, atq; adeo heredum beneficiariorum expers, hoc tale beneficium ſolicitat, is præterquam quod orbitatem ſuæ domus grave familiis malum allegat, etiam neceſſe habet ætatis ſuæ viriumq; ſpecimen dare, quod haud dubie eo ſpectat, ut clientela beneficiique dominus, eum expeditionibus ſervitiisque ſibi & patriæ utilibus decoriq; adhibere poſſit. Idque ut rite atque ex privilegii præſcripto fiat, ille, qui ſtudet beneficii eſſe particeps, cogitur toto corpore loricatus atque gladio accinctus vi ſua inſerre ſe in equum, & grave pondus armaturæ militaris firmo atque expedito robore ſuperare. Si tamen foret, qui liberis, quibus cum rem familiarem faciat, æque carens, ac inopia inſuper laborans, fortunam iniquam, atque æs alienum, nulla ſua culpa contractum coram prætore Marchionatus demonſtraret, illi jus atque facultas eadem ex formula Privilegii futura eſſet agendi cum prædio beneficiario, quaſi cum peculio ſuo, & libere alienandi vendendique, ſi quidem nullum inde præjudicium ac detrimentum inferatur Domino beneficii aut agnatis jus ſimul quæſitum a primo auctore beneficii derivantibus. Qui ritus unde ſumptus ſit, & qua ex re occaſionem acceperit, hic poſſet diſquiri, eo magis, quia in priſcis Saxonum placitis, quæ diu apud Luſatos viguerunt, licet legere, omnem acquirendæ & conſervandæ nobilitatis rationem in gladio atque armis fuiſſe ſitam: ut ſane Dynaſtæ atque Nobiles Luſati aptum hoc familiis ſuis conſolandæ orbitatis remedium a rege Ferdinando, impetraverint, cujus fructum nuper ceperunt illuſtriſſimus MAXIMILIANUS LIB. BARO a SCHELLENDORFF, & eques ſuæ gentis ſplendidiſſimus WARENSDORFFIUS, qui virtute atque viribus freti, hoc privilegio in ſolatium orbitatis dato conceſſoque, fortunis atque facultatibus ampliſſimis, feliciſſimam acceſſionem laudis maxime adjunxerunt.* Fuitque hoc Luſatiæ decus perpetuum *fere* atque invidendum, quod viros produxit egregios, *qui bello atque* literis permagnum ad rempublicam momentum *attulerunt*, & *nacti* creſcendi ſpatium, res ſummas aggreſſi ſunt atque perfecerunt. *Quorum honori Chriſtophorus Manlius ſingulare volumen compoſuit*, dignum, ut opera *viri eruditi quam primum elimetur, & cum ejus commentariis rerum Luſaticarum, qui penes me ſunt, in lucem emittatur. Nam & multa ibi reperi, quorum ignaro difficile ſit, aſſequi res Bojohemicas, Saxonicas, Brandeburgicas atque Miſnenſes, & uſu meo didici, præcipuam originum Weſtinenſium partem illic contineri. Quanquam non diffiteor, Bojohemos invidiſſe vicinis ſuis Luſatiam, & quandoque cum Aſcanio-Brandenburgicis ad premendos Miſniæ Marchiones operam contuliſſe.* Refertque ad hoc inſtitutum evolvi Chronicon Marchicum Wolffgangi Juſti, *unde* quædam decidenda ſunt, quæ Manlius noſter dubia *reliquit. Vid. Comment, lib. 5. fol. 75. Nobis ſufficit, Luſatiam utramque hoc ſeculo rediiſſe a Bohemis ad priores acquirentes ſuos, Electores atque Duces Saxoniæ, quatenus iidem ſunt Miſniæ, & antiquitus pari jure erant Luſatiæ, & nunc de integro vere atque poſtliminio ſunt ejusdem perpetui atque hereditarii Marchiones, quorum principatus imperiumque felix & contra caſum fortunamque firmum ſit, atque in poſteris integra innocentique virtute meo ac omnium civium meorum voto continuetur.*

* In Conſiderat. cauſar. bell. p. m. 169.

* Titulo Vorritt.

VIRI

VIRI CELEBERRIMI,

MICHAELIS HENRICI GRIBNERI

PROFESSORIS PUBLICI

IN

ACADEMIA WITTEBERGENSI

PROGRAMMATA DUO,

QUORUM

I. DE JURE CIVITATIS GERMANICÆ LUSATIÆ COMPETENTE

II. PROGRAMMA

DE

MARCHIONE GERONE.

TRium *Marchiarum*, ex quibus *duas Saxoniæ Dux* tenet, *tertia* a *Brandenburgico Marchione* poſſidetur, plerique ad *Henricum Saxonem*, qui & *Auceps* dictus fuit, origines referunt, (*a*) a quo Sarmatis Miſniæ & Luſatiæ, Henetis Brandeburgicam Marchiam oppoſitam eſſe contendunt. Sed quæ eundem autorem habent, eas diſpari adeo conditione eſſe conditas non fruſtra mireris, ſi verum eſt, quod Illuſtri & publici juris peritiſſimo Viro placuit, *Brandenburgicam quidem non modo jus civitatis Germanicæ obtinuiſſe, ſed & juſti ducatus ab initio rationem habuiſſe, Miſniam & Luſatiam juris Slavici habitam, adeoque utriusque Marchioni nullum inter Ordines Imperii locum fuiſſe.* (*b*) Ita perſuaſit Vir ſummus *Giovanno* (*c*) & JCto Lipſienſi *Titio*, (*d*) quos in eandem ſententiam diſceſſiſſe video; mihi ingenue, fateor, contraria omnia probantur, qui ſola auctoritate Viri, quem diximus, opinionem, quam primus, puto, ille in medium attulit, niti, non rationibus evidentibus, quales, ut tam inſigne diſcrimen admittamus, requiruntur, eam, quod pace diſſentientium dictum velim, ſuſtineri cenſeo. Atque Miſniæ quidem ſuffragii jus luculenter ſatis aſſeruerunt Viri celeberrimi *Hornius*, (*e*) atque *Ludvvigius*,

(*a*) Nolim omnium ego Marchiarum origines cum *Crantzio Vandal. L. 3. c. 16.* &, qui eum ſequitur, *Manlio* ab *Henrico* repetere, aliud dudum evicerunt Viri docti, vid. *Palat. Caten. hiſt. L. L. 11. c. 2. n. 56.* plures tamen Comites limitum, quos Marchiones appellamus, ab eo conſtitutos eſſe neminem latet. Illa *Sleſwicenſis* Marchiæ, quam Danis objecit, autor eſt *Kranz. l. c. Adamus Bremenſ. c. 40.* idem earum, quas diximus, *Miſnenſis, Brandenburgica, Luſatia* conditor habetur, licet alii *hujus* initia ad *Lotharium II.* alii ad *Ottonem I.* maluerint referre.

(*b*) Illuſtris *Cocceji* doctrina eſt, Henricum I. Marchiæ Brandenburgicæ jus civitatis Germanicæ dediſſe, ejusque eam fuiſſe formulam, ut tanquam Ducatus proprio jure & poteſtate uteretur, adeoque regno mediate ſubeſſet. *Jur publ. prud. c. 3. ſect. 5. n 68. & 71.* Miſniam & Luſatiam juris Slavici manſiſſe, adeoque nunquam locum & ſuffragium in comitiis habuiſſe. *n. 70.* Sed de Ducatu Brandeburgico alibi ſorte videbimus, nunc Luſatiæ tantum cauſam agimus.

(*c*) Ita accipio, quæ Vir clar. *Germ. Princip. L. 2. c. 2. p. 47. ſeq.* habet. Ubi enim Marchioni Brandenburgico jus in comitiis regni & inter Principes Imperii tribuerat, Miſnico & Luſato eandem facultatem non obſcure negat.

(*d*) Vid. *Ej. Spec. Jur. publ. L. 1. c. 3. §. 15.*

(*e*) Egregie Miſniæ Marchionum cauſam egit Vir Magnificus in *programmate, quod anno 1706.* de hoc argumento conſcripſit.

gium, (f) licet hic, alias Miſniæ Marchionibus parum æqvus, (g) minus recte amiſiſſe id deinceps eos putet, quod omiſſum aliquamdiu fuit. (h) Luſatiæ igitur videamus, utrum recte idem denegetur, ut ſi liquido evinci nequeat, ejus Marchiones ſuffragatores in comitiis olim fuiſſe, id ſaltim appareat, non modo rationibus diſſentientium parum roboris ineſſe ad jus hoc noſtris Marchionibus denegandum; verum etiam plus, quam probabile eſſe, Luſatiam etiam olim provinciam Germaniæ ejusque Marchionem inter Ordines regni fuiſſe. Quod dum obtinere cupio, non opus eſt, ut cauſas repetam, ex quibus Sileſios (i) aliqui jus civitatis in Imperio habuiſſe (k) ac *Bohemiam* (l) Germaniæ provinciam eſſe, alii evincere conati ſunt, aut liti me interponam eorum, qui *Luſatiæ ſeptemvirale votum*, (m) quo Rex Bohemus gaudet, inhæſiſſe contendunt. Aliæ mihi ſuccurrunt rationes, ut non ſit, cur eo digrediar. Id initio certum expeditumque habeo, *Slavici juris* (n) *nomen*, cum Miſniæ & Brandenburgico Marchionibus non obſtet, *Luſato* quoque *objici non poſſe*, quem *eodem jure*

(f) Non poſſum; quin ipſa celeberrimi Viri verba adjiciam, qui mutata, ut videtur, priori ſententia jus noſtrorum Principum diſſimulare non potuit. Ita *in Paradoxis. §. 17. p. 19. quidam*, ait, *nullo eum* (Miſniæ Marchionem) *tempore habuiſſe ſuffragium exiſtimant, quod juris Slavici ille eſſet quidam &c. Utrique male. Illi, quod Miſniæ Marchionem per quinque ſecula comitiis interfuiſſe ſuffragatorem, nemini ex hiſtoria poſſet eſſe ignotum.* Et in formula Brandeburgica *§. 10. lit. n. p. 94. Miſniæ Marchionem jura civitatis Germanicæ habuiſſe, plurima fidem faciunt. Sane tot loca ſunt, unde patet, quod comitiis interfuerit, quod* archi-venatoris *munere functus ſit, quod Cæſarum literas ſubſcriptione adprobaverit*, ut mirer &c. Quæ ſatis recte ſe habent, niſi, quod *Schuzius*, contra quem illa diſſeruiſſe videri voluit *L. 1. c. 8 poſ. 4.* non neget, olim Miſnicos votum habuiſſe, ſed eo illos nunc non uti oſtendat.

(g) Viderint alii quo jure, ubi vaſalli, qui olim Ducatui Brandeburgico paruerint, recenſentur, Miſniæ quoque fiat mentio: quam recte tradatur, eam Brandeburgicis acceſſiſſe, ſi pactis, ut par erat, ſatisfactum fuiſſet: denique ut alia omittam, cur Miſniæ initia tam tenuia eſſe putet, qui Brandeburgicas origines adeo auguſtas contendit. *vid. Germ. Princip. L. 5. c. 1. p. 16.* Mihi eo digredi hic non licet. Notaſſe ſufficiat, quæ alio loco & tempore expendi merentur.

(h) Quod una manu dediſſe noſtris videtur, id, quantum poteſt, altera iis adimere conatur, dum ſuffragii jus dudum extinctum eſſe fruſtra contendit. Sane, quas affert rationes absque negotio invertere & pro Marchionibus noſtris urgere licet Quid enim? ſi olim territoriorum numerus ſuffragia non auxit, hodie quoque poſſeſſoribus plura vota non præſtabit. Sed vid. laudat. *Hornii* Programma, ex quo reliquis dubiis facile poterit ſatisfieri.

(i) Sunt qui *Luſatos Sileſiis accenſent*, quod ſi ita eſſet, non parum nobis argumenta eorum prodeſſent, qui & Sileſiis jus civium Germanicorum tribuerunt. Sed errorem hunc refellit *Manlius Commentar. rer. Luſat. L. 1 c. 41* add. *Ejusd. δεῖγμα.* & *Schurzfleiſchii diſſ. de Luſat. theſ. 6.*

(k) Nihil hic definire audeo, aſſerere tamen Sileſiis jus Germanicæ civitatis voluit *autor der fernerweiten grundlichen deduction der evangeliſchen Schleſier religions-freyheit.*

(l) Longum foret controverſiæ hujus cauſas ac utriusque partis rationes recenſere, quas integris tractatibus alii exhibuerunt. videſis *Celeberr. Hertium de renovato Rom. Germ. Imperio & regn. Bohem. nexu 1709 add. Perill. atque Excellentiſſ. Autor. des Eur. Herold. P. 1. p. 221. ſeqq. Goldaſt. de Regn. Bohem. L. 3. c. 3 & Lyſerum de Elector. Bohemia*, qui evicerunt, Bohemum civitatis jus, quod feliciter iterum nuper vindicavit, olim habuiſſe. Sed inde argumenta ego pro Luſatis ducere nolim, cum facilius alia ratione eorum jus oſtendi poſſit.

(m) Qui Luſatiam pro circulo Electorali Bohemico habent, quod *Fabricio Orig. L. 5. p. 542.* & qui eum ſequuntur, viſum fuit, jus ſuffragii Marchionibus noſtris facile puto largientur. Sed neque inferiori, neque ſuperiori Luſatiæ ſeptemviralem dignitatem inhærere docent *Scharſchmid. Vol. 1. Ex. 7. th. 25. p. m. 588.* & *Schurzfleiſchius de Luſat. p. 13.* ut ſatius ſit iſto argumento non uti. *add. Giov. Saxon. c. 2. pag. 71.*

(n) Utuntur hoc potiſſimum ratiocinio, qui diſſentiunt; ſed inane nomen priſcarum gentium fruſtra nobis objicitur, cumque quoad Miſniam id fallere oſtenderint Viri, quos ſupra allegavi, Clariſſimi, adverſus Luſatiam quoque parum roboris ei ineſſe puto.

jure cum reliquis Marchionibus *conſtitutum* eſſe tam diu *præſumo*, (o) donec luculenter aliud Viri Clariſſimi demonſtrent. Jam ipſa auſpicia Marchiæ hujus non parum me in ea ſententia firmant. *Primum* ea *Geroni* (p) credita eſt, quem *Marchionem Ducem*, (q) etiam antequam Luſatiæ Brandenburgica Marchia accederet, (r) dictum fuiſſe conſtat, ex quo, ſi id nnn confici poteſt, quod plurimis placuiſſe ſcio, juſti ducatus formulam Luſatiam habuiſſe, (s) jus tamen civitatis Germanicæ Marchionum ſatis puto apparere. (t) Eadem ergo conditio Marchionum, qui Geronem (u) ſecuti ſunt, ut forte dubitandi nulla ſupereſſet cauſa, ſi Luſatia diutius proprios præfectos habuiſ-

(o) Hoc volo, onus probandi non incumbit iis, qui Marchionem adverſus Slavos Germaniæ ordinibus inſerunt, cum juris præſumtio ab hoc onere eos liberet, ſed illis, qui diſparem ejus a Brandeburgico & Miſnico conditionem comminiſcuntur.

(p) Ita plerique tradunt, qui res Luſatiæ expoſuerunt. vid. *Sagittar. theſ. 18. Manlium L. 2. c. 10. Schurzfleiſchius* tamen noſter, quo neſcio autore, Luſatiam inferiorem primum tenuiſſe Sigfridum ſcribit in Luſat. p. 11.

(q) *Geronem* primum Luſatiæ Marchionem DUCEM appellari conſtat, ac a *Sagittario, Meibomio, Hoppenrodio, Coccejo, Ludwigio*, aliisque obſervatum fuit, qua de cauſa Dux dictus; utrum dignitatis, an officii aut gentis nomen id fuerit, non eſt expeditum. Sed ea de re ex inſtituto agendi forte erit occaſio. Interim obſervo in diplomate, cujus Ampliſſ. *Ludwig.* initium exhibet *in form. Duc. Br. p. 38.* apud *Leuberum*, qui *Stap. Sax. n. 1601.* integrum id inſeruit, *duas legi* eo loco, quo *ducis* nomen ille expreſſit.

(r) Parum proficiunt mea ſententia, qui, dum formulam *Ducatus Brandeburgici* eruere cupiunt, ad *Geronem*, quem *Ducem* appellatum fuiſſe monui, confugiunt. Nam ut alia, quæ huic argumento obſtant, plurima omittam, Gero *Dux dictus* fuit, cum nondum Brandeburgicam Marchiam teneret, ſed Luſatis tantum præeſſet. Ita *Chron. Mont. Seren.* Geronis Ducis & Sigfridi Comitis meminit. vid. *Coccej p. 76.* Sed & quæ de Gerone ex *Witichindo* commemorat *Ludvvigius form. pag. 85. lit. a.* eo tempore eveniſſe videntur, quo Sigfridus *Brandeburgicus* erat Marchio, Gero Luſatiæ tantum limites adverſus Slavos tuebatur.

(s) Non id nunc ago, ut Luſatiæ Ducatum aſſeram, licet eadem opera id fieri poſſe putem, qua Brandeburgicum alii eruere conantur. Sane quæ ſpeciem aliquam habent rationes, eæ felicius multo pro Luſatis urgentur. Neque deſunt, quos excitare poſſim, pro Ducatu Luſatiæ teſtes, ſi Doctorum ſuffragia huic rei ſufficerent. *Mylerus* ſcribit, Geronem Comitem *Ducatum Luſatiorum* ab Ottone hereditario jure obtinuiſſe *Archol. cap. 9. theſ. 2. p. 80.* Quem ſequitur *Burgoldenſis P. 1. diſc. 20. p. 354.* Eadem *Hoppenrodii p. 480. & Meibomii Tom. 1. p. 703.* ſententia eſſe videtur. Principes illuſtres appellari Luſatiæ Marchiones, *Ludvvig* docet *form. Duc. Br. p. 45. lit. m.* quæ appellatio Ducibus fuit propria. Pertinent & huc, quæ de *Gerone* paſſim circumferuntur rythmi: *der Lauſiz erſter Fürſt ich vvar.* add. *Schurzfleiſchius* noſter diſſ. de antiq. Saxon. dign. p. 16. ubi Luſatiam *principatus* titulo tenuiſſe Comites Vetinenſes tradit.

(t) Geronem, quem virum magnum & potentem Vitichindus appellat, qui apud Henricum Aucupem & Ottonem I. gratia plurimum valuit, inter Imperii Ordines locum habuiſſe nemo forte eſt, qui negat, & diplomata, quibus inter reliquos Principes Comites ac fideles Imperatoris commemoratur, evincunt, quæ cum apud *Hoppenrodium, Leuberum & Ludvigium* legi poſſint, hic repetere nolo. Marchiam autem orientalem, id eſt Luſatiam jus hoc ei præſtitiſſe, cum hujus tantum non ubique, ubi de Gerone agitur, mentio fiat, facile intelligitur. add. *quæ dixi lit. S.*

(u) Geronem in Marchionatu Luſatiæ excepit Chriſtianus, ut plerique tradunt, etiam *Manlius L. 2. c. 16. & Sagittarius.* Sunt tamen, qui *Luſatiam* velint poſt illius obitum ad *Hermannum Billingium* perveniſſe. Non auſim ego has difficultates tollere, conjecturam affero, quam nemini obtrudo: *Dominium utile* penes Chriſtianum, *directum ducis Saxoniæ* Hermanni fuiſſe. Multa ſunt, quæ *tres Marchionatus* Miſniæ, Luſatiæ & Brandeburgicum, *feuda Saxoniæ* olim fuiſſe ſvadeant. *Comites* certe *Saxoniæ*, ut alia omittam, vocantur Marchionum illarum præfecti, ipſe *Gero* etiam apud *Goldaſtum* & eo quidem tempore, quo utramque & Brandeburgicam & Luſaticam Marchiam tenebat; Comites autem Provinciarum olim fere omnes Ducum Vaſalli: neque tamen inde inferas, jus civitatis in Imperio eos non habuiſſe, cum vinculum fidei, quo Duci tenebantur Comites, eis non obſtaret, quo minus ferrent in Comitiis ſuffragium, quod nemini, quem priſca Ordinum & Comitiorum ratio non latet, ignotum eſſe poteſt. Sed hæc ulterius expendi merentur. Confer. *Spec. Sax. L. 3. art. 62.*

habuiſſet. Ubi ad Miſniæ (*x*) Marchiones Luſatia pervenit, ac Brandenburgico quoque (*y*) aliquamdiu paruit, votum ſane dixerunt Marchiones, licet Luſatiæ nominatim mentionem non fecerint, cum mos illorum temporum id nec exigeret, nec pateretur, quibus territoriorum numerus ſuffragia non augebat. Poſt Bohemiæ juncta fuit, ut Marchiones iidemque Reges voto, quod vindicare ſibi poterant, ſponte ſua abſtinuerunt. Quod fraudi noſtris eſſe nequit, non magis ac ipſis Bohemis, qui tanto temporum intervallo privilegio non comparendi uſi fuerunt. Tandem feliciter ad Miſniæ Marchiones Luſatia rediit, feudali tamen lege a Boëmis (*z*) translata, quod vinculum falluntur, qui obſtare noſtris Principibus putant, quo minus amplius inter Ordines Imperii referri poſſint, cum ne ſummo quidem Imperio fides feudalis obſtet, (*aa*) & Vaſallum Auſtriæ quondam *Wuertemburgicum*, eundemque Comitiis interfuiſſe conſtet. (*bb*) Cæterum temporis lapſum, non uſum & quæ ſunt alia, quæ vulgo objici ſolent, fruſtra opponi, cum alii invictis argumentis oſtenderint, (*cc*) non eſt, cur hoc loco illa multis repetam, inptimis cum hic inſtituti ratio ſubſiſtere me jubeat. Quare finio, id tamen addo, eam, quam contra illuſtrem Virum ſententiam tueor, Viris etiam Celeberrimis *Manlio, Conringio, Sagittario, Schurtzfleiſchio* placuiſſe, qui de jure civitatis Germanicæ, quod Luſatiæ aſſerui, non dubitarunt. Quod nuper dixi, cum *Luſatia jus civitatis Germanica* aſſererem, *iis, qui Ducatus Brandenburgici formulam eruere cupiunt, parum prodeſſe Geronem*, id nunc ulterius perſequor, qui non paucas, ſi quicquam perſpicio, rationes obeſſe ſentio, quo minus Ducis elogium, quod Geroni competiiſſe, Viri Clariſſimi contendunt, ad Marchiam Brandenburgicam poſſit referri. Quod, dum aggredior, conſtitutum mihi non eſt ipſam Ducatus Brandenburgici formulam ſolicitare, licet non levibus ſciam difficultatibus urgeri ſententiam, (*dd*) quæ ante Illu-

(*x*) Notum eſt, Miſnenſibus modo inferiorem, modo ſuperiorem, modo utramque Luſatiam paruiſſe: neque adeo liquet, quo jure iterum eam amiſerint. vid. *Perill. atque Excell. autor des Europaiſchen Herold. p. 245.* Sub Henrico Aucupe autem Comites Wetinenſes Luſatiam tenuiſſe, quod *Giov* in Sax. p. 71. tradit, memoriis illius temporis non convenit.

(*y*) Paruit etiam aliquamdiu Brandeburgicis Luſatia inferior inprimis, unde & *autor Specul. Saxon. l. c.* vexillum *Luſatia Brandeburgico* tribuit, non tamen ideo ejus aut acceſſio aut comitatus fuit, niſi & Brandeburgicam Luſatiæ provinciam fuiſſe putes, cum Geroni Luſatio poſt mortem Sigfridi illa cederet. Qua ratione & ex quibus cauſis autem amiſerint, quæ tenuerunt pleraque, *Maulius* tradit *L. 2. & 3.* qui unus res Luſatiæ luculenter expoſuit.

(a) Hypothecæ jus primum in Luſatiam conſecutus eſt Gl. Mem. Princeps Elector Div. Jo. Georg. I. anno 1620. d. 6. Junii, cui traditiu acceſſit anno 1623. d. 13. & 20. Junii. Pleniſſimum deinde jus accepit pactis d. 30. Maji 1635. initis, quæ pax Pragenſis confirmavit. Solennis traditio tandem anno 1636. d 14. Aprilis facta eſt. Translata fuerunt jura regia omnia, quæ Imperatoribus & Regibus competierunt, (unde *nobilitandi* etiam *jus* Electoribus noſtris in Luſatia competere nonnulli ſcribunt,) ea tamen lege, ut directum dominium Regi Boëmiæ ſervaretur. add. *Perill. Autor des Eur. Her. P. 1. p. 246. & P. 2. p. 439.*

(*aa*) *Vid. Grot. L. 1. c. 3. §. 23.* ibique *Hennig. p. 250. & Vitriar. Kulpiſ. ib. 12. lit. c. p. 27.* &, quos ille plures excitavit.

(*bb*) Vid. *Eur. Her. P. 1. p. 482. Limn. L. 1. c. 7. n. 100. L. 5. c. 16. n. 6.* & in *addit. ibid.*

(*cc*) Vid, inprimis *Horn. l. c.*

(*dd*) Non pauca ſuperſunt dubia, quæ Viri Celeberrimi nondum ſatis expedierunt, (ut plura omittam alia): I. terræ illæ, quas novo Ducatui ab initio ſubſuiſſe, volunt Pomeranicæ, Meclenburgicæ & reliquæ (*vid. form. Duc. Br. p. 87. ſeqq*). ad Saxoniam olim pertinuerunt: imo II. ipſa etiam Marchia fruſtra diſſentiente *Clar. Turkio Geogr. ev. Med. §. 51.* vid. *Land. R. L. 3. art. 62. CRANZ. Sax. L. 3. c 9.* Quæ & III. in circulum Saxoniæ poſtea eſt relata. IV. Neque adeo conſtat, quem Palatinum, quos Comites priſcus ille Ducatus habuerit. Sed & (V). Imperator Fridericus I. Saxoniæ Ducatum Henrico Leoni ablatum Marchioni Adalberto Urſo conceſſit, conſuetudinibus Imperii adverſari ratus, ut unus duobus Ducatibus præeſſet, manifeſto indicio, ne illo quidem tempore Marchiam Ducatus juſti rationem habuiſſe. conf. GIOV. *in Poruſſ. p. 50.*

Illuſtr. *Coccejum* (*ee*) forte nemini venit in mentem, ac, quæ hactenus pro ea allata ſunt, tantæ rei vix ſufficei e, argumenta (*ff*). In medio iſta relinquam, cum mihi propoſitum tantum ſit oſtendere, *Geronem Ducem Brandenburgicum non fuiſſe*, adeoque præcipuam, & cui potiſſimum innituntur Viri Clariſſimi, rationem parum illorum ſententiam juvare. Scilicet *Geronem* hunc primum Luſatiæ Marchionem DUCEM dictum fuiſſe, poſt *Spangenbergium*, *Angelum*, *Meibomius*, *Sagittarius*, *Hoppenrodius*, *Knauthius*, *Becmannus* aliique paſſim obſervarunt: quos ſecutus eſt Ampliſſimus Vir *Jo. Peter Ludvvigius diſſ. de form. Duc. Brandeb.* §. 4. cui una illa *Geronis* appellatio plurima præſtitit pro nova, quam tuetur, hypotheſi argumenta: inde enim eſt, quod tradat, *lapides ac marmora in ſepulcris, in libris plena fidei hiſtoricos & anteceſſores, Cæſares denique in diplomatibus Marchiones iſtos Duces appellaſſe:* (*gg*) quæ omnia ille unius Geronis confirmat exemplo. Enimvero, quod pace Celeberrimorum Virorum dictum eſſe velim, præter dubium chronici veteris teſtimonium (*hh*) & a Monachis ob inſignia in pias cauſas merita forte compoſitum epitaphium (*ii*) nondum genuino antiquitatis monumento comprobatum eſt, Geroni Ducis titulum competiiſſe, aut vivo ei ſaltem & ſuperſtiti fuiſſe tributum; ut non improbabile videatur, poſt obitum ejus demum id elogium ei datum eſſe. Saltim in diplomatibus, ad quorum fidem Vir Celeberrimus *p. 37. 38. & 46.* provocat, deeſt Ducis appellatio, (*kk*) & in iis ipſis ac quam plurimis aliis, quæ a *Goldaſto*, *Hoppenrodio* & *Becmanno* illata ſunt, *Comes GERO ac Marchio, Dux*, quantum mihi quidem obſervare licuit,

(*ee*) Neqoe enim ſuccurrit, qui ante Virum Illuſtrem Ducum Brandeburgenſiom mentionem fecerit, ſi *Angelum* chronici Marchici auctorem, forte & *Hoppenrodium* excipias, quorum ea non fuit autoritas, ut nova appellandi ratio aliquem aſſenſum mereretur; ſed ubi eandem ſententiam amplexus eſſet Vir Illuſtris, quem diximus, *Jur. publ. prud. c. 3. ſ. 5. n. 71. ſeq.* mox plures in eandem iverunt GIOVANNI *Brandeb. pag. 48. & in Sax. p. 16.* TITIUS *L. 1. c. 3. §. 14. ſeq.* TURCKIUS *l. c.* LINCKIUS *de Comit. Princip.* aliique; donec juſto commentario eam aſſereret Vir Ampliſſ. *J. P. LUDWIG. de form. Duc. Brandeb.*

(*ff*) Neque enim ad rem pertinent, quæ de Alberto Urſo ex Kranzio aliisque afferuntur, cum eum Ducatum Saxoniæ tenuiſſe conſtet; nec titulus *illuſtris; Dei gratia* & reliqui, Ducem conſtituunt, cum alii Marchiones iisdem uſi fuerint. Cætera leviora ſunt, niſi, quod Ducatus Transalbinus aliquam habeat ſpeciem, ſed vid. SCHURTZFLEISCH. *Vit. Alb. III. pag. 115.*

(*gg*) *In form. p. 34. ſeqq.*

(*hh*) Verba *chronici Montis-Sereni* a *Madero* editi *p. 38. Ill. Coccei. & Ludvvigius* exhibent. Atque is ſolum ſcriptor eſt, qui Geronem Ducem dicit, videturque illud elogium ex lapide ſepolerali Geronis accepiſſe; quem cœnobium exſtruxiſſe, eo loco refert. Quantum igitur teſtimonio huic tribuendum, alii judicent, inprimis cum eodem loco fallat incertus auctor, qui Geroni unicum Filinm fuiſſe ſcribit cum duos eum amiſiſſe, vel ex ipſis literis fundationis Gerenrodenſis, quæ apud *Hoppenrodium p. 425.* aliosque extant, appareat. Quem quidem errorem fruſtra excuſat Cl. KNAUTHIUS *Antiqu. Pag & Com. Princ. Anhalt.* qui & ipſe labitur, dum Geroni ſuperſtitem fuiſſe filium Sigfridum, ſcribit *p. 7.*

(*ii*) *Spangenbergius*, *Meibomius*, *Hoppenrodius*, *Knauthius* monumentum illud exhibent, & noviſſime Celeberrimus Anhaltin. annal. conditor *Becmannus*, qui exſculpi id elegantiſſime curavit: ex quo obſervare liceat, vocabulum *Saxonum*, quod ibi habetur, non ad eccleſiam, (ut exiſtimat *Vir. Cl. cit. diſſert. p. 35.* qui vocem *hujus* omiſit), ſed ad Ducis & Marchionis elogium pertinere.

(*kk*) Tradit *Vir. Cl. pag. 37.* Cæſares in diplomatibus Marchiones appellaſſe Duces: quod, ne fruſtra dixiſſe videatur, Ottonis literas, non tamen integras, exhibet, in quibus Geronis Marchionis Ducis fiat mentio: ſed ex *Leubero* & *Sagittario*, unde illæ deſumtæ ſunt, conſtat, non *Ducis*, (quod nomen Marchioni præponendum erat,) ſed *duas* eſſe legendum, inprimis cum in nullo alio, quod conſtet, diplomate Gero Dux dicatur. add D. HORN. *de Burggrav. §. 10. & program. noſtr. de Luſat. Jur. Germ. lit. c.* Idem *pag 46.* quamplurima, ait, apud Gerodunenſes annales supereſſe diplomata, quorum initia ſint: *Gero Dei gratia Dux & Marchio.* Aſt veniam dabit Vir Cl. ſi dixerim, tale nec eo, ad quem provocat, loco, nec alibi ullum extare.

licuit, *nunquam appellatur* (*ll*), ut parum firmo fundamento nitatur, quæ tam fallaci & dubiæ aſſertioni ſuperſtruitur ſententia. Sed quomodo ſe iſtacunque demum habeant, largiar viris Celeberrimis, quod forte nunquam demonſtrari poterit, & ſponte tantiſper concedam, Geronem ipſo quoque Henrici & Ottonis ævo Ducem ingenuinis minimeque ſuſpectis diplomatibus appellari, ne ſic quidem illi Ducem Brandeburgicum eum fuiſſe, aut Marchiam illam hunc titulum ei præſtitiſſe, obtinebunt. Namque ut ab ultimis originibus Marchiæ Brandenburgicæ rem repetam, conſtat, eam ab initio non Geroni noſtro, ſed *Sigfrido ab Henrico Aucupe eſſe creditam*, (*mm*) *Sigfridum* vero *Ducem* fuiſſe, licet id quoque affirmet *Ill. Coccejus* nullius idonei ſcriptoris teſtimonio evinci poterit. (*nn*) *Comes* ille *Saxonicus* Optimus Saxonum (*oo*) dicitur, Dux auſim contendere a nemine ſaltim eo ſenſu, quo vocem hanc Ill. Vir accepit, appellatur. (*pp*) Ei ergo, ſi ſucceſſit Gero, ſique Sigfridi provincia, quam Otto M. ringente fruſtra Danemaro ei tribuit, Marchia fuit Brandenburgenſis (*qq*) rationem reddant Viri Clariſſ. cur Sigfridus Dux non audiat, Gero Dux dicatur, aut cauſam ſaltem afferant, cur poſt Sigfridi obitum mutata fuerit Marchiæ formula, & Dux dictus, qui ſucceſſerat Marchioni, quam ſi afferre nequeant, nemo ſi vel centies Gero Dux cluat, intuitu Marcæ illius eum ita nominari, ipſis gratis largietur. Sane, ſi ex ſolo Ducis titulo Ducatui præfuiſſe Geronem, inſerre liceret, absque negotio & majori forte veri ſpecie contenderim, Luſatiæ, quam provinciam primus ille & ante, quam Brandeburgenſis ei Marchia accederet, tenuit, Ducem eum fuiſſe. (*rr*) Imo & eadem opera, ſi verum eſt, quod nonnulli tradunt, (*ss*) Miſniæ Marchiam Geroni quoque paruiſſe, hanc etiam juſti Ducatus rationem habuiſſe, ex illo Geronis elogio colligere fas foret. Verum id non ago, ut Luſatiæ aut Miſniæ formulam nunc eruam, hoc tamen puto, omnes æqui rerum judices mihi facile dabunt, trium Marchiarum, quarum initia ad Henricum Aucupem vulgo referuntur, eandem ab initio conditionem, eandem formam fuiſſe, ſaltem tam inſigne diſcrimen, uſque dum liquido oſtendatur, non poſſe præſumi. Ac, ut ingenue fatear, valde ſuſpecta mihi Viri Ampliſſimi de *Marchionibus Ducibus* philoſophia eſt. Claſſes certe, quas conſtituit, Mar-

(*ll*) Operæ pretium eſt nonnulla afferre loca ex diplomatibus, quæ *Hoppenrodius*, *Becmannus* aliique nobis ſervarunt. In literis Ottonis apud *Becmannum pag. 167. de an. 941.* dicitur *Gero* dilectiſſimus *Marchio*; ibidem in diplom. *de an. 944.* quidam noſter *dilectus Marchio*; in iis *de an. 945.* ap. eund. noſter dilectus & *fidelis Marchio* bis appellatur; in aliis *pag. 168.* Dux Conradus Geroni noſtro *Marchioni* jungitur, plura *p. 169. & 170. ſeq.* occurrunt, in quibus omnibus Gero Comes aut Marchio vocatur. Apud *Goldaſtum Alem. rer.* idem Gero *Comes Saxonicus*, *Marchio contra Slavos* in antiquo monumento vocatur *Tom. III. p. 65.* Add. *Eund. Tom. II. p. 142. in fin.* HOPPENRODIUM *p. 417. ſeq.* Sed & in literis Gero ſe ipſum nunquam Dei gratia Ducem dixit, *Marchionem divina favente clementia.* vid. HOPPENROD. *p. 423.* BECMANN. *p. 168.* dixit manifeſto indicio Henrici & Ottonis I. ævo Ducis elogio Geronem caruiſſe.

(*mm*) Itaque plerique tradunt, qui res Brandenburgicas expoſuerunt, quamvis res illa ſatis expedita non ſit. vid. SAGITTAR. *in Brandeburg. p. 3. ſeq.* Mihi ſuffecerit, utrumque Virum Celeb io eo convenire Ill. Coccej. *l. c.* Giov. *in Brandeb. p. 47.*

(*nn*) *p. 77.* ait: primum Ducem Henricus I. fecit Sigfridum: ſed teſtes, ad quos provocat, Chytræus & Albinus *pag. 97.* (non *f. 197.*) non Ducis, ſed Marchionis & cuſtodis limitum mentionem faciunt.

(*oo*) VITICHIND. *Annal. L. 2. p. 643.*

(*pp*) Si Hoppenrodium excipias, qui p. *417.* Sigfridum Ducem Brandeburgicum appellat: ſed is eadem facilitate Geronem nunc Luſatiæ, nunc Saxoniæ Ducem dixit. Si modo eo ſenſu voce *Ducis* is quidem uſus eſt, qua Ill. Vir eam accipit.

(*qq*) Ita vulgo tenent: ita & *Coccej.* ac *Giovanni* tradunt: nec repugnaverim multum, licet alii Vitichindi locum *Annal. L. 2. p. 644.* de ſucceſſione in comitatum Merſeburgenſem accipiant. vid. DITMAR. *in Chronic. Merſpurg. p. 17.* Mihi ex his ipſis Vitichindi verbis patere videtur, provinciam, in quam Sigfrido Gero ſucceſſit, Ducatum non fuiſſe: ita enim ille: defunctus eſt Sigfridus *Comes*; cujus ditionem &c. Rex dono dedit Geroni *Comiti.*

(*rr*) Vid. *d. programma lit. T.*

(*ss*) Quod in medio relinquo, ſed BROTUFUM vide *pag. 558.* & MANLIUM *L. 2. Annal. c. 10.* qui ejus rei meminerunt. Niſi forte hos nomen Geronis fefellit. add. *Genealog. Marchion. Miſn. p. 29.*

Marchionum (*tt*) nec omnes capiunt limitum præfectos, (*uu*) & fruſtra effingi, ut hypotheſi inſerviant, facile apparet. Fuerunt ſane alii regni, alii provinciarum Marchiones, *Duces* tamen *limitaneos* Marchiones inquam Ducali poteſtate, quos fingit Vir Clariſſ. & *Marck-Herzoge* (*xx*) appellari cupit, valde vereor, ne plerique extra partium ſtudia poſiti ad res priſcis temporibus ignotas & novas ſeculi noſtri formas ſint relaturi. Quæ vero cauſa eſt, cur, ſi Gero ratione Marchiæ Dux quidem ſuit appellatus, qui eum ſecuti ſunt Marchiones Brandeburgici, Ducis titulo abſtinuerunt, ac etiamnum Marchionum elogio ſint contenti? Sed ad Geronem redeo. Eum ſæpius *Comitem Saxonicum* appellari, conſtat, etiam eo tempore, quo Sigfrido jam ſucceſſerat: quo certe titulo nec ipſe uſurus, nec alii eum compellaturi erant, ſi illo tempore peculiaris provinciæ Dux fuiſſet & Marchia jam tum Ducatus rationem habuiſſet. Id lubens omitto, ne certum quidem omnino expeditumque ſatis eſſe, an unquam Gero Marchio Brandenburgicus fuerit. (*yy*) Licet enim non ignorem, nec ex appellatione *Marchionis Orientalis, Marchionisve adverſus Slavos,* (*zz*) nec ex ſucceſſione in Sigfridi Comitatum id evidenter poſſe deduci: rem tamen tanto conſenſu traditam, utut veteris & probi ſcriptoris autoritate deſtituatur, nunc quidem in dubium vocare nolo. Suffecerit mihi, nullam ne probabilem quidem conjecturam hactenus eſſe allatam, quæ Ducis elogium Geroni attributum ad Marchiam Brandeburgicam pertinuiſſe, perſvadere poſſit. Imo alia omnia perſvadeot loca, quæ ab ipſis Viris Celeberrimis excitata ſunt, in quibus vel *Ducis titulo Marchionis nomen præmittitur,* (*aaa*) ac *ſuperſtite* etiamnum *Sigfrido* Marchione Brandeburgico Gero Dux audit. Dixeris, aliam ergo reddendam eſſe rationem, quare ſplendido *Illuſtris Ducis & Marchionis* titulo Gero cohoneſtetur, ſi ad Brandeburgicum quidem Ducatum nominis illius cauſa non pertineat. Ego vero in tanta antiquitatis obſcuritate nihil quicquam auſim definire. Viderint alii, utrum *ad Luſatiam,* cui præfuit, an *ad gentis,* (*bbb*) ex qua ortus eſt, *faſtigium* reſpexerint, qui primi eum Ducis titulo exornarunt? Utrum *Ducatus Saxonici* adminiſtratio ei permiſſa fuerit, (*ccc*) quam ante eum Sigfrido creditam, poſt ad Hermannum Billingium, quem & in Burggraviatu Magdeburgico Geroni ſucceſſiſſe, volunt, (*ddd*) tranſlatum eſſe, non adeo improbabili conjectura ex Vitichindo aliisque collegeris? utrum denique, quod pleriſque placuit, *muneris* &

officii

(*tt*) *Diſſert. de formul. p. 30.*

(*uu*) Neque enim apparet, ad quam Claſſem Luſatiæ & Miſniæ Marchiones velit referri: niſi hos quoque Duces ab initio primi ordinis fuiſſe, concedat, quod repugnat iis, quæ in Germania principe de his Marchionibus tradit.

(*xx*) Inprimis cum ad Duces primi ordinis illos referat. vide *diſſ. p. 30. & 27.* ubi non immerito mireris, Virum Ampliſſ. qui *p. 61. archi-Comites* ferre non potuit, (quales tamen etiam apud MEIBOM. *Tom. II. pag. 123.* occurrunt,) *Marchiones Duces Marck-Herzoge* admiſiſſe. Cæterum inventi hujus gloria forte ad *Angelum,* Chronicum Annal. Marchiæ auctorem pertinet, qui eosdem Marck-Herzoge non minus eleganter *Grentz-Fürſten* appellavit *p. 40.*

(*yy*) Vid. SAGITTAR. *in Brandeburg.* MANLIUM *L. 2. c. 10.*

(*zz*) Hi enim tituli ad Luſatiam poſſunt referri.

(*aaa*) *d. diſſ. p. 38.* Quamvis locus ille merito ſuſpectus nobis ſit, ut antea monuimus.

(*bbb*) Natus enim eſt ex veteri Saxonum proſapia & Viteckindum M. ſi fides eſt hiſtoricis, habuit atavum. Solebant autem ex Ducum gente oriundi quandoque Duces appellari, licet non ſine cauſa dubites, an mos ille ad Geronis ætatem poſſit referri.

(*ccc*) Ita forte *Hoppenrod.* cenſuit, qui *pag. 425.* Geronem Ducem Saxoniæ vocat. Sane Sigfridum Saxonum optimum *& a Rege ſecundum Saxoniam procuraſſe,* Witickindus tradit. Gero vero, qui ei ſucceſſit, magnus & potens eidem & Marchionum *optimus præcipuusque* Reginonis continuatori audit, ejusdemque *hæreditatem in Saxonia ad Hermannum Billingium Ducem* dein perveniſſe, non pauci commemorant. Ex quo forte colligas, ſub Saxonibus Imperatoribus Henrico & Ottone M. nullos quidem alios Saxoniam habuiſſe Duces, Comitum tamen præcipuos & primos Ducum inſtar quodam modo habitos fuiſſe. Sed de hoc alii viderint.

(*ddd*) Conf. D. HORN. *l. c. §. 15.* add. *Genealog. Marchion. Miſniæ pag. 29. ſeq.* SAGITTAR. *in Luſat. §. 18.* MANL. *L. 2. cap. 21.* HOPPENROD *pag. 425. &* MEIBOM. *Tom. 1. p. 705.*

officii cauſa Dux dictus fuerit ob præſtitam Henrico & Ottoni Imperatoribus adverſus Slavos aliasque gentes ſtrenue operam. (*eee*) Satius hic eſt nihil quam quicquam temere aſſerere: inprimis cum, quod initio monui, incerta dubiaque ſit appellationis illius origo, in cujus cauſam fruſtra inquiſiveris, antequam, utrum omnino aut ipſe ea uſus unquam fuerit, aut, ante chronici veteris compilatorem a quoquam compellatus ſit, evidenter conſtet.

(*eee*) Sane ea, quæ in contrariam partem attulit *Vir Cl. d. diſſ. p.38.* illi ſententiæ parum obſunt. Urget is, (*ddd*) Ducis titulum Marchioni præponi; ſed quid inde inferas? imo ex ipſius confeſſione id non eſt perpetuum: (*eee*) dein Dei gratia Ducem eum dici, quem titulum male congruere cum præfecto militum, exiſtimat *p. 36. & 40.* Aſt antea oſtendimus, hujusmodi diplomata, ubi formula iſta Ducis titulo præmittatur, nulla extare.

Q. D. B. V.

M. ADAMI Erdmann MIRI,

Gymn. Zitt. Con-Rect.

De

REBUS LUSATORUM ORATIO,

habita die XXVII. Maji,

M DC XCIV.

in

Gymnaſio Zittavienſi,

cum

annua memoria

MELCHIORIS CASPARI WINCLERI,

Hæreditarii quondam in Ober-Ullersdorff & Sommerau,

horis conſvetis

celebraretur.

Auditores,

CElebrari denuo pro recepta apud nos conſuetudine dies debet, quem quondam emortualem habuit Melichor Caſparus Wincklerus, in Ober-Ullersdorff & Sommerau.

Quum enim morti vicinus, Gymnaſio noſtro memoriam nominis ita vellet eſſe commendatam, ut, quoties dies emortualis rediret in orbem, manus ejus colerentur annua parentatione, præcipue vero adjiceretur aliquid, quod ſtudioſam juventutem ad virtutis ſapientiæque, ſtudium accederet; eo promtiores nos in hoc pietatis officio ſolvendo habebit, quo plura & ultimæ ejus voluntati, & ſtudioſæ juventuti nos debere intelligimus. Non tamen fert animus, prolixis verbis in tanti Viri vitam deſcendere, longaque perſequi oratione; quæ ſive ad vitæ iſtius ingreſſum, ſive ad progreſſum, ſive ad egreſſum pertinent. Novimus enim ex annuis orationibus, quod Budiſſæ vitam aſpicere cœperit anno ſupra milleſimum ſexcenteſimo quadrageſimo quarto, Patre Gregorio Wincklero, ſenatorii ordinis viro & matre Anna Sophia, nata Hübſchia. Novimus, quod more gentis Luſaticæ literas a primis ſtatim annis in deliciis habere cœperit, & depoſitis tyrocinii rudimentis in ſchola patria, almam hanc Muſarum ſedem petiverit, ut autoritate Henrici Heffteri, Reipubl. hujus conſulis, quem colebat vitricum, rebus ſuis melius conſulere poſſet. Novimus, quod deinceps in Academia Lipſienſi curas ſuas cogitationesque ad Juris ſtudium contulerit, celeberrimos iſtius facultatis viros audiverit,

rit, denique ſemper ſibi præſentem habuerit Godofredum Jungenfelſium, quem non diu poſt Doctoralibus inſignitum honoribus civitas noſtra Senatorem coluit. Novimus, quod in medio ſtudiorum curſu, continuis attritus morbis, neceſſitatem ſibi impoſitam viderit, benignius patriæ clima cum Academia commutare, & fideli Medicorum cura experiri, quo pacto corpori laſſo priſtinus introduci vigor poſſit. Novimus denique quod amores dulciſſimos Annæ Margarethæ, natæ Euchleriæ, quam matris fidiſſimæ conſilio vitæ thorique ſociam elegerat, non diu guſtaverit, ſed repentina fatorum neceſſitate in ipſo ætatis rerumque omnium flore rebus humanis fuerit ereptus. Quia vero optimus noſter Winclerus legato ſatis liberali nos obligatos ſibi voluit, ut res potiſſimum ſtudioſæ Juventutis in ſolenni hac panegyri agerentur, eaque poſt factam honorificam Legatoris memoriam ad virtutis ſapientiæque ſtudium incitaretur; nec manibus ejus indignum, nec a noſtro officio alienum fuerit, ſi ad res Luſatorum conſiderandas me contulerim. Ita enim patriæ noſtri Winckleri conſtat debitus honos ac dignitas; & tot ſtudioſi Juvenes, qui Luſatiam ſtudiorum ac ſalutis matrem adoptarunt, nobiſcum cognoſcent, quibus nixa ſubſidiis, ad tantum faſtigium ſub Saxoniæ manſvetiſſimo imperio aſcenderit. Lubet vero in inſtituto ſuſcepto ita verſari, ut & antiquam rerum Luſaticarum hiſtoriam & mediam, & novam in medium proferamus. Illam quidem obſcuram & vana involutam caligine; iſtam planiorem & clariorem; hanc denique clariſſimam. Quod dum facio, eo majorem mihi benevolentiam indulgeo ab auditoribus honoratiſſimis; quo magis argumenti dignitas favet, & quo magis quisque mecum Luſatiam ſive vitæ, ſive felicitatis genetricem colit ac veneratur.

Dum igitur primam Orationis meæ partem aggredior, & antiquam Rerum Luſaticarum hiſtoriam penitius repeto, quæ ad Henrici Aucupis tempora excurrit; non prolixis, quod in limine facere ſolent, inquirere verbis lubet in nominis derivationem. Deducant alii vocis originem ſive a regionis forma & ſituatione; ſive a moribus incolarum; ſive a Luticis, vel Luſicis peculiari Sclavorum populo: variiſque rationibus ſuas defendant ſententias. Abſit a nobis pertinaci ſtudio urgere, quæ depromere magis inanes ingenii luſus, quam ſolidam veritatem ſpirare videntur. Sufficiat nobis, obſervaſſe, quod Luſatia longo tempore ante, quam hoc nomine poſteritati innotuit, diverſis gentibus ſedem ac domicilium præbuerit. Nec attingam Luſatiæ antiquæ fines atque terminos. Ut enim limites inſtitutionis primæ perquam incerti & obſcuri ſunt; ſic ex monumentis antiquorum ſcriptorum ſatis declarari nequit, quomodo temporis ſucceſſu vel varia terrarum acceſſione aucti, vel earundem detractione coarctati ſint, ut inanem operam videatur inſumere, qui ante Henrici Aucupis tempora certi quid ea de re tradere ſuſtineat. Nemo tamen inficias iverit, qui in lectione antiquorum ſcriptorum quodammodo verſatus eſt, Luſatiæ nomine plerumque illas inſigniri terras, quæ nunc Luſatiæ inferioris titulo commendantur. Sed repetere tantummodo ex antiquæ hiſtoriæ penu lubet illos populos, quos hæc terra ab antiquiſſimis temporibus aluit. Optandum vero, ſolidis magis rationibus & indubitatis antiquitatis fundamentis in hoc verſari inſtituto, quam variis ſæpe conjecturis auditorum animos relinquere ſuſpenſos, liceret. Sed quia integra Luſatiæ hiſtoria, (ſi excipis ſolam Manlii chartam manuſcriptam, multis quidem in locis repurgandam a mendis accuratiusque edendam,) quia, inquam, hiſtoria integra vix extat; eo majoribus obſcuritatum tenebris immerſa antiqua hujus terræ hiſtoria fuerit; quo rariora ſunt antiquitatis monumenta, fida tantæ rei indicia. Et primo quidem adeo clarum & perſpicuum eſſe arbitror, vetuſtiſſimam Suevorum gentem primas in ea terra ſedes habuiſſe; ut a nemine, niſi omnium rerum experte, in dubium vocari poſſit. Probat enim hanc ſententiam cum Tacito rerum Germanarum Scriptore ſinceriſſimo Ptolemæus. Nec aliam ſententiam habet Dubravius, gentis Bohemicæ ſcientiſſimus ſcriptor, qui in Hiſtoria Bohemica apud omnes in expedito eſſe affirmat, Suevicam Gentem ſedem rerum ac fortunarum habuiſſe in illa terra, quæ nunc Luſatiæ nomine celebratur. Et quando fluminum indicia ſequi libet, adeſt Suevus fluvius, ab illa gente nominatus, quem plerique Sprevum eſſe perhibent, qui oritur a radicibus montium Sudetorum, nonnullis ſupra Budiſſani milliaribus, & Luſatiam Marchiamque emenſus, curſu a ſeptentrione in occaſum reflexo, Havelo miſcetur; ut Philippus in Chronico Carionis non dubitet, quin ad derivationem Suevi fluminis cogatur reſpicere, qui veterem Suevorum ſedem & domicilium explorare ſuſcipiat. Neque vero, dum Suevos nomino, obſcuros & ignobiles populos intelligo, nulli forſan nationi neque viſos neque auditos. Validiſſimos eos fuiſſe, & virtute ſua incredibili maximum vicinis gentibus terrorem incuſſiſſe, varia variorum ſcriptorum elogia nos docent, & commonefaciunt. Seneca Suevos vocare

nobiles' ſolet populos. Plutarchus præſtantiſſimos Germanorum dicit. Florus validiſſimis gentibus eos annumerat. Oroſio familiare eſt, Suevos maximas ferociſſimasque gentes appellitare. Apud Julium Cæſarem Suevorum gens longe maxima & bellicoſiſſima Germanorum omnium dicitur. Nec ignotum, Suevos adeo validos fuiſſe, ut coram Cæſare confiterentur Uſipetum & Tenchtherorum legati, eos tanta eſſe potentia, quibus ne Dii quidem immortales eſſent pares. Etiamſi autem clarum & perſpicuum eſſe arbitror, Suevorum ampliſſimam & potentiſſimam gentem ab antiquiſſimis temporibus hos obtinuiſſe agros; non tamen conſtat inter Scriptores, quinam ex illis Luſatiam noſtram incoluerint, cum in aprico ſit, validiſſimam Suevorum gentem nullas diu fixas, ſtabiles & tranquillas ſedes habuiſſe, ſed varias Germaniæ provincias excurſionibus creberrimis impleviſſe. Manlius conjicit ex Ptolemæo, e Suevica gente Ilingos ſeu Ilinges, Luſatiam ſuperiorem cum parte Sileſiæ tenuiſſe; inferioris partem ac Marchiam Brandenburgenſem Senonibus domicilium præbuiſſe. Addit præterea Ilingos a Tacito nominari Elyſios, indeque eſſe, quod Philippus Melanchthon Elyſios exiſtimet eſſe vel Sileſios, unius abjectione literæ; vel Luſatios, mutata voce in ſonum elegantiorem. Vero tamen vicinior nobis eorum ſententia videtur, qui ſolos e gente Svevorum Semnones ſeu Senones primos hujus terræ incolas faciunt. Etſi enim Ptolemæus docet, Senones quondam poſt Albim ad Svevum fluvium in parte Orientali habitaſſe, ubi nunc forſan Luſatia inferior eſt cum parte Marchiæ Brandenburgenſis; tantum tamen abeſt, ut ſe nobis adverſarium profiteatur, ut noſtram potius ſententiam videatur confirmare. Fatentur enim conjunctis animis Viri ſapientiſſimi, terram illam, quæ nunc Luſatiæ nomine commendatur, in antiquiſſimis Scriptoribus eſſe inferiorem. Nec diſſimulant, limites iſtius regionis adeo obſcuros eſſe, ut nemo certi quid in medium proferre poſſit. Hanc ipſam Ptolemæum intelligere, non obſcure colliget, qui verba tanti Scriptoris penitiori cura examinaverit. Nec abnegaverim, ſi conjecturis indulgendum, Elyſios ipſis Semnonibus, tanquam conditoribus, ſua debere incunabula. Ut enim Semnones ab antiquiſſimis temporibus maxima rerum incrementa habuerunt, & per terras diverſas feliciſſimo curſu ſe diſſeminarunt; ſic etiam Elyſiis in his terris dubio procul dederunt originem. Nec aliam fuiſſe cauſam puto, cur Ptolemæus poſt Senones in hoc agro collocet Ilingvos, quos Elyſios vocat Tacitus, quàm quod Senonibus, tanquam conditoribus, debeant originem. Utrum vero ſequenti tempore Senones & Elyſii ſub notis nominibus ſemper floruerint, an vero ſub aliarum gentium nominibus innotuerint; temere nihil audeo ſtatuere. Deficiente enim fide hiſtorica, periculoſiſſimum judico, vanis indulgere conjecturis, eaque in medium proferre, quæ a veritate ſunt alieniſſima. Seculo poſt Chriſtum natum quinto Veneti & Sarmatæ infuſi ex Aſia in Europam, Poloniam, Bohemiam magnamque Germaniæ partem inundarunt, quæ gentes temporis ſucceſſu communi nomine Sclavi dicebantur. Utrum nonnulli ex his Vandali dici poſſint, quod, referente Dubravio, ſuperatis Vandalis, gente Gothica, terras eorum occupaverint, ſibique hoc nomen tribuerint, judicio cordatiorum virorum relinquo. Cum vero inquieti & rapaces populi proſpero rerum ſucceſſu uterentur, moreque tempeſtatis ſubitæ plures occuparent terras; ſucceſſu temporis eo plures in Europam copias introduxerunt, quo magis & terræ fertilitas illis arridebat, & fortunæ benignitas auſibus temerariis favebat. Initium hujus commigrationis factum eſſe ſub imperio Valentiniani III. multorum hiſtoricorum fide dignorum ſententia eſt. Reperiuntur tamen, qui de tempore adventus Sclavorum nihil certi in medium proferre audent, dubio procul diverſis eorum itineribus commoti, ſiquidem ex hiſtoria conſtat, Sclavos non uno impetu in Svevorum & Vandalorum fines intraſſe, ſed diverſis temporibus diverſas gentes introduxiſſe. Ut autem in varias excreverunt familias Sclavi, locis & appellationibus diſtinctas; ſic imprimis celebris fuit Serbica vel Sorabica, quæ deletis Harmunduris & ipſa Svevica gente, Luſatiam integram, una cum parte Miſniæ & Saxoniæ occuparat. Non tamen Soraborum nomen nobis, ſedes diverſorum populorum ſcire cupientibus, ſatisfacere videtur. Hoc enim commune habuiſſe nomen ſuperioris & inferioris Luſatiæ incolas, pulchre prodidit Johannes Dubravius, antiquitatum Bohemicarum ſcrutator feliciſſimus. Facit præterea Soraborum partem Milcianos ſeu Milſianos, notatione ſitus a cæteris diſtinctos, quos agrum Budiſſinenſem inhabitaſſe, perhibet. Nec poterat vir ingenioſiſſimus immemor eſſe diplomatum ab Imperatoribus datorum, in quibus ſignantur Milciani haut ſane alii, quam qui hodie Luſatiam ſuperiorem incolunt. Ut taceam, ideo ditionem Budiſſinenſem poſt devictos Milcianos ab Henrico Aucupe hoc nomen retinuiſſe, ut dicatur Milzavia, ſeu Milcienia, quia Milcia-

nis

nis quondam ſedem ac domicilium præbuit. Manlius in ſuis Commentariis rerum Luſaticarum collocat cum Peucero Luticicos ſeu Luſicios in Luſatia inferiori, quos tamen magis ad occidentem inclinaſſe, alii variis oſtendunt argumentis. Ut autem Sorabi ſeu Sclavi more procellæ repentinæ vagati per Germaniam, præ ceteris hanc quoque terram occuparunt, atque e nomine Gentis Sorabiam appellitarunt: ſic nec quietiores ſequentibus extiterunt temporibus, quippe qui in patrio ſolo prædis quotidianis & continuis bellis fuerant aſſveti. Perpetuis enim bellorum tumultibus, efferati moribus, pugnaceſque populi Saxoniam Miſniamque affixerunt. Irruptionibus innumeris vexarunt Thuringorum fines. Nec ullo intermiſerunt tempore Franconiam cædibus, rapinis & incendiis creberrimis exhaurire. Quantum iocommodorum paraverint Regibus Germanorum ſæviſſimis belli tumultibus, vel ex ſolo Caroli M. ævo apparet, quo Sclavorum nomine nihil fuit illuſtrius. Et quamvis Germanorom Principes multis expeditionibus ferociam Sclavicæ gentis reprimere tentaverint; fruſtra tamen eos laceſſebant armis, qui invictis armis ſuos tueri fines didicerant; irritoque conatu profligare cupiebant, qui validiſſimas etiam nationes irritare poterant. Primus Carolus M. extitit, qui devicta feliciter Germania, populoque idolorum cultibus obnoxio, ad veram DEI agnitionem adducto, Sclavis per Germaniam vagantibus animoſe ſe oppoſuit, & Neclano eorum Duci parendi legem indixit. Quo pulchrior vero Germaniſque acceptior hæc victoria fuit; eo difficilius Carolo viſum, hoſtis validiſſimi potentiam congreſſionibus multis frangere ac labeſactare. Cum enim Neclanus Lecho peritiſſimo ſibique fidiſſimo belli Duci, ditionem ad Sprevum fluvium, ubi nunc Budiſſinenſis ager, beneficiario jure poſſidendam dediſſet, meliora in novo vaſalle belli auſcipia habiturus; Cumque interjecto tempore Lechi filiam Svatanam Wittikindus Saxonum Dux in matrimonium duxiſſet; eo facilius Neclano, his nixo præſidiis, videbatur, fortiter ſe animoſeque Carolo M. opponere, ſuasque terras contra ipſius impetum defendere, quo magis pro gloria gentis antiquæ pugnabat, atqoe tot majorum victoriis ad perſequendum bellum incitabatur. Et feliciſſimum dubio procul belli eventum nactus eſſet, niſi repentinus Wittikindi defectus omnes ejus res pervertiſſet. Poſtquam enim generoſus ille Saxonum heros cum ſuis ſubditis, ejurata gentilinm idololatria, religionis Chriſtianæ veritatem amplexus erat, nec adhærentem adhuc idololatriæ Lechum, quem ſocerum colebat, ullis vel precibus, vel comminationibus adducere poterat, ut ſuperſtitionem abjiceret gentilem, & Chriſtianæ religioni ſuum daret nomen; non dubitavie Wittikindus ex Chriſtianæ religionis amore infideli ſocero bellum indicere, quem ante contra Carolum M. armis juverat, ac cum Carolo reprimere ac coërcere Sclavorum greges, qui cladibus continuis univerſam Germaniam exhauſerant. Etſi autem Wittikindus poſt inſignes victorias in introducenda religione Chriſtiana in hanc terram omnem adhibebat induſtriam, multisque in locis etiam féliciſſimo propagabat curſu; non tamen perverſa & fœdiſſimæ idololatriæ aſſveta natio priſtinam omnino conſvetudinem abjicere voluit. Si aperta profeſſione religionis Chriſtianæ veritatem cogebatur amplecti, animum retinebat privata ſuperſtitione adimpletum. Et ſi in civitatibus minus licebat cultui idolorum turpiſſimo adhærere, in remotis & tenebroſis ſylvis ſuperſtitionibus abominandis ita vacavit, ut nec monitis nec comminationibus ullis ſe pateretur abduci. Adde, quod multi in ſocios, quos Chriſto nomen dediſſe cognoverant, immaniſſima crudelitate graſſarentur. Deſcribit Manlius vetus Sclavorum idolum Flyns vel Flynnum dictum, quod fuerit ad inſtar mortui, pallidum, longo amictum pallio, caſarie nigra, rubeo colore, dextra manu perticam tenens cum manipulo ſpicarum, & in lævo homero leonem habere erectum, qui mortuos excitaret. Superfuiſſe hoc Sclavorum Idolum quingentis poſt Caroli M. mortem annis, & a Chriſtianis Principibus an. Chriſti ſupra Milleſimum trecenteſimom decimo ſexto conjunctis animis & viribus eſſe deſtructum, ut diu deſideratum finem idololatriæ gentilis reliquis imponerent, conſtans hiſtoricorum fide dignorum ſententia eſt. Sed ut ad propoſitum revertar; poſt mortem Wittikindi in his terris tumultus graviſſimos cum bellis aſſiduis graſſatos eſſe, notius forſam fuerit, quam ut multis a me verbis exponi debeat. Etiamſi enim poſteri Witikindi per temporis aliquod intervallum in ſua retinuerunt poteſtate rebelles & indomitos Sclavos; brevi tamen a fide Chriſtiana deſciverunt, omnemque parendi legem Saxonibus renunciarunt. Nec prius frangi & coërceri effrena gentis malitia potuit, quam Henricus Saxonum Dux, cognomine Auceps, Heros ſapientiæ & fortitudinis laude florens, poſt deletos in agro Martiſpurgenſi Hunnos, Sorabicos quoque armata vi aggrederetur, & aggreſſos ita deleret, ut ultro Saxonum jugo colla devicta ſubderent. Ab eo tempore Henricus captum Soraborum agrum in præfe-

ćturas limitaneas diſtinxit, quas noſtra dialecto vocamus Marchias ac iisdem præfectos ſeu Marchiones inſtituit, qui regni limites adverſus hoſtes vicinos defenderent, dataque occaſione redderent auctiores, in eo denique toti eſſent, ut certo legum temperamento, populum majorum more efferum, ad manſuetudinem adducerent. Et optandum certe, ut feliciores eſſemus in diſtinguendis Marchiæ limitibus, quos Henricus Auceps conſtituit, quam fines hujus terræ antiquos oſtendere poſſumus. Quia vero ne vetuſtis quidem Scriptoribus recte explorati ſunt, nobisque vel parum vel omnino nihil de illis conſtat, patienter ferendum, ſi, quam hiſtoriam accuratior Marchionum ſeries reddit claram ac perſpicuam, incerta limitum ratio obſcuriorem aliquando reliquerit. Si tamen conjecturis indulgendum, iterum Luſatiam magis inferiorem, quam ſuperiorem ad novam hanc Marchiam pertinuiſſe, vero conſonum videtur. Ut Conringium præteream, hiſtoricum ævi noſtri fide digniſſimum, multis evincentem argumentis, Luſatiam ſuperiorem vel integram vel maxima ex parte ſub Bohemia fuiſſe, nec prius a Dominis ſuis juſtis potuiſſe avelli, quam Dux Polonorum Mieslaus, vel M.cislaus, ducta in Matrimonium Dombrava vel Daubrawea, Regis Bohemici filia, dotis loco eam acceperit. Atque cum hoc Henrico Aucupe tumultuoſam Soraborum nationem vincente, terramque poſt introductos Germanos in præfecturas limitaneas diſtinguente, incipit hiſtoria Luſatica medii ævi, & excurrit usque ad tempora Johannis Bohemorum Regis, ubi denuo poſt varios fortunæ caſus ad regnum Bohemiæ Luſatia fuit devoluta. Ex quo autem Henricus poſt conditam Marchiam Brandenburgenſem & Miſnicenſem, hanc quoque terram Marchiam Luſatorum nominaverat; ex quo etiam, uti ſuperius monitum, novæ Marchiæ dederat præſides ſeu præfectos limitaneos, qui aſſiduo ad Imperii limites in armis excubarent, ſimulque cum muniendorum finium præſidio curam agerent, populo novo jura & leges darent; non iisdem parere Dominis cœpit, ſed pro diverſa temporum mutatione ſuos mutavit Marchiones & cum Marchionibus fortunam. Revocantur communiter ad quinque periodos in hiſtoria, qui principatum nomine ac titulum Marchionum in Luſatia tenuerunt. Et prima quidem periodus eorum eſt, qui ex antiqua Saxonum nobilitate Luſatiæ præfuerunt. Chronicon Carionis vocat Comites Stadenſes. Horum agmen ducit Gero ſeu Geron, qui anno reparatæ per Servatorem ſalutis nongenteſimo ſexageſimo ſecundo Marchionis charactere & titulo ab Henrico Aucupe huic terræ præpoſitus eſt. Fortis hic & magnanimus heros non ſolum occupatus fuit in extendenda religionis Chriſtianæ doctrina, ſed etiam fortiter animoſeque violentos Sclavorum impetus repreſſit. Si Wittichindo fides habenda, triginta Sclavorum principes, qui callidis circumvenire inſidiis Marchionem tentarunt, poſt detecta conſilia magno epularum apparatu excepit, omnesque cum nimio caluiſſent vino, interfecit. Obiiſſe dicitur ſummus hic Marchio anno CHriſti ſupra centeſimum ſexageſimo quinto, cum oſſa ſua poſt diſceſſum ex hac vita Gerenrodenſi monaſterio inferri juſſiſſet, cujus ipſe fundator fuerat. Succeſſorem reliquit Chriſtianum, qui Hiddam Geronis ſororem matrimonii jure ſibi junxerat. Hic per octo annos, quibus præfuit Luſatiæ, hoc unum egit, ut Marchiam in perpetua pace retineret & æquiſſimo jure foveret ac tueretur. Decedentem in Marchionatu excepit Ditmarus filius, heros generoſus, & qui optimam de ſe ſpem omnibus fecerat ſubditis. Ereptus tamen fatali neceſſitate omnium ſaluti anno gubernationis altero, Geronem II. ex Suanehilda ſeu Suanevilla filium reliquit, in cujus tempora incidunt ſæviſſimi belli tumultus, qui Luſatiam vicinamque Miſniam maximis cladibus afflixerunt. Scilicet Dux Polonorum Boleslaus II. cognomine Chobrius anno milleſimo ſecundo, Marchiam Luſaticam copiis maximis invadens, cum alias civitates, tum Budiſſam poſt aliquam obſidionis moram expugnavit; nec rebus ſupra vota fluentibus, dubitavit in Miſniam penetrare, terramque pulcherrimam cædibus, incendiis ac rapinis miſerrime exhaurire. Ab Henrico II. Imperatore in diverſis expeditionibus feliciter Miſnia & Luſatia ejectus, mox rediit collectis viribus, tantoque favore denuo terras ſibi ereptas invaſit, ut, quod intactum ante reliquerat, crudeliſſima tyrannide vaſtaret. Nec effugere Marchio vim validiſſimam hoſtium potuit, ſed pro ſalute patriæ contra Polonos fortiter dimicans in acie occubuit relicto filio Ditmaro, virtutis ac dignitatis paternæ ſucceſſore. Hoc gubernacula Marchiæ tenente, arma ſunt poſita, & circa annum Chriſti milleſimum decimum octavum pax inter Henricum II. Imperatorem & Boleslaum Polonorum Ducem Budiſſæ erecta, eo gratior Luſatiæ, quo magis a longiſſimis belli tumultibus reſpirare, & gratam pacis amabilitatem intueri optaverat. Seriem in Geronis familia claudit Otto, Ditmari II. filius, ſextus Marchio, qui ſine hærede diſceſſit, anno milleſimo trigeſimo primo, poſtquam per tredecim annos ſumma cum laude Luſatiæ præfuerat.

fuerat. Secunda periodus Marchionum Luſaticorum eſt familiæ Dedonicæ. Extincta enim Geronis familia, Imperator Henricus IV. obtulit hanc dignitatem Dedoni, quem quondam Henricus III. Marchionem Miſniæ fecerat, idque ſive ex jure, quodam cognationis, ſive quod res ejus ex ſingulari clementia cuperet eſſe auctas. Parum tamen gratiæ optimo Imperatori pro beneficio exhibito retulit. Cum enim Romanus Pontifex novo & inuſitato exemplo proceres imperii ad conjurationem contra Henricum Cæſarem adduxiſſet, ſimulque Rudolpho Suevorum Duci coronam imperii miſiſſet; non dubitavit Luſatorum Marchio Dedo, Anti-Cæſaris partes agere, clementiſſimo Domino ſe opponere, & in belli ſocietatem trahere Thuringos, quos ob decimas Archi-epiſcopo Moguntino a Cæſare conceſſas, rerum novarum cupidiſſimos intellexerat. Qui pro cauſa Marchionis ſtant, ejusque factum defendunt, provocant ad ſuſpicionem de libertate Saxonum opprimenda, quæ ad Imperii proceres ob habitum Henrici cum Danorum Rege, Colloquium paulatim manare cœperat. Addunt quoque Neceſſitatem Marchioni etiam invito impoſitam fuiſſe, prædia viduæ Ottonis, in matrimonium ductæ, vi armata repetere, cum poſtulanti nullus relinqueretur locus. Hoc certum, conjugem Dedonis Adelam, implacabili arſiſſe odio, maritoque alioquin miti ac placabili audacia ſua faces prætuliſſe ad extrema quæque tentanda, bellumque ingreſſum ſumma pertinacia cunctisque viribus perſequendi. Tandem tamen Cæſaris gratiæ redditus eſt Marchio poſt colloquium Gerſtungæ inſtitutum, feliciterque Luſatiam adminiſtravit, donec longa conſumtus ægritudine, anno Servatoris milleſimo ſeptuageſimo quinto exhalaret animam. Poſt obitum Marchionis periodus hæc celeres & inopinatas mutationes ſenſit. Cum enim ex relictis filiis Henricus dignitati & potentiæ paternæ ſive deberet ſuccedere, ſive jam ſucceſſiſſet; Imperator Henricus excluſis ab hæreditate Dedonis filiis, Vladislao Bohemorum Duci, fidoque contra Rudolphum Anti-Cæſarem ſocio, in pignus grati animi & regium titulum conceſſit, & vel integram Marchiam, vel partem hæredibus Dedonis debitam, tanquam peculiare donum adjecit. Nec Lambertus Paulus & Langius dubitant, quin Marchia quoque Miſnicenſis liberalitate Cæſaris una cum Luſatica ad Bohemos devoluta ſit, quamvis illam terram Ecbertus Saxoniæ Thuringiæque Marchio Bohemico Regi, admota, militari manu, non diu poſt ex manibus extorſerit. Quare ut cum Albino, Henricum Dedonis filium faciamus Marchionem Luſatiæ, nulla nos cogit neceſſitas. Si enim, excluſis Dedonis filiis, utraque Marchia devoluta eſt ad Bohemos, cur Marchiones præter omnem cauſam multiplicabimus? & ſi Henricus ipſe hoc titulo abſtinuit, ſeque Marchionem de Hileburg appellitavit, cur fruſtra, refragante hiſtoricorum fide, Luſatiam ipſi attribuemus? Cæterum quicquid dignitatis Uratislaus & novo Regis titulo, & terræ pulcherrimæ acceſſione videbatur adeptus; non tam ſibi, quam virtuti ac potentiæ Viperti Comitis Groicenſis videbatur debere, utpote, quem in Anti-Cæſare Rudolpho opprimendo feliciſſimum pariter & conſtantiſſimum cognoverat. Hinc non dubitavit, gratam heroi ſummo mentem teſtari, ipſique data in matrimonium Juditha filia, dotis loco adjicere, quicquid terræ Luſatiæ a Cæſare acceperat. Atque cum hoc Viperto, genus ex Regia Danorum familia ducente, incipit tertia periodus Marchionum Luſaticorum, Comitum ſcilicet Groicenſium, & incidit in annum reparatæ per Servatorum ſalutis milleſimum nongenteſimum tertium. Etſi autem incomparabilis hic heros in rebus gerendis acerrimus viſus eſt; non tamen in Marchionatu ſuo proſperam æquabilemque fortunam ſenſit, ſed poſteris documento fuit, quam verſabilis ſit illis fortuna, qui ea minus reverenter utuntur. Scilicet cum ab Uratislao ſocero, vanæ gloriæ cupidiſſimo, contra Henricum V. Germanorum Imperatorem temere ſolicitari ſe paſſus eſſet; tantam ejus offenſionem injuſta hac rebellione attraxit, ut neceſſitatem ſibi videret impoſitam, præter urbem Leiſnicenſem, etiam ditionem Budiſſinenſem Imperatori relinquere. Nec Henricus terram occupatam ſibi reſervare, ſed Hojeri, Comitis Mansfeldenſis poteſtati certis de cauſis tradere voluit. Et vix gratiæ Imperatoris reconciliatus erat Vipertus, cum novæ ab inquieto ingenio turbæ efficerent, ut ab Henrico juſtis de cauſis caperetur, per multosque annos in arctiſſima cuſtodia haberetur. Attamen reſtitutus denuo multorum interceſſione priſtinæ libertati eſt, Marchiamque Luſaticam ut legitimus Dominus a Cæſare reconciliato accepit. Moriens anno Chriſti ſupra milleſimum centeſimum vigeſimo quarto filium Henricum Succeſſorem reliquit, in retinenda Marchia, non feliciorem ipſo parente. Cum enim circa prima ſtatim tempora ſuæ gubernationis Uratislaus Bohemiæ Rex vitam cum morte commutaſſet, fratrique Sobieslao regnum reliquiſſet; non dubitavit novus Bohemiæ Dominus invadere Luſatiam, magnamque iſtius partem, excluſis Viperti hæredibus in ſuam redigere poteſtatem. Atque hic famoſus

moſus Sobieslaus eſt, ſub quo civitates Luſatiæ ſuperioris partim fundatæ, partim auctæ ſunt. Hoc jubente vetus caſtrum mœnibus ac foſſis munitum ab incendio illuſtrius ſurrexit, & Gorlicii nomen accepit. Si Dubravio credendum, Sobieslaus Budiſſam vetuſtate conſumtam & exhauſtam inſtauravit, multisque modis auctiorem reddidit. Nec a veritate videtur alienum, Zittaviam noſtram ſub ejus regimine magna habuiſſe incrementa, cujus incunabula Manfredi Comitis Ringelheimenſis conjugi vulgo tribuuntur. Atque ab hoc tempore reges Bohemorum magnam Luſatiæ ſuperioris partem in ſua retinuerunt poteſtate. Id quod vel ex ſolis conditionibus pacis conſtat, quas Poloni cum Bohemis circa annum Chriſti milleſimum centeſimum ſeptuageſimum primum erexerant, in quibus præ cæteris conſtitutum, ut Luſatia, ſeu potius ea Luſatiæ pars, quæ Bohemiam Sileſiamque attingit, juris eſſe Bohemici debeat. Dolendum tamen, quod Luſatia parum ſibi pacis & tranquillitatis publicæ ſub regum ſequentium imperio polliceri potuerit. Cum enim poſt obitum Sobieslai Regis inter proceres Bohemiæ varia de ſucceſſionis jure litigia moverentur, ipſum quoque regnum innumeris turbaretur diſſidiis; eo triſtiora Luſatiæ Bohemicæ fata imminebant, quo magis regnum ipſum in ſua veluti viſcera ſæviebat, atque ad exitium ſuum ruebat. Nec prius ſibi quietiora tempora polliceri potuit, quam Ottocarus Bohemorum Rex potentiſſimus ſuppreſſa diſcordia inteſtina, & validiſſimo regno autoritate ſua redderet exoptatam pacis amabilitatem, & in Marchia Luſatica omnia tranquilla & pacata redderet. Sed ut revertamur ad Marchiones noſtros, quarta Periodus, quæ in annum Chriſti ſupra milleſimum centeſimum vigeſimum ſeptimum incidit, Comitum eſt Wettinenſium, quorum primus Conradus dicitur fuiſſe. Ex quo enim magnanimus hic heros a captivitate Henrici junioris de Ileburg, quam diu ſuſtinuerat, non ſine ſingulari DEI providentia erat liberatus; adeo fortuna rebus ejus favere cœpit, ut mox Imperatoris beneficio Marchiam Miſnicam acciperet, mox Marchiæ Luſaticæ acceſſione dignitatem ſuam videret auctam; mox terram Rochlicenſem in ſua videret poteſtate. Moriens quinque reliquit filios. Ottonem, cui vivus adhuc Miſniæ Marchiam conceſſerat; Dietericum, qui Luſatiam acceperat; Henricum, quem Comitem Wettinenſem fecerat; Dedonem, quem Rochlicenſem; & Fridericum, qui Bremenſem Comitatum adeptus erat. Dietericus igitur ſeu Theodoricus Patri ſuccedens, erectione nobiliſſimi cœnobii, quod Doberlug vocatur, memoriam nominis commendatam eſſe voluit. Ex prima conjuge Dobergana natum filium in torneamenti ludo lancea confoſſum amiſit. Ex Cunigunda pellice potius, quam altera genuit Theodoricum, poſtea Epiſcopum Martiſpurgenſem. Cumque legitimam prolem non haberet, mortuo ſucceſſit Dedo frater, hactenus Comitis Wettinenſis titulo contentus. Vix novam dignitatem per nonnullos annos adminiſtraverat, cum ex inciſione ventris obiret, relictis Mechtilda conjuge, filiis duobus, Conrado, qui dignitati paternæ ſucceſſit, Dieterico Comite Sommersburgenſe, Admotus ad Marchiæ gubernacula Conradus anno, ſupra milleſimum ducenteſimum quinto adverſarium ſtatim ſenſit Uladislaum Polonorum Ducem, cujus Sororem Eliſabetham habebat in matrimonio. Nec aliter ſaluti ſuæ conſulere ſcivit, quam ſi arma armis propulſaret, ſeque juſto & idoneo bello vindicaret in libertatem. Congreſſus igitur prælio cum Uradislao, qui contra datam fidem in Marchionem irrumpere tentabat, eum poſt periculoſam dimicationem interfecit, caſtra integra occupavit, nobilique iſta victoria finitimis populis ſe terribilem reddidit. Celebratur a multis ſumma Marchionis pietas, & ardentiſſimum ſtudium, quod in augenda propagandaque religionis Chriſtianæ integritate ſemper habuit. Celebratur fides incorrupta, quam non ſolum amicis præſtitit, ſed & hoſtes ſæpenumero non ſine maxima admiratione experti ſunt. Naturali fatorum conditione rebus humanis ereptus ceſſorem habuit Theodericum ſeu Dietricum II. Ottonis filium & Conradi nepotem. Cum hactenus Miſniæ Marchiam adminiſtraſſet, & favente occaſione Luſaticam rebus ſuis adjectam eſſe vellet; eam ab Ottone IV. Imperatore pro quindecim millibus marcis redemit, ex quibus decem millia ſolvit, quinque vero ab Imperatore ſibi remiſſas vidit. Princeps non minus, quam anteceſſor, ſanctus & religioſus, quique & in Viros doctos beneficus, & in omnes bonos clementiæ laude illuſtris. Ex Juditha conjuge ſuſcepit filium Henricum, qui ob immaturum parentis optimi obitum neceſſitatem ſibi vidit impoſitam, ſub tutela Ludovici IV. Landgravii Thuringiæ tyrocinia militiæ deponere. Adeo tamen ſucceſſu temporis inclareſcere fortitudinis laude cœpit, ut nomine illuſtris a civibus pariter ac exteris coleretur. Interruperant poſt exceſſum Dietrici ſucceſſionem paulo vicini populi, contemnentes teneram Henrici adoleſcentiam, nec parum acerbitatis terræ Luſaticæ intulerant. Sed ex quo ad virilem ætatem pervenit generoſi feminis adoleſcens,

leſcens, tantam felicitatem ſuis rebus imminere ſenſi; ut & Cæſaris Friderici II. beneficio Marchiam Luſaticam recuperaret, & Miſniam cum Thuringiæ Landgraviatu brevi temporis intervallo ſibi ſubjectam videret. Illuſtris hic Marchio vel condidit, vel auctiorem reddidit Cellam, inferioris Luſatiæ ad Oderam cœnobium; ac Doberlugenſe ad Elyſtram nigram variis privilegiis ac reditibus præclaro majorum exemplo illuſtrius reddidit. Tres conjuges ſucceſivo matrimonio coluit. Conſtantiam, Leopoldi Ducis Auſtriæ filiam, ex qua Alberti & Theoderici pater factus eſt; Agnetam Ottocari Regis Bohemorum filiam, quæ improlis diſceſſit; & Eliſabetham, ex antiqua & nobili Maltitiorum proſapia, ex qua Hermannum & Fridericum vidit. Vivus hæreditatem Alberto & Theodorico filiis ita diſtribuiſſe fertur, ut iſti dederit Thuringiam; huic vel Marchionatum Landsbergenſem, vel aliam terram, ſervata ſibi reliqua terra. Moriens Dreſdæ anno ſupra milleſimum ducenteſimum octogeſimo octavo, exuvias corporis Cellam portari juſſit, ut cum tribus conjugibus & duobus filiis Hermanno ac Friderico, quibus vivus adhuc oculos clauſerat, commune haberet ſepulchrum. Henricum illuſtrem in Luſatia excepit Theodoricus Junior, qui vulgo Dicemannus ſeu Tizmannus appellatur; Alberti Thuringiæ Landgravii ex Margaretha Auſtriaca filius. Heros tanta fortitudinis laude celebris, ut rerum geſtarum gloria anteceſſoribus omnibus vel par fuerit, vel palmam præripuerit. Perfert ipſi Fabricius teſtimonium firmiſſimum, quod cum Marchionibus Brandeburgicis tanta fortitudine bellum geſſerit, ut in ſumendis armis primus, & in deponendis ultimus extiterit. De reliquis bellis, quæ omnis ætatis ac memoriæ celeberrimus heros animoſe pro ſalute patriæ ſubiit, plena multorum ſcriptorum monumenta ſunt. Vel ſolum ejus epitaphium, quod Lipſiæ in templo D. Thomæ Latinis verſibus oſtenditur, tantam rerum geſtarum ſeriem nobis exhibet, quæ fidem etiam ſuperare poſſunt. Sed quo celebrior Marchio fuit; eo indignius mortis genus perpeſſus eſt. Cum enim legiones pro conſvetudine in hyberna duxiſſet, & nocturna ſacra natalitiorum Chriſti devotiſſimo ſtudio ageret, a Percuſſore clanculum miſſo ita vulneratus eſt, ut biduo poſt neceſſitatem ſibi videret impoſitam, ex hac vita migrandi. Decedens ſine hærede, fratri Friderico Luſatiam reliquit, cui jus in hanc terram, ſi forſan in poſſeſſione non habuit, eripi nec potuit, nec debuit. Atque hæc cauſa eſt, cur titulum non minus Marchiæ Orientalis, quam Thuringiæ & Miſniæ in ſuis uſurpaverit Diplomatibus, ut Paulus Langius & autor libri de Landgraviis Thuringiæ prolixiſſime habent. Nec ignotum, quod periculoſæ lites inter Fridericum & Waldemarum I. Brandenburgicum interceſſerint, in mutuas deprædationes erumpentes, quodque in his turbis Marchio noſter, a Waldemaro captus, nec prius dimiſſus ſit, quam Luſatiæ valediceret, ditionique Waldemari relinqueret. Nec Reges Bohemorum hanc rem parum adjuverant. Ab interregno enim, quod magnum vulgo vocant, cum Marchionibus Brandenburgicis pacem amicitiamque conſtantiſſime coluerant, illisque etiam, ſuppreſſa Marchionum Luſaticorum potentia, varias terræ partes ſucceſſivo ſtudio conceſſerant, ſive ope eorum ſpem ſibi fecerint ad ſummam imperii dignitatem; ſive alia de cauſa nobis incognita res Brandenburgicorum Marchionum auctas eſſe voluerint. Hinc quinta ſurgit periodus Marchionum Brandenburgicorum, qui noſtram Luſatiam, a Regibus Bohemiæ illis addictam per temporis aliquod intervallum tenuerunt. Modus autem traditionis parum nos reddiderit ſollicitos. Doceant multi, Marchiam ad Brandeburgicos devolutam eſſe donationis beneficio. Provocent alii ad oppignorationis jus certiſſimum. Pugnent nonnulli vel pro venditione, vel pro lege connubiali, vel alias adducant cauſas, quæ avulſam a Bohemiæ regno Luſatiæ Marchiam edoceant. Nos obſervamus jam Ottocari II. Bohemorum Regis tempore maximam partem Luſatiæ ſuperioris ad Ottonem II. Brandenburgicum Marchionem tranſiiſſe. Cum enim Ottocarus Auſtriam, tunc temporis poſſeſſore vacuam armato milite petiiſſet, eo feliciorem armorum progreſſum ſibi indulgebat; quo plus auxilii ab Ottone ſperabat, quem variis ſibi beneficiis obligaverat. Atque ab eo tempore maxima Luſatiæ pars a Brandenburgicis retenta Marchionibus, donec Friderico in anguſtias redacto, etiam inferiori Luſatia potirentur. Nunquam tamen inclyta noſtra Zittavia Brandenburgicis paruit cum Budiſſa, Gorlicio aliisque Luſatiæ ſuperioris locis, ſed antiquos Bohemiæ Dominos conſtantiſſima fide coluit. Et fuiſſet certe Wenceslaus II. Ottocari II. filius poſt obitum parentis in ſummo vitæ bonorumque omnium periculo, niſi Zittavia noſtra eum fideliſſime cuſtodiiſſet, & cuſtoditum regno Bohemico reddidiſſet. Uſurpaverat tunc temporis regni adminiſtrationem eques quidem auratus Otto Labiſcus cum fratribus ſuis, rapta regina vidua, quæ etiam inconſultis atque adeo invitis Bohemiæ proceribus ipſi nupſerat. Quare ne Wenceslao impuberi Regis filio quid periculi

vel

vel a matre, vel ab alio quodam homine immineret, per longum temporis intervallum in hac civitate latuiſſe fidiſſimeque a civibus educatus eſſe dicitur; donec Otto Brandenburgicus tutoris nomine, inſidiarum cauſa commotus, quæ ipſi a vitrico ſtruebantur, juvenem ad ſe accerſiri juberet. Atque hæc cauſa eſt, cur deinceps Wenseslaus, ad gubernacula regni admotus, Zittaviam, fidiſſimam ſuam nutricem, tam charam habuerit, ut eam quotannis viſitaret, viſitatam variis augeret beneficiis, maximisque muniret privilegiis. Paulo poſt Zittavia Dominis Lieppenſibus, Bohemiæ proceribus paruit, & tamdiu ſub eorum poteſtate fuit, donec poſt varios fortunæ caſus ſub manſvetudine Regum Bohemicorum denuo acquieſceret. Interjecto tempore poſt Waldemarum I. varii e Brandenburgicis Marchionibus per ſucceſſionis ordinem noſtram adminiſtrarunt Luſatiam, eo iniquiori fortunæ obnoxiam; quo minus ſub illis Dominis pacata ſibi ac tranquilla tempora indulgere potuit. Genus tandem in Waldemaro II. circa annum Chriſti milleſimum trecenteſimum quadrageſimum octavum dicitur extinctum eſſe. Hæc cum agerentur, ita variabat belli fortuna, ut Luſatia necesſitatem ſibi videret impoſitam, nunc Bavaris, nunc aliis victoribus ſeſe ſubjicere. Scilicet cum Henricus VII. veneno in Italia eſſet necatus, & ſucceſſori Ludovico Bavariæ Duci a quinque Electoribus lecto, reſiſteret Fridericus pulcher Auſtriacus, Rudolphi ex Alberto I. nepos, & reliquorum Electorum autoritate, & majorum gloria nixus; laborabat Ludovicus Johannem Bohemorum Regem omni ſtudio ſibi attrahere ad belli diſcrimen, haud ignarus, quod fidum cœptorum Ducem in eo ſit habiturus. Et ne ſurdas Johannis aures pulſaret, in præmium navatæ operæ utramque Waldemari Marchiam ipſi pollicebatur. Sed confecto feliciter bello, Ludovicus immemor & periculorum & promiſſionum, Johanni tantummodo Budisſinam concesſit, Brandenburgenſem vero Marchiam una cum Electorali dignitate Ludovico filio majori reſervavit. Ægre hanc rem ferens Bohemorum Rex Johannes, vi armata petiit, quod promisſionis jure & impenſarum bellicarum cauſa a Cæſare non potuerat conſequi. Quare Gorlicium invaſit; aliaque Luſatiæ ſuperioris oppida ſibi ſubjecit, fruſtra Imperatore Ludovico reluctante, cum propter domeſticos motus, tum propter bella asſidua, quibus temporum injuria ſe videbat implicitum. Nec in tanta rerum mutatione Luſatia ex malis, quibus per multos luctata annos fuerat, emergere prius potuit, quam ad priſtinos Bohemorum Reges devolveretur, & Johannem Lücelburgicum ſuum Dominum veneraretur. Atque cum hoc Johanne Lucelburgico, Henrici VII. filio, qui regnum Bohemiæ cum Eliſabetha, altera Primislai Regis filia impetraverat, incipit hiſtoria Luſatiæ novisſima, univerſam terræ faciem nobis ob oculos ponens, quam & ſub Regibus Bohemicis quondam habuit, & adhuc ſub potentiſſimo Saxonum ſtemmate habet. Ex quo autem Luſatia regno Bohemiæ juncta fuit, jurisque Bohemici facta, eam cum potentiſſimo illo regno a Johanne Patre accepit Carolus IV. a proceribus Imperii etiam Cæſar creatur. Hic ſicut occupatiſſimus fuit in Bohemiæ regno foris dilatando, domique eſornando variis Canonicorum & Monachorum collegiis, inſtitutione Academiæ Pragenſis, ædificationibus & munitionibus, aliisque hujus generis rebus plurimis; ſic nec quicquam in augenda ornandaque Luſatia & ſuperiori & inferiori in ſe deſiderari paſſus eſt. Zittaviam anno reparatæ ſalutis ſupra milleſimum trecenteſimum ſexageſimo quarto reliquis Luſatiæ ſuperioris Civitatibus adjunxit, certaque conſtituit judicia, ne incolæ Pragenſe iter longum periculoſumque ſibi viderent impoſitum, ſi rerum ſuarum controverſias dirimere vellent; civitates denique arctisſimo nexu ita conjunxit, ut unum veluti corpus conſtituerent, agrique Hexapolitani nomine innoteſcerent poſteris. Præterea cœnobium Oywinenſe, nobis vicinum in monte Paracleti ædificari juſſit anno ſupra milleſimum trecenteſimum ſexageſimo octavo, magnifica æde temploque inſtruxit, & reditibus ampliſſimis ornavit, cum ante iſta tempora receptaculum vel venatorum, vel prædatorum fuiſſet. Extincto Carolo, filius natu major Wenceslaus parenti in imperio Germanico pariter ac Bohemiæ regno ſucceſſit. Et ne natu minimus filius Johannes præteritus a Patre videretur, Gorlicium ipſi atque alias Luſatiæ ſuperioris civitates frater ipſi poſſidendas tradidit. Inde eſt, quod a Crantio aliisque hic Johannes Dux Gorlicenſis, & ab Ænea Sylvio Dux Luſatiæ dicatur. Si tamen Dreſſero fides habenda, excluſus eſt civitate propter inſolentiam & effrenatam libidinem, atque in inferiori Luſatia, quod reliquum erat vitæ, conſumſit. Poſt mortem Johannis Jodocus, Moraviæ & Brandenburgenſis Marchio Wenceslai patruelis ducatum Gorlicenſem ſibi tribuit, & tam diu retinuit, donec Gorlicenſes, accuſato duro ejus ac intolerabili imperio, ad priſtinos Bohemiæ Dominos redirent. Cæterum, regnante Wenceslao cœpit adverſus

Pon-

Pontificis ambitionem & corruptà vitiò hominum ſacra concionando & libros vulgando, ſamam nominis acquirere Johannes Huſſus, Regis patrocinio uſus, qui de gratia Papæ conſervanda parum ſollicitudinis in ſe derivabat. Et dubio procul in diſſeminanda Evangelii doctrina teſtis ille veritatis feliciſſimum habuiſſet ſucceſſum, niſi improviſa fatorum neceſſitate Imperator rebus humanis ereptus eſſet. Defunctum Regem anno ſupra milleſimum quadringenteſimum vigeſimo octavo frater Sigiſmundus ſequebatur, ante ab illuſtriſſimis Imperii Ordinibus Cæſar Auguſtus proclamatus. Hic indicto Concilio Conſtantienſi, Johannem Huſſum ad id evocabat, ſalvi conductus literis munitum, ut veritatis divinæ cauſam adverſus falſorum dogmatum præcones ageret. Monachi tamen virum pietate inſignem & nullius erroris convictum, rogo impoſitum perfide cremabant, cineresque in Rhenum ſpargebant. Quod impium facinus bello graviſſimo Bohemi ulciſcebantur, & Rege ejecto, monachisque occiſis, omnia loca cædibus cruentabant. Neque ſolum Bohemiæ regnum civium manaverat ſanguine, ſed & tanti mali ſenſus in Luſatiam ſuperiorem & inferiorem, in Sileſiam, Marchiam Brandenburgenſem, aliaque loca finitima penetraverat. Atque tanta violentia & rabie penetraverat, ut raptos ex matrum ulnis parvulos diſſecarent, ſacerdotes confoderent, virgines adultas cum junioribus fœminis ad libidinem raperent, anus obruerent, nullique parcerent vel ſexui, vel ordini; templa DEI immortalis fuſo ſanguine profanarent, cadaveribus replerent, ac igne ſuppoſito accenderent, monaſteria ſubverterent, omnia denique ferro & igne crudeliſſime vaſtarent. Enarrant adhuc incolæ majorum commemorationibus edocti, quam crudeliſſimam Tyrannidem Huſſitæ exercuerint Laubæ & Lobaviæ, & quo incendio triſtiſſimo manibus interfectorum parentaverint. Repetunt ex annalibus Cotbuſiani, Gubenenſes, aliique Luſatiæ inferioris incolæ, quanta immanitate,, more furentium perniciem moliti ſint pagis, vicis, oppidis, omniaque ſic extirparint, ut faſta ſolitudo & ſterilis humus, perditis etiam agris. relinqueretur. Nec inhiberi vis & crudelitas Huſſitarum aliter potuit, quam ut pacis leges in concilio Baſileenſi dicerentur, & regni Bohemici incolis liberum religionis Evangelicæ exercitium relinqueretur. Circa illa tempora Sigiſmundus duas arces validiſſimas, ſitas in monte, quem noſtra dialecto Coronam regionis appellitamus, diruiſſe dicitur; ne vel hoſtes ejus habetent aliquod belli receptaculum, vel integram Marchiam variis eruptionibus affligerent. Vix compoſuerat Sigiſmundus turbas illas ac feralia bella Huſſitica, cum ex hac vita diſcedens, unicam filiam Eliſabetham relinqueret. Hanc ſibi anno milleſimo quadringenteſimo trigeſimo octavo deſponſavit Albertus Auſtriacus Hungariæ Rex, & cum conjuge nova & regni Bohemici & Marchiæ Luſaticæ hæres factus eſt. Decedens tamen præter ſpem & expectationem in ætatis flore, & duas filias, & conjugem uterum geſtantem reliquit. Natus ex ea Uladislaus menſe quarto poſt mortem mariti eſt, Friderico III. Imperatore Curatoris nomine adminiſtrante terras. Cum ad adultam perveniſſet ætatem, regni adminiſtrationem ſuſcepturus in ipſo nuptiarum apparatu cum ſponſa Gallicana deceſſit, ſummumque ſui deſiderium Bohemiæ Luſatiæque incolis reliquit. Succedere jam fratri mortuo debebant duæ ſorores, quarum altera Eliſabetha à Caſimiro Polonorum Rege ducta in matrimonium erat, ſed quia, Rege quondam minorenni adhuc, potentia quorundam procerum Bohemicorum plus juſto creverat, difficile imo difficillimum videbatur, conſtanti quadam poſſeſſione hæc ſibi regna ſubjicere. In Hungaria Johannes Hunniades præſes ac gubernator regni filium reliquerat Matthiam Corvinum, qui non dubitabat regium ſibi titulum tribuere. In Bohemia adminiſtratio regni commiſſa erat Georgio Podiebracio, tanto acceptiori civibus omnibus, quo magis Papa ipſi propter Huſſiticæ doctrinæ propagationem fuerat inſenſus. Cumque in tali rerum ſtatu Poloni turbas darent ſempiternas, Regisque ſui jus in Luſatiam pariter ac Bohemiam modo blandis admonitionibus, modo minis graviſſimis urgerent; Luſatia minus quieta & pacata tempora indulgere ſibi potuit, ſed res ſuas diſtractas ac confuſas per multos annos non ſine tacito mœrore vidit. E vivis ſublato Georgio Podiebracio univerſum Bohemiæ regnum Uladislaus II. Caſimiri Regis Polonorum ex Eliſabetha Ladislai ſorore filius hæreditario jure ſibi vindicavit. Nec ingratus videbatur plerisque regni Bohemici incolis, qui materna ſtirpe a Carolo IV. deſcendebat, qui Bohemicam loquebatur linguam, & qui inter tot adverſa & decumanos prope fluctus, ærario exhauſto, potentia ſua Bohemiæ poterat ſuccurrere. Luſatiæ quidem proceribus in tanta rerum mutatione certis de cauſis placebat, Matthiæ Regis Hungariæ imperio ſe ſubjicere. Attamen non diu poſt repentinus Matthiæ obitus effecit, ut Regis Polonorum Potentiæ colla ſubdere cogerentur. Vix Uladislaus trium regnorum hæres erat factus, cum circa annum Chriſti milleſimum

quingenteſimum decimum ſextum decedens, filium Ludovicum reliquiſſet, de quo communiter refertur, quod omnia in eo tempus legitimum & præſcriptum anticipaverint. Scilicet ante tempus legitimum creditur natus & quidem ſine externa corporis cute, ante tempus infans fari cœpit, ante tempus nimia inclaruit ſapientia, ante decennium regni negotia tractavit, ante tempus & quidem cum lacrymis Rex Hungariæ & Bohemiæ conſtitutus & coronatus eſt, ante tempus barbam aluit, anno nempe ætatis decimo quarto, ante tempus ætatis uxorem duxit, anno nempe decimo quinto, ante tempus canitie deformatus eſt, nempe decimo octavo, ante tempus denique periit, dum vigeſimo ætatis anno ad Mohazium a Turcis interfectus eſt. Sic ſola ſuperfuit Anna Ludovici ſoror, quæ Ferdinando I. Caruli V. fratri deſponſata, dotis loco Hungariam, Bohemiam & Luſatiam novo Marito attulit. Circa hæc tempora doctrina Evangelica a Luthero Wittenbergæ primum a ſordibus Pontificiis repurgata, ſpargi per agrum Luſatorum cœpit. Et prima forte gloria Evangelicæ religionis Zittavienſibus debetur, quippe, qui indulgentia Magiſtratus uſi, eam introduxerunt, & anno ſupra milleſimum quingenteſimum vigeſimo primo M. Laurentium Heidenreichium, primum Evangelicæ veritatis præconem obſervarunt. Expulſi ſucceſſu temporis ex hac civitate Monachi pariter ac Monachales virgines ſunt, nec Cœleſtini in petra Oywinenſi tutum amplius locum ſibi indulgere potuerunt. Exemplum Zittanorum ſecutæ ſunt reliquæ civitates, tantaque animi cupiditate doctrinæ Evangelicæ curſum promoverunt, ut nemo inveniretur, qui vel cum miſſis Pontificiorum, vel cum ſimulata Monachorum ſanctitate quid commercii habere cuperet. Nec parum Ferdinandus, juſtiſſimus pariter ac clementiſſimus Princeps, pium religioſumque propoſitum in ſpargenda Evangelii doctrina ſuo juvit patrocinio. Sicut enim ipſe non alienus admodum ab hac religione fuit; ſic neminem propter aſſumtam Evangelii doctrinam vel turbavit, vel ab alio turbari permiſit. Quod vel ex eo patet, quia nullis Pauli IV. pontificis minis territus, in tranſactione Paſſavienſi Auguſtanæ confeſſionis confeſſoribus pacem & conſcientiæ libertatem reddidit, decretum Pontificis contra communicantes ſub utraque ſpecie ſuſpendit; colloquium Wormatienſe ſine ejus conſenſu aperuit, aliiſque rebus pluribus Evangelicis adſuit. Optimus hic Imperator appellationis tribunal ſapientiſſime in arce Pragenſi inſtituit, & ad hoc non ſolum Bohemis ſed & Sileſiis & Moravis, itemque Luſaticis populis appellare permiſit. Ex conjuge tres filios & filias novem ſuſcepit. Moriens Maximilianum II. primogenitum filium regni ſucceſſorem reliquit, qui non minus Evangelicorum res promotas eſſe cupivit, quam parens olim fecerat. Ut enim ipſis exercitium religionis in Auſtria conceſſit, & piaculum ſibi duxit dominari conſcientiis; ſic & Bohemiæ vicinæque Luſatiæ populi de tanto tamque divino beneficio ſibi gratulari poterant. Inde eſt, quod pacificationem Paſſavienſem in comitiis Auguſtanis confirmare non ſit dedignatus. Nec ignotum, quod, cum D. Jacobus Andreæ ipſum aliquando Pragæ de Formula concordiæ cuncinnata alloqueretur, reſponderit Imperator: Doctor Jacobe, vos multos habetis adverſarios, ſed conſtanter in negotio concordiæ pergite. Deſerit ille ſuos nunquam, qui cuncta gubernat. Patri ſucceſſit Rudolphus II. ingenio ſolers, animo gravis & virorum eruditorum amantiſſimus. Sub hoc Luſatia tranquilla ac pacata numeravit tempora ob conceſſum liberum Bohemis, Sileſiis & Moravis religionis exercitium, literisque majeſtaticis munitum. Eo defuncto, Matthias frater procerum Bohemicorum votis accipiebat regnum, quod religionis permitteret liberum exercitium. Etſi autem videbatur privilegium religionis, præteritis annis a Rudolpho conceſſum confirmare, illi tamen tamdiu contradixerunt Jeſuitæ, donec obtinerent, ut literæ majeſtaticæ ac privilegia annihilarentur, templa Evangelicorum in Bohemia vel occluderentur, vel deſtruerentur, verbi divini miniſtris ejectis & in miſerrimum exilium miſſis. Quare cum principes ordinesque regni in libertate & religione multis ſe modis lædi judicarent, Pragæ ſenatum indixerunt de ſtatu regni inter ſe deliberaturi. Mox miſſos a Matthia legatos e feneſtris aulæ præcipites dederunt, Jeſuitas ejecerunt juramentoque mutuo ſe obſtringentes, bellum Imperatori indixerunt. His temporibus Luſatia ita adimpleta Bohemicis exulibus fuit, ut multa loca vix capere ſummum numerum poſſent. Mortuo interim Matthia, Ferdinandus, quem hujus nominis II. faciunt, regnum Bohemiæ internis diſſidiis confuſum & perturbatum accepit, nec prohibere potuit, quo minus renunciata ipſi obſequii fide, Fridericum Palatinum Electorem Bohemiæ Regem eligerent. Victus tamen paulo poſt a Ferdinando prælio ad Pragam habito & regno pariter ac hæreditaria ditione exutus, maximas turbas motusque in univerſa Germania poſt ſe reliquit. Et occaſione ſæviſſimi hujus belli ab Auſtriacis ad Saxonum Electorem potentiſſimum tranſivit utraque Luſatia, Scilicet cum Johannes Geor-

Georgius I. ſciſſam factionibus Bohemiam & proceres per diſſenſionem diſtractos videret; non putabat alienum officio ſuo eſſe, juſtæ Cæſaris cauſæ ſervire, & immoto animo ſtare contra ſeculi peſtem, ſimulque prohibere vicinæ domus ruinam cum vicinia. Cumque non minus feliciter, quam animoſe diſſidia ac bellum inteſtinum compoſuiſſet, utramque Luſatiam jure hypothecario ſibi obnoxiam accepit, ex eaque emolumentum tamdiu habuit, donec converteretur in hæreditarium, nec ullum de retrovertendo pactum locum haberet, poſtquam a Ferdinando perpetuo manendi jure ad Saxunem erat devolutum anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum quinquageſimo tertio. Extant hanc in rem tabulæ, anno milleſimo ſexcenteſimo quinquageſimo tertio Gorlicii promulgatæ, juxta quas eo prorſus modo tenentur Luſatiæ incolæ Electuribus Saxoniæ parere, quo olim ſervire tenebantur Regibus Bohemiæ tanquam Luſatiæ Marchionibus, quia ceſſione Regum Bohemicorum juſto modo acquiſiverant. Et ita quidem parere, ut ſi forſan Albertinorum linea deficeret, (quod tamen DEus benigniſſime avertat) lineæ Erneſtinæ hæredes utriusque ſexus Luſatiam ſibi hæreditario jure appropriare deberent. Nec cum hoc novo Domino Luſatia res ſuas in pejore conditione verſari animadvertit. Ex quo enim tanti principis dominium ſubjecto obſequii cultu accepit Luſatia, tanta clementia ac fide eam amplecti cœpit, ut ſenſerit, honeſto ac pio ſubjectionis cultu perpetuam Electoris gratiam & magnificentiam ſe ſibi perperiſſe. Nam & ſancte cavit ordini nobilium, & ſervavit privilegia civitatum, hocque unum effecit, ut Marchiam utramque ſua manſuetudine foveret, & in dies ſingulos ad majora ſalutis incrementa adduceret. Atque hæc cauſa eſt, cur ſereniſſimus Elector, cum cæteras Luſatiæ immunitates quondam conceſſas libenter confirmaret, tum privilegium a Ferdinando I. anno ſupra milleſimum quingenteſimum quadrageſimo quarto Pragæ ſuperioris Luſatiæ ordinibus impertitum, ſanctione beneficiaria roboraret. Morti cum vicinum ſe animadverteret, teſtamenti tabulis legavit, ut ex quatuor ejus filiis Johannes Georgius II. dignitatis Electoralis ſucceſſor ſimul Luſatiam ſuperiorem acciperet; inferior Chriſtiano poſtulato Adminiſtratori Epiſcopatus Merſeburgenſis cederet. Utraque cura & providentia manſuetiſſimorum Principum in hanc usque diem ita ſervata eſt, ut, dum tota ferme Europa ſæviſſimis belli tumultibus nunc perſtrepit, Luſatia ſuperior poſt Johannis Georgii IV. exceſſum ſub Fratris Friderici Auguſti potentiſſimi ſucceſſoris manſuetudine placidiſſime acquieſcat, & indulgere perpetuum ſibi felicitatis iter poſſit; nec inferior habeat, quod ſub Chriſtiani ſucceſſore ſereniſſimo optare & precari ſibi poſſit, quam ut iisdem legibus ac inſtitutis ſanctiſſimis, quibus hactenus maxima debuit incrementa, creſcere ac florere perpetuo poſſit. Faxit divina clementia, ut, quam Luſatiam florentem in graviſſima belli tempeſtate nunc intuemur, incrementis ſempiternis firmata ornataque ad poſteros transferatur. Servet ſereniſſimum Patriæ Patrem Fridericum Auguſtum Saxonum Electorem potentiſſimum ubique ſalvum & incolumem, eique hoſtibus patriæ fractis & everſis, feliciſſimum regimen indulgeat, ut Luſatiam noſtram perpetuo foveat, tueatur ac proſperet. Servet nobis poſterisque noſtris ſanam Evangelii doctrinam, neque committat, ut, quæ tenebræ ſuperſtitionis Pontificiæ in hoc ſeculo univerſam Bohemiam maximamque Sileſiæ partem obduxerunt, propter ingratos multorum animos, his quoque terris immineant. Proſperet denique ac provehat omnium res ita, ut ſecuritatem Marchiæ Luſaticæ, ſalutem nobis & poſteris, omnigenam denique felicitatem ſingulis liceat tribuere.

D I X I.

PROGRAMMA
Invitatorium.

Quo majorem merentur conſiderationem res Luſatorum illuſtres; eo minora proſtant antiquitatis monumenta, tanti argumenti indicia. Chriſtophorus Manlius, Görlicenſis ille hiſtoricus, videtur unicus, qui conatus eſt, integros rerum Luſaticarum commentarios concinnare. Ut autem morte interceptus repentino, opus abſolutum erudito ſiſtere mundo non potuit: ſic hactenus neminem habuit, qui chartam manuſcriptam vel a mendis purgaret penitiusque perficeret, vel continuatione nova hiſtoria redderet auctiorem. Reliqui partem tantummodo Luſatia attingunt, quorum principes non immerito dixeris Caſparum Peucerum & Joachimum Meiſterum, fidiſſimos Manlii ductores & doctores in componendis commentariis, quorum ille ſcripto quodam, res Luſatia ſuperioris continente, innotuit; hic urbis Görlicenſis laudes monumentis metricis commendavit. Nec multum his Thomas Faber, Annalium Budisſinorum conditor, Martinus Mylius, Annalium Görlicenſium nondum editorum autor, Bartholomaus Scultetus, aliique plures cedunt. Reliqua ad res Luſatorum pertinentia petenda ſunt

une partim ex hiſtoria univerſali; partim ex vicina Bohemia, Polonia, Sileſia, Miſniaque Scriptoribus, qui magno numero & copia ab aliis recenſentur. Etſi autem propter defectum Scriptorum, quorum autoritatem tute ſequi liceat, rerum Luſaticarum hiſtoria intricata & & ſummis immerſa difficultatibus videtur; multum tamen facilitatis in ea tractanda acceſſiſſe animadvertet, qui illam nobiſcum doctrinæ gratia in antiquam, mediam & novam diſtinxerit. Antiquam numeramus a vetuſtiſſimis temporibus uſque ad tempora Henrici Aucupis, primi e Saxonibus Imperatoris. Mediam ab eodem auſpicamur & extendimus usque ad Johannem gente Lucelburgicum, Cæſaris Henrici VII. filium. Recens ad noſtra usque tempora excurrit. Antiqua hiſtoria hujus terræ, quæ nunc Luſatiæ nomine celebratur, adeo confuſa & difficilis eſt, ut nemo reperiatur, qui vel de finibus, vel de populorum diverſorum ſucceſſione certi quid in medium proferre audeat. Etſi enim ex Tacito & Ptolemæo conſtat, Suevos antiquiſſimos Germaniæ veteris populos has terras tenuiſſe, & e Suevis quidem Semnones; horum tamen nec diverſas enumerare familias, variis quondam nominibus inſignitas; nec ſolidi quid de eorum augmentis variisque fortunæ caſibus adducere licet. Hos populos ſucceſſu temporis excepere Sclavi, qui ex Aſia ſub Valentiniano III. venientes, totam ferme Europam inundaverant. Horum ut multæ recenſentur nationes, locis & appellationibus diſtinctæ; Sic Soraborum cumprimis gens celebris eſt, quæ, expulſis Suevis & Hermunduris, Luſatiam cum aliqua parte Miſniæ ſibi ſubjecerat. Fuere hi Sorabi moribus efferati atque pugnaces, & quia exoſa illis pacis tranquillitas; creberrimis excurſionibus ita vicinos vexarunt, ut Carolus M. neceſſitatem ſibi videret impoſitam, perverſam hominum impuriſſimorum ferociam poſt ſubjectam Saxoniam armis coërcere. Etſi autem Witikindi M. auxilio debellati ac victi ſunt; parendi tamen legem ſæpe multumque ejus ſucceſſoribus renunciarunt. Nec parum ad iſtam fecit pertinaciam idolorum cultus, cui ita adhærebant, ut non modo minis nullis ab eo ſe abduci paterentur, ſed & immaniſſima crudelitate graſſarentur in eos, qui ex Soraborum natione CHriſto nomen dederant. Quos tamen nullæ minæ a cultu idololatrico abducere, nullaque arma per multa tempora frangere ac coërcere poterant; hos Henricus Auceps ita vicit atque proſtravit, ut jugo ejus colla lubentiſſime ſubmitterent. Atque cum hoc Henrico hiſtoriam mediam rerum Luſaticarum incipimus. Ex quo autem, ſuperatis Sorabis, præfecturam Luſaticam conſtituerat, quam nos Marchiam vocamus, eidemque certos Præfectos attribuerat, qui titulo Marchionum eam adminiſtrarent; diverſis temporibus e diverſis familiis ſuos petivit gubernatores. Ac primo quidem ex antiqua Saxonum nobilitate habuit Geronem I. Chriſtianum Ditmarum I. Geronem II. ſub quo Luſatia una cum finitimis regionibus a Boleslao Chobrio Polonorum Rege mirum in modum vexata eſt, Ditmarum II. & Ottonem, ultimum hujus ſtirpis hæredem. Deinde e Marchionibus Miſniæ Luſatiam Cæſaris Henrici IV. beneficio accepit Dedo. Hoſtibus tamen Cæſaris ſe adjungens tamdiu privatum ſe vidit hac præfectura, donec gratiæ Cæſaris redderetur. Poſt ejus mortem Henricus IV. filio Dedonis Henrico ſuppreſſo, qui patri in terra Luſatica vel ſucceſſerat, vel ſuccedere adhuc debebat; Uratislao, fido contra Anti-Cæſarem Rudolphum ſocio, Regium nomen pariter ac Marchionatum conceſſit. Devoluta ſic Luſatia ad Bohemos inſigni rerum mutatione, primum a Viperto Groicenſi adminiſtrata eſt, qui Juditham Ulatislai filiam in matrimonio habebat; & poſt ejus obitum a filio Henrico, ſub quo a variis vexata hoſtibus eſt. Deinde varios fortunæ caſus habuit ſub Comitibus Wettinenſibus, Conrado, Dieterico I. Henrico illuſtri, Dieterico II. & Friderico admorſo, cui Valdemarus Marchionatum dicitur eripuiſſe. Cum Luſatia maxima ex parte ad Brandenburgicos Marchiones eſſet delata, quicquid circa agrum Zittavienſem reliquum erat, tamdiu a Bohemicis Regibus adminiſtratum eſt, donec Johannes Lucelburgicus, Henrici VII. filius ducta Eliſabetha, relicta Regis Bohemici filia, non ſolum regnum Bohemiæ acciperet, ſed & Marchionatum Luſatiæ ſibi ſubjiceret. Atque cum hoc Johanne hiſtoria nova Luſatiæ incipit, & duas veluti periodos habet; alteram ſub Regibus Bohemiæ; alteram ſub potentiſſimo Saxonum ſtemmate. Quamdiu Luſatia Regno Bohemiæ juncta fuit, paruit partim Lucelburgicis, partim Auſtriacis Regibus. E Lucelburgicis agmen ducit Johannes, qui filium habuit Carolum IV. a Proceribus Imperii titulo Cæſaris Auguſti auctum. Hic ſicut occupatiſſimus fuit in ornanda augendaque Bohemia: Sic in agro Zittavienſi monaſterium Cæleſtinorum Oyuvinenſe, in ruderibus adhuc conſpicuum, condidit, totamque Luſatiam variis beneficiis auxit. Patri in Germano Imperio pariter ac regno Bohemiæ ſucceſſit Wenceslaus, qui Johannem Huſſium contra Pontificis ambitionem & corrupta hominum vitio ſacra diſputantem audivit. Reliquit fratrem Sigiſmundum, ſub quo turbis ac motibus Huſſiticis Bohemia cum finitimis regionibus tremuit. Poſt eum deficere ſtirps Lucelburgica cœpit. Decedens enim ſine maſculo hærede Albertus Auſtriacus relictam filiam Eliſabetham ſibi deſponſavit, Regnique Bohemici hæres factus eſt. Cum repentina morte interciperetur, ſecutus eſt Ladislaus, vulgo poſthumus dictus, poſt cujus obitum ita interrupta ſeries Regum eſt, ut Regnum modo devolveretur ad Podibracium gubernatorem Regni Bohemici; modo ad Uladislaum, Caſimiri Poloniæ Regis filium; modo ad Ludovicum Hungariæ Regem, qui paulo poſt a Turcis

Turcis ad Mohazium interfectus eſt. Cumque ejus ſoror Anna connubiali fœdere jungeretur Ferdinando I. jure uxorio Regnum Bohemiæ pariter ac Luſatiæ Marchionatum ad ſtirpem Auſtriacam tranſtulit, ut poſt ejus mortem continua ſerie Maximilianus II. Rudolphus, Matthias & Ferdinandus II. has terras adminiſtrarent. Hic ſciſſam factionibus a Matthia accepit Bohemiam, & per diſſenſionis incommoda ita diſtractam, ut ad ſe pertinere putaret Johannes Georgius I. potentisſimus Saxonum Elector, juſtis Cæſaris armis ſe adjungere, & motus gravisſimos comprimere. Cumque bellum feliciter compoſuiſſet, magnosque ſumtus in id erogaſſet; a Ferdinando II. titulo perpetui ac ſempiterni dominii Luſatiam accepit, & poſtmodum tabulis teſtamenti legavit, ut Johannes Georgius II. potentisſimus ejus ſucceſſor Luſatiam ſuperiorem acciperet; inferior Chriſtiano, poſtulato adminiſtratori Epiſcopatus Merſeburgenſis cederet. Utraque manſuetudine excelſorum Principum in hunc usque diem ita gubernata eſt, ut Luſatia ſuperior poſt defunctum non ita pridem Johannem Georgium IV. ſub Friderico Auguſto magnanimo Electoratus ſucceſſore placidisſime acquieſcat; nec inferior habeat, quod ſub Chriſtiani ſucceſſore ſerenisſimo deſiderare queat. Quæ delineata nunc ſunt brevisſimis verbis; cras, ſi Deus dederit, hora octava matutina, oratione prolixiori illuſtrabuntur. Quare Dominos PATRONOS, FAUTORES & Amicos decenter & officioſe oro, ut tanto majori frequentia adſint; quo majora ſunt beneficia, quæ inclyta Luſatia ſingulis & concesſit hactenus, & concedere in dies ſingulos promittit. Dabantur e Muſæo die 26. Maji, MDCXCIV.

DISSERTATIONES HISTORICÆ
DE
LUSATIA
QUAS
IN ACADEMIA VITEBERGENSI
PUBLICO EXAMINI
ANNO M DCC XIII.
EXPOSUIT
M. JOANNES GEORGIUS KUNSCHKE,
GUB. LUS.
ET
JOANNES GOTTLOB PANNACH,
BUDISS. LUS.

PROOEMIUM.

Inſtituti ratio.

QUi de Luſatorum rebus ſcripſerunt, neque multi, neque in omnium manibus ſunt. Integrum quidem Luſatiæ Chronicon *Chriſtophorus Manlius*, Gorlicenſis *Caſpari Peuceri* & *Joachimi Meiſteri* præſidio adjutus deſcripſit; ſed hoc qui poſſident, non ſecus ac Trojani ſuum Palladium & Romani Ancile occultant. Viſu enim illud rarisſimum eſſe, ſuo calculo munivit Vitenbergenſium immortale Decus, *Conradus Sam. Schurtzfleiſchius* in Diſſert. de Luſatia §. 1. Imo Celeberrimus Hallenſium Hiſtoricus D. *Joh. Petr. Ludovici in priori Germ. Principis editione Libr. 3. Not. Saxonic.* c. VI. §. 48. ipſe fatebatur, ſe neque Manlii neque Leuberi MSC. vidiſſe. In nova tamen editione, quæ Anno MDCCXI. Halæ prodiit, Lib. I. Notit. Auſtr. C. II. p. 272. n. i. Manlium ſe accepiſſe affirmat. Reliqui etiam de Luſatia Auctores conſpectu rariores ſunt, ſi ſupra laudati *Schurtzfleiſchii* Diſſertationem & *M. Martini Grunvvaldi* ac *M. Adami Erdmann Miri* opuſcula excipies. Sed quia brevitatis ſtudioſiſſimi fuerunt, res etiam multas ſilentio tranſmittere debuerunt. Hoc mecum perpendens, operæ pretium me facturum eſſe nullus dubito, ſi Res Luſatorum indagando, eaſque in ſcenam producendo, ſtudium meum & induſtriam adhibeam.

SECTIO I.

DE

NOMINE LUSATIÆ.

§. I.

A nomine incipiendum.

DE *Luſatia* acturus, ut res eo melius faciliusque innoteſcat, ante omnia ſignificationem ac originem vocis, quantum ex monimentis hiſtoricis colligere licet, paucis attingere, neceſſarium eſſe duxi.

Quod alii ab ipſa regione.

§. II. Quemadmodum autem circa res alias tot ſæpe numero reperiuntur opiniones, quot capita dantur hominum: ita etiam in explicatione hujus vocabuli diverſæ Auctores ſententiæ ſunt. Sunt enim quidam, qui a ſaltibus & virgultis, quæ Venedorum lingua *Luzy* vel *Luys* vocantur, nomen accepiſſe *Luſatiam* dicunt, quod hæc Regio fuiſſet ſaltuoſa, vid *Stransky de Republic. Bohem. c. VII.* §. 4. *p. 306. ſeqq.* Cujus ſententiæ ſubſcripſit Vir fama & meritis poſt mortem quoque celeberrimus, *M. Jo. Roſenberg*, Præceptor olim meus ſummopere obſervandus, in peculiari, quam hac de re ad me dedit, epiſtola. Eandem quoque ſententiam fovet Auctor adhuc incognitus *Serbiæ illuſtratæ*, quod Acta Erud. Germ. P. V. p. 399. teſtantur.

Alii ab incolis.

§. III. Alii Luſatiæ nomen derivant a *Luſicis* vel *Luzicis*, qui ad Albim ſederunt, *Albinus Chron. Miſn. Tit. VII. p. 71.* vel a *Luſuncis & Luiticis*, ut vult *Brotuff. Chron. Martisb. L. III. c. 3.* Huic quidem *Albin.* lib. c. Tit. XI. p. 144. contradicit, qui *Luiticos in Ducatu Megalopolitano habitaſſe putat.* Manlius tamen, quem Magnifici D. *Goetzii* beneficio Lipſiæ evolvere mihi licuit, lib. I. rerum Luſat. p. 24. & celeberrimus D. *Benjamin Leuberus*, quem fida mihi manus tradidit, *in Deſcript. Arcis Budiſſ. Ortenburga c. I. p. 8.* argumento non temnendo *Luiticos* etiam in *Luſatia* fuiſſe demonſtrant, quod *Nobiliſſimum Luitziorum genus in Luſatia a Luiticis* proculdubio nomen habeat, quia dum in ipſorum feuda ſucceſſit, nomen etiam illorum, pro temporum ratione retinuit Hos ex genere Slavorum fuiſſe, terræque vi & armis ſubactæ nomen illud tribuiſſe, exiſtimant *Helmoldus* in Chron. Slavor. & *Auguſt. Adolphus ab Haugwitz* in *Prodr. Luſat. c. 1 § 26.* Cum his facit *Æneas Sylvius*, qui pulſos ex Bohemia fluminum accolas, nomine fluviorum, ad quos pridem incolebant, ſecum extuliſſe ſcribit, ut, qui ad Luſuncium, Bohemiæ amnem incoluerunt, nunc Luſatii dicantur. vid. *Præf. Cranz. in Sax. p. 3.*

Alii a moribus incolarum deducunt.

§. IV. Alii denique vel a moribus ſive incolatum genio, vel etiam ab aliis rebus nomen *Luſatia* deducunt, quæ tamen opiniones ingenium magis, quam veritatem hiſtoricam ſapiunt. Sed quia ejusmodi ingenii luſus nullum poſt ſe uſum relinqvunt, illis non immorabimur.

Noſtra ſententia.

§. V. Nos illorum ſententiæ accedimus, qui a populis *Luſicis* aut *Luzicis* Regionem hanc nomen ſuum accepiſſe dicunt. Illud enim præter ſupra allegatos Auctores, communis tum temporis populorum per Europam ferme omnium conſuetudo ſvadere videtur. Conſentientem habeo Celeb. D. *Ludovici in German. Princip. Lib. I. Not. Auſtr. cap. II. pag. 212. 213. n. g. & p. 270. n. a.* Ita ex hiſtoriarum ſcriptoribus compertum habemus, Francos natione Germanos, Galliam in ſuam poteſtatem redactam, Franciam nominaſſe. Eodem modo ſe res habet cum Anglia, quæ ab Anglo-Saxonibus, Normannia, quæ a Normannis & Longobardia, quæ a Longobardis, germano ſanguine natis populis nomina ſua acceperunt, & ad hodiernum uſque diem retinuerunt. Quæ igitur hodie *Infer. Luſatia* audit, ea olim pars proprie ſic dicta fuit *Luſatia*, quia *Luſicorum* ſedes fuit; Superior vero *Sorabia* dicebatur a *Sorabis* vel *Serbis*, Slavicæ generis populis, qui teſte *Joanne Dubravio*, ibi habitarunt. Henrici vero Aucupis & Ottonis I. temporibus devicti *Sorabi & Luſici* in unum quaſi corpus coaluerunt, & *Luſati*, ipſorum autem terra *Luſatia* fuit appellata.

Synonyma.

§. VI. Occurrunt etiam alia *Luſatiæ* nomina, quibus hæc terra inſignita fuit. Mox enim *Milzaviam, Milcieniam, Milceniam, mox Provinciam Niſanam, Niſſanam Nicaam, Luſitiam & Marchiam Budiſſinenſem* vocatam fuiſſe docent *Caſp. Pencerus Jun.* in Idyllio, quod A. 1594. cenſura & conſenſu Senatus Budiſſæ excuſum eſt, *Melch. Goldaſtus*, qui, quod judicium eſt laudati *Schurzfleiſchii in cit. Diſſ §. 3. res Luſaticas pari diligentia ac Bohemicas tractavit*, de *Regn Boh. lib. 2. c. 4. n. 2, 3. Georgius Fabrit. l. 2. Orig. Sax. p. 248. ſeqq. & lib. 3. p. 386. & 393. Append. Annal Bud. n. 1. Manlius l. c. 1. c. 38. Hagecius in Chron. Bohem.* (*quod maximam partem ex Annal. Coſmæ, Pragenſis Eccleſiæ Decani, habet, prout id Manlius lib. 4. Luſat. c. 28. p. 150. obſervavit,*) *ad annum 1131. p. 228.* Appellata quoque a Miſnenſibus fuit *Marchia Orientalis*, quod ex *Lauterbergio Albinus Chron. Miſn. Tit. 14. p. 180. & Tit. 15 p. 188.* oſtendit, quia Miſnenſibus Orientem verſus hæc terra ſita eſt. Conſ. Celeb. C. S. *Schurtzfleiſchii March. Miſn. §. 2. n. c. p. 9.* Bohemis hodie num dicitur *Syrby vel Syrbsko a Sorabis. Hagec. lib. cit. p. 50 Stransky de Rep. Boh. l. c. Acta Erud. Germ. p. 5. p. 399.* Nec ſilentio prætereundum eſt nomen *Hexapoleos* ſ. *Agri Hexapolitani*, quod Seculo demum XIV. poſt Chriſtum natum in *Su-*

periori

periori Luſatia obtinuit, ex quo nempe *Sittavia ad Niſſam* reliquis urbibus ſe aſſociavit, quod, ſi *Gruuvvaldo* in Sup. & Inf. Luſatiæ accurata deſcriptione *p. 14.* fides habenda, circa A. 1356. factum eſt. Cui tamen *Mirus in Orat. de Luſatia p. 47.* contradicit, auſpiciis, exiſtimans, *Caroli IV. Imp.* A. 1346. Zittaviam reliquis Luſatiæ Sup. civitatibus adjunctam fuiſſe, qui quoq; conſtituiſſet, ut Civitates illæ *Agri Hexapolitani* nomine poſteris innoteſcerent. Sed quoniam nullus illorum vel Auctorum teſtimoniis, vel tabulis publicis ſuam ſententiam munivit, nos, relicta illorum opinione, celeberrimo D. *Beniam. Leubero* credimus, qui conniventibus Bohemiæ Regibus Civitates ipſas hoc nomen aſſumſiſſe, ex ipſis tabulis publicis probat. Cum enim *Ludovicum Bavarum* inter & *Fridricum Auſtriacum* ob dignitatem Imperatoriam bellum graviſſimum exortum eſſet, quilibet illorum datis Principibus & Urbibus Privilegiis, auxilia ſibi comparabat. Et quoniam urbium tum temporis auctoritas jam magna eſſet, ipſa etiam Budiſſa, notante *Manlio lib. 3. c. 32. p. 159. urbs Imperii Fridrici I.* Imperatoris ævo jam fuit dicta, tot quoque in Superiori *Luſatia* Reſpublicæ oriebantur, quot erant urbes majores. Hæ fœderibus inter ſe junctæ Nomen *Hexapoleos* ſibi tribuerunt. Non quidem negari poteſt, *Budiſſam, Cameneciam ac Læbaviam Johanni Bohemiæ Regi* fidelitatis juramentum præſtitiſſe, quippe cui ab *Imp. Ludovico Bavaro* A. 1319. traditæ erant; interim tamen & hoc verum eſt, *quod dictæ urbes non ſecus ac liberæ Reſpublica ſub Bohemis* vixerint. Ipſe enim *Boh. Rex Joannes* Civitatibus illis, ne a ſe deſciſcerent, *jura ſuperiora, die Ober-Gerichte*, conceſſit, quæ his non contentæ *jus etiam belli & pacis* exercuerunt. Conſ. omnino laudat. D. *Leuber. in Princip. Sax. Luſat.* MSC. quod beneficio amici poſſideo, ſub *Imp. Lud. V. p. m. 11. ſeqq.*

Germanice ſcribitur Lauſitz.

§. VII. Lites, quæ *M. Hübnerum* inter & *M. Grunvvaldum* paucis abhinc annis de germanici vocabuli ſcriptione interceſſerunt, noſtras non faciemus, quod res tanti momenti non videatur eſſe. Interim tamen rectius adhiberi putamus vocabulum *Lauſitz*, quam *Lauſniz*. Prius enim in tabulis publicis ad hodiernum uſque diem adhibetur, ac vocabuli origo, quod a *Luſitis* populis §. 5. ortum eſſe demonſtravimus, id quoque ſuadet.

SECTIO II.

DE

TERRA LUSATIÆ ET EJUS FINIBUS.

§. I.

Luſatia olim incondita.

Cognito *Luſatiæ* nomine, ut terram ipſam ejusque Fines nunc perſpiciamus, ipſa rei natura docet. Illam olim inconditam fuiſſe, nemo forſan inficias ibit. Quod enim *Tacitus in Germ. c. V.* de univerſa Germania dicit: *Eam aut ſilvis horridam, aut palludibus fœdam fuiſſe*; illud etiam de *Luſatia* noſtra negare non poſſumus.

Nunc mutata.

§. II. Longe vero aliam hodie *Luſatiæ* faciem eſſe, res ipſa loquitur. Nam quæ priſcis temporibus cultu aſpectuque triſtis fuit, ea hodie, inhabitantium opera ac ſudore, cultiſſima cernitur, ſiquidem ad bene beateque vivendum incolis aut nihil, aut certe parum deeſt. Aer eſt ſalubris, terra ſatis ferax, arboribus frugiferis undique instructa, pecorum fœcunda; ſilvæ feris plenæ, fluvii, piſcinæ ac lacus varii generis piſcibus abundant, unde fortaſſis tritum illud originem habet: *Piſces Nobilium Luſatiæ aureum vellus ſunt*; latumiæ ad ædificandum lapides neceſſarios ſuppeditant. Nec vino caret *Luſatia*, quæ tot Vineis ab *Alberto Urſo*, ut putant, eſt ornata, ſigillatim ea pars, quæ *Inferioris* nomine venit. *Vinum vero per Luſatiam celebratiſſimum eſt Gubenenſium, a fovendo atque excitando ventriculi calore, juvandaque digeſtione laudatum, verba ſunt Manlii lib. 1. p. 30.* Cereviſiæ & *Sup. & Inferioris Luſatiæ* ſunt celeberrimæ. Lana atque lino, itemque pannis & linteis in exteras quoque regiones incolæ commercia inſtituunt. Sale quidem *Luſatia* deſtituitur, interim tamen magna illius quantitas ex ſalis marini grumis, quos *ſpumam maris Plinius* vocat, & qui *Stettino* navibus apportatur, *Gubenæ* quotidie in uſum Regionis excoquitur. Incolarum reliqui Sal ab *Halenſibus* emunt.

Fluvii.

§. III. Flumina *Luſatiæ* primaria ſ. majora ſunt *Sprea, die Sprevv*, quæ a veteribus dicebatur *Svevus*, a quibus tamen *Albin. lib. cit. Tit. 7. p. 82. & 83.* diſcedit, qui *Oderam Svevum* veterum eſſe putat. Juxta *Athamerum ſcribi debet Sprevus, vel, quæ Manlii eſt ſententia, rectius eſt Sprona a Sorabis. lib. 1. p. 39. & Niſſus, die Neiſſe.* Minora ſunt *Quiſſus, die Queiſs*, ob auri granula, quæ in ipſius alveo reperiuntur celebris; *Wittigus, die Wittge*; *Elyſtra nigra, die ſchvvartze Elſter*; & denique *Lubeſſa, die Lubeſt*, quam cur omiſerit *M. Grunvvaldus in V. L. Deſcr. p. 6. 7. 8.* neſcio. Agrum enim *Gubenenſem* alluit, ibique in *Niſſum* ſe effundit.

Limites veteres incerti ſunt.

§. IV. Quod *Luſatiæ* limites attinet, illi procul dubio ad exemplum aliarum Regionum mutabiles fuerunt. Mox enim terrarum acceſſione aucti, mox hoſtium irruptionibus coarctati. Verum enim vero, ut paucis me expediam, perquam incerti & obſcuri ſigillatim *Semnonum* termini hodie

die ſunt, de quibus *infra Sect. 3. §. 1.* verba faciemus. *Strabo* Aſiam deſcripturus: *non ſolum*, ait, *propter mutationes res incerta ſunt; ſed etiam propter diſſidentes Scriptorum opiniones*. Sed ne hos quidem habemus. Si igitur in re incerta, & deficientibus probatæ fidei monumentis, conjectandi locus relictus, vix aut nullo modo priſcis temporibus, quod hodie fieri ſolet, lapidibus terminalibus *Luſatiæ* fines diſtinctos fuiſſe pronunciamus.

Sorabi fines protendunt.

§. V. *Sorabos* vero cum *Luſiciis*, qui poſt *Semnones* terram hanc incoluerunt, *Luſatiæ* fines protendiſſe, ex *Albin. lib. alleg. Tit. 7. p. 75. & 8. 86.* colligere licet. Hic enim non ſolum *Sup. & Inf. Luſatiam*, verum etiam maximam partem terras illas, quæ hodie *Miſnia & Superior Saxonia* vocantur, *Sorabis* tribuit. Conf. *Leuber. in Deſcript. Ortenb. c. IV. p. 57. n. e.* ubi magnam *Circuli Electoralis Saxonici* partem *Luſatiam* quondam ſub ſe comprehendiſſe, graviter oſtendit. Et ex *Cranzii Vandal. lib. 3.* novimus, quod *Luſati* amplitudine terræ ſuæ non contenti vixerint, ſed *Thuringos & Francos* ſibi ſubiicere voluerint. Ea de cauſa *duriſſima Gentis nomen Luſatos reportaſſe*, *ex Coſma Prag. Celeberr. Schurtzfleiſchius §. 7. de Luſat.* obſervavit.

Incerti tamen manſerunt.

§. VI. Quicquid vero ſit, tam Soraborum quam Saxonum tempore diu fines incerti manſerunt. Toto enim cœlo in determinandis limitibus Auctores a ſe diſcedunt. *Manlius lib. cit. 3. c. 49. p. 187. Zittaviam olim ad Coronam Bohemicam immediate pertinuiſſe* ſcribit; Celeberr. contra *Leuberus in Deſcript. Ortenb. c. 2. n. ſ. p. 26. 27. 28.* variis argumentis evincit, quod *Zittavia* nullo non tempore ad *terram Luſaticam* pertinuerit, licet Bohemis aliquandiu in prædam ceſſerit.

Hodierni termini.

§. VII. Certiores ſunt moderni *Luſatiæ* termini, *Albim* inter atque *Viadrum* vel *Oderam* incluſi. Nam verſus Septentrionem *Marchia Brandenburgenſi*, verſus Meridiem *Bohemia*, verſus Orientem *Sileſia*, & denique verſus Occidentem *Miſnia & Electoratu Saxonico* circumſcripta eſt. Intra *Luſatiam & Sileſiam* limitem quaſi naturalem conſtituunt *Niſſus*, *Bobera & Quiſſus fluvii*. A *Bohemia* vero *Montibus*, qui ab antiquis *Sudetes* vocantur, *Luſatia* dividitur.

Longitudo & Latitudo.

§. VIII. Tota *Utriusque Luſatiæ* longitudo a *Zittavia in Superiori ad Furſtenbergam in Inf.* præter propter *novendecim milliaria germanica* in ſe continet. Latitudo pro diverſitate Regionis non una eademque eſt. *Inferioris* tamen *Luſatiæ* latitudinem eam, quæ *Superiorum* eſt partium, præponderare, omnibus notum eſt. *Grunvvald V. L. Deſcript. p. 12.*

Dividitur in S. & Inf.

§. IX. In *Superiorem* denique & *Inf. Luſatiam* hodie dividitur. Quælibet illarum pars peculiaribus ſuis limitibus circumſcripta eſt. Sed quo anno, & quo Imperante hæc diviſio obtinuit, auctores plurimum ſilentio prætereunt. Sæpe tamen laudatus *Leuberus* hanc terminorum deſignationem *Suevicorum Imperatorum* tempore paulatim fuiſſe introductam, more ſuo, i. e. erudite oſtendit. vid. *Deſcript. ejus Ortenb. c. 4. p. 56.* ubi ex *Chron. Erfurt. Fabritio, Manlio, Hagecio* atque *Peucero Superioris Luſatiæ* partem ſub *Marchia Budiſſinenſis* nomine *Bohemis*; *reliqua vero cum tota Luſatia Inf. Principibus ex Familia Wittikindea* conceſſa fuiſſe probat.

Inferior Luſ. Superiori prælata eſt.

§. X. Silentio hic tranſmittere non debemus, quod *Luſatia Inferior Superiori* olim diu, vel, quæ *Celeberr. Leuberi in Princ. Sax. Luſat. MSC. p. m. 8.* eſt ſententia, per CCCCL annos prælata fuerit. Semper enim *Soraborum Burggraviis Budſetia Dominos in Marchionum Titulis poſtpoſitos fuiſſe deprehendes*. Conf. *Albin. l. c. p. 441. Leuber. in Deſcript. Ortenb. c. 3. p. 39. ſeqq.* Reges vero *Bohemiæ*, & inprimis *Carolus IV. Imp.* in ſic dicta Incorporatione *Superiori* primum locum adjudicarunt, quod prius hanc ditionis ſuæ fecerint, & magna ab *Inferiori Luſatia* pars, quæ *Circulus* hodie *Electoralis Saxonicus* dicitur, ſeparata jamdum fuerit.

Luſatiæ inſigne.

§. XI. Inſigne *Luſatiæ* quod ex Sereniſſimi ac Potentiſſimi *Regis* noſtri Inſignibus conſtat, duplicatum eſt. *Inferioris*, quod etiam *Utrique Luſatiæ* alii tribuunt, *Bos ruber* eſt, in planitie alba, vel ſcuto argenteo incedens. Hic anteriores inter & poſteriores pedes a dorſo uſque ad ventrem albicans pingitur. Ejus ſupra portam Arcis Ortenburgæ, quod *Budiſſæ* eſt, imago inter *Matthiæ Hunniadis*, *Hungariæ Regis* inſignia videri poteſt. Hoc *Luſatiæ* Symbolo proculdubio nihil aliud, quam *agricultura & res pecuaria* innuitur. In pactis, quæ *Sereniſſimas* inter *Domus Saxonicam & Brandenburgicam* intercedunt, vocabulo *Biſontis Bos* ille Inſignitur. Vid. poſt *Manlium lib. 2. p. 24. Leuber. in Deſcript. Ortenb. c. 4. p. m. 59. Albinus lib. c. Tit. 15. p. 190. & Celeberr. Ludovici in Germ. Princip. lib. 1. Notit. Auſtr. c. 7. §. 20. p. m. 463. Superioris Luſatiæ & Civitatis Budiſſinæ* teſſera eſt *aureus Murus* in pinnas ſurgens, & murus in apice, ala inſuper impoſita; aut ſi *Spenero in Herald. p. 32.* fides habenda, *alarum par adeſſe debet, ita tamen ut altera poſt alteram lateat.* Hujus Symboli ſignificatio ex eo petenda, quod *Marchia Budiſſinenſis* quondam quaſi murus fuerit contra Venedorum inſultus. Indicium hujus rei mihi præbuit verſiculus *Portæ Budiſſinenſi*, quæ vulgo dicitur, *das Reichen-Thor*, inſcriptus, cujus ultima verba ſunt: *vim Murus adeſſe notat.* Conf. *Ludov.*

dov. l. 3. Not. Sax. c. 7. §. 7. p. 259. Leuber. alleg. libr. c. 2. p. m. 23. n. g. it. in Princip. Sax. Luſat. MSC. p. m. 18. Europ. Herold. P. 1. p. 260. b.

SECTIO III.

DE

INCOLIS LUSATIÆ

§. I.

Svevi primum Luſatiam incoluerunt.

Hanc, quam breviter deſcripſimus terram, tria, quod ex monumentis hiſtoricis patet, inprimis populorum genera temporis progreſſu inhabitarunt. Horum primi, conſentientibus ferme Scriptoribus omnibus, *Suevi*, & ſigillatim *Semnones*, *vetuſtisſimi juxta Taciti Germ. c. 39. nobilisſimique Suevorum, & qui ſe Suevorum caput crediderunt*, natione Germani fuerunt. *Hos ſexcentos ante Chriſtum natum annos* jam dum *Luſatiam* incoluiſſe, auctor eſt *Goldaſt. lib. 1. Bohem. c. 16. §. 1.* Cum his faciunt *Dubravius lib. 2. Hiſt. Boh. & Cluverus in Germ. Antiq. l. 3. c. 24.* qui *Luſatiam Suevorum* olim ſedem fuiſſe probant. Et licet *Manlius l. c. 1. p. 44. & 45.* a nobis ſecedere videatur, qui ex *Ptolomao* demonſtrat, quod Ilingi, *Suevica nationis populi Luſatia Sup. Incola fuerint.* Nihilominus tamen re vera non diſcedit a nobis, quia hæc tantum ipſius eſt ſententia: *Suevos in Superiori Luſatia* ſe nominaſſe *Ilingos*, quos alii volunt *Elyſios*, quorum *Tacitus in Germ. c. 43.* mentionem facit, *in Inf. autem Semnonum nomen obtinuiſſe. Albin. IV. p. 49. Cluv. 3. c. 25. p. 102.* Roboratur inſuper ſententia noſtra, ſedem *Suevorum in Luſatia* fuiſſe, quod *Suevus* fluvius, de quo *Sect. praced. 2. §. 3.* verba fecimus, in hac ipſa terra non ſolum oriatur, ſed curſum etiam ſuum per illam habeat, ad quem *Suevi*, more priſcorum Germaniæ populorum conſueto, dubio procul domicilia ſua habuerunt, a quibus etiam fluvius nomen ſuum accepit, & tamdiu retinuit, donec a *Sorabis* fuit immutatum, qui ad linguæ ſuæ uſum illud accommodabant.

Suevi ex Aſia venerunt.

§. II. Sed unde *Suevi* in hanc terram venerunt, quæres, vel quæ *Taciti* de populis Germaniæ omnibus *Germ. c. 2.* eſt opinio: *indigenæne Suevi fuerunt?* Hic miſſis *Atheniensium, Thebanorum & Aboriginum, quos ultimos antiquisſimos Italia populos credunt*, vanis gloriandi opiniooibus, qui ſe omnes indigenas jactabant, *Suevos* una cum reliquis Germaniæ populis ex *Aſia*, nationum omnium fœcundisſima matre, in has terras veniſſe exiſtimamus. Quando vero, vel quo auſpice hoc factum ſit, deficiente relatione hiſtorica, nihil temere ſtatuamus. Credibile tamen eſt, quod nihil aliud, quam ipſa temporum vetuſtas hiſtoriarum ſcriptores prohibeat, quo minus certum *Suevorum in Luſatiam* adventum determinare poſſint.

Hos exceperunt Luſici.

§. III. *Suevos* in *Luſatia* exceperunt *Luſici* vel *Luſuncii* & *Sorabi*, *Sclavici* generis populi, qui veteres *Luſatia* incolas ejecerunt, vel, quod vero ſimilius *Goldaſto* videtur *lib. 1. Bohem. c. 15. §. 2.* ſubegerunt, regionem occuparunt. Quos vero *Sorabos* diximus, hi *Dubravio lib. 1. p. 3.* & aliis *Syrbii* aut *Serbi* ſunt. *Conſ. Acta Erud. Germ. P. 5. p. 399.* Eandem quoque ſententiam habet *Manlius, lib. alleg. 1. p. 46. Poſterioribus*, inquit, *temporibus infuſi in Germaniam Heneti & Sarmata, qua gentes communi nomine Slavi dicuntur. Hi pulſis Suevis cum magna Germania atque Europa parte hus quoque terras, Luſiticas nempe, occuparunt, idque longe ante Caroli Magni Imperium.* Huic *Reinerus Reineccius de Miſenenſ. Orig. & adventu p. 97. Ludovici in Germ. Princip. lib. 1. Notit. Auſtr. c. 2. p. 205. n. k. Mir. Orat. cit. p. 14.* aliique plures adſtipulantur. Sic fundum ſive terra germanica fuit, *Slavi* vero advenæ poſt Germanos *Luſatiam* demum intrarunt.

Quo anno?

§. IV. Quo anno in hanc Regionem venerunt, vetuſtatis vitio accurate dicere non poſſumus. Celeberr. *Ludovici libro ſap. land. p. 205. anno poſt Chriſti nativitatem 310. Venetos Luſatiam & alias finitimas regiones inſtar diluvii innndaſſe* ſcribit. Et, ſi verum eſt, quod *Sorabi* jam Seculo V. anno nimirum 451. Miſniam occupaverint, quod *Chron. Carion. lib. 4 p. 186. Reinecc. cit. lib. p. 96. Albinus Tit. 6. p. 72. ſeqq. Brotuff. lib. 1. c. 2.* aliique teſtantur; illi ſine dubio vel prius, vel hoc ipſo temporis articulo *Luſatiam* intrarunt. Nos factum hoc poſt fuiſſe exiſtimamus, quam *Attila* cum *Hermunduris Suevos* & alios Germaniæ populos ſecum in Galliam duxit, cæſusque ab *Aetio* fuit. Permultis enim Svevis in cruento iſto prælio jugulatis, nemo fuit, qui populis iſtis Venedicis arma objicere poſſet. Accedebat, quod Germania in plures Reſpublicas ſingulares eſſet diviſa, quarum alteri altera perraro auxilia præſtabat. Vacuas igitur maximam partem *Svevorum* ſedes, vi & armis *Slavi* occuparunt. Conf. *Thuan. lib. 56. Hiſt. p. 1068. Schneid. in Chron. Lipſ. lib. 2. p. 41.* Verum enim vero quod circa *Slavorum* in Germaniam adventum nihil certi auctores in medium proferre audeant, alii contra plerumque in diverſa abeant, nullam aliam ſubeſſe cauſam exiſtimo, quam quia *Slavica* nationis populi non una vice, ſed ſæpius repetitis Germaniam inundarunt.

Unde?

§. V. Hæc *Venedorum natio* ex *Aſia* in Exteriores Europæ Provincias migravit, ex quibus poſtea in *Livoniam*, *Curlandiam Poloniam & in ipſa Germania viſcera* penetravit. Conf. *Cluverus Germ. Antiqu. lib 3. c. 44.*

qui etiam nunc in Livonia & Curlandia Venedorum nomen durare probat. Schurzfleiſch. in Rebus Slavic. p. 11. Hoc autem monendum eſt, *Venedos* illos in duas quaſi partes primarias abiiſſe, quarum altera irruptione in Græciam facta, *Miſiam*, *Thraciam atque Macedoniam* ex Orientalium Imperatorum manibus extorſerunt, a quibus hodie *Bulgari*, *Raſci*, *Croati* aliique populi deſcendunt; altera Germanos ſigillatim invaſit, & ita etiam *Luſatia* terram ſub ſuam poteſtatem redegit. *Albin. Tit. 6. p. 68. 69. Manlius p. 46. Ludovici l. 1. Notit. Auſtr. c. 2. n. k. p. 205.*

Venedi non ſunt Vandali.

§. VI. Non tamen hos *Venedos* confundere debemus cum *Vandalis*. *Tacitus* quidem homo extraneus, longeque ab eis remotus, *utrum Germanis an Sarmatis adſcriberet, dubitavit. Germ. c. 46.* Sed dubitationem ipſi nullam ſubeſſe credo, qui *Vandalos Gothorum* fuiſſe partem ex Scriptorum monimentis, & ſigillatim ex *Melanchthone* & *Peucero* compertum habet; cum contra *Venedorum origo Sarmatica* una cum *lingua* eos a Germanis diſtinguat. *Albin. Tit. 4. p. 54. 55. 56. Chron. Carion. lib. 2. p. 103. Mirus l. d. p. 14.* & quem omnium primum nominare debuiſſem *Schurzfleiſchius de Reb. Mecklenb. §. 6.* *Albertus* quidem *Cranzius Vandalos* cum *Venedis* ſemper confundit, ſed hoc, ob vocabulorum cognationem & *Venedorum* in feuda *Vandalorum* ſucceſſionem, ipſi facile condonandum. Neſcio autem quibus ſeductus fuerit rationibus *Dn. Alex. Molde in Chron. Utinenſi*, quod hoc 1713. anno *Lubecca* prodiit, qui *Venedos vel Wendos Suevicam & ita Germanicam nationem fuiſſe* ſcribit, *lib. cit. c. 1. §. 6.* niſi fortaſſis vel *Cranzii* auctoritate deceptus, vel errorem illum una cum *Simone Ileburgenſis Chronici Auctore*, qui *Sorabos Germanos* appellat, ex male intellecto C*luvero*, ad quem uterque interdum provocat, hauſit, qui tamen *lib. 3. c. 44. Germ. Antiq.* prolixe oſtendit, *hos populos alieniſſimo a Germanis ſemper fuiſſe, & nunc etiam eſſe genere.* Hinc ſatis manifeſto conſtat, omnes in univerſum *Venedos*, & ita etiam *Luſicos* & *Sorabos*, non fuiſſe germanos, ſed *Sarmatas*, quos poſterior ætas vocavit *Slavos*, quia ſibi ipſis dicebantur *Slavaci* vel *Sloavaci*, *i. e.* glorioſi ſive inclyti. *Conf. Act. Erud. Germ. P. 5. p. 395.*

Quamdiu rerum potiti ſunt?

§. VII. *Luſici* vero & *Sorabi* ſemel *Luſatiam* ingreſſi, arma victricia tamdiu geſſerunt, rerumque per *Luſatiam* potiti ſunt, donec *Henricus*, qui vulgo dicitur *Auceps*, feliciſſima ſua in *Luſatiam* ſigna intulit, ferociam gentis repreſſit & *Præfecturam limitaneam* (*quod ab Imperat. Lothario II. Brotufſius perperam cenſet eſſe factum, uti celeberr. Schurzfleiſchius de Luſatia §. 5. loquitur,*) in *Luſatia* inſtituit. Vid. *Manlius lib. 2. c. 4. p. 72. & c. 10. p. 81. Beniam. Leuber. in Princip. Sax. Luſat. MSC. ſub Henr. Aucupe p. m. 3. Albin. lib. laud. Tit. 8. p. 96.* Ab his igitur *Sorabis Serveſtum, Zerbſt, Zorbecca Zærbik, & Soravia, Sorau*, oppida nomina ſua acceperunt, eademque ad hodiernum uſque diem retinuerunt, licet Germani nunc illa poſſideant, priſcis inhabitatoribus ſub jugum miſſis, quod illorum poſteros hodienum premit.

Saxones in Luſatiam veniunt.

§. VIII. Sic devictis *Sorabis injuſtis Luſatia incolis*, uti *Goldaſtus lib. 1. Bohem. c. 13. §. 3.* eos vocat, *Saxones* Germanicæ originis populi *Luſatiam* in ſuam poteſtatem redegerunt, illamque incolere cœperunt. Hoc modo terra illa, quæ prius Germanicæ gentis populos habuit, aluitque, quaſi poſtliminio ad Germano ſanguine natos pervenit, qui hodienum una cum Venedicæ Gentis reliquiis, ſic dictis *Serbis* vel *Sorabis ſub feliciſſima Saxonica Ruta* umbra ibi degunt. Et quamvis, quod aliis etiam Regionibus evenit, Dominos ſuos ſæpe *Luſatia* mutaverit, dum mox ſub *Bohemis*, mox ſub aliorum imperio viveret, nihilominus tamen *Saxones* nunquam e Regione pulſi ſunt, ſed in ea ſemper manſerunt, & ſigillatim urbes inhabitarunt.

Quando?

§. IX. Adventus *Saxonum in Luſatiam*, quod §. 7. jam dum diximus, in *Henrici Aucupis tempora* incidit. Quamvis enim *Saxones* una cum finitimis *Francis*, Imperantibus *Carolo M. & Ludovico Pio* multas expeditiones in *Sorabos & Luſicos* inſtituerent, ac ſæpius, teſte *Annonio Monacho de Geſtis Franc. lib. 4. c. 102. fol. 91.* ex ſententia rem gererent, firmam tamen ſtabilemque ſedem *Henrici A.* tempore demum invenerunt, & Deo ita gubernante, hodienum habent.

Moderni incolæ.

§. X. Ex his dictis ratio dijudicandi facilis erit: an moderni *Luſatiæ* incolæ omnes pro *Slavis* ſint habendi, nec ne? Tantum enim abeſt, ut fidem habeamus *Stransky de Rep. Boh. c. 8. §. 4. p. 306.* qui *Luſatiæ incolas confuſum cum Slavis Germanisque genus eſſe perhibet*, ut diſtinctiſſimos potius *Saxones & Venedos* inter ſeſe hodienum ſtatuamus. *Saxonicæ* enim originis Nobiles itemque in urbibus cives ſunt, ad minimum Superiores, quos inter & *Venedos* connubia nulla ſanciuntur. Huc accedit, quod olim ne quidem ad manuariorum opificum collegia quis admitteretur; niſi natalium genuine germanicorum teſtimonio inſtructus accederet. *Venedorum* enim nationem ſervorum loco numerabant germani. Hinc in literis teſtimonialibus ſuis formulam ſemper adhibebant: *Teutſch und nicht Wendiſch gebohren. vid. Goldaſt. de Regn. Boh. l. 4. c. 13. n. 5. Manlius l. c. 1. c. 42. p. 62.* Hodie quidem dicta conſuetudo per Luſatiam eſt abolita,

bolita,

bolita, nihilominus tamen *Venedica*, *non Vandalica, ut Hubnerus in Quaſt. Geograph. c. X. p. 596.* exiſtimat, gentis reliquias in pagis agros Nobilium colentes invenies, qui contra Germanos in urbibus deprehendes.

Manlii conjecturæ.

§. XI. Dictæ igitur tres nationes temporis ſucceſſu *Luſatiam* incoluerunt. *Manlius* quidem *Romanos* quoque in *Luſatia Inferiori* fuiſſe, aut commercium cum incolis habuiſſe ex numiſmatum antiquorum circa *Cotbuſium* effoſſorum conjectura probare ſatagit. *Habui enim*, inquit *lib. 1. p. 46. nummum argenteum veterem & exeſum Trajani & Hadriani: vidi alium grandiorem aeneum Gordiani Imperatoris in Frauendorffenſi agro, utroque in ditione Dn. Loebiorum reperto.* Sed quantum ego colligo, Vir cæteroquin rerum Luſaticarum peritiſſimus hac ratione ſententiam ſuam vix probabit. Nam quod ex *Tacit. Germ. c. 14.* novimus, animæ venales antiqui Germani fuerunt, qui more *Helvetiis* hodienum conſueto, ſi civitas, in qua orti erant, longa pace & otio torpebat, ultro eas nationes petebant, quæ bellum cum aliis gerebant. Ingrata enim genti quies, quæ facilius inter ancipitia inclareſcebat. Quapropter *Semnonum* nonnullos mercede ſub ſignis Romanis militaſſe exiſtimo. Hi poſtea, bello compoſito, dimiſſi in patriam redierunt, nummoſque Romanos ſecum in *Luſatiam* attulerunt. Ipſi vero *Romani*, ſi bello forſan captos quoſdam, de quibus dubitare nolo, excipies, *Luſatiam* nunquam intrarunt.

Q. F. F. Q. S.

Propoſitio.

INcipimus nunc, Deo adjuvante, alteram de *Luſatia* diſſertationem. Cum vero in ſuperiori *nomen, Terram & ejus Fines, nec non Incolas Luſatiæ* pertractaverimus; in præſenti, ut intra limites ab *Ampliſſimo Philoſophorum Ordine* benevole nobis poſitos conſiſtamus, *Linguam & Res geſtas Luſatorum* pro viribus expendemus.

SECTIO IV.

DE

LINGUA LUSATORUM

§. I.

Semnonum lingua.

Lingua in Luſatia, prout *populi diverſi*, non una eademque ſemper fuit. *Semnones* primi, quantum ſcimus *Luſatiæ incolæ, quos Diſſ. I. Sect. III. §. 1. Germanos fuiſſe demonſtravimus*, germanica etiam lingua uſi ſunt. *Conf. Chriſtoph. Manlius Rerum Luſat. MSC. L. IV. c. VII. p. 195.* Hæc tamen cum hodierna Teutonum lingua minime comparanda venit, nec facile Germanorum quis hodie eam intelligeret, Novimus enim cum dialecto veterum Germanorum vocabula adeo eſſe mutata, ut vix eam linguam Germanicam intelligere queamus, quæ ante aliquot tantum ſecula ſcripta eſt, & in monumentis & tabulis publicis quandoque reperitur. Fruſtra igitur quis tempus conſumeret, qui veterum *Semnonum linguam germanicam* ex oblivionis tumulo, in quo tamdiu ſepulta quaſi jacuit, eruere, illamque poſteris tradere vellet.

Hanc ſequitur Venedica.

§. II. Hæc *Semnonum lingua germanica* diutius per *Luſatiam* non obtinuit, quam ad *Venedorum* in hanc terram adventum. Ab his, ut genus, ſic *lingua Venedica*, repudiata, quam invenerunt, *germanica*, tam late eſt propagata, quam late ſe extenderunt, populi iſti *Slavici*, adeo, ut non ſolum per *Luſatiam*, ſed per totam etiam *Miſniam*, aliaſque regiones, incolæ olim diu *venedice* ſint loquuti. Hæc anno demum 1324. *in terris Lipſicis* abolita ſcribitur. *vid. Heidenreich. in Annal. Lipſ. p. 50. Manlius l. c. p. 195.* Sic quæ prius per totam *Luſatiam* audiebatur *lingua germanica* cum ipſis Germanis in exilium quaſi a *Venedis* miſſa, tamdiu in eo manſit, donec cum eis velut poſtliminio in antiquas ſedes triumphans rediit.

Germanica rurſus introducitur.

§. III. Enimvero poſteaquam *Saxones* dominatum per *Luſatiam* conſequebantur, de quibus *Diſſ. I. Sect. III. §. 8.* egimus, exterminatam olim a *Luſicis & Sorabis linguam germanicam* rurſum introducebant, ſenſimque cum ipſis *Venedis illorum linguam* ſupprimebant, quod æque inviſa eſſet Germanis *lingua ac populus*. *Lingua* vero *germanica* latius poſtmodum per *Albertum Urſum*, *Aſcaniæ Comitem*, propagata dicitur, qui teſte *Chron. Anhalt. L. I. p. 29. & 30. Sup. Luſatiæ Dominus fuit. Conf. celeberr. Schurtzfleiſchium Diſſ. de Luſatia §. II. innot. p. 20.*

Manet tamen bipartita.

§. IV. Eo tamen res redacta non eſt, ut penitus per germanos extirpata fuiſſet *lingua Sorabica*. Manſit enim hodieque manet per *Utramque Luſatiam lingua bipartita*; ita, ut qui germani, *lingua germanica* ipſis vernacula, qui vero poſteri ſunt *Soraborum*, *Sorabica* utantur. Tenaciſſimi enim ſemper fuerunt & hodierno adhuc die ſunt veteris barbariei dicti *Venedi*, & ſuæ olim ibi dominationis veſtigia quædam hoc modo alte impreſſa eſſe volunt.

Lingua germ. purior eſt in Sup. Luſ.

§. V. Quod *linguam Luſatorum germanicam* attinet, purior eſt, *Miſnicaque*, quæ omnium conſenſu principatum per Germaniam univerſam ſua ſibi elegantia acquiſivit. *Conf. Ludovvigius in Germ. Princ. Lib. III. Notit. Sax. c. V. §. 4. n. 5.* propius accedit dialecto *Superioris Luſatiæ* locutionis genus. *Inf. Luſatiæ* incolæ ſermonis elegantias non ita ſtudioſe in vita communi obſervant. Quem tamen in cenſum eruditos non referam, quorum in ſcriptis atque ſermonibus

linguam ſatis puram deprehendes. Vulgum hic intelligo, quod maximam Incolarum partem conſtituat, in ejusque arbitrio linguæ ſemper uſus conſiſtat.

Lingua Vened. etiam diverſa eſt.

§. VI. Non ſecus ſe res habet cum *Sup. & Inf. Luſatia lingua Venedica*, quæ tantum abeſt, ut accurate inter ſe conveniat, ut potius *Inf. Luſatia Venedi* eos, qui ex *Superiori* veniunt, in multis intelligere nequeant & verſa vice. Verum enim vero quæ *Venedorum* dialectus purior ſit, natis *Sorabis* & quibus utraque perſpecta eſt, dijudicandum relinquo. Nec deſunt hodie viri, qui hac in parte operam ſuam laude utique digniſſimam adhibent. Unum in præſenti allegaſſe ſufficiat. Dominum nempe *M. Abrahamum Frenzelium, Paſt. Schœnavienſem*, qui reliquis palmam præripere ſtudet, & cujus jam III. Tomi *de Originibus Linguæ Sorabicæ* extant. Alium quendam, Fautorem noſtrum maxime Venerandum nominare etiam poſſem, niſi, quæ ſingularis ipſius eſt modeſtia, multis verbis, ut nomen tacerem, deſideraſſet. Hic, quod nullus hactenus præſtitit, *Grammaticam Sorabicam* elaboravit, quæ, ut lucem brevi videat, exoptandum ſane eſt. Nec male putarem, Bibliopolarum quis ſumtus hac in parte collocaret, quod liber a multis deſideratus jam pridem fuerit. Plures in Sect. *de Religione Luſatorum* allegabo, quod maximam partem in rebus ſacris operam ſuam adhibeant.

Eſt tamen & antiquiſſima & per Europam latiſſima.

§. VII. Obſervatione denique dignum eſt, *lingua hac Slavica, quam antiquiſſimarum unam jam olim Jornandes probe ſcripſit*, nullam ferme aliam latius per *Europam* hodierno adhuc die patere. *Conf. Jo. Bollandus in not. ad Eginharti Vitam Caroli M. c. 15. p. 77. b.* Hæc enim ut rectiſſime judicavit *Bochartus Phaleg. L. I. c. 15. p. 57.* cum latina & germanica tres illæ feliciſſimæ per *Europam* ſunt matres, ex quibus tot filiæ ſubſequentibus temporibus ſunt prognatæ, quot quaqua verſum ferme in *Europa lingua* audiuntur. *Propagarunt vero Slavi*, ſicut Celeb. Gallorum Hiſtoricus *Thuanus Lib. LVI. c. 7. ſub an. 1537.* id annotavit, *per Septentrionem & Orientem linguam ſuam quam latiſſime. Ea enim, inquit, non ſolum Bohemi, Sileſii, Moravi & Poloni, ſed Vindæ etiam, Baltico mari vicinæ gentes, Pomerani, Luſati, Roxolani, Moſci, quorum non ſolum in Europa, ſed etiam in Aſia latiſſimum eſt imperium; Circaſſi, Moeſii, Serviani, Bulgari, Boſnenſes in Illyrico, Dalmatæ, Iſtri, Carnioli ac denique Carinthii utuntur. Conf. Jo. Aventinus Annal. Boj. L. I. pag. 35. Auctor Chron. Oldenb. quod inter Meibomii Germ. Script. Tom. II. extat p. 128. Martinus Cromerus in Polon. Lib. I. c. I. C. S. Schurzfleiſchius de Orig. Pomer. §. 7. n. 4 p. 19.* qui longam populorum ſeriem, qui dialectis tantum variantibus, *Slavica Lingua* utuntur, recenſent. Hoc tamen monendum eſt, quod in citatis quibusdam a *Thuano* Regionibus *lingua hac Slavica* jam pridem in deſvetudinem abierit, quod de *Pomerania* ſigillatim teſtatur *Zeillerus Deſcript. Pomer. pag. 600.* Quicquid vero hujus rei ſit, *hanc* tamen *linguam* multis, ſigillatim ſummorum Principum Miniſtris, qui Legationis munus in has terras ſuſcipiunt, æque neceſſariam eſſe, quam *latinam* vel *gallicam*, nemo non videt. Eam *Conſtantinopoli* etiam in *Aula Turcica*, obſcurata pene patrii ſermonis uſu, inde uſque ab an. 1463. quo *Janiſſari* illa uti cœperunt, regnare, ex *Cromero Pol. L. 25. p. 374. Manlius Lib. IV. c. 7. p. 195.* annotavit. Imo ex A. B. Tit. ultimo novimus, tantam ejus diſcendæ neceſſitatem ſuo ævo *Carolum IV. Imperatorem* exiſtimaſſe, ut in *auguſta illa Sanctione Principum Electorum filiis* rationibus variis eam commendaret.

SECTIO V. DE REBUS GESTIS LUSATORUM.

§. I.

Accingamus nunc nos ad *Res Luſatorum geſtas* contemplandum. Eas in medium prolaturus, a *Semnonibus* incipiendum eſſe duco. Verum enim vero ut nomen ipſorum, ſic *virtutes & res præclare fortiterque geſtæ* maximam partem in obſcuro manſerunt, hodieque nos latent. Cum enim, quod veteribus Germanis omnibus commune fuit, armis magis quam literis delectarentur, magisque ſolliciti eſſent de rebus arduis, quas agerent, quam ut *geſtas* literis mandarent, domi nemo repertus eſt, a quo res patriæ deſcriberentur ac poſteritati traderentur. Et licet Annalium memoriæ genus quoddam, quod ex *Tacit. Germ. cap. II. & III.* apparet, in carminibus ſuis antiquis habuerint; veram tamen & accuratam *Rerum geſtarum* hiſtoriam propterea ab iis habere non poſſumus, quod animum nunquam ad litterarum ſecreta commercia applicaverint. *Tacit. c. 19.* Deficientibus vero Scriptoribus domeſticis, illud tantum quod ab extraneis & maximam partem Germanorum hoſtibus eſt conſignatum, hodie ſcimus. *Horum vero plurimi*, ut probe ſentit *Franciſcus Irenicus Germ. Exeg. L. IV. c. 3. p. 177. adulatione corrupti, Germanorum egregia facinora depreſſerunt. Semper enim, captandæ benevolentiæ gratia, virtutem noſtris meritis detractam Romanis aſſerunt.* Multi etiam ab Imperatoribus alebantur, ut ex *Plutarcho laud. Irenicus* annotavit, non alium ob fructum, niſi ut, famulante ipſis bono ingenio, facta Imperatorum

Semnonum res geſtas ignoramus.

torum mirarentur. Fidem tamen præ reliquis meretur laud. jam *Cornelius Tacitus*, *qui Hiſt. L. I. c. I. ipſe fatetur, veritatem ab aliis aſſentandi libidine aliisque de cauſis pluribus modis infractam eſſe.* Sed & hunc ipſum *ſumma adulatione* notavit *Oroſius*, ut ne dicam, *mendaciſſimum* eum a *Tertulliano* appellari. *Conf. H L. Schurtzfleiſchii Acta lit. p. 116.* Ex quibus facile quis conjicere poteſt, quod nec is quidem in omnibus, quæ de Germanis poſteritati reliquit, *ſupremam ſibi legem poſuerit veritatem*, quam virtutem a quovis hiſtorico *B. Jo. Georg. Neumannus Diſſ. de Fauſto c. III. §. 1.* rectiſſime requirit. Bene igitur judicat. *Celeberr. D. Godofr. Lange in Introduct. ad Hiſt. Germ. & Jus P. L. I. Sect. II. §. 1. n. 5. Taciti de Germanis teſtimonia propterea tantum eſſe accipienda, quod documenta alia non habeamus, qui cæteroquin in multis eſſet corrigendus.*

Clariores tamen in bello quam in pace fuerunt.

§. II. Quicquid vero ſit, ut bellicæ virtutis laude, teſtibus etiam hoſtibus, Germani omnes ſigillatim fuerunt conſpicui, *quam divinitus*, verba ſunt *Iren. l. c. p. 175. in fortem quaſi propriam, cujus præſidio patria libertatem in præſentem uſque diem tuentur, ſumſerint, dum alii lingua aut aliis donis valuerint*: ita peccare nos minime putamus, ſi & *Semnones* noſtros clariores in bello quam in pace fuiſſe judicamus. Hos enim *vetuſtiſſimos nobiliſſimosque Suevorum* fuiſſe, *Tacit. Germ. c. 39.* prodit. Ipſa vero gens *Suevorum*, *longe maxima & bellicoſiſſima Germanorum omnium fuit. vid. Cæſar. de bello Gall. L. IV. c. 1. § 3.* Imo tantam ex bello gloriam *Suevi* ſibi comparaverant, ut coram *Cæſare* confiterentur *Uſipetum & Tenchterorum* legati: *ſeſe unis Suevis concedere, quibus ne Dii quidem immortales pares eſſe poſſent. Cæſar. l. c. c. VIII. §. 5.* Si igitur virtutem bellicam, qua de cauſa eam apud *Rom. Imperatores* gratiam obtinuerint, ut his, notante *Tacito, Annal. L. 13. c. 18.* corporis ſui cuſtodiam demandarent, excipies, quæ cæteroquin ab eis ſunt geſta, hodie nos latent. *Confer. Irenicus L. c. c. 18.*

Nec Venedorum priora facta novimus.

§. III. Pari ratione ſe res habet cum prioribus *Venedorum geſtis*, quæ vetuſtatis peplo involutæ quaſi jacent. Quam multis enim copiis *Luſatiam* inundarunt, quo anno hoc factum, ac denique quid pacis tempore ab illis fuerit actum, deficientibus fidis rerum illarum indiciis dicere non poſſumus. Hoc vero affirmare nulli dubitamus, *Semnonum* poſſeſſiones ad *Venedos*, hæredes nec genitos nec ſcriptos tranſiiſſe. Res etiam ipſa docet, ſecundo diu Marte *Sorabos* pugnaſſe. Quæ autem poſtea ab eis ſint geſta & utrum ſecundis ſemper rebus, ante *Caroli M.* tempora, fuerint uſi, dictu perquam eſt difficile, quod Scriptoribus *Luſatia* adhuc caruerit, ac *Venedi* cum reliquis *Slavis* omnibus teſte *Cromero Pol. L. I. c. 3. p. 3. litteras & litteratos contemſerint*; nec cum aliis populis, qui hiſtorias conſignabant, commercia haberent. Hoc tamen indefeſſus Rerum Luſat. indagator *D. Benjamin Leuberus in Deſcript. Arcis Ortenb. c. I. p. 6.* ex fide dignis auctoribus obſervavit, devictos a *Dagoberto, Francorum Rege Sorabos* non quiete degiſſe, ſed, ut in priſtinam libertatem ſe vindicarent, nullam intermiſiſſe curam. Annotavit inſuper, *Sorabos Slavos* ejus regionis, quæ nobis eſt *Luſatia*, incolas deſidiam *Regum Francorum* & regni Procerum diſſidia obſervantes, ut imperium eorundem declinarent, ſeſe modo *Bohemis ſive Zechis, modo Saxonibus, modo Hunnis, Francici Regni* juratis quaſi hoſtibus, aſſociaſſe.

Caroli M. tempore clariſſimi fuerunt.

§. IV. Licet autem, ob rariora antiquitatis fundamenta, denſis quaſi tenebris involuta maneat antiqua hujus regionis hiſtoria: fide tamen celeberrimorum hiſtoricorum conſtat, *Slavorum* nomine, ſub quo etiam *Venedi per Luſatiam* comprehenduntur, *Caroli M.* tempore nihil fuiſſe illuſtrius. Adſveti enim continuis bellis, vel leviſſima etiam arrepta cauſa, finitimas regiones irruptionibus, rapinis, cædibus atque incendiis enormiter afflixerunt. Et quamvis ad ſigna confines populi concurrerent, vano tamen conatu res plurimum gerebatur, quia invictis armis *Slavi* pugnabant. *Schurzfleiſch. de Rebus Slavicis §. 2. Mirus de Luſ. p. 17 ſeqq.*

Vincuntur a Carolo M.

§. V. Sed quibus huc uſque fortuna ſemper indulgere videbatur, qui maximas etiam gentes feliciſſimis ſuis armis irritare poterant, qui denique felicitatem ſuam non lubricam, ſed fortunam ſibi mancipio eſſe datam, & genituram ſuam non aliter voluiſſe, quam qui aliis populis leges præſcriberent, exiſtimabant, hos *Carolus M.* virtute præſertim *Wittikindi Saxonis*, Sacris Chriſtianorum jam tum initiati, iteratis ſæpe præliis profligavit, iiſque parendi legem indixit. *Ita Manlius L. I. c. 44. Carolum M.* ſcribit, *circa an. 789. decimum bellum contra Slavos in Luſatia & Marchia Brandenb. ſuſcepiſſe, ſtructis duobus ſuper Albim pontibus, Cumque Slavorum tum temporis Princeps, quem Neclanum vocant, deditione facta, feudum a Carolo accepiſſet, in Poloniam ad Viſtulam uſque victricibus ſuis armis perrexit, omnemque Slaviam dicto ſibi audientem fecit.* Hanc quoque ſententiam fovet *Celeber. Ludovicus in laud. Germ. Princ. L. I Notit. Auſt. c. 2. n. 11. Carolus*, inquit, *ſubactis Saxonibus & Bojis ex utraque plaga vicinos habuit Venedos. Sed vicit tamen univerſos, ut in ejus clientelam ſe conferrent Ungari, Bohemi, Moravi, Brandeburgici, Luſati, & qui his fuerant vicini. Conf. Eginhart. vita Carol. M. c. 15.*

c. 15. p. 77. 78. edit. noviſſ. Annonius de Geſt. Franc. L. IV. c. 8. fol. 33. & 86. Jo. Aventinus Annal. Boi. L. IV. p. 331. Cunrad. Evermot Chron. Epiſc. Aldenburg. quod in Syntagm. Paulini extat. p. 155. Cranzius Metrop. L. I. c. 12. Letznerus in Hiſt. Caroli M. c. 30. 32. Lehmann. Chron. Spir. L. II. c. I. p. 46. Fabric. L. IV. Orig. Sax p. 435. ſeqq. Albin. l. c. Tit. 8. p. 89. ſeqq. Herm. Conring. de Finibus Imp. c. 29. p. 786. Leuberus in Deſcript. Ortenb. c. I. n. bb. p. 7. & n. bb. p. 11.

à Ludovico Pio.

§. VI. *Sorabi* autem tot majorum ſuorum victoriis ad jugum æneum excutiendum inſtigati, priſtinæque libertatis & bello acquiſitæ gloriæ haud immemores, quam primum *Carolum M.* vita functum audiverunt, *Ludovico* cognomine *Pio*, ipſius filio, obedientiam præſtare noluerunt, ſed armorum virtute in avitam libertatem ſe vindicare geſtierunt. Quare confines *Saxones & Orientales Franci* expeditionem in *Sorabos Slavos* a *Ludovico* facere juſſi ſunt, qui imperata etiam ſtrenue compleverunt, & contumacium audaciam non magno labore, quod priſtina ipſis fortuna tergum præberet, compreſſerunt. Enimvero una tantummodo urbe, quam *Serveſtam* fuiſſe exiſtimat *Albin. Tit. 8. p. 91* expugnata, quicunque in hac gente defectionem tentaverant, ſubjectione de integro promiſſa conquieverunt. *Vid. Amonius de Geſt. Franc. L. IV. c. 102. fol. 91. Adam Bremenſ. L. I. Hiſt. Eccleſ. c. 34. Helmoldus Chron Slav. L. I. c. 7. §. 3. qui a Ludevico Germanico Sorabos* etiam devictos ſcribit.

Rurſus turbas faciunt.

§. VII. Aliquoties igitur victi, animum tamen, priſtinam libertatem recuperandi, *Sorabi* non depoſuerunt. Cum enim bellis inteſtinis *Familia Carolingica* ſe ipſam conficeret, optimum *Venedi* tempus eſſe ducebant, quo in libertatem ſe vindicare poſſent. Quare obediendi legem renunciarunt, & quotannis ferme ſeditiones novas commoverunt, parumque abfuit, quin ad felicem eventum res ſuas perduxiſſent. Eorum turbas prolixe annotavit *Albin. Tit. 8. pag. 92. ſeqq.*

ab Henrico I. Ger. R. ad obſequium rediguntur.

§. VIII. Rebelles vero *Sorabos* cum reliquis *Slavis* ita depreſſit *Henricus I. Rex Germ.* ut *Hunnos* vocare in auxilium cogerentur. Nihilominus tamen feliciſſimis laudati *Henrici* armis eo redacti ſunt, ut jugo Saxonico colla devicta ſubderent. Hactenus enim, quod ex multis hiſtoricis novimus, non ſolum in libertatem ſe vindicare, ſed alios etiam populos ſibi ſubjicere voluerunt; imo cum vicinis ſuis *Bohemis* ſpem conceperunt ſubjugandi *Saxoniam. vid. Ludvvigius Germ. Princ. L. I. Not. Auſtr. c. 2. p. 206. & 207. Mirus orat. d. p. 17. Henricus* vero noſter irritos fecit ipſorum conatus. Et quo facilius *Venedorum* machinationes reprimeret, captum *Soraborum* agrum in *Marchias* diſtinxit iisque *Marchiones* præfecit. *Vid. Witichindus Annal. L. I. p. 640. & 647. & Henricus Meibomius in not. ad Wittichind. p. 682. Helmoldus l. c. cap. 8. §. 4. Albin. Tit. VIII. p. 93. Manlius L. II. c. 4. & 10. Conringius lib. cit. cap. 16. pag. 256.*

Quo anno?

§. IX. Annum, quo ad obſequentiam ab *Henrico Sorabi* ſunt redacti, hiſtorici vel 928. vel 929. poſt C. N. putant, poſteaquam illorum munimentum *Gruuam vel Gronam*, vel ut alii putant *Kietni*, quodque infra *Ilenburgum ad Muldaviam* fuit ſitum, die ab oppugnatione XXI. armata manu expugnaverat, præda omni in milites diſtributa, viris puberibusque, quos invenerat, gladio transfixis & urbe ſolo æquata. *Wittich. lib. c. p. 639. Albin. Tit. 8. p. 95. & 96.*

Fidem non ſervant.

§. X. Aſt fidem non ſervavit effrenata *Soraborum* natio, quæ quotidie a primoribus ſuis ad bellum contra *Saxones* ſtimulabatur. *Helmoldus Chron. Slav. L. I. c. 26. §. 13.* Lubrica enim & fluxa ipſorum fides fuit. *Manlius L. II. c. 23.* Quid? quod eo inſolentiæ proceſſerunt *Soraborum Principes*, ut *Wittichindo* teſte *Annal. l. c. p. 647. Geronis* vitæ, quem *Marchionem Henricus* ipſis conſtituerat, inſidias pararent, eumque dolo perimere cogitarent, quod libertati ſuæ hunc officere ſentirent. *Gero* autem dolum dolo præoccupans, detecta in tempore ipſorum conſilia ſilentio diſſimulavit, vitæ inſidiatores ad convivium vocavit, eoſque mero delibutos & quaſi ſepultos, numero XXX. una nocte interfecit.

Ad ultimam ſervitutem coguntur.

§. XI. Cognita igitur mutabili *Slavorum* fide, quæ notante *Saxon. Grammat. in Hiſt. Dan. L. XIV. fol. 141.* in proverbium abiit, ad ultimam ſervitutem coacti ſunt, ita, ut qui terram amplius incolere vellent *Luſaticam*, excluſi honoribus omnibus, proprii eſſent Saxonum. *vid. Wittichind. L. I. p. 640.* Sic qui aliis prius patriam eripuerunt, patria rurſus expulſi ſunt; & qui ſervorum loco habere voluerunt Germanos, hos, facie rerum præter ipſorum expectationem mutata, dominos ſunt experti. Ab hoc tempore homines proprios in *Luſatia* habemus. *Vid. Schneiderus Chron. Lipſ. L. II. p. 51.* Et licet ægre hoc ferrent *Sorabi*, ac finitimorum *Slavorum* inſtinctu ad arma ſæpius redirent, quod anno inprimis 1008. factum fuiſſe *Cureus in Annal. Sil. p. 35.* annotavit, cum *Boleslaus I. Rex Poloniæ*, ut *Venedis in Luſatia* eſſet præſidio, Marchiam hanc & Miſnenſem cum ſuo exercitu invaderet, ac *Budiſſam & Miſenam* urbes occuparet. Nihilo tamen minus jugo Saxonico penitus ſe liberare nunquam potuerunt, quod virtus horum bellica illis obſtaret.

Hinc odium illorum in Germanos.

§. XII. Ex hoc capite *Soraborum* in Germanos omnes inexpiabile odium natum

eſſe

eſſe exiſtimo, quod in illorum poſteris, licet vel ejus cauſam ignorent, hodierno adhuc die obſervatur. Hi, quod ipſorum odium ſatis prodit, germanice viam interrogantibus vix reſpondebunt, quamvis germanicam linguam probe intelligant. Interdum quoque ſequentem viatoribus reſponſionem præbent: *Giebſt du hie, giebſt du da, giebſt du uberall recht.*

Saxonum geſta.

§. XIII. A *Sorabis* ad *Saxones* progredior. Hi dominationem per *Luſatiam* conſeqvuti, urbes a *Venedis* maximam partem, quod ipſarum nomina *Venedica* oſtendunt, exſtructas inhabitarunt, eaſque pro temporum illorum ratione, ut contra repetitos *Slavorum* inſultus, qui in agris degebant, tuti viverent, muniverunt. Nonnunquam quidem bella geſſerunt, paulo tamen poſt ea compoſuerunt *Bohemicis* etiam tumultibus his implicati, tamen illis ſe extricarunt. Bello enim *Husſitico* auxilia ſubinde ex vicina *Luſatia Bohemi* Pontificii accerſebant, quod *Luſati* etiam acerbe *Husſitas* odiſſent. *Ziſeka* vero ægre ferens has, quas putabat, injurias, varia mala *Luſatis* intulit, ac totam regionem crudelisſimis cædibus, rapinis & incendiis vexavit. *vid. Cur. l. c. p. 122. & 127. Mart. Boregk. in Chron. Bohem. p. 446. Mirus Orat. c. p. 50. 51.* Deinde ſub initium ſuperioris Seculi artibus Bohemicis effectum eſt, ut *Luſati* adverſus *Imp. & Boh. Regem Ferdinandum II.* arma induerent, & *Fridericum V. Palatinum* Regem ſuum ſimul cum Bohemis ſalutarent. Opera tamen *Joannis Georgii I. Elect. Sax. glor. mem.* ad officium redacti, imperrata omnium antea actorum venia, arma depoſuerunt. *vid. Theatr. Europ. T. I. ſub ann. 1620. Joſeph. Riccius de Bell. Germ. L. I. p. 31. 32. 36. & 36.* qui tamen Pontificiorum more in *Luſitios hæreticos*, ut puriorum ſacrorum *Luſatos*, ex cœco religionis ardore, appellat, nimis invehitur. Quæ vero a *Luſatia Principibus res præclare fortiterque ſunt geſtæ*, eas in peculiari de *Luſatiæ Dominis* Sectione, Deo adjuvante explicabimus.

Artificia & opificia introducunt.

§. XIV. *Saxones* etiam procul dubio fuerunt, qui *artificia & opificia* per *Luſatiam* introduxerunt, quæ temporis progreſſu majora ſemper incrementa, creſcente quotannis artificum & opificum numero, ceperunt. Ut enim alias urbes taceam, *Budiſſa* olim propter magnum ejuſmodi civium, quos alebat, numerum, *parva Norimberga* fuit appellata. *Vid. Grunvvaldus in Deſcript. Luſat. p. 15.* Horum tamen origo non niſi a *Saxonibus* eſt petenda, quod priſcis temporibus, prouti id *§. 10. Sect. III. Diſp. I.* oſtendimus, *usque Sorabi ad opificia a Germanis ne quidem admitterentur.*

Item commercia.

§. XV. Eadem ratione comparatum eſt cum *commerciis Luſatorum*, quæ ad hodiernum usque diem ſigillatim pannis & linteis, in magnum totius regionis commodum habentur. Quod enim *Semnones* aut *Sorabi commercia* prius feciſſent, de eo altum apud Auctores ſilentium eſt. Utraque enim gens pronior ad bellum, quam ad alia negotia fuit.

Luſatorum ſtudia.

§. XVI. *Studia* pro diverſitate incolarum, diverſa etiam fata habuerunt. Nihil in præſenti de veterum *Semnonum & Soraborum ſtudiis* dicam, quod bellicis exercitiis adſveti, Minervæ parum litarint, & quod caput rei eſt, ſi quibus etiam ſtudiis dediti fuerint, quod de veteribus Germanis *Alex. Roſſius de vario Dei cultu Sect. V. p. 257. & de Slavis litteris Rudicis excultis celeber. Schurzfleiſchius Diſſ. de Rebus Slav. §. 9. p. 14.* affirmare non dubitant, vetuſtatis tamen vitio illa neſciamus. Hoc ſaltem monebo, & ſuperioribus Sæculis in magno ſemper pretio *Luſatis ſtudia* fuiſſe, & hodie adhuc eſſe. Teſtes omni exceptione majores producere poſſem, niſi *Manlius, Perlitius atque Magnus de Luſatorum Eruditis* ſigillatim jam dum commentati eſſent, quare huic labori ſuperſedeo. Provoco tantum ad *Gymnaſia & Scholas* celeberrimas, quarum liberaliſſimam nutricem alma *Luſatia* ſemper ſe præbuit.

Atque hæc ſint, quæ anguſtioribus limitibus circumſcriptus, in medium proferre potui. Plura ſtatim expediamus.

Q. F. F. Q. S.

Inſtituti ratio.

DUm tertiam per DEI O. M. clementiam de *Luſatia* Diſputationem ordior, materiæ, de qua agere conſtitui, dignitas, & limitum, quibus circumſcriptus, anguſtia poſtulant, ut non niſi in *Religionem Luſatorum* in præſenti inquiram.

SECTIO VI, DE RELIGIONE LUSATORUM.

§. I.

Semnones idololatræ fuerunt.

Quod omnibus ferme gentibus commune, illud etiam apud antiquiſſimos *Luſatiæ* populos receptum fuit, ut divinum aliquod Numen eſſe crederent, illudque colerent. *Semnones* vero cum reliquis Germanis procul dubio *Solem, Lunam aliaſque res viſibiles* adorarunt, *vid. Jul. Cæſar. Bell. Gall. L. VI. c. 21. §. 2.* Hunc *Solem* adorandi modum hominibus priſcis *Alexander Sardus de Mor. & Rit. Gent. Lib. III. c. 14.* tribuit, contra quos ſigillatim *Cœlius Lactantius lib. 2. Divin. Inſtit. de Orig. Error. pag. m. 697 & 698.* diſputat. Conf. *Alex. Roſſius de Var. Dei Cultu. Sect. V. p. 256. & XV. p. 915. Philippus* quidem *Cluverus lib. 1. Germ. Antiqu. c. 29. & Dominus de Lo-*

benſtein

benſtein P. 1. Armin. p. 346. veteribus Germanis, & ita etiam *Semnonibus* veri Dei & SS. Trinitatis cultum adſcribere non dubitant. Celeberrimus vero *Maſius de Diis Obotritis cap. 1. §. 2. & Andreas Borrichius in notis* ad Maſium, ſatis his reſponderunt. *Conſ. Chriſtoph. Arnoldus in Append. ad Rosſium & Varenium c. 1. pag. 8. 9. & Albin. Chron. Miſ. Tit. XI. p. 147. & 148.* ubi prolixe de Germanorum idolis agit. *Idololatriam* igitur & ſuperſtitionem potius, quam veri Numinis cultum apud vetuſtisſimos *Luſatiæ* incolas fuiſſe, in propatulo eſt. *Mercurium* enim, *Herculem* & *Martem* eos coluiſſe, & Suevorum partem *Iſidi* ſacrificaſſe, *Tacitum* teſtem producere poſſum. *Germ. c. 9.* Ut auſpicia, ſortes & vaticinia Germanorum, a quibus *Semnones* alieni non fuerunt, taceam. *Conſ. Tacit. Germ. c. 8. 9. 10. & lib. IV Hiſt. c. 61. Franciſcus Irenicus Germ. Exeg. lib 2. cap. 4. 5. 6.*

Cultum in ſilvis peregerunt.

§. II. Cultum ſuum idololatricum *Semnones* cum cæteris Germanis plurimum in *ſilvis*, *ſub arborum frondibus*, inſtituebant. *Lucos* omni *ac nemora Diis ſuis juxta Tac. Germ. c. 9. conſecrarunt, & c. 39. Semnones,* ſcribit, *ſtato tempore in ſilvam auguriis patrum & priſca formidine ſacram coiſſe, ibique horrenda ſua ſacra, cæſo videlicet homine feciſſe. Conſ. Sardg l. c. c. 15. pag. 148. & 154. ubi ex Tacit. Germ. c. 10.* annotavit, *Germanos in lucis ſuis equos ſacros aluiſſe, quorum hinnitu futura obſervarunt.* Ejuſmodi *ſilvæ* dicebantur *Hayni*, quas ſanctas & inviolabiles ſuperſtitioſa plebecula credebat. De *Hagis* iſtis vel *Haynis* dubio procul urbes quædam & pagi nomina ſua acceperunt, eademque hodie adhuc retinent, v. g. *Groſſen-Hayn, Graffen Haynichen* & multi per *Luſatiam* pagi, qui falſo ſcribuntur, *Han vel Hanichen. Conſ. Rosſius l. c.* Convenere igitur hac in parte cum aliis populis *Semnones*, dum cultum ſuum in *ſilvis* inſtituerunt. Exempla non modo in profanis Scriptoribus, ſed in ipſis etiam ſacris Bibliis occurrunt, qua propter illorum recenſione ſuperſedemus. *Vid. Maſius de Diis Obotr. c. 1. §. 3. Cluverus Germ. Antiq. lib. 1. c. 35.*

Sacerdotes ſuos in magno precio habuerunt.

§. III. Nec Sacerdotibus ſuis *Semnones* caruerunt. Licet enim *Cæſar Bell. Gall. lib. 6. c. 21. §. 4. Germani*, inquiat, *neque Druides habent, qui rebus divinis præſint, neque ſacrificiis ſtudent: Tacitus* tamen, qui perſpectam magis *Cæſare* Germaniam habuit, *c. 10. 11. & 40. Germ.* oſtendit, ſacerdotes ſuos eos habuiſſe, *quibus*, quod ne Regibus quidem conceſſum fuit, *animadvertere, vincire, & verberare cives; velut Deo imperante permittebant. Conſ. omnino Irenicus l. c. c. 9. p. 55.*

Semnones in idololatria Venedi ſunt ſequuti.

§. IV. Horum in idololatrico cultu veſtigia *Sorabi* deinde & *Luſici* per multa ſecula preſſerunt. Hi enim cum cæteris *Slavis*, neglecto ac poſthabito vero & immortali DEO, multos variosque Deos crediderunt, illisque ſacra fecerunt. Sacerdotes etiam ſuos, quos *Sporos* vocarunt, licet vel crudeliſſimi fuerint, maxime coluerunt, quod ex *Procopio laud. Iren. l. c. c. 9. p. 56.* obſervavit.

Eorum Dii,

§. V. Dii autem *Venedorum* multi fuerunt, potiores tamen, ſive Principes illorum, quæ cœcæ gentis perſvaſio fuit, erant (1) *Svantevitus*, qui juxta *Helmoldum, Saxonem Grammaticum, Dubravium & alios, Deus Deorum & commune Slavicæ gentis oraculum* nuncupatur; (2) *Zcrnebock*, ſive malus & ater Deus; (3) *Radegaſtus* & (4) *Idolum Flins*, quod quia ſigillatim a *Luſatiæ* incolis cultum, ab eiſque poſterioribus temporibus aliquoties, ejurato Chriſti nomine, erectum fuit, breviter deſcribamus: *Idolum illud* a ſaxi, cui inſiſtebat, genere *Flins* dicebatur. Id ad inſtar mortui pallidum, cæſarie nigra, longo amictum pallio rubei coloris, dextra manu perticam geſſit, cui ceu flavus merges, ſive manipulus ſpicarum & is quidem in ſummitate ardens erat præfixus. In lævo ejus humero leo ſtabat erectus, per quem tandem a mortuis ſe excitandos ſuperſtitioſa gens credebat *vid. Manlius Rer. Luſat. lib. 2. c. 33. Elias Schedius de Diis Germ. Syngram. 3. c. 7. p. 486. Albin. l. c. Tit. XI p. 149. & 150. Arnold. Append. ad Roſſ. & Varen. c. 9. p. 102. & 103.* & qui peculiares de *Idolis Slavorum Diſſ.* conſcripſit, *celeberrimus Jo. Petr. Ludvvigius.* In eo etiam *Venedi Semnones* ſunt ſequuti, quod Deorum ſuorum cultum in *ſilvis* præſertim peragerent. *Vid. Dismarus Merſeburg. l. 6. p. 135. Dubravius L. 1. Hiſt. Boh. p. 5. Albin. l. c. Tit. 15. p. 145. & 146. Mirus Orat. c. p. 20. Alexander Molde Chron. Utin. p. 63. Maſius cit. l. c. 4. §. 6.*

Cultus iſtius indicia hodie adhuc exiſtunt.

§. VI. Cultus hujus idololatrici indicia hodie adhuc in *ſilvis* quibusdam, & præſertim in montium jugis, quod a *Judæorum* fortaſſis *excelſis deuen Hoehen*, ad demonſtrandam Numinis, quod adorabant, altitudinem, originem ſuam habuit, deprehendes, quæ rei veritatem ſecus ſentientes docere poſſunt. *Conſ. Rosſius l. c. Sect. XV. p. 913.* Ipſe ego, quum *Budiſſæ* adhuc litteris incumberem, in *Excell. Budisſinenſium Conſulis Hubſchii ſylva*, quæ in montibus *Bohemiam a Luſatia* diſterminantibus ſita eſt, ejuſmodi veſtigia idololatrica vidi. Congeſti enim ac in altitudinem exſtructi lapides, altaria quondam ibi fuiſſe poſteris produnt. Ejuſmodi vero altaria, teſte *Arnoldo l. c. c. 10. p. 107.* communiter tria juxta ſe poſita fuerunt, quorum multa hodierno adhuc die in *Dania* reperiri *laud. auctor* ſcribit.

§. VII. In-

Venedis

§. VII. Infinitæ autem acceptum referendum eſt gratiæ divinæ, quod hiſce in tenebris ſedentibus paganis *Evangelium* etiam fuerit annunciatum. Quoties enim a *Francis* & *Saxonibus Sorabi* fuerunt devicti, toties etiam in ipſorum finibus *Verbum Dei* fuiſſe prædicatum, dubium nullum ſupereſt. *Albinus quidem Tit. XI, pag. 132. & 133.* totus in eo eſt, qui circa 20 poſt Chriſti paſſionem & mortem annum *Germanis Evangelium* jam annunciatum fuiſſe oſtendat, cujus tamen nova ſemina poſt notabiles iſtas in Imperio perſecutiones, ſpargi debuiſſent. Huic vero ſententiæ, quod *Rom. Imperatores* per totam Germaniam, quam nunquam in ſuam poteſtatem redegerunt, perſecutiones inſtituere nequiverint, ſubſcribere dubito.

Verbum Dei annunciatur.

Quando?

§. VIII. Solida autem *Religionis Chriſtianæ* fundamenta, *Caroli M. & Ludovici Pii* temporibus, per *Luſatiam* demum ſunt jacta. Carolus enim non ſolum propter frequentes *Soraborum* excurſiones, ſed inſtinctu etiam *Pontificis Rom.* ut *Sorabes*, perverſis ac fœdisſimis ſuperſtitionibus adſuetos, ad *fidem Chriſtianam* perduceret, bellum illis indixit, omnemque operam adhibuit, ut ejurata idololatria pagana, *Sorabi* Chriſto nomen darent, *vid. Leznerus in Hiſt. Caroli M. c. 30, 31. 32. Fabric. lib. 4 Orig Sax. p 435. ſeqq. Albin. Tit. 8. p. 89. Leuberus in Deſcript. Ortenb. c. 1. pag. 11. Mirus p. 19.* Nec minorem, ut *ſacra chriſtiana Sorabi* amplecterentur, *Henricus I. Germ. Rex* & ejus filius *Otto M.* operam navarunt. Hi non modo præfectis ſuis limitaneis, ut ad *Chriſtianam Religionem Sorabos* compellerent, præceperunt, ſed eam etiam ob cauſam *Epiſcopatum Miſnenſem* inſtituerunt, ut quaſi ſeminarium Doctorum eſſet, qui *Luſatorum* vicinam gentem ad Chriſtum ducerent *Vid. Brotuff. Chron. Mareisb. l. 1. c. 13. Helmold. Chron. Slavor. l. c. c. 8. §. 4. Evermot. Chron. Epiſc. Altenb. p. 155. & 156. Cranz. Vandal. l. II. c. 27. p. 41. & c. 30. p. 43. Albin. Tit. XI. p. 144. XXII. p. 276. Leuber. in Print. Sax. Luſ. MSC. p. m. 4.*

A fide deficiunt.

§. IX. *Luſati* autem avitæ ſuperſtitionis tenacisſimi brevi poſt a *Religione Chriſtiana*, vi & metu expreſſa, quam ſuæ libertati officere credebant, deſciverunt, vetus ſuum *idolum Flins* erexerunt, &, ut in proverbio dicimus, relictis limpidisſimis chriſtianæ doctrinæ fontibus, ad volutabrum redierunt. Inerat enim ipſis in retinendis tuendiſque tempore & conſuetudine inveteratis ſuperſtitionibus, obſtinata & prope incredibilis pertinacia, eaque inconſtantia ultra CCC annos, *Brotuffio* teſte, nimirum a *Carolo M.* ad *Henr. V. Imp.* permanſerunt. *Manlius l. 2. c. 2. 3. & 4. Annal. Budiſſ. ſub an. 1086.* Imo, quæ gentis hujus præfracta fuit malitia, non ſolum ipſi *fidem chriſtianam* repudiarunt ſæpius, ſed, ut *Sagittarius in Antiq. Thuring. L. XX. c. 5. §. 3.* annotavit, *Thuringos* quoque ad reſtaurandum paganiſmum nullo non tempore incitarunt.

Defectionis cauſæ.

§. X. Cauſæ hujus defectionis, præter illas, quas §. *præced.* obſervavimus, ſequentes forſan fuerunt. I. *Pagana* ipſis *Religio* optima videbatur. *Recte enim*, ut *Hugo Grotius de Jure B. & P. l. 2. c. 20. §. 47.* judicat, *a Philone dictum eſt*, *Religionem ſuam cuique videri optimam, ut quæ plerumque non ratione, ſed affectu dijudicatur.* II. Neglectis, quæ ponenda ſedulo fuiſſent fidei fundamentis, *crucis tantum coactos geſticulatores*, chriſtianorum ſacerdotes, qui *Miſſionarii* hodie nominantur, ſacro baptiſmate lavarunt, quamvis priſtina in ipſorum cordibus ſuperſtitio non extincta, ſed relicta eſſet. III. Accedebat, quod ſub *Religionis* ſpecie *regionis & tributorum* major a chriſtianis cura haberetur, qui proniores erant tributis augendis, quam animabus Deo quærendis. *Conf. Helmold. in Chron. Slav. L. I. c. 21. § 5. c. 25. §. 4. Cranz. Vandal. L. 3. c. 2. & 6. Evermot. l. c. p. 162.* qui igitur aliter fieri potuit, quam ut prima oblata occaſione, qui hypocritæ vi & armis, non veri chriſtiani facti, deſciſcerent?

Religio Chriſt. reſtauratur.

§. XI. Reſtaurata tamen fuit *Religio Chriſtiana* penes *Luſatos*. Novimus enim ex indubitatæ fidei hiſtoricis, quod circa an. 1116. *Lotharius Dux*, qui novennio poſt *Imperator* factus eſt, & *Adelgorus Magdeburgenſis Eccleſiæ Antiſter* in *Luſatiam* profecti, *Idolum Flins*, quod *Sorabi* paulo ante erexerunt, denuo dejecerint, & *Luſatos* ad *ſacra chriſtiana* redire coegerint. *Vid. Theod. Engelhuſii Chron. p. 223. Manlius* etiam *L. III. c. 13.* annotavit, *Ottonem Papergenſem Epiſcopum, qui divino admonitus erat inſtinctu, Pomeranos paganos, de quibus vid. D. Camerarius in Chron. Pom. cum quibusdam civitatibus terræ Lutitiæ ſive Luſatia ad fidem chriſtianam convertiſſe, & ſigillatim Lubenæ in Inf. Luſatia fidei ſemina ſparſiſſe.* Ab hoc tempore *Luſatorum* plurimi in *Religione Chriſtiana* perſtitiſſe creduntur.

Manet quædam ſuperſtitio.

§. XII. Sed quæ alte *Soraborum* cordibus impreſſa fuit ſuperſtitio, diu penes imperitam plebeculam permanſit, cujus hodienum veſtigia quædam in pagis Venedorum deprehendes, &, quæ ipſorum eſt pertinacia, ab illis vix revocari poſſunt. Rem tantum unam exempli cauſa in medium ex *Manlio* proferam. Hic *Lib. I. p. 37. credidiſſe*, ait, *ſuo adhuc ævo ruſticos in pago quodam, vaſa fictilia, quæ veterum terræ incolarum, priusquam ad Chriſtianorum caſtra tranſierunt, Urnæ fuerunt, & paſſim reperta ſunt, Febricitantibus mederi, ſi poculi loco iis utantur, dummodo pentecoſtes nocte ſolum e terra extraherentur.* Hujus generis plura, ne nimis prolixus videar, prudens ſciensque prætereo.

Quorundam in Religione fervor.

§. XIII. Huic quorundam *Luſatiæ* incolarum ſuperſtitioni, aliorum in *Religione fervorem* opponimus. Diſturbatis enim paganæ ſuperſtitionis nebulis & protritis idolorum monſtris, ſingularis etiam pietatis exempla inter *Luſatos* extiterunt. Hanc, pro temporum illorum ratione, vel cœnobiorum exſtructionibus, vel ad pias, quas vocant, cauſas opum delegationibus, vel ad ſanctiorem terram inſtitutis itineribus & ſuſceptis in Palæſtinam ſacris aut cruciatis expeditionibus abunde teſtabantur. Multa hujus rei proferre poſſem exempla, ſed peculiare hac de re *Programma*, quod ſub *Luſ. Sacra* titulo *1708. prodiit*, *Vir. B. m. M. Schulzius*, Præceptor olim meus etiam poſt mortem colendus, ſcripſit, in quo multa ad rem præſentem facientia invenies. Hunc tandem in Religione fervorem, quem tamen, juſtus ne an injuſtus fuerit, quoniam res hujus loci non eſt, in medio relinquimus, acerbo & inexpiabili ferme, quo *Huſſitas* proſequuti ſunt, odio teſtatum fecerunt, propereaque mala multa ſunt perpeſſi, uti id *Sect. V. §. 13.* oſtendimus. Nec hodie *Luſatorum in Religione fervor* deferbuit, quam viva ſatis exempla teſtantur.

Luſati Epiſc. Miſnenſi paruerunt.

§. XIV. *Luſati* autem ſacris chriſtianis initiati in *rebus Eccleſiaſticis Miſnenſium Præſulibus* paruerunt, idque ex voluntate *Imperatorum Saxonicorum, Henrici I. Ottonis I. II. & III. vid. Leuber. Princ. Sax Luſ. MSC. p. m. 4. Ditmarus Merſeb. L. I. p. 9.* Epiſcoporum illorum in ordine XXII. qui *Brunonis II*, nomine poſteris innotuit, *templum Budiſſ. Cathedrale* fundavit, illudque, adjuvante *Dieterico, Miſniæ Marggraffio*, exſtruxit. *Manlius L. I. c. 38. p. 156. Leuber. in Deſcript. Ortenb. c. 7. p. 82. Albin. l. cit. Tit. XXII. p. 277. & 279.*

Ad puriora ſacra accedunt.

§. XV. Qvum vero *Evangelii Lumen in Saxonia* per Dei gratiam exoriretur, *Luſati* poſteriores eſſe noluerunt, qui, abrogatis ſuperſtitioſis Pontificiorum ritibus, illud amplecterentur. Dum igitur *purioribus ſacris* locum fecerunt, *Utraque Luſatia Miſnenſis Epiſcopi* obedientiæ ſe ſubduxit, ita, ut nec tributa amplius ei penderet, nec ejus in *rebus Eccleſiaſticis* auctoritatem & Jurisdictionem agnoſceret. *Leub. l. c. p. 81.* Quod vero *Manlius Lib. I. de Budiſſ. ad repurgatam doctrinam* converſione ait: *non niſi Dei T. O. M. elementia atque beneficio in Ann. 1522. 1523. 1524. 1525. & 1526. Budisſina Evangelii doctrinam ab erroribus pontificiis purgatam ſonuiſſe*, illud etiam in reliquis *Utriusque Luſatiæ* urbibus & pagis per eandem Dei gratiam factum eſt. Factum tamen id eſt ante *Pacificationem Paſſavienſem & Pacem Religioſam de* an. 1552. & 1555. *Conf. omnino Leuber. de Arce Ortenb. c. 7. p. 83. & 84. item in Princ. Sax. Luſ. MSC. p. m. 22.*

Pontificii ægre hoc ferunt.

§. XVI. Ægre hoc tulerunt Pontificii, & ſigillatim *Miſnenſium Præſul*, qui multis hoc modo proventibus ſe privatum videbat, quare nullam intermiſit operam, ut vel precibus vel minis *ſacra Pontificia* per *Utramque Luſatiam* reſtauraret. Sed fruſtra dum operam atque oleum inſumit, apud *Ferdinandum I.* tum temporis *Regem Romanorum*, qui die 16. *Maji. Ann. 1538. Budiſſam* venit, ſupplici & aſſidua ſollicitatione obtinuit, ut ipſe *Rex* ore proprio *veterem Religionem Luſatiæ Ordinibus* publice perſuaderet, & niſi ab innovatione deſiſterent, priſtinumque cultum reſtituerent, pœnam graviſſimam minitaretur. Quo facto, quum *Status Luſatiæ* ea, qua decet, modeſtia reſponderent, quod agnitam ſemel *veritatem Evangelicam* deſerere non poſſent, acquievit in hac reſponſione *Princeps laude digniſſimus*, permiſitque præterea *Budiſſinenſium Senatui*, ut *Scholam Evangelicam* exſtruerent, ac juxta *Auguſtanæ Confeſſionis* dogmata publice verba facerent Eccleſiæ repurgatæ miniſtri. Et licet rurſus anno 1542. *Miſnenſium Epiſcopus Præſulem Viennenſem* litteris hortaretur, ut apud *Ferdinandum* in hanc curam incumberet, ne *Is* in *Luſatia* omnes *Pontificiæ Religionis* reliquias collabi pateretur, nihil tamen profecit; ſed indignantibus & frementibus *Papicolis puriora* per *utramque Luſatiam ſacra* ſunt ſtabilita, & hodierna etiam luce, quæ Dei eſt clementia, ſalutaris *Evangelicæ doctrinæ* fidelis cuſtos *Luſatia* nuncupari poteſt. *Vid. Annal. Budiſſ. M. Thom. Fabri ſub an. 1538. & 1540. Manlius L. I. c. 22. Leuber. Deſcript. Ortenb. c. 7.*

Luſati litteras Majeſt. accipiunt.

§. XVII. Cum autem ſub initium ſuperioris Sæculi graviſſimis perſecutionibus in *Auſtria & Styria Aug. Conf.* addicti ſupprimerentur, *Luſatiæ Ordines* cum *Bohemis* (*huic enim regno a Carolo IV. Imp. incorporati erant*,) æque triſtia fata timentes ab *Imp. & Boh. Rege Rudolpho II. litteras Majeſtatis* ſibi expetierunt, quibus etiam *Imperator* benigne ſatis reſpondit. Intercedente igitur *Electore Saxoniæ Rudolphus Imperator Bohemis cum Luſatis Evangelicæ Religionis libertatem Majeſtatis ſigillo munivit*, easque in Religionis negotio *litteris Aſſecurationis, Privilegiis Exemtionis, harumque litterarum Confirmationibus* ornavit atque inſtruxit. *Conf. Goldaſt. in Append. Docum. p. 140. ſeqq. Jo. Micrælius in Synt. Hiſt. Eccl. L. III. Sect. II. pag. 587 Leuber. in Princ. Sax. Luſ. MSC. p. m. 26. & in Deſcript. Arcis Ortenb. c. VII. p. 81. & 84. Theatr. Europ. Tom. I. p. 3. ſeqq.*

Remanent tamen Pontificii quidam in Luſatia.

§. XVIII. Invenias tamen hodie *Religionis Pontificiæ* per *utramque Luſatiam* veſtigia quædam, quibus *Religionis liberum exercitium* tabulis publicis confirmatum eſt. Clauſtra enim religioſa *utraque Luſatia* adhuc

huc tria habet. Horum primo, quod in *Inferiori Luſatia* ad *Viadrum vel Oderam* ſplendide ſatis eſt extructum, *Ciſtertienſium Profeſſionis Monachos* alit, & *Nova Cella* vocatur, Abbas præeſt. Reliqua duo in *Superiori Luſatia Veſtalium, Marienſternenſe & Marienthalenſe*, Abbatiſſas ſuas habent. *Budiſſæ* deinde *Decanus & Capitulum* Cathedralis templi partem ad ſacra ſua peragenda in præſentem uſque diem poſſident, quæ quoque libertas *Laubanæ Ordinis S. Mariæ Magdalenæ Veſtalibus* permittitur. Oppida denique etiam *Wittichenau & Oſtritz* cum pagis quibusdam *Religionem Pontificiam in Luſatia* profitentur *vid. Receſſ. Trad. Sup. & Infer. Luſatiæ n. t. Grunwald. in Deſcript. Luſat. pag. 41. ſeqq. & pag 66.*

Reſpondetur ad objectiones quaſdam.

§ XIX. Ex quibus apparet *Luſatos* pleroſque tam in urbibus quam in pagis, repudiatis Pontificiorum ritibus, *Religionem Evangelicam* amplecti & ad earum normam vitam ſuam inſtituere. Hæc autem ipſis a prima ſtatim pueritia in Scholis, quas alit ac fovet *Luſatia*, celeberrimis, a Viris pietate & eruditione conſpicuis, fideliſſime inculcatur. Nec *Venedi* in pagis habitantes in tanta dogmatum Chriſtianorum ignorantia relicti ſunt, quam quidem Celeber. *Ludvvigius Germ. Princ. c. V. Not. Sax. §. 7. p. 211.* ſibi perſuaſum habet. Enimvero argumenta, quo ſuam Vir cæteroquin doctiſſimus hac in parte ſententiam probare vult, nimium ſunt debilia. Dicit enim I. *ante unius ſeculi ſpatium in pagis Venedorum, der Wendiſchen Bauren, conciones in Germanica lingua habita, cujus ipſi idiomatis prorſus ignari & olim fuerunt & nunc ſunt.* Sed conciones in Germanica lingua non ſolum habitæ fuerunt, verum etiam hodie adhuc habentur, his tamen potiſſimum ex rationibus (α) propter Nobiles atque Dynaſtas pagorum, qui cum familiis ſuis maximam partem Sorabicæ linguæ ignari ſunt, & tamen in uno cum ruſticis ſuis templo, ad verbum Dei audiendum, conveniunt. (β) Quia multi Soraborum germanicam linguam ſciunt & probe loqui poſſunt. *Conf. Præf. Nov. Teſt. Sorab.* (γ) Ut ea ratione Venedorum reliqui ad *linguam germanicam* addiſcendam incitarentur, cum qua urbaniores forſan mores aſſumerent. Hæ tamen conciones a Sacerdotibus ſtatim in *lingua Sorabica* repetuntur, ut qui *Venedorum Teutonica lingua* adhuc ignari ſunt, In vernacula ſua verbum Dei audiant. *Vid. alleg. Præf. N. T. S.* Hic autem concionandi modus non hodie aut nudius tertius, ſed quantum perſpectum habeo, ſemper obtinuit, quare neminem latere poteſt. II. Non ſequitur, *Venedi Catecheſi Venedica paucis abhinc luſtris caruerunt, ergo fidei fundamenta ignorarunt.* Nam quod ſi etiam concederem, caruiſſe eos *Catecheſi Venedica*, non tamen defuerunt fideles Verbi divini miniſtri, qui viva voce neceſſaria fidei ſalvificæ fundamenta concreditis ſuis inculcarunt. Quid? quod Vir ille celeberrimus ex vera Hiſtoria Eccleſiaſtica demonſtrare non poterit. primos chriſtianns *Catecheſin* habuiſſe, quibus tamen ſolida chriſtianorum dogmatum notitia deneganda propterea non eſt. Inſuper etiam contrarium oſtendere poſſum, quod *Venedi Catecheſin Venedicam* jamdudum habuerint. *Wenceslaus* enim *Warichius, Paſtor Gudavienſis, minorem Lutheri Catechiſmum germanice atque Venedice* anno jam 1567. *Budiſſæ* typis exprimere curavit. III. ait; *verſionem ſacri codicis neque nunc Venedi habent.* Verum enim vero ne hanc quidem ob cauſam fidei ignorantiam illis imputare debemus, quoniam nec primi chriſtiani, qui ex paganorum erant numero, *verſionem ſacri codicis* ſtatim habebant, ſed ex ore tantum Apoſtolorum viam veritatis diſcebant, & nihilominus ſufficientem ſalutaris doctrinæ cognitionem, ad vitam æternam conſequendam, ſibi comparabant. Cur igitur *Venedos*, licet verſione ſacri codicis deſtitutos, quod tamen non laudo, in dogmatum chriſtianorum ignorantia relictos diceremus? IV. ſententiam ſuam probare vult Vir celeberrimus, *quod Paſtores ad Venedos e ſacra cathedra verba facturi ſacros textus in Germanica lingua eadem abſurditate allegarent, ac olim vulgatam verſionem Monachi noſtra plebi creparunt.* Hoc autem & ſinguli negabunt qui *conciones Sorabicas* in *Luſatia* audiverunt. Quid? quod ſi unus etiam vel alter in *Luſatia* Sacerdotum fuiſſet, qui præpoſteram hanc concionandi rationem adhibuiſſet, quod tamen probatione adhuc indiget, valeret tamen & hic tritum illud, quod a particulari ad univerſale argumentari non liceat, & quod unus fecit, omnibus non ſit imputandum Cæterum quod bonum illud atque laudabile ſacras literas Interpretandi inſtitutum attinet, illud non ſolum *Frencelio*, ut putat Doctiſſimus Vir, eſt adſcribendum, ſed alii quoque fuerunt & hodierno adhuc die ſunt, *Viri* apud *Luſatos Clariſſimi*, hujusque linguæ peritiſſimi, qui manus ſuas factis his operibus admoverunt. Ita enim anno jam 1627. *Gregorii Martini Paſt. Purſchvicenſis Pſalmi pœnitentiales germ. & ſorabice prodierunt. B. vero Michael Frencelius Paſt. Poſtvicenſis* anno 1706. *Nov. Teſt* edidit. Is anno jam 1671. *Matthæum & Marcum Evangeliſtas*, an. 1693. *Epiſtolas ad Rom. & Galat.* & an. 1688. *concionem quandam Sorabicam* in lucem miſit. Sumtibus deinde *Luſatiæ Ordinum*, illisque jubentibus ſequentes quinque libri *germ. & venedice* typis ſunt expreſſi, (α) ann. 1693. *Catecheſis Lutheri* (β) an. 1695. *Evangelia &*

Epiſtolæ Dom. (γ) an. 1699. *Agenda, ut vocant, Evangelicorum.* (δ) an. 1703. *Davidis liber Pſalmorum* (ε) an. 1710. *Cantiones Eccleſ.* Trium priorum auctores fuerunt, *Dn. M. Paulus Prætorius, Archi-Diac. ad D. Petri Budiſſ. Tobias Zſchuderly, Paſt. Lobſau. Io. Chriſtoph. Cruger, Paſt. nunc Baruth. Georgius Matthæi Paſt. Collmenſis, & Michael Raetze, Diacon. ad S. Mich. Budiſſ.* Duorum poſteriorum iidem fernie auctores fuerunt, niſi quod ad *Pſalmos* laud. *Frencelius*, & ad cantiones *Dn. Joh. Aſt, Paſt. ad D. Michael. Budiſſ. & Joan. Wauer, Paſt. Hobkirch.* manus ſuas adhuc admoverunt. Conſilio denique & ſumtibus *Anglici Baronis de Hales Dn. M. Prætorius in Venedicam linguam* tranſtulit libellum, cujus titulus: *Neceſſaria animæ cura*, qui etiam an. 1704. Budiſſæ prodiit. Prelum adhuc expectant 1) Jobus, 2) Siracides, 3) precationum liber, 4) Hoefferi via cœli, 5) Quæſtiones catecheticæ, 6) M. Grunvvaldi Doctrinæ Chriſtianæ Tit. I. Prudens omittam *Libellos Pontificiorum, qui 1690. & 1696.* prodierunt. Nec *Nobilium* quis pio huic conatui ſtudia ſua objecit, multo minus ſub prætextu a *celeberrimo Ludvvigio l. c.* in medium prolato, opus illud impedivit. *Ordines* contra *Luſatia* in id incubuerunt ſedulo, ut, qua poſſent ratione, opus illud piiſſimum promoverent. Idem *N. T. Sorab. Præfatio* affirmat. Hinc nec opus eſt *anathemate illo*, quo *Vir Celeberr. a cœtibus chriſtianis illorum nomina delenda eſſe putat, qui inter Dynaſtas Luſatos moram huic operi injiciunt.* Hoc vero compertum habeo, fuiſſe *Luſatia Nobiles* nonnullos, qui *linguam Venedicam* exſtirpare voluerunt. Modus vero nonniſi quam bonus fuit. Ludi enim magiſtrum nullum, quam *utriuſque Germanica* ſcilicet & *Sorabica lingua* peritum admittere voluerunt, qui a primis ſtatim annis *Venedorum* in Parochia, qua viveret, liberos cum *Religionis chriſtianæ fundamentis linguam Germanicam* doceret. Cum vero calculum ſuum huic ſententiæ alii ſubtraherent, res poſtmodum eventu caruit. His igitur ex dictis facile deprehendes, *Celeberr. Ludvvigium* hac in parte nimium quorundam fidei tribuiſſe, qui tamem veritatem ipſi reticuerunt. Cæterum ut finem labori noſtro imponamus, ipſæ paginæ nos docent. Quæ reſtant, Deo adjuvante, brevi ſupplebimus.

Q. F. F. Q. S.

Inſtituti ratio. PRomiſſo fides exiſtit. Quam enim ſemel telam orſus ſum, ad eam me rurſum converto, illamque ut brevi pertexam, operam omnem adhibebo. In præſenti vero, ut intra cancellos maneam, non niſi de *Moribus* & *Dominis Luſatorum* agam.

SECTIO VII.

DE
MORIBUS LUSATORUM.

§. I.

Semnonum mores. Mores *Luſatorum* contemplantibus, Semnones occurrunt. Hi, ut Germani fuerunt, ita in moribus quoque, quod ex hiſtoricis monimentis colligere licet, a reliquis Germanis non alieni fuerunt. Quemadmodum autem Tacitus, a quo, ut *Sect. V. §. I.* oſtendimus, plurima nobis, deficientibus aliis probatæ fidei hiſtoricis, petenda ſunt, eorum cum virtutibus vitia quoque prodit; ita cum celeberrimo *D. G. Langio in Introduct. ad Hiſt. & Jus Publ. L. I. Sect. II. §. 17.* optimum judicamus, veſtigiis ejus inſiſtere. Hinc vitia ipſorum omiſiſſe videtur celeber. *Thomaſius Vid. Not. in Monzamban. lit. o p. 24.* Verba ejus ſunt: *Mores communes Germanorum erant vita ſimplicitas, caſtitas, labor, ſtudium defendenda propria libertatis & ignorantia vana gloria.* Nam quod Nepos c. 1. de Pauſania: *eum* alt, *ut virtutibus eluxiſſe, ſic vitiis obrutum fuiſſe;* illud etiam in veteres Germanos, & ita in Semnones quadrat. Enimvero neminem niſi hiſtoriæ Germanicæ prorſus ignarum eorum ebrietas, rixæ, latrocinia, ludendi appetitio, quæ cum tanta temeritate conjuncta fuit, ut de libertate & corpore etiam contenderint, fugient. *Tacit. de Germ. c. 14. 22. 24.* Latus ſe hic de Semnonum virtutibus & vitiis ſcribendi campus aperit, quum vero hac in parte a cæteris Germanis non ſeceſſerint, prolixius ea apud *Philippum Cluverum* in *Germania antiqua* invenies. Hoc tantum monebimus: eorum liberos nullis educationis deliciis gaviſos, nudos plerumque ac ſordidos fuiſſe, ad Venerem ſero acceſſiſſe, & tandem funerum nullam penes ipſos ambitionem extitiſſe. *Tacit. c. 20. 27.*

Luſicorum & Sorabor. mores. §. II. Nec de *Luſicorum* & *Soraborum* moribus, ut prolixius agamus, opus eſt, quippe qui in his cum reliquis Slavis conveniebant. Horum autem mores quaſi in compendio tradit *Wittichindus Annal. Lib. II. p. 28. Slavorum*, inquit, *hominum genus durum & laboris patiens eſt, victu leviſſimo adſvetum, & quod noſtris gravi oneri eſſe ſolet, Slavi pro quadam voluptate ducunt.* Quod vero antea de Semnonibus, illud etiam de *Luſatis Venedis* repetendum venit, quod vitia non levia penes ipſos quoque regnarint. Lubricam enim & fluxam eorum fidem fuiſſe, ſupra *§. 10. Sect. V.* demonſtravimus. Quare confundere mihi videtur *Dn. Moldius in Chron. Vtin. Sect. I. §. 9.* cum Slavis Germanos, Wagriis ſuis, quos tamen Venedos ipſe appellat, ſingularem fidem tribuens.

Nota

Nota enim eſt Slavorum omnium fides punica, quæ teſte *Saxone Gram. Dan. Hiſt Lib. 14. f 141.* in proverbium abiit. *Ditmari* de his Slavis verba ſunt: *Infideles ipſi & mutabiles, immutabilitatem ac magnam exigunt ab aliis fidem.* Non minorem reprehenſionem ipſorum crudelitas meretur, quam confines populi ſigillatim ſunt experti, quod *Sect. V. §. 4.* docuimus. Pertinaces & incorrigibiles ferme fuiſſe, hiſtorici omnes loguuntur, & plurimi ex eorum reliquiis vivis exemplis comptobant. Reliqua eorum vitia ſilentio præteribimus.

Saxonum in Luſatia mores.

§. III. A *Sorabis* ad hodiernos *Luſatia* incolas progredior. Sicut autem univerſa Germania cum Religione Chriſtiana meliores mores aſſumſit, ita de *Luſatia* incolis illud non eſt ambigendum. Induti igitur olim Chriſtiano homine digni mores ſancte hodienum a *Luſatis* obſervantur, licet a vitiis plane liberos eos ptonunciare non poſſimus. Hoc tamen quotidiana experientia teſtatur, morum bonorum *Luſatos* eſſe ſtudioſiſſimos. Celeberr. quidem *Ludvvigius Germ. Princ. L. III. c. V. §. 8. p. m. 211. Naturam Luſatorum duritatis quid habere exiſtimat.* Sed veniam mihi dabit dicenti: dictum illius de Venedorum in pagis reliquiis verum eſſe, de nobilibus & civitatum incolis non ita. Hos enim inter & Miſnenſes, quibus tamen vel ipſe humanitatem & mores præ aliis excultos tribuit *cit. Lib. III. c. V. §. 5. p. m 206.* diſcrimen quoad mores nullum obſervatur.

SECTIO VIII.
DE
DOMINIS LUSATIÆ.
§ I.

Semnonum Dominus in Luſatia ignoramus.

Qui primi Semnonum Domini fuerunt, quorum ductu & auſpiciis *Luſatiam* intrarunt, injuria temporum & veterum incuria cimmeriis tenebris obducti manebunt. Siquidem ne nomina quidem illorum extant. Quod vero duce uno vel altero terram iſtam primum occupaverint, omnes & ſingulæ Gentium migrationes docent. Gentes enim non niſi electo Duce ex una in alteram regionem profectas eſſe, relatum legimus. Provoco tantum ad Germanorum & ſigillatim Svevorum, quorum nobiliſſimos Semnones fuiſſe, ſupra *Sect. 3. §. 1.* oſtendimus, conſvetudinem. Hi, ut in aliis ſuis expeditionibus, ita irruptionem in Galliam facientes, Arioviſtum, Regem ſuum ſalutarunt, quod ex *Ceſare* & *Floro* novimus. Nulli igitur dubitamus, Semnonibus *Luſatiam* primum inhabitantibus Duces vel Reges adſcribere, *ſuadendi tamen magis quam imperandi poteſtate conſpicuos. Tacit. Germ. c. 7. & 11.* Quibus vero nominibus & rebus præclare fortiterque geſtis eminuerint, deficientibus litterarum monumentis, dicere non poſſumus.

Itemque Luſicorum & Soraborum pleroſque.

§. II. Eadem fata *Luſicorum & Soraborum Principes* maximam partem ſubierunt. Eorum enim cum virtutibus etiam nomina ad ea usque tempora nos fugiunt, quibus cum Francis bella gerere cœperunt. Sed nec illorum tempotum Duces accurate recenſere licet. *Ditmarus* quidem *Lib. VI. p. 136. Luiticis Dominum ſpecialiter ſic dictum nullum concedit.* Interim negare non poſſumus, Luſicos & Sorabos Dominos ſuos habuiſſe, qui tamen ab initio ſumma auctoritate non polluerunt. Loquuntur id non ſpernendæ fidei auctores, licet curatiorem illorum principum ſyllabum nobis non reliquerint. Nam ab *Hagecio in Chron. Bohem. ad ann. 832. f. 50. Wratislaus, Wogeni, Bohemorum Principis, ſecundo genitus filius Luſatia Dominus appellatur,* quem hac in parte ſequitur *Stransky de Republ. Bohem. c. 7. §. 4. Neclanum* Sup. Luſatiæ partem in ſuam poteſtatem redegiſſe, teſtantur *Annal. Fuld.* Hic cum *Carolo M.* bello implicatus ab eoque ſuperatus, *Zecbo vel Lecbo,* peritiſſimo belli Duci bonam *Luſatia* partem concredidit, ut ita Carolo melius reſiſtere poſſet. Zechum hunc *Fabritius Lib. IV. Orig. Sax. p. 425. Ducem, Principem Soraborum & Taleminciorum appellat.*

Luſatiæ Domini e gente Sax. quorum primus Wittekindus M.

§. III. A *Zecbo Luſatia* Dominium ad Saxones tranſiit. Zechus enim filiam ſuam *Suatam, Suatanam vel Suaternam,* heredem Ducatus *Itzizeſchorum,* vel ut *Leuberus Deſc. Ort. c. 1. lit. gg. & c. 2 lit. f. n. 7.* mavult, *Itzinzechorum & Luſatorum, Wittikindo,* Saxonum celeberrimo belli Duci in matrimonium dedit, ut vel hac ratione, unitis cum *Wittikindo* viribus, fortiter Carolo M. ejusque armis victricibus ſe opponeret. conf. *Reuſnerus in Stem. Witt. p. 13. Albin. in App. Chron. Miſn. p. 399. Leub. Deſcr. Ort. c. 1. lit. gg. p. 8. ſeq. & in Princ. Sax. Luſ. Miſc. p. m. 1.* Nec *Wittikindus* operam ſuam deſiderari paſſus eſt, ſed per XI. annos, nempe ab anno 774. usque ad 785. hoc ſocio graviſſima adverſus *Carolum M.* bella geſſit, ſicuti illud ex *Paulo Aemylio de Geſt. Franc. Lib. III. p. 100. ſeq. Letznero in Vid. Caroli M. c. 17. 20. ſeq. Trithemio de Orig. Franc. p. 97.* aliisque permultis colligitur. Quum vero, ejerata ſuperſtitione pagana, *Wittekindus* ſacris Chriſtianorum initiatus eſſet, nullam intermiſit operam, qui ſocerum ſuum *Zecbum* ad Chriſtum adduceret. Quem, cum minus moveret, quam vellet, armorum virtute ad ſaniorem mentem compellere duxit. Quare, quem antea, contra Carolum M. juverat, eum poſtea adjuvante *Carolo*, ex ipſa *Luſatia* pepulit. Peremto deinde anno poſt C.

N. 804. in prælio Zecho *Wittikindus Luſatiam* non ſolum dotis nomine, ſed & *Caroli M.* beneficio ac donatione, ob bene merita obtinuit. *Lezner. c. 30. ſeq. Trithem. p. 98. Aemyl. Lib. III. p. 119. Peuc. Idyll. v. 35. 45. ſeq. Albin. Chron. Miſn. Tit. VIII. p. 89. ſeq.* Multa hujus Wittikindi I. præclara facta recenſerem, niſi jam *Eginhardus*, aliique veteres atque recentiores Hiſtorici fuſius de eo egiſſent. Vita functus ducitur an. 806. vel 807. *Letzner c. 45. Fabrit. Lib. IV. p. 43. 9. Albin. in Stamb. p. 395. Reuſn. in Op. Baſil. P. III. p. 261.*

Wittikindus II.

§. IV. Patrem in *Luſatia* excepit filius a *Suatana Wittikindus junior, Dominus Budſetiæ*, teſtibus *Wancone, Spalatino, Beuthero. Cruſio & aliis. vid. Fabrit. Orig. Sax. Lib. V. p. 511. Albin. Progym. f. 114.* Et hoc quidem annuente Carolo M. cujus beneficio *Comes Wettinenſis, & propter fidem & virtutem Burggraffius Soraborum renunciatus eſt. conf. Reuſn. p. 25. Alb. in Stamb. p. 123. Annal. Budiſſ. Thom. Fabr. ſub init. Peuc. Idyll. v. 29. 30. Leub. Deſc. Ort. c. 2. lit. d. e. f. p. 15. & in Princ. Sax. Luſ. p. m. 2.* illis, qui cum *Albino in Chron. Miſn. p. 247. Budſetiam*, cujus Domious *Wittekindus II.* fuit, alibi ſitam fuiſſe contendunt, erudite reſpondit doctiſſimus *Leuberus Deſc. Ort. c. 2. lit. f. p. 16. 17. ſeq.* Ejus conjux fuiſſe creditur *Julanda, Comes de Rochlitz.* Ex hac *Wittikindum, Fridericum & Dietgremum* filios procreavit. Condita eſt ab eo, teſte *Ditmaro, Familia Budſetia.* Pater igitur eſt *comitum Wettinenſium, & Dominorum vel Regulorum Budſetiæ*, quo poſteriori vocabulo usque ad Timonis patrem Dietericum *Spalatinus* utitur. Magna hic *Wittekindus II.* cum paganis Venedis bella geſſit; & ſicut *Leuberus in Princ. Sax. Luſ. p. m. 2. ex Spalatino, Agricola* & aliis colligit, religionem Chriſtianam contra Bohemorum & reliquorum Slavorum impetus maſcule defendit. Obiit circa an. 825. *Alb. Stamb. p. 123. Leuber. Princ. Mſc. p. m. 2.* Sepultus Wildershuſii cum fratre Wigberto in Collegio, quod Wigbertus fundavit.

Fridricus & Dietgremus Fratres.

§. V. Secuta eum eſt filiorum biga, nempe *Fridericus & Dietgremus, Comites Wettini, Burggraffii Soraborum, & Domini in Budſetz:* ita tamen, ut altero ſine prole a Venedis interfecto alter fratris provinciam ornaverit. *Vid. Fabr. Lib. cit. p. 512. Alb. Stamb. p. 137.* Poſterioris conjux fuit *Boſſena, comes Pliſſenſis.* Vetuſtatis vitio nihil ferme ootatu dignum de illis reperitur. Celeberrimus tamen *Leub. in Princ. Sax. Luſ. p. m. 2. 3.* annos, quibus & regimen ſuſceperunt, & morte depoſuerunt, recenſet.

Ditmarus ſenior & junior.

§. VI. *Dietgremi* filius fuit *Ditmarus, comes Wettini, Burggraffius in Zorbec & Dominus Budſetiæ.* Hic juxta computationem *Leuberi Libro jam laudato p. 2. 3.* Succeſſorem Celeberr. illum *Ditmarum* vel *Ditmayerum juniorem* habuit. Fideliſſimus ille *Henrici I. Germ. Regis* belli comes & copiarum præfectus fuit. Is non ſolum Dominum ſuum *Henricum*, Saxoniæ adhuc Ducem ao. 916. in munimento *Gruningenſi* ab *Imp. Conrado I.* obſeſſum, callida inventione ſua, periculo feliciter liberavit; ſed deinde etiam contra *Venedos ad Lunckin*, & rurſum contra *Hunnos ad Martuburgum* ſingularem ſuam fortitudinem demonſtravit. *conſ. Fabrit. L. cit. p. 513. Reuſn. Stem. Wittekind. p. 26. Alb. Stamb. 160. Leub. L. c.*

Henrici I. tempore ad Luſatiæ Dominos Marchiones accedunt.

§. VII. Equidem non ignoro, *Henrici Regis temporibus ad Luſatiæ Toparchas acceſſiſſe inſuper Marchiones.* Laudatus enim *Henricus Geronem vel Gereonem Luſatiæ Marchionem* conſtituit, illius tamen tantum, quæ *ſuperior* hodie *Luſatia* vocatur. *vid. Manl. Rer. Luſ. L. 2. c. 10. p. 81. Wolffg. Kranſii Chron. Miſn. p. 2.* Deinde *Otto I. Imp.* ad *Sup. Luſatiæ Marchionatum Inferiorem* quoque addidit. *vid Alb. Chron. Miſn. p 405. ſeq. Georg. Schœnb. Lib. V. Polit. c. 39. Meibom. in Chron. Walbecenſ. f. 4. Goldaſt. de Regn. Bohem. L. II. c. 10. §. 13. Luſatiæ Marchionum* Catalogum invenies apud *Alb. L. cit. itemque apud Mirum de Luſ. p. 24. ſeq.* Subſequentibus deinde temporibus Imperatores e Domo Suevica Marchionatum rurſus diviſerunt, aliis Marchionibus in *Superiori*, aliis *in Inferiori Luſatia* conſtitutis. Sic, quæ ioferiorum fuit partium *Luſatiæ, Marchionatus Luſatiæ* nomine tantummodo ionotuit. Sicuti illud ex *Fabritii Lib. V. Orig. Sax. p. 538. Peuc. Idyll.* & aliis colligere licet. Quæ vero hodie *Superior Luſatia* dicitur, ea olim plerumque *Marchia Budisſinenſis* eſt appellata. *Hagec. Chron. Bohem. ad an. 1319. fol. 390.* Diſtinctio vero in *Superiorem* & *Inferiorem Luſatiam* non niſi poſt hæc tempora obtinuit. *Peuc. in Idyll. v.* 370. ſeq. Fuerunt autem *Marchiones* illi tum temporis belli tantum Duces, qui ad Imperii limites excubabant, eosque ab hoſtium incurſionibus tutos reddebant. Et niſi me omnia fallunt, Imperatores *Luſatiæ Toparchis Marchiones* adjunxerunt, non ſolum, ut putat *Celeb. Leub. Deſcr. Ort. c. 2. p. 14. 22.* & *Princ. Sax. Luſ. p. m. 3. ut terram & ipſos terræ Dominos, adverſus finitimorum Venedorum impreſſiones milite ſuo tuerentur*; ſed ut hac ratione *Luſatiæ Dominos* in officio continerent, ne rerum novarum ſtudioſi, aliquando cum Imperii hoſtibus fœdera inirent, ſeque ab Imperatorum poteſtate liberarent. Hinc ſubſequentibus etiam temporibus factum eſſe exiſtimo, ut *Luſatiæ Principes* operam omnem adhibuerint, qui *Dominium & Marchionatum* conjungerent. Moleſtum enim ipſis videbatur, alios a latere Domioos & factorum omnium obſervatores habere.

Nec

Nec eorum opera inanis fuir, ſiquidem nonnulli etiam fuerunt, qui ex *familia Wittikindea* prognati *Luſatia Marchiones* ab Imperatoribus ſunt ſalutati. Quid? quod ſi *Hoſſmanno* penes *Goldaſt. de Regn. Bohem. L. III. c. 16. n. 4. 5. 20. ſeq.* fides habenda, ab *Imp. Ludovico Pio* usque ad *Conradi Salici* tempora *Marchionatus Luſatia munia cum Dominio Budiſſinenſi conjuncta fuerunt.* Quapropter nec *Dedo II.* prius quievit, quam *Toparchatu Marchionatum* conjunxerit. Sed ut communiter fieri ſolet, eo ipſo, dum fortuna præclare illi ſavere videbatur tempore, tergum rurſus præbuit. Enim vero ambabus ab *Imp. Henrico IV.* dignitat bus exutus eſt, quas *Wratislao Bohemiæ Regi* conceſſit. *Wratislaus Marchionatum* ſibi ac ſucceſſoribus ſuis reſervavit, *Dominium* vero *Budſetia, Comiti de Groitz Wiperto*, genero ſuo concredidit *Leub. Deſcr. Ort c. 3 lit. q. p. 52* Aſt non diu ſejunctæ fuerunt laudatæ dignitates, Nam *Henrico Groitzenſi* extincto, *Dominium Budſetia & Marchionatq Budiſſinenſis* ita coaluerunt, ut non niſi *Budſetia Domini, Luſatia Marchiones* extiterint. Nec ab hac conſuetudine in præſenti ſeceditur.

Luſatiæ Domini a Dieterico ad Dedonem. II.

§. VIII. Ne autem prolixius vereres *Luſatia Marchiones* deſcribendo, legitimorum terræ hujus Dominorum plane obliviſcamur, ad inſtitutum. *Dietmarum* ſecutus eſt filius *Dietericus, Comes Wettini, Burggravius Soraoorum & Dominus Budſetia*, qui ſecundum *Leub. Princ. Sax. Luſ. p. m. 3.* circa ann. 960. gubernationem *Luſatia* ſuſcepit, quam an. 985. vi morbi oppreſſus, cum vita amiſit. Conjugem habuit *Jutham Bionis Martisburgenſis Comitis* filiam & heredem. Poſt *Dietericum* regnavit ejus filius *Dedo I. Comes Wettini & Martisb. Burggraffius Soraborum, & Dominus Budſetia. Fabr. Orig. Sax. lib. V p 517* Hunc excepit *Dietericus Burggravius Soraborum, Comes Wettinenſes, & Dominus Budſetia.* Hic a patruo ſuo *Friderico comitatum Ileburgenſem* hereditate accepit. Ex conjuge *Mathilde. Eckhardi Miſn. Marchionis* herede ſucceſſorem reliquit *Dedonem II. Comitem Wettinenſem & Ileburgenſem ac Dominum in Budſetz* Hic eſt ille *Dedo*, de quo §. præcedenti mentio eſt injecta, quod poſt obitum cognati ſui *Ottonis Luſatia Marchionis, Marchionatum Dominio Budiſſinenſi* junxerit. Verum enim vero brevis hæc fuit felicitas, ſiquidem ab *Imp. Henrico IV.* in exilium pulſus eſt, traditis & *Dominio & Marchionatu Luſatia Wratislao Bohemia Regi.* Vid. *Hagec. Chron Bohem. f. 180. Maul. L. II. c. 32. & L. III. c. 14. p. 132. ſeqq. Albin. Tit. XX. Conring. de Finib. Imp. c. XXIX. p. 786.* Aliam ſententiam ſovet *Leub. in Princ. Luſ. p. m. 5.* Putat enim *non Henricum IV. ſed V. Luſatiam Bohemis conceſſiſſe; nec Wratislao, ſed Sobieslao regnante hanc donationem factam eſſe.* Duos *Dedo II.* filius habebat, nempe *Dedonem III. & Henricum.* De poſteriori §. ſequenti agemus. Prior aliis *degener* dicitur, qui Cæſaris *Henrici IV.* in gratiam bellum cum patre ſuo geſſit, eumque ex *Luſatia* pellere juvit. Verum ne hoc quidem facto *Henrici* ſavorem ſibi conciliavit, qui potius, gratia apud Imperatorem, compoſito bello, excidit, a ſucceſſione rejectus, omnibus in odium incurrit. Interſectus tandem a miniſtris ſuis. *Vid. Fabr. p. 525.* Ejus pater *Dedo Henrico* quidem reconciliatus eſt, terram tamen ſemel amiſſam recuperare ex voto non potuit. Obiit 1091. *Renſn. l. c. p. 27.*

Familia Wittekindea Sup. Luſatiam amiſit.

§. IX. Hoc modo ea, quæ ſuperiorum eſt partium *Luſatia*, quæque per tria ſæcula *Saxonia Principibus* paruerat, maximam partem in *Bohemorum* poteſtatem pervenit *Vid. Leub. Deſcr. Ort. c. II. lit. m. p. 33* *Inferior* tamen cum *Superioris parte Familia Wittekindaea* nondum extorqueri potuit. Henricus enim *Dedonis II.* junior natu filius *Luſatia Sup.* partem, nempe *Camentium, Hoyerswerdam, Moſcaviam, Rulandiam & Rotenburgum* cum *Inf. Luſatia* in ſua poteſtare retinuit. Docte hoc *Leub. c. IV. Deſcr. Ort. p 56. ſeqq.* ex probatæ fidei monimentis hiſtoricis demonſtrat. Uxorem juxta *Fabrit. l. c. p. 523.* habuit *Gerdrudin, Ducis Brunſvigenſis & Saxonia Marchionis filiam.* Eam etiam felicitatem habuir hic *Henricus*, qui *Miſnia Marchionatum Luſatia* copularet, quo ſpoliari a *Bohemis* non potuit, licet illi, quod ad id efficiendum facere poſſet, nihil intermiſerint. *Henrico* ſucceſſit filius poſthumus *Henricus II. Miſnia & Luſatia Marchio.* Qui, quod teneræ eſſet ætatis, familiæ ſuæ hoſtibus reſiſtere non potuit. Ejus enim tempore *Sileſia Prinsipes Lanbanum* huic *Henrico* extorſerunt. Hinc nonnulli etiam *Sileſia Principes Luſatia Marchionis* tirulo ſuperbierunt, nempe *Wledislaus, Boleslaus, Henricus I. Henricus II.* & alii. *conf. Fabr. L. cit p. 528. Reuſn. p. 27.* Non meliora ab initio fata habuit *Conradus*, qui *Saxonia Ducum* hodie Parens laudatur. Verum enim vero ne ſic quidem legitimus ex *Superiori Luſatia* poſſeſſor expulſus plane eſt, ſed cum *Marchionatu Miſnia & Inferiorem Luſatiam & Superioris partem* contra malevolorum impetus, favente ei *Lothario Imp.* defendit. *vid Krauſii Chron. Miſn. p. 4.* Nec occaſionem nocendi hoſtibus e manibus dimiſit, quin potius milite ſuo præſidiario ex munimento *Lands-Crona* dicto, cujus vix hodie rudera ſuperſunt, frequentiſſimas in hoſtes excurſiones fecit, & ſigillatim *Gorlicium*, quod *Drebnavii* nomine antea innotuit, igne funditus delevit. *vid. Leub. Princ. Luſ. p. m. 7 conf Fabr. p. 537. ſeq. qui locupletem, magnanimum & pium* eum appellat. *Reuſn. p. 28. Alb. in Stamb. p. 170. Maul. lib. IV.*

lib. IV. c. 2. Moriens *Conradus* 1156. regiones filiis diviſit, *Dedoni* cognomine *Craſſo*, *Miſniæ Marchionatum cum ſuperioris Luſatiæ* reliquiis; *Dieterico* vero *Inferiorem Luſatiam* reliquit. *Dedo* in *Superioris Luſatiæ parte* non niſi unicum e *Familia* ſua ſucceſſorem habuit, *Conradum II. Miſniæ & Luſatiæ Marchionem & Comitem in Rochlitz.* Hujus poſt fata filia ejus *Mathildis Alberti II. Marchionis Brand.* conjux *ſuperioris Luſatiæ* reliquias ad *Gentem Brandenburgicam* attulit. Sic tota *Sup. Luſatia* ad *Bohemos, Sileſios & Brandenburgicos* pervenit. *Leub. lib. cit. p. m. 9.*

Retinet tamen Infer. Luſatiam.

§. X. Licet vero *Sup. Luſatia* in aliorum manus pervenerit, manſit tamen adhuc penes *Conradi I.* filium *Dietericum* & ejus ſucceſſores *Luſatia Inferior.* Hic eſt ille *Dietericus*, qui teſte *Alb. Chron. Miſn. Tit. XX p. 254. monaſterium Dobrilucenſe* exſtruxit. *Reuſn. p. 28.* Ejus in locum ſucceſſit *Otto*, cognomine *dives*, qui & *Miſniæ & Luſatiæ & Oſterlandiæ Marchio fuit.* Naturæ debitum perſolvit 1189. *Reuſn. p. 31. Albin. Stamb. p. 172.* Hujus ſucceſſor fuit *Albertus*, quem *ſuperbum* appellant, qui tamen cito, quod mortale fuit, exuit. *Albertum* excepit *Dietericus*, qui *Miſniæ & Luſatiæ Marchio & Leucopetræ Comes fuit.* Extinctus ann. 1222. *Leub. Princ. Sax. Luſ. p. m. 8. 9.*

Saxoniæ Principes Inferiorem etiam Luſatiam amittunt.

§. XI. *Dieterici* felix ſucceſſor fuit *Henricus illuſtris.* Ille enim ad *Miſniæ & Inf. Luſatiæ Marchionatum*, *Thuringiæ Landgraffiatum* hereditatis jure accepit. Sic, qui antea *Sup. Luſatiam* amiſerant, *Saxoniæ Principes*, Deo annuente, velut in compenſationem *Thuringiam* obtinuerunt. Quam Dei O. M. clementiam *Henricus* noſter grata etiam mente agnovit, & prout temporis erant mores pietatem ſuam ædificando *Nova Cella in Inferiori Luſatia monaſterium* demonſtravit. *Manlius Rer. Luſ. L. IV. c. 17. p. 205. Henricus* filio ſuo *Dieterico Luſatiæ & Landsbergæ Marchionatum* tradidit. *vid. Alb. L. cit. Leub. Princ. Sax. Luſ. Mſc. p. m. 10. Dieterico* fatis conceſſo, *Fridericus Miſniam cum Luſatia* tenuit. Sed quum ſine prole decederet, patrueles ſuos *Fridericum Admorſum & Diezmannum*, *Alberti*, quem vulgo *degenerem* vocant, filios heredes conſtituit. Hoc teſtamento *Fridericus* annuente *Imp. Rudolpho I. Miſniam & Oſterlandiam*, *Diezmannus* vero *Inferiorem Luſatiam* obtinuit. Quum vero eorum Parens *Albertus* filium ſuum illegitimum *Apitium*, quem e *Cunigunda ab Eiſenberg* ſuſceperat, *Thuringiæ* heredem denominare vellet, bellum exinde Patrem inter & filios exortum eſt. *Albertus*, quod ipſe filiis nocere non poſſet, *Thuringiam Adolpho & Alberto I. Imperatoribus* vendidit, Eosque cum *Bohemis & Brandenburgicis* contra filios ſuos inſtigavit. Filii hoſtibus diu animoſe reſtiterunt, donec *Diezmannus* an. 1307. *Lipſiæ in Templo Thomano* nefarie occideretur. Eo interfecto, *Fridericus Admorſus* ultimus ex hac Gente fuit, qui *Luſatiam Inferiorem* in ſua poteſtate habuit. Amiſit vero eam, quum aliunde occupatus tumultus *Thuringicos* compeſceret. Tum enim *Brandenburgicis & Bohemis* ab *Imp. Alberto* excitatis, optimum tempus videbatur, qui *Friderico Luſatiam Inf.* quam tamdiu anhelaverant, eriperent. Captus enim *Fridericus a Woldemaro Marggrafio Brand.* libertate non prius donatus eſt, quam *Dominio in Luſatiam* renunciaret. *Conf. Reuſn. p. 35. Chron. Erfurt. P. I. §. 130. ſeqq. Manlius L. IV. c. 9. & c. 29. p. 224. Schurtzfleiſch de Luſ. p. 10.*

Luſatia Bohemiæ Regno incorporatur.

§. XII. Ita factum eſt, ut, quæ hactenus a *Wittekindo I. Saxoniæ Principibus Luſatia* paruit, ea in *Bohemorum, Brandenburgicorum, Sileſiorum, Bavarorum & Hungarorum* prædam conceſſit. Et longum nimis foret, ſi omnes, quos ex allegatis familiis *Dominos Luſatia* habuit, recenſerem. Inprimis, quum excepta *Bohemia*, reliquæ Domus *Luſatiam* non diu poſſederint. Annotaſſe quamobrem ſufficiat, *Johannem e Gente Lucelburgica, Bohemiæ Regem* cuncta ferme ex *Sup. & Inf. Luſatia Bohemiæ* conciliaſſe. Hujus filius *Carolus IV. Imp. & Rex Bohemiæ Utramque Luſatiam Bohemiæ Regno ita incorporavit, ut perpetuo Regno Bohemiæ ſint indiviſibiliter counita.* Factum id eſſe Pragæ d. 9. Octobr. 1355. teſtatur *Goldaſt. Regn. Bohem. L. II. c. 10. §. 15. & in Append. p. 66. ſeqq. Peucer. Idyll. v. 387. ſeqq. Franciſc. Zoanettus de Rom. Imp. n. 161. ſeqq. Martinus Rumelinus Diſſ. I. ad Aur. Bull. theſ. III. lit. c.* Peculiares de hac incorporatione interrogationes reperies in *Leuberi Deſcr. Ort. c. V. lit. c.* Hoc tamen negandum non eſt, *Carolum IV.* & ejus filium *Wenceslaum Imp.* multa ad *Luſatiæ florem* contribuiſſe, qui multis eam privilegiis ornarunt. *conf. Leub. Deſcr. Ort. c. V. lit. b. p. 65.* Sigillatim *Wenceslaus Imp.* quem rabida Monachorum turba cognomine *ignavi*, aliisque in perverſo ipſorum cerebello enatis conviciis appellare religioni ſibi non duxit, minime *in Luſatia ignavum* ſe præbuit. Enimvero, tumultuantibus *Budiſſinæ* urbis civibus, ipſe *Budiſſam* venit, & re curatius perſpecta rixæ auctores, qui rejecto Magiſtratu ipſi ſibi Conſulum, Prætorum atque Senatorum dignitates aſſignaverant, capite truncavit. *Conf. Annal. Budiſſ. Mſc. Leub. Deſcr. Ort. c. VI. p. 67. & 68. Princ. Luſ. p. m. 16.* Moriens *Wenceslaus* an. 1419. poſteaquam *Luſatiæ LII. annos imperaverat, Fratri Sigiſmundo Bohemiam cum Luſatia* reliquit. *Hagec Chron. Bohem. P. II. p. 18.* Sub hujus regimine *Luſati* mala multa ab *Huſſitis*, quibus cum facere nolebant, ſunt perpeſſi. *Conf. Goldaſt. de Regn. Bohem. In*

App

App. p. 163. ſeqq. Manlius Rerum Luſat. L. VII.

Poſt varios Dominos ad Saxoniæ principes Luſatia rediit.

§. XIII. A *Lucelburgicis* ad *Auſtriæ Archiducem Albertum*, qui *Sigiſmundi Imp. filiam Eliſabetham* in matrimonium duxit, *Luſatia* pervenit. *conf. Pandaleon. de Vir. illuſtr. P. II. f. 480.* Eo anno 1439. ex incto in *Luſatia* & aliis provinciis *Ladislaus* poſthumus ſucceſſit. Vitam cum morte commutavit 1457. *Hagec. L. cit. f. 165. Goldaſt. L. II c. VII. n. 31. Sylvius in Hiſt. Bohem. c. 71.* Hujus *Ladislai* ſub regimine *Fridericus Elector Brandenburgicus Inf. Luſatiam* occupavit. Quum vero poſt mortem *Ladislai Georgius Podiebrazkius Bohemiæ Rex* renunciatus eſſet, *Luſatiam Friderica* rurſum extorſit, relictis ei in pacificatione *Cotbuſio, Peitza*, aliisque locis minoribus, quæ ad præſentem usque diem *Electoribus Brandenburgicis* obediunt. *Zeil. Itin. P. I. p. 504.* Sed nec *Podiebrazkius Luſatia* diu fructus eſt, quippe quam *Hungariæ Rex Matthias Corvinus* ſibi attribuit. *Leub. L. cit. p. m. 20.* Ab hoc ad *Bohemiæ Regem Uladislaum Polonicum* an. 1490. Luſatia venit. *Peucer. Idyll. v. 428. ſeq.* Mortuo *Uladislao* filius *Ludovicus* ſucceſſit, *qui* vero cito ad *Mohatz* a Turcis interfectus *Luſatiam* affini ſuo *Ferdinando I. Auſtriæ Archi-Duci reliquit*, *Goldaſt. L. VI. c. 9. n. 8. ſeqq. Annal. Bud. Mſc. Peuceri Idyll. v. 431. ſeq.* Ab hoc *Ferdinando I.* ſerie non interrupta ad *Ferdinandum II. Auſtriæ Archiduces Dominos ſuos Luſatia* eſt venerata. Nam *Ferdinandus Maximiliano I.* filio ſuo *Bohemiam* & *Luſatiam* an. 1562. commiſit. *Goldaſt. L. cit. c. 12. n. 16. Leub. Deſc. Ort. c. 7. p. 76. lit. aa. Maximilianus* Patrem imitatus, filium *Rudolphum Luſatiæ Marchionem* conſtituit. *Annal. Budiſſ. Mſc. Schikfuſ. in Chron. Sileſ. L. I. c. 41, 42. Rudolphus II.* Fratrem *Matthiam* an. 1611. in ſui locum *Luſatiæ Marchionem* inauguravit. *Goldaſt. in App. p. 138. ſeq.* Hic an. 1617. *Ferdinando II.* Patrueli ſuo *Luſatiam* obtulit. *vid. Lundorp. Act. Publ. P. I. c. V. Schikfuſ. L. cit. c. 43. p. 255. ſeq.* Hujus ſtatim ſub regiminis initium notabilis in *Luſatia* mutatio facta eſt, vi cujus ab *Auſtriacis* ad *Saxones Luſatia* rediit. Res ita ſe habebat: *Ferdinandus II.* in religionis negotio contra *Rudolphi litteras Majeſtatis* ſigillo munitas nonnulla mutavit. *Bohemiæ* Proceres adeo ægre id tulerunt, ut conglobatis & in ſuam ſententiam adductis provinciis *Moravia, Sileſia, utraque Luſatia* an. 1619. die 26. Aug. *Fridricum Palatinum* Regem ſuum ſalutarint. *Ferdinandus* igitur, ut ad priſtinam *Bohemiæ Regnum cum incorporatis provinciis* venerationem adduceret, non ſolum militem ſuum in Bohemiam miſit, ſed etiam *Saxoniæ Electorem, Johannem Georgium I. glor. mem.* rogavit, ut vi & armis confines ei regiones ad ſaniorem mentem compelleret. Hic ut *Luſatiam* & *Sileſiam Auſtriacis* reſtitueret, exercitum in *Luſatiam* duxit, operamque adhibuit, ut tumultus componerentur. Quoniam vero non temnendos hac in expeditione ſumtus fecerat, *Ferdinandus* ei annis 1620. & 1623. *Utramque Luſatiam* pignoris loco conceſſit. Tandem an. 1635. in *pace Pragenſi laudatus Johannes Georgius I. Sax. Elect. utramque Luſatiam* ſeudi nomine non ſolum pro ſe, ſed etiam pro omnibus maſculinæ & femininæ lineæ poſteris obtinuit. *Vid. Receſſ. Tradit.*

Luſatiæ Domini e Sereniſſ. Domo Elect. Saxonica.

§. XIV. Ita quam *Familia Wittekindea* ante aliquot ſæcula poſſederat, *Luſatia* jure poſtliminii denuo ad eam rediit, quemadmodum prolixius illud demonſtrat. *Leub. Princ. Sax. Luſ. p. m. 27. 28. Conf. Ludwig. Germ. Princip. L. III. c. 2. p. m. 28.* piiſſimus vero *Johannes Georgius I.* quum an. 1656. in ſenecta decederet, peculiari teſtamento *ſup. Luſatiam* cum Electoratu Filio *Johanni Georgio II. Inferiorem autem Chriſtiano* tertio genito reliquit. Horum poſt mortem, quorum primus 1680. alter vero 1691. obiit, *Superiori Luſatiæ* præfuerunt *Johannes Georgius III. & Johannes Georgius IV.* Hodie *Auguſtiſſimum noſtrum Fridericum Auguſtum Poloniarum Regem & Saxon. Electorem, cui Deus vitam Parente & Fratre gl. m. diuturniorem, & victoriam contra hoſtes concedere velit, benigniſſimum Patriæ Patrem & Dominum ac Marchionem ſuum ſubjectiſſime veneratur. Inferioris Luſatiæ poſt Chriſtianum I. Chriſtianus II.* brevi tempore, nempe ad an. 1694, *Dominus* fuit. Quo fatis conceſſo, *Filius Mauritius* ad regimen pervenit, & in præſentem usque, quæ Dei eſt clementia, diem *Inf. Luſatiam* regit. Faxit benigniſſimum cæli Numen, ut ſub feliciſſimo *Saxoniæ Principum* umbone *utraque Luſatia* indies magis magisque efflorescat quam feliciſſime! Propediem reliqua.

Q. F. F. Q. S.

Inſtituti ratio.

UT tandem, quod divinis auſpiciis incepi, opus perficiam, ad *Res Luſatorum* indagandas me rurſum converto. Ne vero Iliada poſt Homerum ſcribere videar, quum *Præ-Nobiliſſimi ac omni genere eruditionis præclariſſimi Dn. Samuelis Groſſeri, Gymnaſii Gorlicenſis Rectoris, fama & meritis celeberrimi, Fautoris noſtri æſtumatiſſimi*, elegantiſſima *utriusque Luſatiæ Deſcriptio*, præteritis Nundinis Lipſienſibus, prodierit; qua fieri poterit brevitate, me expediam. Sic, quæ reſtant, tres illas Sectiones de *Regimine Politico, de Nobilibus & Urbibus Luſatiæ* in præſenti perluſtrabimus.

SECTIO IX.

DE REGIMINE POLITICO LUSATIÆ.

§. I.

In Semnonibus.

Quum tam admirandæ pietatis populus, *qui nemini nocuiſſet, nec ullum injuria affeciſſet*, ut ex *Corma Lib. I. & Chron. Boleſl. c. 2.* primos Bojemos animo ſibi finxit *Stransky de Rep. Boj. c. V. p. m. 166. ſeq.* in ſtatu hominis corrupto, nunquam in terris fuerit, neceſſarium in qualibet hominum majori ſocietate *Regimen* eſſe *politicum*, gentes omnes facile dijudicarunt. Eſſe enim quis debebat, quem mali revererentur, quem injuriarum vindicem boni implotarent. Ideoque rerum adminiſtrandarum ſummam vel uni, virtute cæteris præſtanti, vel optimis, quos putarunt, nonnullis commiſerunt. Atque ex eo colligimus, fuiſſe ſtatim penes primos *Luſatiæ* incolas *regimen* aliquod *politicum*. Sed quum *Luſatiæ* inhabitatores liberam ſe ſemper gentem profeſſi ſint, hinc non niſi leniotibus ac laxis habenis ſe permiſerunt. Huc accedit, quod vetuſti illi *Semnones* a reliquis Germanis non ad divortia abierint. De horum vero ſtatu politico ex *Taciti Germ. c. XI.* novimus, qnod, inſtitutis apud ipſos comitiis de minoribus rebus Principes, de majoribus omnes conſultarint. In his accuſare & capitis diſcrimen cuilibet intendere licuit, quo facto pœnis confeſtim ſontes affecti ſunt. Deinde, ſi quæ leviores, quæ in cõmitiis publicis pertrectari fas erat, illæ ab electis Principibus & Comitibus per pagos vicosque, referente eodem *Tacito Germ. c. XII.* componebantur. Hi tamen non ex arbitrio & voluntate, ſed ex æquo & bono, quod leges ſcriptæ nondum inter eos exſtarent, jura reddebant. Ita Reipublicæ id temporis adminiſtratio *Democratica* fuit, & patriam in filios poteſtatem non multum exceſſit. Specialiori apud antiquiſſimos *Luſatiæ* populos *regiminis politici* notitia, vetuſtatis vitio, deſtituimur.

Apud Luſicos & Sorabos.

§ II. Poſteaquam *Venedi* terram hanc occuparant, Principes etiam ſuos habuerunt, qui non ſolum belli Duces fuerunt, ſed jura quoque non ſcripta in eis dixerunt. Hi autem ea, qua nunc Principes gaudent auctoritate, quod magna erat gentis illius libertas, nunquam præditi fuerunt. Interim *Principum Venedicorum* dignitas longe major fuit, quam olim penes *Semnones Germanos*. Hoc vel ex eo colligere licet, quia, Principe apud ipſos ſemel conſtituto, ſucceſſores non libera populi electione, ut apud *Germanos*, ſed naſcendi jure vel neceſſitudinis copula habuerunt. Teſtatur id, *Wittekindi M.* exemplum, qui ducta in matrimonium *Suatana, Saxo natus, Venedorum Princeps*, ut ſupra doculmus, conſtituebatur. Reliqua tacentibus, aut, ſi mavis, deficientibus probatæ fidei monimentis, ignotamus.

Caroli M. tempore & poſtea.

§. III. Quo vero tempore *Carolus M. Ludovicus Pius, Henricus I. Otto I.* aliique Imperatores *Principes* aut *Marchiones* in *Luſatia* conſtituerunt, amplificata quoque imperantium eſt auctoritas, & incolæ *Luſatiæ* arctioribus limitibus circumſcripti ſunt. Sic quæ non ſecus ac patria ab initio in *Luſatia* poteſtas fuit, ea paulatim in *deſpoticam* degeneravit. Neceſſe etiam fuit, ut majori cum imperio *Principes*, ſub illud tempus, ac *Marchiones Luſatiæ* popnlis præeſſent, qui contra tot hoſtium inſultus imperii limites defendere tenebantur. Sed quod libertatis ſuæ tenaciſſimi defenſores eſſent Venedici illi pnpuli, ac jugum ſibi impoſitum excuterent ſæpius, & Imperatoribus obediendi legem renunciarent, iteratis bellis, multi illorum peremti, reliqui vero ſub jugum plane redacti ſunt, amiſſa ferme omni libertate. Horum quum in locum germano ſanguine prognati in *Luſatiam* ducerentur, non ſolum detractæ *Venedis* libertates iis adjudicatæ, ſed variis etiam modis adauctæ ſunt. Adeoque *Germani Luſatiam* poſtliminii jure inhabitantes, anteceſſorum olim ſuorum libertatibus donati, feliciter eas poſteris ſuis reliqnerunt.

Sub Boj. Regibus.

§. IV. Sigillatim ea fuit *Luſatiæ* noſtræ felicitas, ut *Bohemiæ Reges* non ſolum veteres ipſius libertates ſanctas ſemper ac illibatas habuerint, ut potius permultis eam privilegiis ac immunitatibus novis ornarint. Ex eo igitur tempore res *Luſatorum* magis atque magis creverunt. Suis enim, non alienis, juribus *Luſati* vixerunt, licet *Bohemiæ regno* incorporati eſſent. Semper per delegatum ex *Ordinibus ſuis Magiſtratum Utraque Luſatia adminiſtrata eſt.* Quid? quod ab eo tempore potiora per univerſam *Luſatiam* munia deducenda veniunt.

Sub Sereniſſ. Domo Saxonica.

§. V. Nec ſua hodie libertate *Luſatia* privata eſt. Enimvero, quæ privilegia ac immunitates jure, maximam partem, oneroſo obtinuit, iis adhuc gaudet. Suis legibus, moribus ac inſtitutis a *Sereniſſima Domo Saxonica* in præſentem, quæ Dei eſt clementia, diem regitur ac tegitur. Unde *Utriusque Luſatiæ Ordines in jure judiciario & legislatorio Principi ac Domino ſuo a latere & conſiliis ſunt. Ipſi Utriusque Luſatiæ Ordines tributa, Principi ac Domino per ſuffragia libera promiſſa colligunt.* Habet *Utraque Luſatia annuos Conventus Provinciales generales, germano idiomate, die Land-Tage*; habet etiam

ſpecia-

ſpeciales, die Auſſchuſſ-Verſammlungen. Si quæ igitur ſunt, de quibus conſultandum, negotia, *Superioris Luſatia Ordines Budiſſam; Inferiores* vero *Lubenam* confluunt, & ita in ipſa *Luſatia*, non alibi *comitia ſua* celebrant. Ad ejusmodi conventus *Domini*, *Prelati*, *Equites & Civitatum legati* requiruntur. Cetera apud *Luſatos judicia* in laudato *Du. Groſſeri* Opere prolixius explicata invenies, quare diutius illis non immorabimur.

SECTIO X.
DE
NOBILIBUS LUSATIÆ.

§. I.

Nobilium Origo.

Nullos ab Initio *Nobiles* extitiſſe, quis eſt? qui ignorat. Una enim eademque hominum omnium a primis parentibus origo, unam etiam eandemque mortalium eſſe conditionem docet, quod diu etiam ipſi obſervarunt, niſi quod quilibet in ſua familia *pater familias* emineret. Quum vero temporis progreſſu & inſtitutis gentium migrationibus, ac enatis propterea, aliiſque de cauſis bellis, qui cæteros virtute & prudentia, quæ ſolæ æqualiter nos natos diſtinguunt, ſuperabant, Duces eligerentur, exinde differentia quædam in hominibus enata eſt. Qui igitur alios virtute & prudentia juvarunt, communi velut gentium ſuffragio, aliis *Nobiliores* ſunt judicati, & a rudi vulgo honoribus quibusvis affecti.

Nobiles apud Semnones qui fuerunt?

§. II. Nos, *Luſatiam* deſcribentes, ne extra chorum ſaltemus, in hujus tantum terræ *Nobiles* inquirere conſtituimus, & primum, quantum de *Semnonum Nobilitate* conſtat, aperire. Hi *vetuſtisſimos Nobiliſſimosque Suevorum, Tacito Germ. c. 39. referente, ſe memorarunt.* Ex quibus vel ſolum conſtat, *certum perſonarum reſpectum & hominum diſtinctionem* in illis fuiſſe. *Nobilisſimus* enim quis eſſe nequit, niſi ſint alii ignobiliores. Quæ autem potior apud ipſos *Nobilitatis* cauſa & ratio fuit, quærere prius ſupervacaneum duco. Dum enim armis magis ac bellicis tumultibus, quam mitioribus ac politioribus ſtudiis *Semnones* noſtri cum reliquis *Suevis* antiquioribus oblectarentur, illi etiam eorum *Nobilisſimi* dicebantur habebanturque, quorum egregia in bellis virtus præ aliis perſpecta erat. Hi deinde ad altiora apud ſuos munia adminiſtranda eligebantur, & *Principes*, *Duces ac Comites* a ſuis renunciabantur. Non tamen abnuendum, *Semnones* cum reliquis *antiquisſimis Germanis Sacerdotes ſuos* in numero *Nobilium*, ne dicam *Nobilisſimorum* habuiſſe. Quid? quod nemo clarior *ſplendore generis*, quam *munere Religionis* fuit.

Apud Luſicos & Sorabos.

§. III. Sed quæ rerum facies penes *Luſicos ac Sorabos, Venedica gentis populos* fuerit, quæres. Nam & hi inter *Nobiles* atque *ignobiles* diſtinctionem admittebant; & qui erant penes ipſos *Nobiles?* Fuiſſe autem apud eos *Nobiles* ac *certum perſonarum reſpectum*, vel ex eo, quod *Sect. præcedenti* §. 2. diximus, colligere licet. Nam qui *Principes* ac *Duces* ſuos habebant, illi omnino & alios *plebe honeſtiores* venerati ſunt, qui *Principibus* in adminiſtranda Republica ad manus fuerunt. Et quum ferociſſima illa natio ad bellum tantummodo nata videretur, prout id *Sect. IV.* §. 4. docuimus, illi ſigillatim etiam *Nobiles* dicebantur, *qui virtute bellica eminebant*. Quare par ratio apud ipſos, ac olim apud *Semnones* fuit, ut viri fortes inprimis in *Nobilium ſyllabum* ſcriberentur.

Tota hæc Nobilitas in Luſatia extincta.

§. IV. Hujus vero *Slavica Nobilitatis* ea fuit infelicitas, ut ad unum omnes, temporis progreſſu, vel in internecione delerentur vel patria pellerentur. Enim vero poſteaquam *Saxones*, devictis *Venedicis his populis*, late per *Luſatiam* imperitabant, eorumque *Nobilitas* victos *Nobiles Slavicos* præ ſe deſpiciebat, auctores hi fuerunt nationi ſuæ, ut, quibus poſſent mediis, amiſſam libertatem recuperarent. Hæc enim potior cauſa fuit, cur ſuis ad arma libertatemque vocatis, ancipiti ſæpius Marte pro veteri honore & gloria decreverint. Hæc ratio fuit, quare *Geronem, primum Luſatia Marchionem*, dolo perimere cogitaverint, qui inter *Nobiles Slavicos principes* habebantur. Proditis vero ipſorum conſiliis, non ſolum ejus architecti & turbarum auctores, ſed reliqui etiam per *Luſatiam Nobiles Venedici*, quibus adhuc in bellis fortuna pepercerat omnes, partim interfecti, partim in *Bohemiam*, *Sileſiam, Poloniam aliasque regiones Slavicas* rejecti ſunt. Reliqui tenuioris ſortis ac conditionis *Slavi* libertatem, ſi non omnem, tamen maximam illius partem amiſerunt. Rebus compoſitis ac turbis ſedatis Electorum *feuda & reliqua bona Nobilitati Saxonica*, quæ contra *Slavicam Nobilitatem* ſecum ſteterat, conſentiente, imo mandante *Imperatore*, *Gero* diſpertivit. Didici hoc ex *pervetuſto Codice MSC, Von des Luſatzſchen Adels und der Stadte Herkunffe: cujus copiam mihi fecit hujusmodi cimeliorum cuſtos, Patronus magna obſervantia colendus. Conferatur etiam Peucerus Idyll. v. 28. 29. 148. ad 176.* ubi docet *Henricum I. Germ. Regem Nobilitatem Saxonicam in Luſatiam miſiſſe, ut feuda & prædia Venedorum vacua, ſcilicet, quorum poſſeſſores in bellis occubuerunt, occuparent.* Oſtendit inſuper *Leuberus in Principe Sax. Luſ. MSC. p. m. 3. Saxonicam Nobilitatem jam a primis Saxonum Principibus, nempe a Wittekindo*

kindo M. ejusque filio & Nepotibus pellectam, Luſatiam inhabitaſſe.

Origo Nobilium hodie viventium.

§. V. Quilibet exinde perſpicere poteſt, undenam gentium, qui hodie in *Luſatia* vivunt, *Nobilium origo* deducenda veniat. Non e *Slavica gente & illius Nobilibus*, ſed *ab ultima Saxonum proſapia*. Equidem non ignoro, fuiſſe nonnullos & adhuc eſſe, qui, quod *Nobiles Luſatiæ nomina maximam partem Venedica* adhuc circumferant, *Venedica* eos etiam *origine* prognatos credunt. Quo errore ſeductus *D. Riech in Diſſ. de Diſſ. Jur. Feud. Com. atque Luſatici. Diſſ. I. n. bb. p. II. miratur: Unde tanta libertas eſſet Luſatiæ Nobilibus, ſi Slavica Nobilitas a milite Germano redacta unquam fuiſſet in ſervitutem. Illa enim odia Germanos habuiſſe adverſus Venedos, ut opinabile non eſſet, prædia in meliorem conditionem verſa poſt fuiſſe, pace & voluntate illorum. Vero itaque ſimilius ipſi videtur, Venedos in Luſatia priſtinam conſervaſſe libertatem, feudis oblatis.* Verum enim vero libenter concedo, vera ea eſſe, quæ de *odio Germanorum adverſus Venedos* ſcribit *D. Riech.* Sed idem illud odium cauſa erat, quare in *Luſatia Nobiles Slavici* exſtirpati, aut in alias regiones de ſedibus ſuis detruſi fuerint. Nec obſtat, quod defuncto *Gerone* aliquoties ad arma redierint *Venedici illi populi.* Nam ejusmodi conſilia ipſis ſuppeditarunt ejecti & in vicinis regionibus degentes *Nobiles Slavici*, qui ea occaſione, quæ ſua per *Luſatiam* putarunt feuda, recuperare ſtuduerunt. Haberet igitur *laudatus D. Riech* mirandi cauſam, ſi, qui nunc *Luſatiam* incolunt *Nobiles e Slavica Nobilitate* deſcenderent. Quum vero, ut jam oſtendimus, ex *vetuſtiſſima Nobilitate Saxonica* originem habeant, qui hodie in *Luſatia* vivunt, *Nobiles*, non eſt, cur ſingularem eorum libertatem mirari velimus. Scrupulum *e Slavicis nominibus* contra ſentientibus enatum, jam ſupra *Sect. I. §. 3 de Nobiliſſima Lutitziorum gente*, velut in tranſitu, verba faciens, exemi. Nempe, qui e *gente Saxonica* fuerunt *Nobiles*, & ejectorum *Venedicorum Nobilium* feuda & prædia acceperant, anteceſſorum *nomina a Venedicis* illorum ſubditis ſibi impoſita, parum, ut tum erant tempora, de *ſuis nominibus* ſolliciti, retinuerunt. Hæc vera *nominum Venedicorum* in *Nobilibus Luſaticis*, *vetuſto ſanguine Saxonico natis*, origo eſt. Loquitur etiam id, quem allegavi *Codex Mſc.* quem pauci, quantum auguror, hactenus viderunt, Comprobar quoque hanc ſententiam nota in præſentem usque diem in *Luſatia* noſtra conſvetudo, vi cujus hujus vel illius domus poſſeſſor novus non ſuo, ſed anteceſſoris ſui nomine, ab imperito & morum ſuorum tenaciſſimo vulgo ſalutatur. Imo, quod ex ipſis *Venedis* didici, ea tenentur conſvetudine, ut *a primo villæ poſſeſſore reliquos omnes denominent.* Sæpius etiam deprehendes, *Luſatiæ* ruſticos, ea de cauſa, verum nomen ſuum ignorare. Nec meliorem *Nobiles Luſatici* ſortem hodie experirentur, niſi vel ipſi veteribus de conſervando *nomine ſuo gentilitio* ſtudioſiores eſſent. Alii vero, qui *antiquorum nominum ſuorum* curatiores fuerunt vindices, *nomina ſua germanica* retinuerunt. Enimvero *Schoenbergiorum, Gersdorffiorum, Rechenbergiorum, Ponikaviorum, Breitenbachiorum, Huvvaldorum, aliorumque nomina veterum Germanorum & Saxonum antiquitatem ſapiunt, qui vel a montibus, ſilvis, pagis &c. ſibi ac ſuis nomina impoſuerunt*, quod nemo veterum Germanorum rituum gnarus inficias ibit.

Eorum libertates & prærogativæ.

§. VI. Hinc tot ac tantæ *Luſatiæ Nobilium* libertates ac prærogativæ. *Luſatiæ* enim *Principes ac Marchiones* maximam partem *e gente Saxonica* nihil intermiſerunt, quo *Nobilitatem* ſuam ornare poſſent, ut quavis occaſione ad bella ſuſcipienda & hoſtium impetus profligandum eſſent paratiores. Hoc nomine ſigillatim *Ditmarus junior Dedo I. & II. Luſatiæ Domini a Leubero in Principe Sax. Luſ. Miſc. p. m. 3. & 5.* laudantur. Quorum quum veſtigia reliqui *Luſatiæ Domini* ſequuti fuerint, tot ac tantas, præ aliis *Nobilibus*, *Luſatiæ Nobiles* prærogativas habent. Non enim dicam, quemlibet *Nobilium* illorum liberam venandi, aucupandi ac piſcandi in prædiis ſuis habere manum; paucis tantummodo attingam prærogativam illorum ratione poteſtatis in ſubditos. Plurimi enim ex eorum ſubditis *operas indeterminatas* præſtare tenentur. Quorum tamen concatenata opera alimentorum certitudine aliquo modo compenſatur. Et ſi quis *hominum illorum propriorum Domino ſuo* rite ſe probat, *donata libertatis libello einem Loſſ-Brieffe*, manumittitur. In prærogativis ipſorum quoque numeratur, quod *Feuda*, quæ vocant *Landſaſſiorum*, viris, in *Luſatia* e civili ordine acquirere non liceat, qua de re extat *Diploma de Anno 1667.* Nec ſufficit in his *Feudis ſimplex Nobilitas*, ſed ad ea conſequenda Vir quatuor minimum majorum ſuorum inſignibus præclarus & *vetuſta Nobilitas* Integrum enim eſt *feminis Luſatiæ Nobilibus feuda* acquirere, non autem in illis ſuccedere. Peculiare etiam quid eſt, quod *Nobiles Luſatiæ feudo ſua ſine Principis & agnatorum conſenſu alienare poſſunt.* Hoc tamen probe notandum, quod ejusmodi alienatio non niſi inter vivos, non autem teſtamenro, niſi ſucceſſor agnatus inter ſeptimum gradum ſit inſtitutus, fieri poſſit. Non memorabo prolixius *privilegium Luſatiæ Ordinibus genere nobili a Bohemiæ Rege Ferdinando I. Ann. 1554.* conceſſum, quod *virium & vigoris equeſtre periculum, der Vorritt,* appellari adſolet. Magnus enim *Schurtzfleiſchius Diſſert. de Luſatia p. 22.*

p. 22. 23. fuſius illud explicavit. Hoc tantum monebo, *Nobiles Luſatiæ feuda ſua cum minore & majore, quam capitis vocant, juriſdictione poſſidere.* Provoco *ad diploma laudatiſſimi Bohemiæ Regis Ferdinandi I. de Ann. 1562. Conf. Codex MSC. cui titulus eſt: Bericht von des Marggraffthums Ober-Lauſitz Aemtern, Gerichten und Rechten. P. II. Art. 5.* Talia & alia quum præ reliquis *Nobilibus* jura & prærogativas habeant *Luſatiæ Nobiles*, non immerito prærogativam præ aliis ſibi vindicant. Poſſemus hic ſigillatim in *Utriusque Luſatiæ Nobilium* ſtemmata inquirere, ſed quod nimis prolixum illud eſſet, & *Dn. Grosserus*, pro ſingulari ſua dexteritate, eam ſpartam jam ornaverit, hic ſubſiſtimus. Hoc unum præterire nequeo, tales ſemper in *Luſatiæ Nobilibus* fuiſſe Viros toga & ſago illuſtres, qui ad omnes generis dignitatum, tam Eccleſiaſticarum quam politicarum, culmina, Deo favente & virtute comitante, adſcenderunt & adhuc adſcendunt, quod ex plurimorum *Luſatorum Nobilium* Stemmatum catalogis abunde perſpici poteſt.

SECTIO XI.
DE
URBIBUS LUSATIÆ.

§. I.

Propoſita ratio. Spatioſus ſe hic diſquirendi campus aperiret, ſi primam *Utriusque Luſatiæ* urbium Originem e vetuſtatis tumba eruere, animus mihi eſſet. Prolixius etiam foret, ſi nominum illorum Etyma, rerum in illis a prima origine geſtarum, incrementa & decrementa, prærogativas & privilegia indagare vellem. Ea enim intra Diſſertationis noſtræ cancellos comprehendi nequeunt, ſed peculiarem, imo aliquot libros ſibi expoſcunt. Quare potiora tantummodo delibabimus, remiſſis, qui uberiorem *Luſatiæ urbium* expoſitiorem deſiderant, vel ad laudati *Dn. Grosseri Luſatiæ Memorabilia*; vel ad *Dn. Grunvvaldi Utriusque Luſatiæ accuratam Delineationem*; vel ad pecularia *urbium Luſaticarum Chronica*.

Semnones urbes nullas habuerunt. §. II. Id nobis molientibus, recurrendum omnino ad *Semnones*. Illi ſuo ævo *Luſatiam* incolentes *urbes nullas* habuerunt, ſed *teſte Tacito Germ. c. 39. centum pagis habitarunt*; quod idem affirmat *Cæſar Bell. Gall. Lib. IV. c. 1.* Ea enim *veteris Germaniæ* populorum omnium conſuetudo fuit, ut, *poſthabitis junctis ſedibus, diſcreti ac diverſi coluerint, ut locus, ut campus, ut nemus placuerit. Tacit. Germ. c. 16.* Hæc conſuetudo ad ſeculum usque a Chriſto nato quintum & ſextum in *Germania* obtinuit, & quæ deinde ab eis ſunt exſtructæ urbes, illæ etiam *a campo, ſilvis, rivis, fontibus & montibus* potiſſimum ſunt appellatæ.

Luſatiæ urbes a Venedis exſtructæ ſunt. §. III. Unde patet, plurimas ſi non omnes, *Luſatiæ* urbes non a *Germanis*, ſed a *Venedis* primum exſtructas & denominatas eſſe. Illarum enim *nomina Slavicam originem* aperte loquuntur. Incrementa vero ſua tum demum acceperunt, quum *Germani* hanc terram poſtliminii jure ſibi vindicaſſent. Hoc quo facilius internoſci poſſit, ſingulas, qua fieri poterit, brevitate perluſtrabimus. Rem ita conficiemus, ut primum *Superioris*, deinde & *Inferioris Luſatiæ urbes* in ſcenam producamus.

Budiſſa. §. IV. Ordinem ducit *Budiſſa*, urbs & vetuſtate originis nulli ſecunda, & crebra fortunæ varietate ad memoriam poſteritatis inſignis. Conſtat enim ex veteri, quem ſupra laudavi, *Codice MSC. von des Lauſatzſchen Adels und der Stadte Herkunfft. p. m. 55. & ex Peuceri Idyll. 70. 76. 77. Sorabos in monte propter Budiſſam, qui hodie dicitur der Protzſchenberg, arcem habuiſſe, quam vero Clodovæi M. Francorum Regis miles, ſub Ann. Chriſti 650. funditus delevit, aliamque loco oportuno, & a natura munito in ardua rupe, ubi in præſentem usque diem arx Budisſinenſis conſpicitur, exſtruxit, eamque Ortenburgum appellavit. Conf. Penc. l. c. 70. 78. 79. 84.* Ad hanc arcem *Franci tres tabernas* in viatorum uſum ſtatuetant, quæ, cum aliis quibuſdam temporis progreſſu *ædificatis domibus, initia urbis Budisſinæ fuerunt.* Ceſſit vero arx iſta non ita multo poſt, adjuvantibus in *Luſatia* degentibus *Venedicis populis, in Zechorum vel Bohemorum* poteſtatem, qui novum huic arci nomen impoſuerunt, eamque ſua lingua *Budſetz*, h. e. *ad finium ſuorum limites exſtructam arcem* appellarunt. Unde diverſæ hujus arcis denominationes, quarum poſteriorem urbs ipſa, e tenui illo, quem diximus, initio enata retinuit. Cetera nominis *Budiſſæ Etyma* ingenii magis, quam veritatis fundamento nituntur. Prolixius id docet *Codex MSC. ſupra allegatus. Confer. Leuber. Deſcript. Ort. lit. f. p. 4.* Facie rerum mutata, arceque illa cum urbe *Wittikindi M. virtute Carolo M. & ejus Succeſſoribus vindicata*, pro temporum illorum ratione *Budiſſa* eſt munita, unde in hoſtes erumpere, & quoties numero ac viribus vincerentur, perfugium haberent incolæ. Ab hoc tempore & populi & ædificiorum multitudine magis magisque crevit, & conſtituto poſtea ibi *Marchione*, murus quaſi ſunt contra *Slavicæ nationis populorum impetum.* Unde, ut acute ſatis judicat *Peucerus Idyll. u. 117. ſeqq. & 122. ſeq. Budisſinæ urbis inſignia originem trahunt.* Sortem deinde variam expertam, ac vetuſtate ſqualentem *Sobieslaus, Principe Bohemorum*, qui *Luſatiæ* magnam partem occupaverat, renovavit, ut ex *Olomucen-*

mucenſi obſervat Manlius Rer. Luſat. MSC. Lib. III. c. 28. p. 149. Martin Boregk Chron Boh. p. 143. Ex quo tempore tanta incrementa habuit, ut, *quod ſupra §. 6. Sect. I. ex Manlio demonſtravimus, Urbs Imperii dicta fuerit.* Quo rerum ſucceſſu, licet aliquot incendiis aliisque calamitatibus interrupto, manſit, & impetratis a *Bohemia Regibus* permultis privilegiis, altius caput ſuum extulit, donec tandem Sæculo ſuperiori maleſeriatorum militum incendio ac direptione multum ſui ſplendoris amiſit. Vires tamen, reſtituta per *Germaniam* pace, ſub *umbra Ruta Saxonica* collegit. Et licet iteratis incendiis gravem experiretur miſeriam, denuo tamen, Deo favente & auxiliares manus ſuppeditante *Auguſtisſimo noſtro Auguſto*, e cineribus ſuis ac ſavillis pulcrior ſplendidiorque ſurrexit. Reliqua prudenter tranſeo, quod ſatis ſint nota & a *Dn. Groſſero & Dn. Gruuvvaldo libr. cit.* uberius expoſita. Hoc tantum monebo, ſemper ordinis boni obſervantiſſimam fuiſſe *Budiſſam*, ut obſervante *Manlio Lib. I. p. 4. ejus exactisſima juſtitia exſecutio in proverbium abierit.* Dixerunt enim: *Praclare de eo actum, qui Budiſſa vincula, Gorlicii ſuſpendium & Sittavia nuptias effugiſſet.* Litteras manſvetiores ſemper ſequuta eſt, & viros doctos rerumque peritos ad Reipublicæ clavum & reliqua publica munia admovit. Quid? quod bonarum artium cultores in præſentem usque diem ita ſovet ac tuetur, ut ſane juventus faciliorem & adminiculis ac varii generis beneficiis oportuniorem, per *totam Luſatiam*, viam non habeat, qua litteris incumbere melius poſſit, quam in ea.

Gorlicium. §. V. *Budiſſam* ſequitur *Gorlicium.* Hæc urbs ſub *Ann. 1126. a Bohemis* primum ædificata, illique *Drebnavia* nomen impoſita & munitionibus quibuſdam inſtructa eſt, ut hoc modo circumjacentum terram ſub ſuam redigerent ac retinerent poteſtatem. Qvum vero nova hæc *Bohemorum* urbs a milite, e munimento illo vetuſto *Landskrona* dicto, igne deleta eſſet, *Tſchorlitz*, ſive mutatis litteris *Gorlitz* appellata eſt. Sigillatim nomen hoc obtinuit, quum *Sobieslaus Bohemicus* urbem hanc e ruderibus ſuis reſtituiſſet, eamque foſſa, vallo, muris ac turribus ornaſſet. *Conſ. Manlius l. c. III. c. 28. Cureus in Annal. Sil. p. 50. Boregk. l. c. p. 143.* Ex quo tempore ad tantam, qua nunc cernitur, magnitudinem excrevit. Poſteaquam a *Bohemia Regibus Principatus nomen* obtinuit, *Budiſſa* prærogativam diſputavit, ſed nihil effecit. *Vid. Peuc. Idyll. X. 377. Manl. L. I. p. 6. 7. & Lib. III. c. 28. p. 149. Leuber. in Princip. Sax. Luſ. MSC. p. m. 22.* Sub initium ſuperioris Sæculi in ea vixit famoſus ille ſutor, *Jacobus Boëmius.* Hodie præter celeberrimum *Gymnaſium* ſuum, æterni nominis ædificia habet *Templum S. Petri & Pauli & ectypum illud ſepulchri Servatoris noſtri.* Ut taceam *campanam*, quæ inter maximas Germaniæ merito ſibi locum vindicat.

Zittavia. §. VI. *Zittavia* originis ſuæ primordia *Premislao II. Bohemia Regi* debet, qui circa annum Chriſti 1255. ejus ſundamenta jecit. Incrementa vero ſua *Wenceslao II. cognomine Ottocaro*, accepta refert, quo imperante, eoque auxiliante anno demum 1287. urbis faciem induit. *Confer Manlius Lib. III. c. 44. p. 177.* Singulari ſtudio eam ornavit *Carolus IV. Imperator*, multis in ejus commodum conceſſis privilegiis. Unde eo & poſteriori tempore incolis aucta, munita & nitidior ſplendidiorque reddita, & in eam, qua nunc gaudet, amplitudinem & pulchritudinem paulatim pervenit. Ejus *Gymnaſium* Sæculis præcipiti & præſenti florentiſſimum ſemper fuit.

Laubanum. §. VII. *Laubanum* primum exſtructa creditur *Ann. 1180.* Civitatis vero formam cum muro non niſi annis 1264. & 1318. auſpiciis *Ottonis III. & Woldemari I. Elect.* accepit. Ex quo tempore magis ac magis effloruit, quem tamen florem diriſſima *Husſitarum* ſævitia interrupit, a quibus Ann. 1427. vi & armis occupata, non ſolum matronas puellasque ſuas conſtupratas doluit, ſed viros etiam ſuos interfectos, urbemque ipſam in cineres redactam ploravit, eaque miſeria ad ann. usque 1435. permanſit. Nihilominus tamen Deo adjuvante, indeſeſſa Magiſtratus cura & civium ſuorum induſtria e miſeria ſua ſe recreavit. Civium erga muſas benevolentiam *ſchola* celeberrima teſtatur.

Camentia. §. VIII. *Camentia* a *Venedis* procul dubio incunabula ſua habet. Poſtea An. 1255. reſtaurata a *Bohemia Regibus* civitatis jura accepit. Diu adhuc *Dominis de Camentz* ſubjecta fuit, quibus extinctis in libertatem ſe vindicavit, ac tandem cum reliquis *Sup. Luſatia urbibus* ſœdus pepigit. Multa ab *Husſitis* paſſa eſt. Nec minoribus afflicta miſeriis belli tricennalis tempore. Et licet paulisper, bello compoſito, vires colligeret, incendio tamen an. 1706. tota ſerme conſumpta eſt. Ex quibus vero ſavillis, quæ Dei eſt gratia meliori forma ſurrexit.

Lubavia. §. IX. Vetuſta *Lubavia* principia ſunt, non tamen *Luſatia urbium vetuſtisſima* eſt. Ea enim gloria *Budiſſa* manet. Nec exinde quid demonſtrari poteſt, licet *Hexapoleos legati Conventus ſuos in ea habere ſoleant*; ſed id propterea fieri adſolet, quia ſerme in medio *Luſatia*, & ita his rebus aptiſſima eſt. Hoc tamen verum eſt, eam poſt *Budiſſam* urbium vetuſtiſſimam eſſe. *Confer. Codex*

MSC. ven

MSC. von des Luſatzſcben Adels und der Stadte Herkunfft. p. m. 46. Varia etiam fata eſt experta, inprimis notatu dignum videtur, quod, appropinquantibus *Huſſitis*, cives ipſi urbem igne deleverint, ne rabiei illorum ſe exponerent. Poſtea e ruderibus ſuis reſtituta, belli vero tumultibus & aliquot incendiis rurſum deformata Dei & Principis clementia melior nitidiorque reædificata cernitur.

Duo Cœnobia.

§. X. Præter has urbes *duo* celebtiora in *Sup. Luſatia Cœnobia* reperiuntur, nempe *Marienſternenſe & Marienthalenſe.* Priori ſubſunt *Witticbenavia* & *Bernſtadtel*, oppidula cum multis pagis. Poſterius præter magnum prædiorum numerum, oppidulum quoque *Oſtritz* poſſidet.

Dominatus.

§. XI. *Quatuor* inſuper celebriores *Dominatus Superior Luſatia* habet, nempe *Hoyersvverdam*, *Kunigsbruck*, *Moſcau & Seidenberg*. De quibus prolixius vide *Dn. Grofferum lib. laud. Apud eundem & Dominum Grunvvaldum*, quæ in eadem regione municipia reperiuntur, invenies.

Inf. Luſ. urbes.

§. XII. Pevenimus nunc ad *Inferiores Luſatia urbes*; ubi primum eas recenſebimus, quæ ad *Sereniſſimam Domum Saxonicam* ſpectant: Deinde & eas, quæ *Regibus Boruſſia, qua Brandenburgicis Electoribus* parent, exhibebimus. In primis *Lucavia eſt metropolis*, cujus *nomen Venedicum* originem loquitur. Et ex eo capite aliisque monimentis hiſtoricis, una ex antiquiſſimis *Luſatia urbibus* merito dicenda venit. Bellis ac incendiis ſæpius devaſtata, Dei tamen auxilio ſemper reſtaurata eſt. More antiquiſſimo ea gaudet prærogativa, *ut Conſulum ſuorum quis Provincia Senioris munere, ad vita dies fungatur.*

Luccavia.

Gubena.

§. XIII. *Luccaviam* excipit *Gubena*, patria mihi dilectiſſima. Hæc quoque prima incunabula ſua a *Luſicis Venedis* repetit, ſed ab *Henrico I. Germ. Rege* civitatis jure donata, a cedentibus *Francis*, aliarumque nationum hominibus late amplificata eſt. Multum ad ejus amplitudinem *vinea a Francis* primum ibi plantatæ fecerunt, ex quarum diligenti cultura magna hominum pars non ſolum ſua vina, ſed & omnis ferme generis poma, aliaque obſonia ſibi comparare potuerunt, & adhuc poſſunt. Adeo dura a *Polonis & Huſſitis* fata eſt experta, ut commune civium ſuorum ſepulcrum fuerit. *Vid. Cureus Annal. Sil. p. 128. Balbin. Epit. R. B. Lib. IV. c. XI p. 475.* Ne dicam, quas incendiis, aliisque belli tumultibus calamitates pertulit, ex quibus tamen, quod Dei eſt beneficium, ſemper emerſit. Salis eam coquendi officinam habere *Sect. I. §. 2.* explicavimus. Cereviſiæ illius non vulgaris bonitatis ſunt. Peculiarem ſuam, eamque latiſſimam habet ſylvam, in qua venandi jura *Senatus ampliſſimus* exercet; quilibet vero civium neceſſario ſibi ligno libere proſpicere poteſt. Eandem cum *Luccavienſibus* prærogativam habet, *ut Conſulum quis Provincia Senioris munero per totum vita tempus gaudeat.* Quam Spartam nunc ornat *Dominus Johannes Georgius Barth, ICtus Celeberrimus, Patronus noſter longe honoratiſſimus.* Laudat *Dn. Groſſerus Memorab. P. IV. p. 109. 150. Gubenenſes*, quod cum *Budiſſinenſibus aliisque* ſolliciti ſemper fuerint, ut Scholam bene inſtructam, & Viris eruditione claris ornatam haberent. Plura ſuperaddere poſſem, ſed quod peculiare *Gubenenſium Chronicon* adornet *Dominus Andreas Schmidt, Reipublica Gub. Conſul praclare meritus, Patronus noſter perſancte ſuſcipiendus*, quod brevi forſan lucem videbit, filum abrumpo.

§. XIV. *Lubena* incertæ ſed vetuſtæ origi- Lubena.
nis urbs, auſpiciis *Sereniſſimi Saxonia Ducis Chriſtiani, Merſeburgica linea conditoris glor. mem.* ab An. 1666. *Inferioris Luſatia Archidicaſterium* habet, ubi Conventus & Judicia Provincialia inſtituuntur. Anno 1668. *Eodem Chriſtiano* jubente *Protoſynedrion Ducale* accepit.

§. XV. *Calovia* nec a quo, vel quando Calavia.
ſit fundata, nec unde nomen habet, majores noſtri ſcriptum reliquerunt. Bene vero notum eſt, urbem hanc a primo ſuo initio varias ſemper perpeſſam calamitates. Quibus impedita ad magna pervenire non potuit incrementa.

§. XVI. Nec *Spremberga* de vera origi- Spremberga.
ne ſua certi quid exhibere poteſt; plura vero incendiorum, aliarumque miſeriarum notabiliora indicia, ex quibus tamen, Deo adminiculante, ſemper eluctata eſt. Hodie ſedem ibi principalem habet *Sereniſſimus Saxonia Dux Henricus*, cujus Paterna providentia & auxilio ex ultimo incendio melior ſurrexit.

§. XVII. In *Dominatibus Inf. Luſatia* Dominatus & municipia.
ptimum ſibi locum vindicat *Nova Cella monaſterium*, quod Ciſtercienſis Profeſſionis monachos alit, & hodie ad invidiam usque eleganter ædificata cernitur. Eam excipit *Dobrilucum.* Hanc ſequitur *Fridlandia* Deinde *Forſta*, ubi hodie ſedem habet *Sereniſſima Princeps Louyſa Eliſabetha, Ser. Sax. Duc. Philippi Vidua.* Oppidum non vulgarem de cocta ex tritico cereviſia præſtanti commendationem habet. *Soravia* urbs bona atque vetuſta, quæ variis incendiis deformata, non ſine ingenti Dei auxilio ſemper in melius verſa. *Porta*, *Leubel*, *Sonnevvalda*, *Drebna*, *Staupitz*, *Lieberoſa*, *Lubbenavia & Amtitz* minoris momenti ſunt. Municipia penes Dominos *Groſſerum* & *Grunvvaldum* l. c. uberius deſcripta exſtant.

§. XVIII.

Quæ urbes Boruſſici juris.

§. XVIII. *Boruſſiæ Regi*, *quæ Brand. Electori* obediunt 1) *Cotbuſium*, jam ab *Henrici I. Germ. Regis* tempore notum. Hodie urbs magna & bona eſt, cujus cereviſia e tritico cocta magni æſtimatur. 2) *Peiza* locus contra hoſtes munitiſſimus, a *Joachimo II.& Joanne Elect. Brand.* ita inſtructus. 3) *Beſcovia*, 4) *Storkavia* & denique 5) *Sommerfelda*. Plura ſpatii anguſtia non permittit. Quare calidiſſimo hoc voto: *Adſit benigniſſimum cæli Numen Utrique Luſatiæ, & omnibus in ejus gremio viventibus gratia ſua; contra omnis generis mala quam benigniſſime averruncet!* huic labori finem impono.

DISSERTATIONEM PHILOLOGICO-HISTORICO-POLITICAM

DE

BULLIS IMPP. AUREIS,

inprimis iis,

quæ in GORLICENSI aſſervantur CURIA,

PRÆSIDE

M. SAMUELE GROSSERO,

Gymnaſii Gorlicenſis Rectore,

D. XII. Aprilis Anno cIↄ Iↄcc ix.

Hora IX. ante-merid.

loco Speciminis valedictorii,

æquis PATRONORUM & FAUTORUM

judiciis,

Commilitonum autem amicæ Diſquiſitioni

ſubjiciet

JOHANNES CHRISTOPHORUS Bierling,

Altenburgenſis Miſnicus.

Q. D. B. V.

Occaſio Diſſerendi.

OMnes eos, qui diſcendi ſtudio trahuntur, in convictu, non tam fercula & pocula, quam tempeſtive cibis potiunculisque interpoſita colloquia delectant. Hinc, ad iſthunc veterum Dipnoſophiſtarum morem compoſitos, non ita pridem BULLÆ AUREÆ commemoratio ad varios ſermones invitabat. Quos cum Hoſpes, hujus inſtitutæ Diſſertatiunculæ Præſes, patienter excepiſſet, atque una alteraque illuſtraſſet Symbola: tandem adjiciebat: neque ſolos, qui ad Mœnum degunt, Francofurtanos: neque ſolos, Urbium Imperii Antiſtites BULLARUM aurearum cimeliis nobilitatos eſſe: ſed hanc gloriam & ipſos, quorum uteremur contubernio, GORLICENSES ſibi jure meritoque vindicare. His verbis cum non tam in admirationem, quam ſtuporem verius, imperitiori Juventuti proprium, conjiceremur, &, ut dictis fidem faceret, expectaremus: quam exorſus erat, telam ſic pertexere pergebat: Aſſervantur, inter alia Antiquitatis monumenta, quibus Curia ſibi plaudit, trium Cæſarum Glorioſiſſimorum, CAROLI IV. SIGISMUNDI, atque CAROLI V. Diplomata, BULLIS AUREIS munita. Harum BULLARUM idem eſt pondus & pretium, eadem quoque figura & inſcriptio, quæ eſt illius, unde Fundamentalis Imperii Lex, de Ritu atque Jure eligendi Cæſarem ſancita, appellationem traxit. Neque fama ſaltem aliquoties audita vobis refero: ſed, ORDINIS ampliſſimi permiſſu mihi BULLAS haſce ſingulas αὐθέντῃ intueri, & penitius examinare contigit.

tigit. Quod cum ſinguli peculiari quodam animorum motu taciti exciperemus, & in Argumentum venerationis raperemus erga Urbem, cujus in ſinu degimus, & operamur bonis literis: ego, propediem ad altiora digreſſurus, & de publico ſolicitus Specimine, in quo, quid poſſint vires, humerique valeant, experirer: nullo in argumento aut meam ſolertiam, aut debitam Urbi ſpectatisſimæ, artium bonarum Matri optimæ, gratam voluntatem commodius poſſe verſari, ratus ſum: quam in ipſo hoc, quo *Divorum CÆSARUM* erga eandem ſumma innoteſcit gratia, clementiaque. Conſtitutum ergo mihi eſt, de BULLIS IMPP. AUREIS nonnullas *Theſes Philologico-Hiſtorico-Politicas* Commilitonum Diſquiſitioni placidæ, *Eruditorum* autem, quorum numero Urbs noſtra nunc præ cæteris vicinis floret, æquis judiciis ſubmittere. Sic enim futurum ſpero, ut PATRONI & Fautores, Labores Gymnaſticos ſubinde recognoſcere ſoliti, ex hoc *Specimine Valedictorio* intelligant: me nec prorſus intelligentem hic vixiſſe, nec ingratum diſcesſiſſe.

CAPUT I.

PHILOLOGICUM.

§. I.

Bullæ origo & ſignificatio. BUllæ vocem dubiæ originis Philologi nonnulli faciunt. Sunt enim, qui Hebræam atque Græcam eam eſſe malunt, quam Latinam. Nam reperiuntur aliqui, qui eam, per Aphæreſin, a Radice נבל aut יבל h. e. a *diffluendo* aut *producendo* deductam exiſtimant. Sunt etiam, qui eam cum *Colero*, per Epentheſin, a Græca voce Βυλὴ, ad Politicorum tranſiiſſe caſtra, arbitrantur. Sed non eſt, cur vocem hanc, Latinis potiſſimum uſurpatam, ab exteris demum repetamus, *Bulla* enim vox originarie a *bulliendo*, ſ. effervеſcentis aquæ intumeſcentia, denominata eſt.

Quænam hujus loci? §. II. Quod autem vocibus plerisque, idem huic quoque contigit. Uſus, *quem penes eſt & vis & norma loquendi*, temporis ſucceſſu hanc vocem rebus diverſiſſimis applicuit. Uſurpatur enim *Bulla* vox in *Phyſica, Oeconomica, Ethica atque Politica* ſenſu diverſiſſimo. Hinc *Ebrardus Bethunienſis* in Gloſſario *Caroli du Freſne*, T. I. p. 638. varias hujus vocabuli acceptiones ſic complecti ſtuduit:

Bulla *tumor laticis, Nola, Sidus, Gemma, Sigillum*:
Bulla *notat Gemmam, Stellam, Veſtem Puerorum*,
Ornamenta ſimul vox Bullæ, & *Balthea* ſignat.

Nimirum, in *Phyſico* Significatu Phænomenon aqueum, ex ſtillicidio natum: in *Oeconomico* vel clavum convexi capituli, quo fores ornari ſolebant: *a*) vel ornamentum togæ prætextæ, in collis puerorum ingenuorum ſuspendi ſolitæ: *b*) vel nolam ſ. crepitaculum denotat. In ſenſu *Ethico* ſignificat rem tranſitoriam atque caducam; ſiquidem & hominis vita fluxa *Bulla* dicitur: & verba, ad inanem oſtentationem compoſita, per Metaphoram ſic appellantur. *c*) In ſenſu *Politico* vel incomplexe, vel complexe vox iſthæc accipitur. Illo modo Sigillum denotat, quod Magnatum Diplomatibus appenditur: hoc autem Diploma ipſum ejuscemodi Sigillo munitum. Et de his quidem *Bullis* in politica ſignificatione ſumptis breviter diſſerere ſuſcipiemus;

§. III. Sunt ergo Bullæ, hoc ſenſu acceptæ, Tabulæ *peculiari Summorum Imperantium autoritate & clementia, in cauſa quadam favorabili, bene meritis conceſſa, ac, in majorem rei iisdem contenta fidem, appenſo Sigillo ſplendide corroborata.* Aut, ſi Bullas incomplexe ſumptas definiri forte ſatius fuerit, eæ ſunt *Sigilla Imperantium, orbicularis figura corpori impreſſa, certas imagines & voces eorundem Dignitati proprias exhibentia, & ad confirmandam rerum in membranis atque chartis typo vel calamo conſignatarum fidem, Diplomatibus annexa.* Definitio.

§. IV. Et hæ quidem *Bullæ* diverſorum generum repetiuntur. Si enim Imperantes reſpicias, a quorum autoritate atque Poteſtate deſcenderunt, illi vel ſunt *Seculares*, vel *Eccleſiaſtici*. Adeoque dantur Bullæ *Impe-* Species.

a) *Taubm. ad Plaut. Aſin. Act. II. Scen. IV. 20. Sagittarius de J. V. p. 175.*

b) *Ingenuorum Bulla aurea, Libertinorum ſcortea, exacta Pueritia, ſolenni feſto, Laribus ſuſpendebatur, obſervante Fungero ex Juvenale & Perſio, nec non Aſconio Lexic. Etymol. p. 145. ſeq.*

c) *Hinc argumenta inania, quibus nihil frugi ineſt, bullata nugæ per Proverbium vocantur.*

Imperatoria vel *Regia: d) Papales* vel *Epiſcopales. e)* Si materiam expendas: Bullæ aliæ ſunt *aurea*, aliæ *argentea. f) plumbea* aliæ, aliæ *cerea. g)*

Figura. §. V. Figura Bullarum valde variat. Sunt enim cereæ, & plumbeæ nonnullæ, anteriori ſuperficie planæ, poſteriore convexæ: ſunt etiam aliæ in Circuitu orbiculares, aliæ tetragonæ. Aureæ autem Bullæ ſunt orbiculares, & utraque ſuperficie, ſi imagines & literas notabiliter eminentes excipias, plana. Et, ut de Bullis, Gorlicenſibus olim autoritate imperatoria conceſſis, ſpeciatim aliquid adjiciam: Bullæ CAROLI IV. ſignatæ Pragæ A. CIƆ.CCC.LVI. quinto Id. Maij. & duarum *Sigismundi*, ſignatarum Peruſii A. CIƆ.CCCC.XXXIII. Diameter quatuor fere æquat pollices: Ejus autem, quam *Carolus V.* A. CIƆ.D.XXXVI ſignari juſſit, Diameter Perimeterque priores evidenter ſuperat.

Pondus. §. VI. Illæ tres priores, ad libram exactæ, auri obryzi ultra ſedecim ſiſtunt Drachmas: Carolina autem Bulla auri coronarii maſſam aliquanto ponderoſiorem exhibet.

Inſcriptio. §. VII. Tres priores Bullæ in poſtica ſuperficie caſtrum referunt, cujus valvis impreſſæ ſunt hæ voces: ROMA AUREA; circa marginem vero legitur hic Verſus: ROMA CAPUT MUNDI REGIT ORBIS FRENA ROTUNDI: in antica vero eminet effigies Imperatorum Throno inſidentium, & manu altera Imperiale Pomum, altera Sceptrum tenentium. A dextro latere Aquila: a ſiniſtro Leo clypeo impreſſus eſt: & marginem occupant Imperatorum nomina ac Tituli. In Bulla autem D. CAROLI V. facies poſtica non caſtrum, Romæ aureæ elogio ſignatum, neque verſum Hexametrum, Romanæ Urbis Principatum explicantem: ſed Aquilam bicipitem, Imperii Romani inſigne, cujus pectori clypeus, Hiſpaniarum continens inſignia, inſertus eſt, oſtendit; antica refert Imperatorem throno, inter duas columnas erecto, inſidentem. Manum ejus alteram Sceptrum, alteram gladius honeſtat: columna altera Imperialia, altera Hiſpanica tenet impoſita inſignia: inferior autem earundem Pars notatur Imperatoris Symbolo PLUS ULTRA.

§. VIII. *Roma*, in his Bullis caſtri adumbrata ſpecie, multis ambiguam de ſua appellatione cogitationem attulit. Roma. Sunt enim, qui Romam, cujus hodienum rudera ſuperſunt, Majeſtatem priſtinam abunde confirmantia, a robore & viribus traxiſſe nomen, aſſerunt. *h)* Sunt ex adverſo etiam, qui, urbi huic nomen inditum a Conditore, argumentis evidentibus evincunt. *i)* Quicquid autem hac in cauſa improbare tandem, vel concedere cuiquam collibuerit: in omen trahi poteſt Anagrammatismus ex Romanæ urbis nomine reſultans. Roma quippe, literarum ordine inverſo, prodie voces: ARMO, AMOR, MORA, MARO. Ex quo conjectu facile eſt: *Romam*, ſtatim ab ortu, non magis armorum apparatu metuendam poſteris: quam ædificiorum ſplendore, omniumque rerum copia, & literarum elegantiorum ubertate, appetendam viſam eſſe.

§. IX. Roma hæc, Imperatorum aureis in Bullis aurea dicitur. Roma aurea. Nam, ſicut olim *Auguſtus*, morti vicinus, exclamabat: ſe acce-

d) Tametſi Imperatores orientales Sigillo uſi fuerint, quod χρυσόβυλλον & βυλλοδήκτιον dici conſuevit, teſte Niceta Choniate; & occidentales, Bullis ſuas Tabulas ornaverint: Reges tamen etiam Angliæ, Siciliæ, Italiæ, Hiſpaniæ, Bulgariæ, Hungariaque Jus Sigillis ejuscemodi utendi ſibi vindicaſſe probat du Fresnel. c. p. 639.

e) Præter Pontifices autem Epiſcopos quoque Bullis in ſignandis ſuis Tabulis uti ſueviſſe, prodit Holſtenius, de Vicelino, Epiſcopo Bremenſi, hos allegans Hexametros:

Chartas conſcriptas & res inſcripta redactas
Bullis firmavit, ſignoque ſuo ſtabilivit.

f) Sic Bulla argentea Ludovici Pii aſſervatur in Gazophylacio S. Genovefano Pariſiis, cui inſcripta ſunt hæc verba: XPE PROTEGE LUDOVICUM IMPERATOREM.

g) Bullis plumbeis non Pontifices ſaltem uſos eſſe, ſed etiam Imperatores, teſtis eſt Stephanus Baluzius in notis ad Capitularia Regum Franc. p. 1284. Cereas autem Bullas apud Græcos jam fuiſſe uſurpatas, patet ex Novella Alexii Comneni, in qua hanc Sigilli ſpeciem κηρόβουλλον σφραγίδα nominat.

h) Prolixe in vera Romanæ urbis appellatione detegenda occupatur Andreas Borrichius in Diſſertatione de Romanæ Urbis primordio & ambitu c. 1.

i) Romam autem a Romulo appellatam innuit Virgil. L. II. Æneid. his verbis:

Romulus excipiet gentem, & Mavortia condet
Mœnia: Romanos proprio de nomine dicet.

Alii tamen Romam, Ilienſem mulierem, cum cæteris Trojanis in Italiam delatam, & Latino Regi nuptam; alii Romum, Circes & Ulyſſis filium, Romanæ urbi nomen dediſſe, aſſerunt.

accepiſſe Romam lateritiam, marmoream reliquiſſe; *k*) ſic, procedente opum Romanarum amplitudine, & frugalitate priſca, non tam in Magnificentiam quam luxum & lubidinem converſa, tecta auri fulgore radiabant. Et hinc *Roma aurea* denominatio cum apud Scriptores alios, tum inprimis apud *Auſonium* reperitur. *l*) In adductis ergo Imperatorum Bullis *Roma aurea* ſive Dignitatem Urbis atque opulentiam, ſive, Religionis Paganiſmo profligato, Statum pacatum & florentem denotat.

Mundi Capitis.

§. X. Neque tamen ſola Urbis opulentia in Bullis Impp. exprimitur: ſed peculiari quoque vocum Emphaſi in iis declaratur Imperii Majeſtas & Potentia. Ea quippe de cauſa CAPUT MUNDI ROMA dicitur. Sic enim *Nepoti* dicitur Urbs, *in qua domicilium eſt Imperii Orbis terrarum*; *m*) Julio Frontino Regina & Domina Orbis: *n*) Dionyſ. Halicarnaſſ. *πάντων κρατίστα, ἡγεμὼν τῆς γῆς καὶ τῆς θαλάσσης. o*) Horatio Princeps Urbium. *p*) Et Virgilio Urbs, quæ

- - - tantum reliquas inter caput extulit Urbes,

Quantum lenta ſolent inter viburna Cupreſſi. q)

Et ut paucis omnia expediam; adjecta Bullis Imperatoriis Epigraphe Imperium univerſale innuit. Huc enim omnino ſpectat Urbi Romanæ Prædicatum additum: REGIT ORBIS FRENA ROTUNDI. Iſthæc enim verba oſtendunt: Romam aliarum gentium libertatem ita reſtrinxiſſe, ut ab ejus nutu & arbitrio pependerint.

CAPUT. II.
HISTORICUM.
§. I.

Figuræ inſculptæ.

MUltum refert Socialis vitæ, ſuam, ut verbis ore prolatis, ſic in literas quoque relatis conſtare Fidem & Autoritatem. Hinc, ne Fides literis, pacta aut promiſſa continentibus, danda, intercedentibus dubitandi cauſis, ſuſpenderetur, aut plane denegaretur: literas, quibus fidem haberi intererat, ſignandi, & Sigillo roborandi mos invaluit. Qui, quo eſt vitæ Socialis indoli convenientior, eo etiam antiquior habendus eſt. Invaluit autem literas ſignandi conſvetudo eo tempore, quo eas, ob metum fraudis obreptitiæ, ſubſcripto confirmaſſe nomine, minus ſecurum atque ſuffectarum arbitrari, hominum mens in ſuſpicionem prona cœperat.

§. II. Ac initio quidem Typis ſigillariis inſculpebantur variæ figuræ animalium, vegetabilium, aut rerum arte factarum.

Impreſſæ metallo aut ceræ.

Sic *Lentulus* in typo ſuo Avem, *Mæcenas* Ranam, *Pompejus* M. Leonem, *Auguſtus* Sphingem, *Seleucus* Anchoram habuiſſe memorantur. *r*) His poſtea ſubſtituebantur figuræ Idolorum & hominum; Sic multi Deos Ægyptios: *s*) *Sulla* traditum Jugurtham: *t*) *Scipionis* Africani *filius* Patris imaginem: *u*) typis ſigillariis inſculpi curaſſe memorantur. Tandem ſucceſſerunt Icones Perſonarum, earumque nomina, Axiomata, & Dignitatum atque gentilitia inſignia. Et hac ratione Sigilla non *privata* ſaltem nata ſunt, ſed etiam *publica* & authentica.

§. III. Figuræ typis hiſce ſigillariis inciſæ, a privatis Perſonis communiter ceræ, ab iis autem, quæ in ſummo verſabantur Magiſtratu, ceræ partim, partim etiam Metallo imprimebantur; Ipſaque Sigilla Literis ſolebant vel *affigi*, vel *appendi*. Et quoniam publicæ authoritatis Fideique plurimum intererat, authentica hæc ſummorum Magiſtratuum Sigilla fideliſſime adminiſtrari: conſtituebantur certa conclavia collegiaque, in quibus Sigillorum fiebat impreſſio; cuſtodes item, atque impreſſores Sigillorum, quorum Principes Sigillorum dicebantur & Bullarum *Bajuli*, aut Primicerii. *x*)

Aliquando auro.

§. IV. Tametſi vero Sigilla Imperantium communiter ceræ impreſſa, & incluſa Bullæ ligneæ, literis, publico nomine ſignandis, ſericeo funiculo appendi ſolebant; ad augendam tamen ſive Majeſtatis ampli-

Juſſu Imperatorum, Pontif. & Regum.

k) *Svet. in vita Auguſti c. 28.*

l) *Citatur a Barthio Animadv. in Claud. p. 284. Prima Urbes inter, Divum domus, AUREA ROMA.*

m) *In vita Attici c. 3.*

n) *L. II. Strateg. c. 11. §.*

o) *T. 11. p. 81. l. 17.*

p) *L. IV. Carm. Od. III. v. 13.*

q) *Eclog. I. v. 25. & Martial. L. 12. Epigr. 8.*

r) *Alex. ab Alex. G. D. L. II. c. 19.*

s) *Plin. H. N. L. XXXIII. c. 3.*

t) *Val. Max. L. VIII. c. 15.*

u) *Alex ab Alex. l. c.*

x) *Sic Mauronius dicitur nobilis in aula Regis Angliæ Bullæ vel Sigilli Bajulus fuiſſe. ap. Fresn. l. c.*

amplitudinem, ſive peculiaris gratiæ ſignificationem, Tabulis ſolenniore, eaque favorabiliore cauſa ſcriptis, appenſæ fuerunt Bullæ aureæ, impreſſis fidei indubiæ figuris, vocibus & numeris notatæ. Hinc refert Speelmanus: *y*) Diplomati, quo Clemens VII. P. R. Henrico VIII. A. R. Defenſoris Fidei Elogium impertiit, appenſam fuiſſe Bullam auream. Et alii quoque Pontifices, eas Tabulas, quibus Imperatoriam Dignitatem Cæſaribus electis confirmabant, ſignaſſe memorantur Bullis aureis.

§. V. Uſos tamen Bullis aureis potiſſimum Imperatores eſſe conſtat, poſt reſtauratum occidentale Imperium. Nam in Monaſterio Compendienſi, S. Cornelio dicato, aſſervatur B. A. CAROLI M. in cujus ſuperficie poſtica leguntur hæc verba: RENOVATIO IMPERII ROMÆ ET FRA. *z*) Gliſcente tamen atque foras erumpente æmulatione Principum, Reges quoque alii, *aa*) imo Pontifices nonnunquam, ſuis Tabulis peculiarem aliquam ex appenſis Bullis aureis accerſiverunt Dignitatem.

Variatio Typorum. §. VI. Variarunt autem, pro varietate temporum & R. Imperii viciſſitudinum, Bullarum aurearum Typi. Eo tempore, quo Sedi Romanæ Leges magis dare contigit imperaturis, quam ab imperantibus accipere; Imperatores, in ſignum ſuæ erga Sedem atque Urbem Romanam Reverentiæ, ROMÆ AUREÆ Phrenoſchema & Elogium ſuis Bullis imprimi ſunt paſſi. Hinc in Bullis FRIDRICI I. potiſſimum hic verſus legitur: ROMA, CAPUT MUNDI, REGIT ORBIS FRENA ROTUNDI. *bb*) Simul autem atque Imperatores, DEO, pro juſtiore cauſa ſtante, ſe Pontificum explicuere vinculis, & iis imperare, quam ſubeſſe maluerunt: mutarunt etiam Bullis imprimendas voces atque notas. Sic *Ottonis* III. Bulla aurea non Romanæ Urbis Principatum & Elogium, ſed *RENOVATIONEM IMPERII ROMANOR.* *cc*) & CAROLI V. B. A non Iconem Romæ aureæ, MUNDI CAPITIS, ſed AQVILÆ imperialis exhibet. Uterque enim Imperator notis Bullæ ſuæ impreſſis demonſtratum ibat: non Imperatoriam Majeſtatem Romanæ Sedis, ſed R. Sedem Imperatoriæ Majeſtatis eſſe beneficium.

Bullata diplomata ob merita a Carolo IV. §. VII. Erunt interim, qui mirabuntur S. P. Q. *Gorlicenſi* felicitatem iſthanc obtigiſſe, cui fortaſſis urbes aliæ inviderint. Sed merebatur ejusdem in calamitatibus publicis ſpectata Fides hoc ſive præmium, ſive ulterioris virtutis incitamentum. Nam D. CAROLUS IV. ſcribit: ſe impertiiſſe Bullam, *ob immota fidelitatis conſtantiam, qua Civitatis GORLIC. incolæ, ſui dilecti, ſuo culmini approbata Sedulitate dudum placuerint.* Totam, imperante CAROLO, Bohemiam effrenis Prædonum impune graſſantium infeſtabat audacia. His nulla via, qua circumveniri innocentes poterant, invia: nulla domus, imo urbs adeo occluſa erat, quin eorum prædis atque cædibus pateret. Ipſi flagellantes, crimina non tam flagello expiare, quam proterve occultare ſoliti, manus innocentium cruentabant ſanguine. *dd*) His Imperator, ex Italia redux, ob vitæ periculum, quod in itinere adierat, infenſiſſimus: *ee*) Senatus autem Populusque Gorlicenſis in iisdem conquirendis atque exſtirpandis nulli parcens operæ aut ſumptui, CÆSARIS peculiarem gratiam inierat. Adde, quod Cæſar Luſatiam Superiorem Regno Bohemiæ noviter adjectam *ff*) generatim impenſe diligebat: Gorlicenſemque Tractum Ducatus Titulo nobilitaverat *gg*) & urbem, Filio JOHANNI ſedem deſtinatam, quibus poſſet

y) *cit. Freſn. Gl. T. I. p. 640.*

z) *Freſn Gloſſ. T. I p. 639. Et eandem Epigraphen Bullarum Ludovici Pii & Caroli Calvi ex Mabillonio citat Tenzel. Biblioth. curioſ. Repoſit. II. Loculam. V. p. 490. ſeq.*

aa) *Sic Reges Angliæ & Hiſpan. B. A. uſos Matth. Pariſ. meminit p. 172 & 584. Et idem feciſſe Franciſcum I. in fœdere cum Henrico VIII. R. A. ſancito, & in antico hujus aureæ Bullæ circulo ſcriptum fuiſſe: PLURIMA SERVANTUR FOEDERE, CUNCTA FIDE: Peireſcius, αὐτόπτης, aſſeverat.*

bb) *Tenzel. Bibl. curioſ. Repoſit II. Locul. VI. p. 498.*

cc) *Id. ibid. p. 491.*

dd) *A. 1355. d. 26. Sept. Cæſar Marchiæ Budisſinenſi & Gorlicenſi publice permiſit poteſtatem dejiciendi arces & latibula latronum. Gorlicenſes, ejusmodi Latronem perſecuti, a Fridrico Biberſteinio, Fridlandiæ Dynaſta, Flagellantium in his oris Patrono Socioque, cædem 7. Civium ſunt paſſi. Ann. Gorlic. ad A. 1349.*

ee) *De periculo, quod Cæſar, ex Italia redux, haud procul Piſis, prope pontem adierat, legatur Balbin. Epit. R. B. L. III. c. 21. p. 365. de quo ſuperato Senatus Gorlicenſ. Cæſari ſic ſubmiſſe congratulatus legitur: P. P.* Wir dancken GOTT E. ſeeligen Zukunfft, daß wir davon Troſt und Gnade haben. *&c.*

ff) *Incorporatio hæc facta A. 1355. 9. Oct. Manlius comment. lib. 4. col. 63.*

gg) *Id. ibid.*

poſſet Dignitatibus ac Privilegiis exiſtimaverat ornandam, atque celebrandam.

a Sigiſmundo.

§. VIII. SIGISMUNDO imperante ſæviebant cum Huſſitis Orphani. bb) Horum irruptio, vicinis fatalis, multo Gorlicenſium ſudore atque ſanguine, imo impenſa, opibus longe ſuperiore, ab urbe repreſſa fuerat. Quod ergo non adhæſerant furenti colluviei, verum maſcule reſtiterant: peculiari Imperator præmio fidelitatis compenſandum duxerat. ii)

a Carolo V.

§. IX. Cum tandem CAROLUS V. imperio præeſſet, & Luſatia, Bohemiæ connexa, FERDINANDUM Fratrem ſibi, per hereditatem, obtigiſſe Dominum lætaretur: belli Turcici fervebat impetus. Gorlicenſes itaque, quorum res, eo tempore florebant, non, ut hodie, crebris calamitatibus, attritæ languebant, A. 1529. certum militis, ſuismet ſumptibus conducti & inſtructi, manipulum, ſuæ in Regem Fidei obſequiique teſtem mittebant: imo idem ſupplementum A. 1532. repetebant. kk) Hæc, & alia complura Senatus Populique ſtudia, & Fidei experimenta, Imperator haud obſcure innuit in ipſo, cui Bullam auream appendit, Diplomate. ll)

CAPUT III.
POLITICUM.

Roma non eſt caput mundi.

§. I.

Bullæ aureæ antiquiores Romam *Capitis Mundi* titulo condecorant. Sed perperam id factum eſſe, documentis innoteſcit plurimis. Cum enim Roma Sedes eſſet atque Domicilium Imperii orbis terrarum; adeo quidem, ut Regnis *Europa, Aſia, & Africa* celebrioribus Reges atque Leges daret: hunc ſibi titulum non prorſus arroganter aſſerebat. At poſtquam Sedes Imperii translata: ſua plerisque gentibus libertas armis, aliisque modis vindicata: imperiumque, cui ab hac Roma nomen fuit, Francorum & Germanorum genti obtigit, inque limites, multo prioribus anguſtiores, compulſum eſt; ROMA Roma eſſe deſiit, neque regit orbis frena, ſed injectis variæ orbis fortunæ frenis regitur.

Judicium de Bullis Pontificum.

§ II. Nec obſtant *Bullæ*, hodienum a Pontifice R. in omnes Orbis Partes uſurpativo Petrinæ Succeſſionis prætextu dimanantes. Plumbeæ aliæ ſunt, non aureæ, adeoque non Dominii, ſed Subjectionis argumentum: hinc, ad Lydium veri proprique Juris lapidem exactæ, non vileſcunt modo, verum etiam, non ſecus ac igne liquefactæ, diffluunt.

§. III. Sit Roma hodienum caput urbium Italiæ: ſit Sedes ſummæ ad ſacra Romanæ Fidei reſtrictæ Poteſtatis Eccleſiaſticæ: Sit Pontifex, hoc nomine, quidam *Sacrorum* quaſi *Rex mm*) ſummusque Italiæ Princeps: Romæ tamen hodie ſuperſtitis autoritas Imperatoriæ Majeſtati non præferri debet, ſed ſubordinari. *nn*)

§. IV. Quare tanto reverentius æſtimandæ, tantoque ſolicitius cuſtodiendæ ſunt Imperatorum Bullæ aureæ, quanto plumbeas Pontificum jure antecedunt. Habent enim etiam hæ Bullæ ſuos ſive fures, *oo*) ſive corruptores, fidem Tabularum fraudulenter reſignare cupidos. *pp*)

§. V. Imperatorum tamen Poteſtas ſuas Tabulas corroborandi Bullis aureis non eſt abſoluta, ſed reſtricta atque limitata. Id enim evidenter probat Capitulatio FERDINANDI III. *Vid. Limnæum Cap. Ferd. III.* §. 46.

bb) *De Orphanis his & Taboritis agit Balbin. Epit. R. B. L. IV. c. X. & Theobaldus hos adducit Rhythmos*: Meiſſen und Sachſen verderbt, Schleſien und Lauſitz zerſcherbt.

ii) *Verba Bullæ ipſius hæc ſunt*: Wir haben betrachtet die ſtete treue Dienſte -- als Sie von den Ketzern zu Böhmen viel Jahre bekrieget, und greßlich von Ihnen beſchädiget ſeyn. --

kk) *Annal. F. p. 681. & 370.*

ll) *Verba ita ſonant*: Wann wir eigentlich angeſehen, und betracht, welcher maſſen ſich unſere und des Reichs, auch unſers lieben Bruders lieben getreuen N. die Rath-Mannen und Inwohner der Stadt Görlitz, von Zeit an unſers und unſers Brudern Vorfahren, Römiſchen Käyſern, Künign, auch Künign zu Hungarn und Behaim Regierung, bißher an dem Heilign Reich, und ernennten Künigreiche, auch an unſerm liebſten Bruder, Khunig Ferdinandn -- ſonderlich in Zeit der Kriegs-Läuff, und Anfechtung unſers heilwertigen Chriſtl. Glaubens und Nahmens, mit williger Darſtreckung ihres Leibes und Guets, mit treuen und Nutzn, und redlichen Dienſtn, gantz auffrecht, beſtendig, getreulich, willig und untertheniglich verhalten, bezeigt, und erwieſen. --

mm) *Ita loquitur Barclajus Argen. L. I. c. 15.*

nn) *Nam Imperator conſtituitur* ſolius DEI, non Apoſtolicæ Sedis Gratia. *Fatente Palat. Aquit. Lib. I. c. 3. p. 36. & Rogero Widdringtono contra Suarez. cit. Grotio de I. S. P. C. S. c. I. p. 13.*

oo) *Sic Bullam auream fundationis Monaſterii Compendienſis* 8. *vel* 10. *Ducatorum furto ſublatam refert Spicileg. Acher. p. 157.*

pp) *conqueritur hac de re in univerſum Cic. Orat. pro Archia: & A. 1271. in Parlamento Pariſienſi de Fide Tabularum bullatarum, ob mobilitatem filamenti, graviter diſceptatum eſt.*

I. N. I.

CONSPECTUS LUSATIAE LITERATAE,

A

M. PETRO IAENICHIO,

FURSTENBERGENSI LUSATO,

VITEMBERGÆ IN SAXONIBUS,

ANNO M DCCIII. D. XVI. MAJI.

IV. DISPUTATIONIBUS

REPRÆSENTATUS.

SI verum eſt, quod nemo dubitat, eum ingrati crimine animi non vacare, qui, ſpretis ſuperbe domeſticis, tantum exteris cupit delectari; non, opinor, vitio eſt mihi vertendum, ſi civis grati partes ſuſcipiam in me, & in iis, quæ patriam ornarunt dotibus, perlibenter acquieſcam. Etenim, quod præclare olim dixit Lucianus, plane in me ſentio convenire: ὁ τῆς πατρίδος αὐτῶ καπνὸς λαμπρότερος ὀφθήσεται, τῶ παρ᾽ ἄλλοις πύρος. Ita enim, facta ſapienti diſpenſatione, non uni omnia regioni, ſed certa cuivis bona donaque divina conceſſit benignitas, in quibus loco non poſtremo habendum eſt hoc, ſi copia ſit virorum eruditione, conſilio, rerumque uſu præſtantium, a quibus, ſi a Deo diſceſſeris, ſalus omnis Reipublicæ dependet. Cum igitur his inſignibus ornamentis non minus ſplendeat Luſatia, viroſque protulerit in omni eruditionis genere ſummos, diu multumque cogitavi, ut, nominibus eorum aliqoando ab interitu vindicatis, in aperto ſiſterentur. Tali enim facto, & ipſi eriperentur oblivioni, & alii, ſumptis ab his & virtutis, & morum exemplis, inflammarentur, quæ ante oculos poſita, communi omnium ſententia, movent fortius, quam vel optima præcepta. Quare, cum hoc argumentum ab nemine ſentiam eſſe occupatum, pietatis, qua teneor, patriæ, amoriſque in eam cauſa, operæ non nihil hoc in genere mihi inſumendum eſſe, putavi. Dudum quidem id ſibi tractandum argumenti ſumpſiſſe Haugvizium, Equitem Luſatum eruditiſſimum, ex ejus *Prodromo Hiſtoriæ Luſatiæ liquet, ſpem tamen illam, qua tamdiu ſuſpenſam tenuit patriam, nondum ipſe implevit.* Neque ullus, quod ſciam, integro volumine res Luſatas eſt complexus, aut egregios Chriſtoph. Manlii, Mart. Mylii, Abr. Hoſemanni, Joach. Cnemiandri aliorumque commentarios, manu ſolum exaratos, excuſſit aut evulgavit, compendium tamen eorum fecit diſputatione quadam *Caſp. Sagittarius, Hiſtoricus Jenenſis,* & quem principe debebam commemorare loco, incomparabilis Academiæ hujus Polyhiſtor, & Orator maximus C. S. *Schurtzfleiſchius,* Præceptor & Patronus noſter demiſſe venerandus, *multiſque in locis Manlium, ubi alucinatus videbatur, correxit.* Sic idem fere Luſatis accidit, quod olim de Germanis univerſe dixit πολιτικώτατος Tacitus, ut res præclare potius gerere, quam deſcribere, laborarint. Perſequemur nos autem in præſentia vitas potiſſimum eorum, qui fatis jam functi ſunt, quorumque extant lucubrationes, non, quod ii, qui vivunt adhuc, quive ſcriptis noti non ſunt, nullam mereantur laudem, ſed quod ex his multorum jam nomina nobis oblivio ſubtraxit, in alteros vero parum eſſem modeſtus, quippe cum, quo quiſque generoſior eſt, eo parcius laudes ſuas velit ab aliis prædicari, *demortuorum quoque vita* extra invidiam ſint poſitæ & obtrectationem. Inprimis autem me movit laudatiſſimi illius Imperatoris ſententia, qui, cum ei Panegyricum recitare quidam vellet, Marii eum laudes ſcribere juſſerit, Annibalis, aliusve Ducis optimi, vita functi, resque ab eo præclare geſtas exponere, ut ipſum ipſe poſſet imitari. Facturusne aliquid ſim, curta præſertim eruditionis ſupellectile inſtructus tantorum virorum meritis dignum, dubito ſane, de eo tamen non dubius, eſſe hoc, quod cœpi, *& laboris plenum & pietatis* inſtitutum, mihique ſatis erit, eos me imitari, qui vaſtam mundi machinam anguſtis tabulæ limitibus deſcribere conantur. Enim vero, non etiam ignoro, hæc ipſa cœpta magis multiſque obnoxia eſſe periculis, reprehenſioniſque multorum, qui levia hæc prorſus inutiliaque judicabunt. Sed hi erunt fortaſſe, qui, expertes literarum, aut ambitioni vitiisque

isque dediti, *alienas virtutes alto* deſpiciunt ſupercilio, dum de ſuis gloriari non poſſunt. Ut vero tandem in viam, unde ſumus digreſſi, revertamur, primo exponemus de eorum vita ERUDITORUM, qui nati ſunt in *LUSATIA INFERIORI.* Luſatia enim, ut conſtat, eſt omnis diviſa in partes duas: quarum una pars inferior, quæ ſpectat in ſeptentriones; alia, in extremis Bohemiæ finibus oritur, & ſuperior appellatur. Quæ regio, uti natura, ita & incolis ſæpe & imperio fuit diverſa, donec tandem utraque pars, bellis pæne exhauſta, fractaque viribus, ad Miſenos perpetuo jure rediit, a quibus divulſa quondam fuit, atque inde a Ferdinandi II. tempore, ſub imperio Saxonum pace otioque eſt uſa. Unum reſtat, de quo nobis Lector eſt monendus, facile nos præſentimus, quoſdam prætermitti a nobis poſſe, tum propter feſtinationem, tum inopiam eorum, quæ ad vitam cujusque recte explicandam videbantur pertinere: quos tamen & ipſos, nominibus ſecundum ordinem literarum enumeratis, propediem adjungemus. Numen interea præcati immortale, ut cœpta hæc noſtra bene fortunet, in patriæque ſigillatim honorem vergere ſinat!

MELCHIOR ALBHARTUS, *Finſtervvaldenſis*, eleganti vir ingenio, atque eruditione minime vulgari. Cumque a primis adoleſcentiæ annis graviter omnis generis excoluiſſet literas, Lipſiam ſe contulit, ac Politices Jurisque ſtudio totum ſe, conatu feliciſſimo, dedit. Neque vero tum cœpti ipſum pœnituit, quando naturæ fautricis beneficio adjutus, in cognoſcendis publice actis negotiisque quam maxime profecit, habita etiam, *De cauſis perturbati ſtatus Reipublicæ* oratione. (*a*) Scripturæ tamen genus non adeo comprum eſt ubique, aut caſtitati Romanæ reſpondet, pondere licet rationum, nobilitateque ſenſuum id omne compenſarit, eoque modo diligentia ſua, eruditis luculenter comprobata, ad ampliſſimos ſibi honores capeſſendos, atque docti hominis famam, patefecit viam. Incitabatur autem, quantum colligi poteſt, ut id negotii argumentive ſibi ſumeret, turbulento, qui tum erat, Germaniæ ſtatu. Annis autem octo poſt, Doctoris in utroque jure inſignibus Vitembergæ eſt cohoneſtatus. (*b*) Plura cum de eo fugiant, hæc ſola, mearum eſſe partium duxi, ut, Lector benevole, commemorarem.

(*a*) *d. 29. Mart. habita eſt Lipſ. 1628. ibique edita in 4. cum ipſe Philoſoph. Baccalaureus, quos vocant, eſſet.*

(*b*) *1636. ut Sennertus annotavit in Athenis Vitemb. p. 110.*

conf. etiam A. Buchneri Poëmata, ubi carmen, Albhardi dicatum honoribus, reperitur.

CHRISTOPHORUS BLASIUS, *Cotbuſianus.* Nomen hic cum aliis in Belgio, maxime cum Gerrardo Leonardo Anſtelod. & Armachando, ad montem Peſſulanum, (*c*) Medicis, habuit commune, nec tamen facile dixerim, an conſanguineos quoque habuerit, tot præſertim tantisque locorum intervallis ab ſe remotos. Neque tamen is ſua eſt defraudandus laude, quem ſtudium amorque poetices plane egregius dudum evexit, famamque apud eruditos ei conciliavit. Eadem hunc produxit patria, quæ Joannem, & Paulum, Mölleros, (*d*) Joachimum Cnemiandrum, aliosque poetas, ac viros, ab eruditione & doctrina merito collaudandos, quorum carmina Latina extant paſſim. At enim, non poteſt non vehementer eorum probari induſtria, qui nexu admodum felici cum eloquentiæ ſtudio cognitionem conjungunt poetices, verſuumque faciendorum exercitationem, quæ virum eruditum non ſolum exornat mirifice, verum adjuvat maxime & confirmat. Idque me ſatis probaſſe, duco, auctoritate (*e*) Philippi Melanchthonis, viri ſine dubio ſummi, cujus in Rempublicam literariam merita plane laudem excedunt omnem, omnem compenſationem opera ejus & labores. Optime itaque ſibi conſuluit Noſter, quod, cum in patrio ludo, & poſtea Francofurti propter Viadrum bonis literis operam daret, divinum artis poeticæ ſtudium excoleret, in quo nec infelices fecit progreſſus. Id quod ſatis declarant tum aliorum teſtimonia, ſpeciatim, Chriſtophori Neandri, Prof. in Academia Francofurt. clariſſimi, Abraami Bartoli, Croſn. Sileſii, Adami Reuteri, Cotbuſiani, Romani Betthini, Mönchbergenſis, tum *Carmina* ejus, quæ publice proſtant, inter quæ

I. Bellum Turcicum, contra Chriſtianos in Ungaria ac Croatia ſuſceptum, carmine Heroo deſcriptum, ed. Francof. 1598. 4.

cui addita ſunt Epigrammata eorum, quos modo commemoravi.

II. Duæ Precationes Elegiacæ ad Deum, 1.) *pro averſione belli* 2.) *pro averſione belli, famis, peſtis omniumque malorum, edit. Francof. 1598. 4.*

In laudem auctoris appoſuit Carmen Appelius Cotbuſ.

(*c*) *de quibus König, in Biblioth.*

(*d*) *quorum extant ſeqq. carmina: Pauli, Elegia in diem S. Michaelis Feſtum, & alia, in F. Pentecoſtes, illa impreſſ. Francof. 1603. fol. hæc 1604. fol.*

Joannis, Epithalamium ſatis longum, in honorem

norem Chriſtophori Gadegaſti, Budisſini, poeticis luſibus refertum, Francof. 1583. 4.

(*e*) *vid. Tom. II. Declam. Philipp. p. 213. ubi extat Philippi Præfatio in Jacobi Mycilli Artem Metricam, digna ſane lectu.*

ANDREAS BRESENIUS, *Gubenenſis*, Ob carmina præcipue, quæ occurrunt, venit mihi commemorandus, quorum primum inſcribitur ΜΥΣΤΗΡΙΟΝ *in generatione, & corruptione, quæ ex motu coleſtium corporum S. S. S. Z. pendent*, (*f*) ſatis eruditum, quodque nativam poeſeos facilitatem in anctore, & eruditionem non contemnendam, oſtendit. Subjuncta ei, de quo dixi, ſunt corollaria duo: *de inſtabilitate fortuna, & de maximo mundi miraculo:* Τῶν ζώων θεῖον θαῦμα ἄνθρωπος. Neque minus docto carmine ornavit conjugem, Francofurti ad Viadrum deſunctam. Vir ceteroquin meliori fato dignus: Erat enim, ut ipſe tantopere conqueritur, & patria extorris, & ſacerdotio exutus, quem etiam a fortunæ injuria læſum ſolatio allevat M. Calebus Trygophorus, Prof. Francof. (*g*) ſpeque ſortunæ ſecundioris confirmat pæne dejectum.

(*f*) *Vitemberga 1586. 4. dedicatum Ampliſſimo Senatui Gubenenſ.*

(*g*) *In Gratiarum actione, quam a funeris Breſiana conjugis deductione habuit, typis exſcripta Francof. 1597. 4. in Volum. Orat. Trygophor. in 8. non habetur, & per incuriam forſe omiſſa fuit.*

JOHANNES BRISMANNUS.

§. I. Cotbuſium, oppidum Luſatiæ florentiſſimum, illuſtravit ſuis natalibus, doctrina vero ſua Pruſſiam omnem (*a*) Leni & miti vir ingenio, ſodalitati fratrum, quos vocant, minorum primum aſcriptus, poſtea Lutheri, precibus Alberti gratificari volentis, ope & conſilio in Pruſſiam (*b*) Livoniamque contendit, habituque Sectæ mutato, Doctoris in Eccleſia publici munia ſuſcepit auſpicato diligentiſſimeque obivit.

(*a*) Sed ab initio eſt ordiendum, & quæ ſtrictim ſummatimque diximus, ſuſius ſunt explicanda. Videlicet pro ea, quæ tum temporis fuit, conſuetudine, ſimplicique hominum perſvaſione, permotus Briſmannus, ſacro ſeſe ordini adjunxit, quod & extra monachorum collegia craſſa erat barbaries, & Noſtri animus maxime literarum cupidus, quarum ad ornamenta pleno gradu contendere videbatur. Atque ita, dum ſe totum ad pernoſcendas artes bonas, resque diviniores compararet, fieri non poterat, quin omnes, perſpecto ejus ardore, in egregiam erigerentur ſpem & expectationem. Neque enim tarde ſe emergunt excelſo homines animo, nec latere diu poſſunt, ſed ſumma virium contentione ad altiora enituntur. Accidit igitur, ut, quo majorem in perſcrutanda veritate cœleſti collocaret operam, ſolidæque eruditionis eſſet avidior, hoc accuratius apud animum penſitaret Lutheri rationes, ſub id tempus ab receptis Romanæ Eccleſiæ ritibus, docendique conſuetudine diſſentientis. Exinde fiebat, Lutheri ut ſcripta non ſolum diligenter evolveret, verum ipſius etiam publice privatimque ſedulus auditor eſſet. Tandem hoc ille fere accidit, quod olim Arminio, libellum adverſarii refutandi cauſa legenti, ut, animo divina luce illuſtrato, calculum adderet Luthero, repurgatamque amplecteretur doctrinam. Neque vero ipſe diffitetur in concione, quam habuit in urbe patria, Cotbuſio, Evangelio renaſcenti vehementer ſe reſtitiſſe, ipſosque annos XII. inanibus Scholaſticæ Theologiæ tricis rixisque ſuiſſe immerſum, ac tandem illud, mutata mente, ad firmioremque ſententiam applicata, in maxima felicitatis beneficiique divini parte ponit, quod & affanias, vanaque Sophiſticationum deliramenta pernoſcere, & mores hominum, quos potiſſimum decebat, hoc modo non corrigi, nec animus ad coeleſtia comparari, perſpicere coepiſſet. Elucet inprimis viri tum motum ſanctitas, tum ſuſceptæ conſtantia doctrinæ, ex oratione ſacra, quam habuit ad cives ante, quam patria expelleretur. Erat autem, quo id fiebat, tertius & viceſimus poſt milleſimum & quingenteſimum annus. Quandoquidem vero hujus homiliæ exemplaria perrara admodum ſunt, nec facile a me comparari poterant, auctoritate hic mihi nitendum fuit illuſtris Seckendorfii, qui Lib. I. addit II. ad Hiſtor. Lutheranismi, non modo collaudat maximopere hunc Sermonem, propterea, quod inſigne ſit compendium Evangelicæ doctrinæ, & ſimul exhibeat apologiam adverſus Jacobum Svedenicum, Ubigavienſem, ejuſdem ordinis Franciſcani Doctorem, ſed & verba ejus quædam Germanica Latino reddidit ſermone, quibus maxime diluere noſter calumnias voluit adverſariorum, falſasque criminationes, ac ſi, aſſerta per ſolam fidem juſtificationis ratione, exercitium Chriſtianarum virtutum plane ſuſtolleretur. His enim ipſe utitur verbis Briſmannus, poſtquam paulo ante de abſolutione hominis rei coram Deo dicere non pauca coeperat: *Juxta fidem*, inquit, *etiam charitatem proximi docui, quæ ex fide oritur, ut fructus ex arbore; impoſſibile enim eſt, ut fides absque dilectione proximi manant. Sicut*

enim

enim cordiali fiducia per fidem vivam Deus amatur, ita & in proximum amor naſcitur, ut ei verbo & opere, auctoritate, opibus imo corpore & vita ſerviamus, hoc enim eſt præceptum Chriſti Joh. XIII. 34. Mandatum novum do vobis, ut diligatis invicem, ſicut dilexi vos &c. O quam altam nobis metam Chriſtus præfixit, in hoc cognoſcent omnes, quia diſcipuli mei eſtis, ſi dilectionem habueritis ad vos invicem. Novum eſt mandatum, quod non terret & conturbat homines, ſed oſtendit, quod novi homines, qui absque operibus per fidem juſtificati ſunt, facere debeant, amare nempe proximum absque concione legis, ex affectu intimo cordis. Duo itaque hæc puncta docui, fidem & charitatem conjunxi, neqveunt enim ſeparari, nec fieri poteſt, ut fides non continuo ad gloriam Dei & proximi commoda operetur. Sicuti enim per fidem in Chriſtum intras, & per Chriſtum ad Deum, ita per amorem exire debes, ex Chriſto ad proximum tuum, ut illi benefacias, ſervias, conſulas, opem feras omnibus viribus, ſicut Chriſtus tibi fecit. Dicit itaque Joh. X. 9. Ego ſum oſtium, per me ſi quis introierit &c.

Hujus etiam concionis exemplum invenitur in illuſtri illa ampliſſimaque totius Germaniæ Bibliotheca, Ser. Ducis Gvelpherb, uti commemoratum eſt in Catalogi Tomo III. ſub anno 1523. inter Autographa Lutheri, ejusque æqualium, cujus inſcriptio hæc eſt: Eine Unterweſung un Vermahnunge Doct. Joh. Briſmanns, der Minnen Brôder Orden, an de Chriſtl. Gemene to Cotbuſſ, 1523. 40. Neque hic tacendus eſt liber, quem monitu Lutheri ante emiſit, quam in Pruſſiam contenderet, contra Caſparem Schazgeyerum patrem Franciſcanum, qui paulo ante librum evulgarat de votis. Exſcripta autem eſt Briſmanni libri prima editio Vitenbergæ 1523. & ibidem correcta & aucta anno & forma iisdem, quæ utraque editio extat in Avtograph. Brunſvicenſ. Tomo I. p. 157. Seckendorfius ſecunda tantum editione uſus videtur, nactus eam e Bibliotheca Gothana. Inſerta eſt argumenti ejusdem Epiſtola bene longa Lutheri, quæ & in Tomis ejus occurrit. His initiis ſtetit Briſmanni eruditio, probitas & virtus.

(*b*) Pruſſia ſub id tempus parebat Equitibus, qui nomen ſortiti erant a domo Hieroſolymis extructa, Matrique deiparæ conſecrata. Quorum ſummus, ut vocant, Magiſter erat Albertus, Marchio Brandenburgicus, qui tum multos annos geſſerat bellum cum Polonis, accepta clade non una, & exhauſtis fractisque pæne Equitum viribus, uti ex Chytraeo Lib. X. Hiſt. Sax. aliisque liquet. Nec vero minor pacis tranquillitatisque externæ, quam internæ, cura erat incolis. Et cum fama jam dum quædam de Lutheri dogmate pertuliſſet, evenit, ut homines divini Numinis conſilio in ſpem venirent doctrinæ purioris, præſertim cum & acta quædam præluderent quaſi negotio tum ſancto, prouti id annotavit *Anno 1570.* Miſlenta in Prolegon. ad Manuale Prutenic. lit. D & ex eo Hartknochius in Hiſtor. Pruten Lib. II. c. I. p. 266. Rebus autem Pruſſiæ tam graviter afflictis turbatisque, opem ſæpe numero nequicquam imploravit Albertus ab imperii Germanici ordinibus, quibus beneficio & fide erat obligatus, neque tam, ubi ipſe ſibi conſuleret, ſed unde præſidio poſſet eſſe civibus ſuis, quæſivit. Itaque ſe contulit Norimbergam anno 1522. ubi ea tempeſtate agebantur comitia Imperii, ut ex Sleidano, rebusque publice actis, & a Goldaſto aliisque diligenter annotatis, conſtat. Remedia tum circumſpiciebat Albertus temporariæ calamitatis, & invenit ſacra. Cum enim facientem publice verba audiiſſet Andream Oſiandrum, Theologum ſummum, vi motus diviniori, conſilium cepit invehendæ in Pruſſiam purgatæ a Luthero religionis, collucutusque cum Luthero, de ſubſidiis eam ad rem perficiendam idoneis ſerio deliberavit. Hartknoch l. c. Domum deinde reverſus, conſilium eum ordinis Equitibus communicat, inprimis cum Georgio Polenzio, Epiſcopo Sambienſi, quem pro Luſato alii, alii Miſnico habent. Approbato ab his Alberti conſilio, ipſe permotus Albertus per literas a Luthero petit Doctores, qui ſua opera, doctrinaque res, quæ ad ſacra pertinent, reficerent diligenter & inſtaurarent. Miſſus igitur paulo poſt eſt a Luthero is ipſe, quem in præſens collaudamus, Briſmannus, adjuncto eidem itineris comite, Amando.

§. II. Ille poſtmodum delatus per Livonos in Pruſſiam, diligentem repurgandæ religionis curam ſuſcepit, ſacrisque Kneiphofienſibus, ut vocant, in Monte Regio tractandis, præpoſitus, prima fecit verba publice ad populum 27. Septembr. A. C. MDXXIII. ac (*c*) plurimum animi ſui morumque lenitate profecit. Operam, at non diuturnam, cum eo conjunxit Amandus fidei viæq; Socius, qui quidem in parte urbis vetuſtioris Eccleſiaſta conſtitutus, poſt tamen non ita multo, ob intempeſtivam viri acerbitatem, munere abdicatus, in Pomeraniam contendit, (*d*) quemadmodum tradidit Hartknochius, & ante eum Chytræus.

(*c*) Amicos ſibi fecit morum elegantia complures, plurimos doctrina, quam ſincere proponebat, ſibi devinxit, inprimis

Epiſcopum Sambienſem, de quo dictum eſt ſupra, Polenzium. Meminit ejus D. Lutherus in quadam Epiſtola ad Ge. Spalatinum, anno 1524. ſcripta, ex qua Abramus Sculcetus in Annal. hæc depromſit verba: *Epiſcopus tandem unus Chriſto nomen dedit & evangelizat in Pruſſia, nempe Sambienſis, quem fovet & erudit Jo. Briſmannus, quem illuc miſimus, abjecto cucullo.* hactenus Lutherus. Pomeſanum vincere non potuit, Erhardum Queiſſium, qui, ſuo ſe ſatis præſidio tutum arbitrabatur. Incredibili autem animi moderatione humanitateque fuiſſe Noſtrum, vel inde apparet, quod inter tot reluctantium inſidias adverſariorum machinationesque vixerit tuto, cunctaque lenitatis conſtantia pertulerit, a quo ſane modo animus Amandi abhorrere videbatur. Quapropter haud immerito Briſmannus a D. Chytræo & aliis eſt collaudatus, ab illo in Sax. Lib. X. ad A. C. 1523. Doctor pius, gravis, eruditus, moderatus, familiaris item Lutheri & amicus, appellatus. Neque prætereundum hic eſſe duco, Polenzii de Noſtro, qui maxime ipſi probabatur, judicium, pro concione publica prolatum. Poſtquam enim nonnihil ante, d. 18. Jan. literis publice editis ſanxerat, ut vernaculo ſermone ad ſacrum fontem uterentur ſacerdotes, jam d. 25. Decembr. ipſo Servatoris glorioſiſſimi Natalitio ſacro, orationem habet in cathedrali ac de Regii Montis, inter multa de emendatione religionis dicta hæc inſpergens de Briſmanno: Demnach ſolt ich wol allzeit ſelbſt predigen, ſo kan ich aus mancher Urſache daſſelbige noch zu der Zeit nicht thun, ich hab aber verordnet an meine ſtatt einen gelehrten, und der Heil. Göttl. Schrifft verſtändigen und erfahrenen Mann, Doct. Joh. Briſmann, welcher auch Gottes Wort prediget, und fordter predigen ſoll, den wil ich auch ſelbſt nach Nohtdurfft verſorgen, dieſen höret ſamt den andern, die euch Gottes Wort klar ohne Menſchen Tand predigen. Ich wil auch ſo viel als mir GOtt verleihen wird, thun. Geminam hujus orationem luce donatam perbenevole inſpiciendam nobis dedit Vir ejusmodi cimeliorum longe amantiſſimus M. Samuel Cnauthius, Miſnenſis, amicus meus inter paucos.

Diploma Polenzii ed. anno 1524. 18. Jan. habetur in operibus Lutheri Tom. II. Opp. Lat. Vitemb.

(*d*) Nimio ſæpeque intempeſtivo Theologorum declamandi ardore, de quo conqueſti ſunt in multis multi, bonus iſte Amandus quoque laborabat. Is enim judicio D. Chytræi Lib. X. H. Sax. ad A. C. 1525. *audax vir & vehemens* inſtaurandæ religionis incrementa retardavit magis, quam promovit. Omnibus ita ab ſe abalienatis animis, multorum incurrit odium & reprehenſionem. Exagitatus tum a tota Pruſſia, Stolpam Pomeranorum, non Miſenorum, venit. Neque ibi ſe conſideratius geſſit, acciditque huic, quod cæteris mortalibus, ut prius excedant modeſtiæ fines in tuenda veritate, quam errore, aliosque, qui non idem ſentiunt, ipſi deſpiciant temere & contemnant. Turbulenti illi motus, quos excitabat Stolpæ Amandus, adeo exacebarunt Pomeraniæ Ducem, ut, conſilio quorundam motus, omnes ſe intendere velle nervos, diceret, ad extirpandam e regionis ſuæ finibus hæreſin, ut vocabant, Lutheri, qua de re videre eſt apud Chytræum loc. cit. qui nihilo mitior in eum eſt Lib. XI. ubi Amandum concionatorem vocat ſeditioſum. Goslariæ tum, e Pomerania in Germaniam reverſum, ſacris fuiſſe præpoſitum, auctor eſt Seckendorfius Hiſt. Lutheraniſm. Lib. II. p. 121. ad A. C. 1528. Exceperunt Amandum in propaganda apud Prutenos doctrina cœleſti Poliander & Speratus, quos & Briſmannum, tres ἀικςαίς & Lumina Eccleſiæ Prutenicæ appellat Chytræus, eo, quem paulo ante demonſtravimus, loco.

§. III. Civili deinde gubernatione ſe abdicans Polentzius, (*e*) ſacrorum duntaxat curam ſuſcepit, honoribus ac nomine Briſmanno conceſſis, qui partes in ſacris ageret eas, quas Præſidentis vocant. In hæc ipſa tempora lites inciderunt Gnaphei, (*f*) qui ob ſententias a recta fidei regula non nihil diſcrepantes, quas fovere dicebatur, apud plerosque venerat in ſuſpicionem. Hunc publica formula ab officio removit ipſe Princeps, ac, interpoſita ſua auctoritate, de finibus Pruſſiæ juſſit exire. Eam in rem vid. Chytræus & Hartknochius.

(*e*) Ceſſit imperii in ſuas regiones gubernationem Alberto Polenzius, poſtquam ille Cracovia redux ab univerſo populo, qui ipſi parebat, publice Dux proclamatus eſſet. Arbitrabatur enim Polenzius, Epiſcopi eſſe boni, non tam corporibus civium proſpicere, quam animis, honeſtioremque in eo curam eſſe ſacrarum rerum, quam civilium. Atque optime profecto in Pruſſiæ comitiis A. C. 1540. habitis, decretum injunctumque eſt Eccleſiarum Antiſtibus, ut quotannis per Pruſſiam inviſerent Eccleſias præveniren tque mature ἀταξίας, turbas, ſi quæ coorirentur, tollendo penitus aut ſopiendo.

(*f*) De Gnapheo, litibusque ab eo motis, fuſe diſſerit Hartknochius, culpaque non uno modo eundem purgare conatur, Hiſtor. Pruten. Lib. II. c. 2. ſeqq. Exemplum Programmatis, in quo erat ſententia litium Gnaphei & exauctorationis, loco eodem

apud

apud eundem reperitur. Illud autem præcipue Briſmanni, qui perſonam gerebat Epiſcopi, conſilio & auctoritate eſt publicatum, cujus inſcriptio hæc eſt:

Joannes Briſmannus, Theologiæ Præſes in Spiritualibus &c. & Aſſeſſores, Chriſtianis Lectoribus.

§. IV. Tandem curis exhauſtus, rerumque caducarum pertæſus, animum ad cœleſtia compoſuit, cœloque ſpiritum magno jam natu reddidit, liberis poſt ſe relictis ſex, tribus potioris ſexus, totidemque ſequioris. Dies, quo mortuus eſt, idem fuit, qui Judæis feſtus eſt Tubarum, quo ab immolatione filii Abraamum perhibent eſſe liberatum, primus nempe Octobr. dies, A. C. ſupra milleſimum, quingenteſimu nono. Tumulo illatum eſt corpus in urbe Regii Muntis.

Tantus eſt meritorum Briſmanni numerus, ut commemorantibus multitudo quædam ſe ſubducat. Ideo, quæ ſtrictim hic ſunt poſita, forte & prorſus omiſſa, ad laudem tamen ejus pertinebant, reſarcienda duco eſſe ex ipſis Megalandri ſcriptis, Chytrei Saxon. Regenvolſcii Slavon. Schûzii Chronic. Prutenic. Dreſſeri millenar. Hartknochio, Seckendorfii Hiſtor. Lutheraniſm. aliisque, qui de rebus in Eccleſia geſtis ſunt commentati.

Generum noſter habuit magni illius Joachimi Camerarii filium, Joannem, qui tum temporis a conſiliis erat Duci Pruſſiæ, qua de re videri poteſt Adami, ſpeciatim in vita Joachimi Camerarii. De filiis Briſmanni nihil conſtat certi, dubitari tamen vix poteſt, Juſtum Ludovicum, qui Jenæ literas docuit Græcas, ortum ex hoc Joanne traxiſſe. De quo Adrianus Beierus in Syllog. Rector. & Prof. Jenenſ. p. 996. Similiter quidam Paſchaſius Briſmannus I. C. occurrit, ad quem extat carmen Poſtii, in ejus pnematibus.

Pietatis officia mortuo etiam comprobavit gener, atque in ejus honorem elogium poſuit, quod in templo cathedrali conſpicitur Regii Montis. Ut itaque hoc melius, quantus vir fuerit Briſmannus, intelligatur, omnino illud ipſum hic apponendum eſſe, exiſtimamus. Eſt autem tale:

Hic pius Antiſtes clauſit ſua fata Joannes
Briſmannus, patrii gloria magna ſoli.
Quando ſalutiferi nobis lux fulgida verbi
Purior integro coepit honore coli.
Albidis ad ripas junctus fuit ille Luthero,
Amplexus veram cum pietate fidem.
Inde Boruſſiaca, divino munere, gentis
Deſertum inſtaurat, Paſtor, ovile Dei.

Pars II.

Primus ſinceri fuit hic ubi dogmatis auctor,
Gentem Livonum rite vocatus adit.
Ultima Chriſtiadum, cœlo qua degit Eoo.
Hanc docuit verum religionis opus.
Heu mihi! fata virum quantis preſſere periclis,
Dum ſubit officii munera juſta ſui.
Quem poſtquam reducem læti excepere Boruſſi,
Præfectumque ſuis conſtituere ſacris.
Inque dies crevit divini gloria verbi,
Fertur magna nova cauſa fuiſſe Schola.
Luſtra ſuæ bis ſex numerans libamina vitæ,
Tres natas, Natos viderat atque ſuos.
Cum ſenior feſſum poſuit caput, atque beato
Fine ſuum moriens ſenſit obiſſe diem.

Poſuit Parenti filia, Socero gener Joh. Camerarius, obiit A. C. M. D. XLIX. d. 1. Octobr.

Elegans quoque eſt Epitaphium, quo mortuum laudavit Briſmannum Georgius Sabinus, reperitur illud in ejus poematibus, atque ita ſe habet:

Ille ego, qui Chriſti Briſmannus ovile regebam,
Hic ubi mons triplici Regius urbe jacet,
Totaque cui clarum tribuebat Sambia nomen
Præſidis: hic vili ſum tumulatus humo.
Me pia ſed magnis eccleſia laudibus effert:
Semper enim vigilans in ſtatione fui,
Divinoque lupum baculo inſectatus abegi,
Ne mihi commiſſas dilaniaret oves.
Vana ſuperſtitio, fanaticus error, & omnis
Hinc dedit impietas me duce pulſa fugam.
Olim, quiquis eris noſtri ſucceſſor honoris,
Fac eadem ſacri ſit tibi cura gregis.

DISPUTATIO II.

EXhibuimus haud ita pridem Conſpectus Luſatiæ Literatæ Diſputationem primam L. B. quam ut Tibi neque ingratam, neque injucundam fuiſſe ſperamus, ita, fide promiſſi data, in inſtituto perſeverandum eſſe, arbitrati, literarum ordine certis de cauſis pauliſper mutato, ceterorum quoque vitas perſequemur.

GREGORIUS BLECH, *Lubenavienſis.*

Pauca nobis de hoc, quod dolemus, innotuerunt, neque plura potuimus explorare. Laudibus tamen ejus, & Tibi etiam L. B & noſtro denique officio nos ſatisfeciſſe, arbitramur, ſi dixerimus, virum fuiſſe humaniorum peritiſſimum literarum, Græcarumque præ ceteris intelligentem. Neque temere hæc a nobis, aut præter rem dicuntur, cum ei quidem rei indicio ſint elegantiſſimi, quos edidit, libelli, qui de re-

condita viri eruditione, ingeniique præſtantia ſatis loquuntur. Natalem obiit diem in oppido Luſatiæ, Lubenavia, neque magno nimis, neque ignobili tamen, claroque inprimis ſede Comitum Illuſtrisſimorum ab Lynai. Quo anno quibusve ſit natus parentibus, cum certi nihil conſtet, pro certo quid ponere, duximus nobis religioni. In erudienda juventute operam poſuit Luneburgi, digneque partes ſuſtinuit Doctoris ſecundi, ſeu, quem vocant, Con-Rectoris, in Schola ejusdem urbis, ad Fanum Divi Michaelis, & quanto potuit conatu juvit diſcipulorum ſtudia, effecitque adeo, ne ſuperficiaria quadam, aut vulgari, ſed ſolida imbuerentur doctrina. Prætereundum hic non eſt ejus Lexicon, mole quidem non magnum, magni tamen uſus commodique non minoris. Nimirum, videbat optimus ille vir, eos remorari magis, quam promovere juventutis profectus, qui voces Græcas compendiis nimium brevibus tradunt, una tantum vocis adjecta ſignificatione, cujus tamen plerumque ſunt plures. Huic malo quærebat remedium Noſter, expeditiusque iter, tam ſpatioſiſſimum Græcæ linguæ campum emetiendi, atque ita vocum, non omnium, quod fieri vix poterat, ſed uſitatiorum, diverſas ſignificationes mira collegit ſolertia, quotquot ex vetuſtis Scriptorum monumentis poterant cogi. Uſus inprimis hac in re eſt theſauri Stephanici Epitomaſte, Scapula, ejusque ſecutus veſtigia, de quo jure dubitant Græce docti, utrum ejus opera damni plus attulerit Henrico Stephano, an orbi literato plus emolumenti. Meminit Blechii Koenigius in ſua Bibliotheca, neque tamen, quis fuerit, ſimul adjecit, de Lexico ne quicquam, id quod hoc magis mirandum, quia Kœnigio ipſi tantum non omnia colligenda ſuerant Lexica Græca, cum in edendo Trilingui ſuo eſſet occupatus. Ex quo, Blechianum illud ipſum ſugiſſe, ſatis liquet, prout hæc fere conſuetudo eſt Koenigii, ut manca mutilaque afferat complura, rectisſime ſic judicante Morhoffio Polyh. Lib. I. c. XVIII. neque aqud Wittenium de eo eſt commemoratum quicquam.

Blechii Lexicon editum Francofurti eſt ann. 1657. forma ordinis octavi.

Nucleus Hiſtoria univerſalis. apud Kœnigium.

Epithalamion Græcum non inelegans ad Sebaſtianum Godofredum Starckium, Paſtorem tunc Luneburgenſem A. 1643.

Forte & plura reſtant carmina, aliaque ingenii monumenta, quæ in præſens noſtram ſogiunt induſtriam, longiusque tempus ad inquirendum poſcunt.

PETRUS a BOMSDORFF.

Mentionem hujus injecit Paulus Freherus in ſuo, quod de viris eruditis conſcripſit, opere, atque ideo hic repetendam ejus memoriam eſſe, duximus, quod Lector facile in errorem poterat induci ab eo, quem modo diximus, Frehero. Quando enim Bomsdorffium in caſtello Sileſiæ, Grana, non procul a Guba natom eſſe prodit: alucinatur primum in eo, quod pro Luſatia Sileſiam ponit: deinde, ſalſus in eo eſt, quod Granam caſtellum eſſe, putat, cum ſit pagus, uno lapide ſitus ab urbe Gubenæ: tertio loco, pro, *Guba* Gubena erat dicendum. Ceteroqui Bomsdorffius ille, vir fuiſſe videtur doctus, atque, ut ex iis, quæ attulit Freherus, patet, conſpicuus inprimis pietate. Soſcepit eum Parens, Balthaſar a Bomsdorff, ex Dorothea Zabelizia, anno ſupra mille quingentos ſeptuageſimo octavo. Ephebus deinde factus, per ſilentii Pythagorici annos, Francofurti ad Viadrum, Auguſtæ Treboccorum, per triennium, ſtudiorum gratia ſe continuit. Domum poſtea reverſus, Marchionique commendatus Brandenburgico Culmbacenſi, ab eoque inter amicos principales cooptatus, & conſiliarii aliquandiu munus geſſit. Ingenii monumenta, qood ſciam, reliquit nulla, multa vero prudentiæ. & doctrinæ. E vita migravit anno ſexcenteſimo ſupra milleſimum nono. Conſuli poteſt, de quo diximus ante, Freherus, ad hunc annum.

ZACHARIAS BRESCIUS, *Gubenenſis.*

Vir ingenii non vulgaris, præclaræque eruditionis laude ſatis notus, meaque commendatione omnino major. Genuit eum urbs Gubena ad flumen Niſſam, patrem nactus Joannem, honeſtum apud Gubenates civem. In patrio ludo ſtatim ad Græcæ latinæque linguæ poeſeos quoque notitiam ſe erexit, nec minor animi, cum Freibergæ diſcendi cauſa eſſet, ſuit contentio, ubi, quantum dicendo etiam valeret, non una comprobavit ratione, neque uno documento, ut eo jam tempore illa exquiſitæ indolis præſtantia, eloquiique ſvavitas, facundum, in quem deinceps evaſit, ominatentur Oratorem. Neque vero ſegnius perſeveravit in diſcendi cupiditate, poſtquam Lipſiam pervenit, anno videlicet ſexcentiſimo ſupra milleſimum ſexageſimo ſecundo. Primum hic philoſophari cœpit, delectis ſibi in hoc ſtudiorum genere Præceptoribus ſummis, tantumque brevi tempore profecit, ut anno poſt *Baccalaureus*, ut vocant, crearetur Philoſophiæ. Utque honores & ornamenta excelſos reddere animos ſolent alacriores, ita noſtrum certe reddiderunt, ut ter Præſes diſputando,

do, bis Orator, Græce pariter ac Latine, applaudentibus ipſis Academiæ patribus publice faceret verba. Captis deinde honorum incrementis multum in rebus philoſophicis poſuit operæ, neque diviniores ſacrasque neglexit. Atque ubi dux bonus & peritus eſt, & diſcentis ingenium docilitasque accedit, non aliud, quam egregia omnia ſperari poſſunt. Noſter hic non unum, cujus legere poterat veſtigia, habebat, ſed complures, viros certe exquiſitiſſimos, & in Theologia ſummos, Lipſiæ Kromayerum, Gejerum & Scherzerum, cui maxime carus & cujus hoſpitio convictuque utebatur: Argentorati Schmidium, Fauſtum, Bebelium, &, quem principe loco debebam commemorare, Dannhauerum, qui, ut filium, amavit noſtrum, ab eoque ipſe, ut pater, eſt adamatus, cum ab ore ejus penderet & victu tectoque frueretur. Domum deinde Argentorato vocatus, & Langhanſio dignus in regenda Schola ſucceſſor conſtitutus eſt, tantumque amavit eum & ſuſpexit Ampliſſimus Senatus, quod viri dexteritatem perſpiceret accurate & ſolertiam, ut, brevi interjecto tempore, ſuos ipſi animos concrederent, literis imbuendos ſacris. Ut vero decennium, & quod excurrit, hoc in munere ſubſtitit, primarius tandem ſacerdos deſignatus eſt Luccaviæ, brevique poſt Sacri Senatus in Luſatia inferiori Aſſeſſor. Quo in munere graviſſimo ita ſe geſſit, ut virtute ſua non gratiam modo Principis, ſed omnium quoque ordinum, maxime civium, benevolentiam ſibi ac propenſionem conciliaret. Mira ſane in viro commendatio fuit oris atque orationis, incredibilis ſvavitas, qua, cum populum doceret, temperabat ſeveritatem, inſignem in rebus divinis ſcientiam ſumma exornans modeſtia, majores quidem honores haud affectaturus, niſi hos ultro deſtinaſſent ii, qui, virtutum ejus ſplendori eos jure deberi, arbitrabantur. Licentiatus itaque Theologiæ, ut ſolent appellari, creatus eſt Lipſiæ, quæ ut adoleſcentem coluerat, ita nunc ætate provectum nihilo ſetius colebat. Mortalitatem explevit non ita natu magno, cum vix quartum & quinquageſimum ſuperaſſet annum, dignus utique vita longiori, ſive meritorum cumulum, ſive brevitatem ſpectes vitæ. Uxorem habuit Schœnknechtiam, claro natam loco, ex qua natas quinque, totidemque natos, procreavit, qui famam Breſciani nominis ſervant.

Occurrunt ejus diſputationes,

I. *De uno tranſcendentali, ſub Præſidio M. Valent. Friderici. Lipſ. 1664.*

II. *De Ente per ſe, & per Accidens.*

III. } *De Caſu & fortuna, ultimaque pro*
IV. } *Loco, Lipſiæ.*

V. *Diſputatio Theologica auſpicialis, De ſubjecto Juſtificationis, Lipſ 1690.*

Programmata & Carmina, quæ cum Gubenenſis Moderator eſſet Scholæ, fecit, haud dubie ſunt multa, quæ tamen feſtinantes inpræſens non potuimus nanciſci.

JOANNES BRIESMANNUS, *Luccavienſis.*

Parcum me in hujus jubent eſſe laudibus non ipſius virtutes, quæ ſunt inſignes, neque ingenii monumenta, quorum ille multa confecit, ſed horum defectus, quodque tam cito ſint ab oculis remota noſtris. Famæ autem ejus non exiguam facit acceſſionem celebritas Brieſmanniani nominis, atque illa ſangvinis cognatio, qua conjunctus noſter eſt cum Joanne illo, inſtauratore emendatioris in Boruſſia doctrinæ, de quo dictum eſt ſupra. Uti vero neque natalium, neque majorum ſplendor ad præclaram exiſtimationem facit quicquam, ita, ſi majorum cum propriis copulentur ornamenta, poſterorum gloria magis magisque explendeſcit. Atque hoc ipſum eſt, quod cumulum laudibus addit Noſtri, quippe qui acceptam ab Joanne illo gloriam, multa auxit eruditione. Ei rei indicio ſunt magna diligentia conſcriptæ *Diſputationes*, ſigillatim, qui ipſi unicam vidimus, de Jure Obſidum, & venuſtum *Carmen*, quod in honorem Balthaſaris Doerfferi exaravit.

Diſputatio de jure Obſidum, ſub Præſidio M. Joannis Brieſmanni, Luccavienſis, Reſp. Hanß von Treſchkaw, *Eqv. Magdeburg. Vitemb. 1670.*

Carmen edit. Vitemb. 1669. cum Doerfferus Magiſter creatus eſſet Philoſophiæ.

JOANNES BRIX, *Calenſis.*

Hic, vel ob ſolum iſtud poemation de *Incendio Gorlitiano* noſtra lingva conſcriptum, omittendus a nobis non videbatur, *ed. illud* 1693. Confer. Neumeiſteri Diſputatio de Poëtis Germanicis.

JOANNES CHOINANUS, *Cotbuſienſis.*

Vir pius, gravis & eruditus, editorum quidem laude Scriptorum non adeo clarus, ingloriosor tamen futurus, ſi eadem ipſi, quæ ſcriptis ejus, ſubeunda eſſet fortuna, eumque nos debita nominis mentione pateremur carere, neque egregii, cui eſt immortuus, operis, commemorationem quandam inſtitueremus. Natus is eſt in agro Cotbuſiano, Patre Joanne, Brieſenorum ſacerdote, qui, prout ipſe amans erat literarum, non minorem in filio cupiditatem earum, quam docilitatem, deprehendens, omnibus, quibus poterat, impleri

eum curavit doctrinis. Ac, quanta valuerit induſtria noſter & conſtantia, cognitum in eo eſt, cum fatale illud Germaniæ bellum, quod tricennale vulgo vocant, incideret, ipſeque omnibus ad literas recte pertractandas ſubſidiis deſtitutus, ſeceſſum in Ungaria quæreret, ac in propoſito ſemel cœpto conſtantiſſime perſeveraret. Tranquillatis nondum in Germania rebus, varia jactatus fortuna ex Ungaria rediit, & Vitembergam ſe contulit, iſtam ſcientiæ doctrinæque omnis cuſtodem, omnesque in divinioribus ac reconditis rebus curas defixit. Venit ibi aliquando in ſummum vitæ ſalutisque diſcrimen, id quod, qulae fuerit, doceremus, niſi majora potioraque de eo haberemus, tametſi reticendum nnn ſit, ab illo eum vel præſentiſſimo Dei immortalis auxilio eſſe liberatum. Sacris deinde, Vitemberga in patriam reverſus, operari cœpit, in pago quodam ad Lubenam, idque per ſexennium, atqoe ad conſimile tum munus Lubenaviam evocatus, per annos viginti tres quam diligentiſſime illud obivit. Variis multisque laboribus tandem perfunctus, acquievit anno CIↃ IↃCLXIV. Idem, in vivis dum eſſet, operam poſuit ſoleitem in adornanda hiſtoria Slavica, & inprimis origine hujus linguæ, primusque fere, quod ſciam, ad artis Grammaticæ regulas eam linguam redigere conatus eſt, magnum ideo & memorabile ſui ingenii relinquens ſpecimen, ut tanto majori laude dignus ſit labor, quanto moleſtior ſuit, quantoque plus utilitatis & auxilii affert iis, qui quandam in enodandis civitatum regionumque nominibus induſtriam collocare annituntur. Conſtat enim inter omnes, quam plurimas eſſe in Germania civitates, quæ ſuum Venedorum Soraborumque genti debent originem, nomen ſuum eorum linguæ, quod tum late longeque per omnem germaniam ſerpſerat hic populus, occupatis compluribus locis regionibusque. Qua de re dubitabit nemo, qui monumentorum promos condos inſpexit, ſigillatim Helmoldum in Chron. Slav. Chytræum in Saxonia & hoc priorem Cranzium in Vandal. cujus errorem recte confutaſſe videtur Petrus Albinus Chron. Miſn. quando ille Vandalos & Venedos, gentem Sarmatam eodem, quo Germanicam, loco habet, multosque adeo poſt ſe ſua auctoritate decepit. (*a*) Sed redeo ad Noſtrum. Mira hic ſolertia ſatisque appoſite multarum civitatum enodavit nomina, quid Leipzig, Storkow, Soraw, Stargard, Lubeck, & ſi qua ſunt alia hujus generis nomina, Venedorum denotent ſermone. (*b*) Multa etiam alia inſperſit vir ille de juribus, poteſtate, inſtitutis & moribus Venedorum, neque pauciora de eorum religione. Quæ omnia perſpicientiam ſagacitatemque viri indicant, & in excutiendis ſcriptoribus, qui ea de re ſunt commentati, induſtriam ſingularem. De ordine, quem in explicanda nbſervavit lingua, vel ideo nonnihil addam, quod paucorum ſit oculis uſurpatum opus, quorundam & de hoc edoceri, poterat intereſſe. Diviſit univerſum opus, ut in aliis fere linguis fieri conſvevit, ſecundum partes Orationis communes, hoc tamen annotari meretur, octo ab noſtro poni caſus variandi nomina, ceterisque addi, per quos Latina variantur, ſociandi & locandi caſus. (*c*) Sæpius Noſter ad D. Wellerum, præcipuum ea tempeſtate Saxonicæ Eccleſiæ Antiſtitem, miſit literas, iisque ſignificavit, quo eſſet animo, quidve moliretur, qui etiam Noſtrum, collaudato multis verbis ejus cœpto, excitavit, neu deſiſteret, humaniſſime ſvaſit. (*d*) Aſſervatur opus a Chriſtiano Alberto Ermelio, Viro eruditiſſimo atque apud Lubenavienſes Scholæ Moderatore, eſt enim Choinani ex filia natus. Atque hæc ſere ſunt, quæ ad Choioani memoriam præclarique ejus operis, quod adhuc prælum expectat, laudem pertinere videbantur.

(*a*) *Conſimili ratione hujus etiam erroris Cranzium, non ſatis cauto hos populos ſeparantem, arguit Conringius, in Libro de finibus Germ. Imper. Lib. I. cap. 16. §. I. & II.*

(*b*) *Per pulchra omnino ſunt derivationes, quas adduxit Choinanus, dum per Lipſiam intellexiſſe, dicit, Venedos, Tiliarum urbem, Storkovv idem eſſe, Starik vv, ac vetuſtum, Soraviam quaſi Siorovv, civitatem aurorarum, unde etiam, ab aurora Sorabis, parti Venedorum, acceſſiſſe nomen, plurimi conjicare nil dubitant. Ita elegantiſſimis commentationibus prabot occaſionem, quando Stargard Sorabis fuiſſe putat Stari grod, arcem antiquam, per Lubecam ſeu in fontibus Liubkam, intelligi Amaſiam, quam vel ob fertilitatem terræ, vel negotiandi commoditatem, deperierunt populi complures.*

(*c*) *Hi,* ait *Choinanus, duo poſtremi & ſuperioribus linguis ignoti caſus cum peculiari uſu & recondita ἐμφάσει in lingua Sorabica proſtant. Et ſunt a ceteris caſibus non tam nomine, & ſignificatione, quam ipſa terminatione & tono, diſtincti. Eſt autem caſus Sociativus, qui ſemper quoddam ſodalitium aut animalium, aut ſpirituum, aut rerum inanimatarum refert. Locativus eſt, qui oſtendit, in quo loco aliquid degat, aut quid rei, de qua quid enunciatur, inſit.* Hactenus auctor.

(*d*) *Digna ſunt verba, quæ apponantur ex Epiſtola Welleri ad Choinanum 1. Mart. anno 1652. data, & a commemorato ſupra Clariſſimo Ermelio perquam ſingulari Amico meo benevolo mihi communicata: Mihi quidem,* inquit *Wellerus, Vandalica (pro Vene-*

Venedorum) lingua ignota eſt, cujus addiſcendæ deſiderio quondam laborabam, ubi a non nemine acceperam, eam Ebraiſmum in pluribus feliciter imitari. Verum deſtitutus Præceptore, & compendio Grammatico nec primam lineam ducere potui. Eſſet ore literaria, ſi adornaretur compendium, quod τῶν φιλογλώττων curſum Phari inſtar regeret &c.&c.

SAMUEL CHYTRÆUS, *Friedlandus.*

Quemadmodum Sol ſæpius, cum clariſſimos ſpargit radios, nubibus repente obducitur, ſuſpenſis Spectatoribus relictis; Ita præclara quandoque exiſtere ingenia, nemo dubitat, quæ, dum omnes in præclaram erigunt ſpem, eclipſin quaſi patiantur, dubiosque reddant ingeniorum exiſtimatores. Hoc certe in noſtrum conveniebat, quippe in quo natura, quid efficere poſſet, videbatur experta. Erat enim prognatus ex antiqua & celebri Davidis Chytræi proſapia, Patre apud Friedlandos Sacerdote. Nihil in hoc, quod ad excolendum literis ingenium, non lumen, non docilitas, non denique ſolertia deſiderabatur. . Admodum juvenis Vitembergam ſalutavit, ibique ſe expoliendum Magiſtris tradidit peritis, nec minori ſucceſſu, quam voto. Delatus deinde Jenam, quæ teſtis eſt tirociniorum ejus induſtriæ & eruditionis. Ornamenta Philoſophiæ modeſte capeſſivit, nec poſt ita multo diginus a Patribus Academiæ habitus eſt, qui in ordinem cooptaretur Sapientum. Neque hoc loco prætereundus ille eſt, qui ſua potiſſimum ope conſilioque juvit Noſtrum, Davides nimirum Gloxinus, (*e*) Conſul Lubecenſis, Vir gravis & eruditus, quem proxima Noſter ſanguinis cognatione attingebat. Suſtulit hunc in ipſo ætatis flore repentina ac ſubita mors Jenæ, multis, præcipue cognatis, deſiderio ſui relicto. Tantum eſt, quod ob virtutes ejus, meaque inductus pietate, quod frater fuit aviæ meæ, debui commemorare. Multas ſcripſit *diſputationes*, ac de multis aliis, quibus immortuus eſt, cogitavit, quæ omnia, quod accurate inquirere non potui, alii tempori aliique diſquiſitioni, relinquenda eſſe duxi.

(*e*) Conſule Witten. in Biogr. Lib. I. ad A. 1671.

CHRISTOPHORUS CLAUSIUS, *Lubenavienſis.*

Idem huic locus natalis, qui Gregorio fuit Blechio, quo ſane viro non minor eſt exiſtimatione, eruditione, multiplicique rerum doctrina. Copioſiorem hic laudem ſuarum ſibi præconem poſcit, quam nos, cum accuratiori de eo deſtituti ſumus notitia, ipſo quoque tutiſſimam ſuis ſcriptis ad immortalitatem ingreſſo viam, ut commemoratione noſtra facile videatur poſſe carere. Itaque nec de eo nihil dicendum, neque tamen, quod debuit, omne. Concinnus ille Philoſophiæ Cornelianæ Commentariolus eruditionem anctoris præclaram refert, præbetque non minus induſtriæ, quam ingenii præſtantis argumentum. Quin & cætera, quæ ſub Clauſii nomine proſtant, nos edocent, fuiſſe & eum in veteri humanitate, & in philoſophia gnaviter verſatum, Sacerdotis primarii munus geſſit Moecceræ, neque multum adeo præterfluxit tempus quo deceſſit.

Philoſophia Corneliana M. Chriſtoph. Clauſii ed. Vitemb. 1668. octav. & denuo duodec.

Controverſia Metaphyſica Vitemb. 1697. tertium excuſa.

Brevis delineatio Hiſtoriæ, Symbolorum & Chronologiæ Imperatorum Rom. Francofurti & Lipſ. 1687. 12.

PANCRATIUS CRUGERIUS, *Finſtervvaldenſis.*

In eadem hic eſt natus ann. M Iↄ XLVI. patria, qua Melchior Albhardus, de quo commemoravimus ſupra, quemq; Sereniſſimo Electori Saxoni a conſiliis fuiſſe, Cancellariique Martisburgenſis munia obiiſſe, haud ita pridem ex publico cognovimus ſcripto. Atque hi ſunt Duumviri illi, qui Finſterwaldam ortus ſui ſplendore fecerunt illuſtriorem. Neque hic eorum, qui in dimetiendis regionum finibus operam ponunt, lis a me reticenda eſt. Sunt, qui Finſterwaldam Miſniæ adnumerant, ſunt, qui Luſatiæ. Sed nos potiſſimum Chriſtophorum Manlium auctorem probamus, quem, nondum typis exſcriptum, intuendum benevole nobis præbuit celeberrimum par Fratrum, Schurzfleiſchiorum. Is igitur ipſe, quem diximus, Manlius, urbem eſſe Luſatiæ affirmat, neque negat, a multis pro Miſniæ municipio haberi. Hujus oppidi limites poſtquam Noſter exceſſit, variis ſapientiæ, præcipue vero elegantioris literaturæ, ſtudiis animum excoluit, ubicunque locorum diſcendi cauſa eſt verſatus. In arte potiſſimum poetica, literisque Græcis, multam neque inutilem poſuit operam, ob eamque rem Lauru, ornamento Poëtis dari conſveto, eſt cohoneſtatus. Multis in Germaniæ urbibus docuit literas, magnamque eruditionis ac ſolertiæ ſibi famam comparavit. Helmſtadii, in Schola Sileſiorum Aurimontana primum, deinde in Francofurtana quoque Academia munus ſuſtinuit docentis. Edidit neque multa, neque magna, ejus tamen

men nonnulla generis, ſpeciatim poemata, quæ tum indolis elegantiam, tum feliciſſimum præ ſe ferunt ſtudium gravitatem imitandi Virgilianam. Neque cum Pancratio Noſtro confundendus eſt Joannes Crugerius, Berolinas, Doctor Theologus, & apud Sedinenſes Paſtor, de quo mentionem facit Wittenius in Biographico, qui Pancratium hunc Noſtrum, id quod fieri non debebat, prætermiſit. Pauciſſima, ut apparet, de eo innotuerunt Kœnigio, quod unicum tantum annotavit ingenii monumentum, nempe

Reſcriptum ad Nagelii Aſtronomiam novam.

Vindicanda quoque alia veniunt ejus nomini, ut

I. *Carmen, cujus inſcriptio: Qua & magnificentia atque amplitudine, & religione pietateque, mirifico cum applauſu populi ac piorum omnium, illuſtriſſimus Princeps & Dominus D. Julius, Dux Brunſvic. D. Henrico Juniori Patri ſuo, Wolffenbytli funus fecerit, carmine indicatum. ed. Lipſ. 1568. 40.*

II. *Oratio ad Illuſtriſſimum Principem Frider. Duc. Lignic. De Difficultate Scholaſtici muneris, & quo animo ad id acceſſerit, cum illuſtri Schola Aurimontana præficeretur, habita a Crugerio. ed. Francof. A. 1589. 40.*

III. *Oratio ſacra auguſto matrimonio Ill. Ducis Ligniz. Francofurt. 1589.*

IV. *Carmen, quo gratulatur Dorothea Cimbrica advenienti Lignitiam. Vratisl. 1590.*

V. *Diſputationes duæ: quarum una eſt de Genere, altera de Specifica differentia Tropi. Reſp. Timotheo Crugerio, Pancratii filio. Francof. 1594.*

VI. *Programma Græco confectum ſermone, cum temporis Decani in Acad. Francof. 1595.*

VII. *Monumentum memoriæ Davidis Chytræi poſitum carmine 1600.*

VIII. *Carmen, quo gratulatur Sileſiæ Duci Academiam Francof. frequentanti. 1608. 4.*

IX. *Elegia in Funere Sereniſſ. El. Brand. Joachimi Friderici. 1608.*

BASILIUS FABER, *Soranus:*

Uno fere tempore duo memoranda orbi literato dedit lumina urbs Soravia, hunc, quem inpræſens collaudamus, *Baſilium Fabrum* & non ita multo poſt, *Michaelem Neandrum*, quem dixeris Melanchthonianæ Induſtriæ æmulum. *Satis Faber*, & famæ celebritate, & editorum copia ſcriptorum, notus, multum quoque in Latinis Græcisque literis ac rerum monumentis verſatus. Sedulam inprimis navavit operam reficiendis adornandisque *in Germania ludis*, ut perditam fere Latinæ linguæ puritatem reſtitueret *Scholis*, quam obrem non exiguam docendo ætatis partem conſumpſit. Primum erudiit juventutem Northuſiæ, poſtea Quedlinburgi, & brevi poſt Magdeburgi. Hoc certe in loco, ſi usquam alibi, nomen æternitati conſecrare ſtuduit, & quanta valuerit ſolertia, rerumque in Eccleſia geſtarum notitia, luculenter demonſtravit. Maxime enim adjuvit Matthiam Flacium Illyricum, cum illud infiniti pæne laboris opus, Centurias Magdeburgicas, congereret, quibus ſane nihil inſtructius, nihilque abſolutius in hoc genere vidit orbis, ut ipſe etiam Cæſar Baronius pleraque ex iis compilaſſe, &, quo cautius tegeret furta, reprehendiſſe ſæpe collectores Centuriarum, dicatur. (*f*) Neque, cum tandem Erfurti Scholæ præficeretur, ab ſua remiſit induſtria quicquam, ſed, cum plurimi in *Lexicis Latinæ linguæ adornandis occuparentur, omnibus fere ſui temporis palmam ipſe, quæ in medio poſita erat, laudis præripuit, tantique ejus eſt theſaurus habitus*, ut *in eo locupletando pereximii, literarum inprimis elegantiorum amantes, viri tantum non certaſſe videantur*; Sigillatim Auguſtus ille Buchnerus, Jacobus Thomaſius, Chriſtophorus Cellarius, & ante hos Paulus Francus, Beſcovienſis Marchicus, Profeſſor olim Viadrinus, cujus etiam pro Baſilio Spicilegium extat & Apologeticum, de quo conſuli poteſt Wittenius in Biographico, ad A. 1626. Præſtat quidem Fabri theſauro, ſi molem libri & copiam formularum ſpectes, Roberti Stephani Lexicon Latinum, & illud, quod Genevæ ſub inſcriptione prodiit Fori Romani, at vero, quod ad utilitatem concinnitatemque attinet, nulli ſane editorum in Germania Lexicorum cedet, vel ipſius judicio Schurzfleiſchii noſtri, (*g*) viri certe ſummi, quod hac in re vel maxime probandum duco. Quam ob rem, tanto in ſuffragiorum numero, tantaque copia, quæ ubi ſunt, virorum Doctorum, qui in collaudando Baſilio facile conſentiunt, ejus amplificare laudes ſuperſedebimus, noſtram quippe laudantis facultatem longe multumque ſupergreſſas.

(*f*) Summi illius judicio Scaligeri, quod videre eſt in Scaligeranis, & apud Almelovven in Syllabo Plagiariorum.

(*g*) In Prælectionibus MSS. de Notitia Auctorum, Anno 1700. habitis.

I. *Theſaurus Latinæ Linguæ ſæpius excuſus, in quibus, judicio plerorumque optimæ videntur eſſe editiones, quæ anno 1696, & noviſſime, anno ſuperiori, prodierunt.*

II. *Loci Obſervationum ex Epiſtolis Familiaribus M. Tullii Lipſ. 1554. octavo.*

Et altera, quam Morhoffius ſolam annotavit in Polyſt. Part. II. L. III. 1576.

Adjunctus eſt libellus de ratione genuina latine dicendi & ſcribendi, monſtrata ex Terentio & Cicerone.

Com-

Commendavit Mothoffius Baſilii Fabri Locos Obſervationum, licet in titulis ordinandis non ſatis eum accuratum fuiſſe, exiſtimet, loc. cit.

III. *Libellus de Synonymia Terentii Lipſ. 1553. octavo, iterum 1562.*

IV. *De Diſciplina Scholaſtica, Libellus.*

Elenchus Legum & Diſciplinæ Scholaſticæ, quam conſtituerat Illuſtriſſ. Dux Julius Brunſvic.

Baptiſtæ Mantuani ſententiæ, argumentis & ſcholiis illuſtrata. Quedlinburgi 1596. 8vo.

V. *Commentariolus* von den letzten Händeln der Welt.

VI. *Commentationes Lutheri in Geneſin ex latino in Germanum converſa ſermonem ed. Magdeb. 1557.*

Laudatur & opus hoc & Auctor a Seckendorffio in Hiſtor. Lutheraniſmi Lib. III. ad A. 1546.

JOHANNES FRANCUS, *Gubenenſis.*

Præſtantis ingenii vir, ad omnes res præclaras aptus, conſilioque plenus, ac ob eam ſaoe rem patriæ vel maxime carus. Genere antiquo & nobili Gubenæ natus, Patre Joanne, cauſarum patrono, & ſenatoriæ dignitatis apud Gubenates viro. Quam gentis ſuæ dignitatem, majorumque ſplendorem, nonnihil tempore obſcuratum, magnis & luculentis illuſtravit virtutibus, quodque ei a fortuna videbatur eſſe negatum, induſtria & eruditione compenſavit univerſum, longe celebriorem, ex Solonis ſententia eſſe ratus virtutis, quam generis, nobilitatem. Educatus in domo Tielkii Prætoris urbis, (erat enim ejus uxoris ex ſorore nepos,) cum ei vix bimulo parens e vivis exceſſiſſet. Igitur, etſi ineuntis adoleſcentiæ duro nonnihil eſſet initio uſus, ab illo tamen, quo ferebatur, in literas amore abſtrahi ſe avellique non eſt paſſus. Namque incidebat ejus ætas in miſerum illud calamitoſumque tempus, quo horrida iſta belli tricennalis tempeſtas in Germaniam univerſam incumbebat, tantumque non omnem depaſcebat, ut tutus eſſet nemo, literarumque bonarum fere omnes memoriam deponerent, certe non multum eas ornarent. Ex ludo dein patrio in Cotbuſianum delatus, diu ibi non ſubſtitit, ut belli malum, quod tum impendebat Cotbuſianis, evitaret. Poſtea in illuſtribus Gymnaſiis, Sedinenſi & Torunienſi, omni genere humanitatis eruditionisque perpolitus, Academiam Regii Montis adiit, idque auſu minime temerario, nec ſine amicorum ſuffragio, cum Germania, diſcordiis diſtracta, otium tranquillumque ſeceſſum, quem Muſæ ſibi depoſcunt, largiri non poſſet. Ibi, quamdiu vixit, Magiſtros ſibi delegit in divina humanaque Jurisprudentia, quam ſectabatur avide, ſummos, monumentisque ingenii claros. Neque literarum elegantiorum, quæ, ſi vitum ſummum non faciunt, mirifice tamen ornant, obliviſcebatur, quippe quas avidiſſime arripuerat puer, ita ſequebatur juvenis, neque ſenex negligebat. Inprimis verſibus, vernaculo ſermone pangendis, operam dabat, quo nativa quadam facilitate videbatur trahi, neque tam faciebat poemata, quam fundebat. Ei rei ſunt indicio, tam ſacra ejus, tam alia Carmina, quorum is magnum utique numerum publicavit, booique vatis partes plerorumque judicio implevit. Præcipue carus Tſcherningio fuit, Poëtæ Roſtochienſi clariſſimo, aliisque non paucis. In illo tamen a multis reprehenditur, quod tantopere Deaſtris fabulisque indulgeat Ethnicorum. (*b*) Uſus autem in arte poetica præceptore cumprimis Simone Dachio, Poëta Regii Pruſſorum Montis longe præſtantiſſimo, qui altero poſt anno, quam ſubſtiterat ibi Noſter, commodum e Schola apud Regios montanos, ad publicum in Academia munus docendi poeſin, evocabatur. Neque ſub id tempus in patria tranquillior erat ſtatus, ſed, a matre domum ea de cauſa evocatus, Montem Regium vel ideo relinquendum ſibi putavit, ne ſuam patriæ operam, aut obſequium neceſſariis videretur detrectare. Multorum hic ſibi conciliavit amorem, ut plerique beneficiis, quibus eum ornarent, inter ſe quaſi decertare viderentur. Maxime vero uſus eſt auxilio cognati ſui, nobilis viri a Wunſchwiz, cujus, cum ab eo Pragam accerſeretur, voluntati morem libentiſſime geſſit, cum mirabili flagraret cupiditate exteras quoque videndi regiones, probe gnarus, inſigniter peregrinantibus augeri prudentiam, eumque, qui civitati olim cupiat præeſſe, non minus exemplorum notitia inſtructum eſſe, quam confirmatum uſu rerum, oportere. Accidit, ut eo tempore ad perluſtrandum Italiam ſolicitaretur, quod ipſum tamen conſilium cauſæ non unæ impedierunt. Domum itaque reverſus, ad eam potiſſimum regionem, cui vitam deberet, fructum quoque vitæ pertinere, arbitrabatur, multos eruditione, virtute, conſilio ſuos reddidit, complures ſibi opera forenſi devinxit. Poſt neque ita multo, omnium conſenſu & voluntate, in ordinem Senatorium eſt cooptatus, quo in munere ita ſe geſſit, ut amplioribus omnino dignus haberetur honoribus, conſularique adeo dignitate. Quod autem commune hominum eſt vitium, ut libenter de iis detrahant, quos Principum gratia vident ſublevari; Idem accidit noſtro,

cum in ſuſpicionem, neſcio quam, veniret apud Serenisſ. Principem, cui tamen ſe purgavit carmine, in priſtinæque locum gratiæ eſt reſtitutus. Deberi autem hoc egregiæ ipſius diligentiæ videtur, ut maximo civitatis emolumento, publicis negotiis vacaret, virtuti ejus, ut tractus Gubenenſis, qua fines illius patent, primarius præfectus in Comitiis provincialibus conſtitueretur. Ita ſe gerendo Noſter, omnibus in civitate præbuit exemplum, nec paucis diuturnum ſui deſiderium reliquit. Conjugem habuit Caſtneriam, honeſto natam loco feminam, ex qua filiam procreavit unam, quæ alteri Scholæ Gubenenſis Collegæ nupſit, Hænichio, qui mortem ſoceri carmine erudito copioſoque ornavit. Morbo confectus articulorum Francus, ceteroquin & patriæ & literarum, præſertim manſvetiorum commodo factus, diem obiit ſupremum A. C. cIↃ IↃcLXXVII. d. 18 Jun. Multis & piis amicorum elogiis eſt cohoneſtatus, ſacro etiam ſermone a Sigismundo Sturmio, Viro Clarisſimo, & primario ſub id tempus Gubenatium ſacerdote, ex quibus publice exſcriptis, plura cuivis haurire licebit.

Edita ejus ſunt:

Poetiſche Wercke, Franckfurth. 1659. 8.

Geiſtl. Sion, und irdiſcher *Helicon Wittenb. 1674. 8.*

(b) vid. Neumeiſteri Diſputatio de Poëtis Germanicis, p. 35. ubi etiam elogium, quo ornavit Francum A. Buchnerus, reperitur.

DISPUTATIO III.

HAud infoecundam bonis fuiſſe ingeniis præſtantibusque doctrina viris Luſatiam, duabus non nihil Diſputationibus, de inferiore ſpeciatim demonſtravi. Quo vero minus hoc cœpto conatuque deſiſtamus, tum clarorum virtus virorum, quibus laus utique debetur, tum noſtra quoque fides, ſvadere videntur.

SIMON FRIDERICUS FRENCELIUS, *Cotbuſienſis.*

Hic quoque in præſtantiſſimis merito habetur Luſatiæ viris, ſcriptaque multa ingenio ſuo digna reliquit. Non enim minus Philoſophiæ erat gnarus, quam rerum divinarum, promptus quoque in verſibus pangendis. Laudum ſuarum nactus eſt dudum præconem, Theologum Academiæ Seniorem, magnificum Dn. D. Deutſchmannum, Patronum ac Præceptorem ſancte obſervandum, eumque tam prolixum ac copioſum, ut neque major cumulus addi dictis, neque eorum, injuriæ metu, compendium fieri poſſit. Conſtat autem ex ejus elogio, natum eſſe Noſtrum Cotbuſii, anno ſupra milleſimum ſexcenteſimum ſexto & triceſimo, quem ex Heusleria ſuſtulit parens Fridericus, Gorlicenſis, primariusque Sacerdos & Antiſtes ſacrorum apud Cotbuſios, vir eruditione & munerum ſplendore multo clariſſimus. Quod ita Noſter ingenium docile aptumque ad artes optimas ab natura acceperat, inter privatos parietes eum erudiri curavit pater, miraque felicitate ingenii tantum filius perdidicit, maturior ut capaciorque fieret ſublimioris doctrinæ. Quo factum eſt, ut expoliendum erudiendumque Parens traderet Philoſopho ac Magiſtro juventutis tum percelebri, Adamo Spenglero, Gymnaſii Berol. Moderatori, quem ſic audivit Noſter, ut animum optimis quibusque ſapientiæ præſidiis muniret, omnique dicendi facultate exornaret. Francofurtum deinde ſe contulit, annum egreſſus nondum quintum & decimum, quæ omnia egregiam indolis alacritatem, vigoremque animi ſingularem in Frencelio oſtendunt. Viros ad Viadrum audivit ſcientiæ atque eruditionis fama celeberrimos, Tobiam Magirum, Bergium, Watſonium, quo Moderatore bis, Gruvium, ſub quo ſemel, publice verba fecit. Vitembergam deinde, quam in animo ſemper habere conſueverat, velut ad præclariſſimam omnium artium ac ſapientiæ mercaturam contendit, idque ea ætate, qua pueri nobiles Romæ prætextam deponebant. Nihil hic de induſtria remiſit, ſed continenter Scripta evolvit doctiſſimorum, eorumque, quantum potuit, intereſſe lectionibus ſtuduit, veſtigia maxime ſecutus in ſapientia tum temporis Philoſophi Ordinis, ut vocant, Adſcriptorum, Ægidii Strauchii, Theologi deinceps Dantiſcani, Jacobi Tenzelii, Chriſtiani Lyſeri, jam demortuorum, & Magnif. Dn. D. Deutſchmanni, quem Deus pro ſingulari gratia Academiæ conceſſit & ad hoc usque tempus ſuperſtitem reliquit. Cum autem ad utrumque accommodaret ingenium, ad Sapientiæ pariter ac Eloquentiæ ſtudium, ita in hoc præclarum ea tempeſtate Oratorem A. Buchnerum, audivit, ab ejusque lacteo cujusdam eloquentiæ ore diu pependit, in ſapientiæ ſtudio autem Doctores ſelegit, Chriſtophorum Nornagelium, artes Mathematicas docentem, Michaelem Wendlerum atque Joannem Sperlingium, viros ſatis celebres, in iisque hunc extremum, naturæ arcana inſigniter explicantem, ita eſt admiratus & adamavit, ut ei ſe totum traderet, accuratamque hoc pacto rerum naturalium ſibi ſcientiam compararet. Ad artem quoque Poetices impetu

quodam

quodam naturali raptus multa confecit carmina, ſpiritu poetico plena. Neque res neglexit diviniores, ſed feliciter ingenium quoque in his exercuit. Doctoribus ſibi præeuntibus certe ſummis, Joanne Scharfio, Andrea Kunado, Abraamo Calovio, Joanne Meiſnero, Quenſtedio, & quem ſupra laudavimus, Deutſchmanno, qui noſtrum non ſecus dilexit, ac filium. Atque ita, cum ſine cortice paulatim ſe arbitraretur natare poſſe, Magiſtri & Doctoris Philoſophiæ ſuſcepit inſignia, ſcholæque non infeliciter ab eo ſunt aperiri coeptæ. Qua de re non majorem eruditionis & doctrinæ, quam induſtriæ, laudem tulit, & in tantam brevi apud proceres Academiæ gratiam pervenit, ut in Ordinem Sapientum communi omnium voluntate cooptaretur. Primicerius deinde inter ejusmodi Collegas factus, mox quoque totius collegii ſapientum Præſes, qui honos nemini e Luſatis inferioribus, quod equidem ſciam, contigit, præterquam Nicolao Pompejo, Frenzelio huic, & nuper D. Muſſigio, primarii Sacerdotis munere apud Belticienſes ſumma cum laude ſungenti. Sæpe ad profeſſiones publicas Academiæ noſtratis commendatus erat Sereniſſimo, niſi Deus eum Jeſſenenſibus donare maluiſſet. Partes itaque anno MDCLXXVI. capeſſivit Ephori apud eosdem, brevique intermiſſo temporis ſpatio *Licentiati* in Theologia honores, in quibus ipſi tribuendis hoc faciliores fuerunt Patres Vitembergenſes, quo magis innotuerunt ipſis Frenzelii virtutes. Cumulum autem laudibus ejus & illud addit, atque erecti cujusdam animi judicium præbet, quod non cum umbris dimicare voluerit, ſed adverſarios ſibi elegerit eruditione & fama celebratiſſimos, tanto glorioſiorem exiſtimans victoriam, quanto robuſtior hoſtis videretur. Itaque ſuper multa de *Animo Hominis* capita felici ſucceſſu diſputavit contra I. C. Hundeshagium, Martinum Kergerum, & Melchiorem Zeidlerum, Philoſophum Regiomontanum. Quod ſi numerus ſplendorque diſcipulorum ad exiſtimationem quid addit, certe maxime commendari inde debet Frenzelius, qui inſigni circumfuſus quaſi auditorum multitudine docere ſemper conſuevit, de quo teſtes ſunt permulti, publica jam dignitate honoribusque ampliſſimis aucti. Teſtis hic Vitembergæ laudum Frenzelii omnium inſtar eſſe poteſt Academiæ noſtratis Senior, idemque Theologus maximus D. Deutſchmannus in programmate, quod, cum Ordinis ſacri Decanus eſſet, noſtrumque publico ritu *Licentiatam* Theologiæ renunciaret, propoſuit. " In his, inquit, „& aliis bene meritus eſt Candidatus noſter de Cathedra tum Eccleſiaſtica, tum Academica, bene meritus eſt de vivis & mortuis, (habitis in funere orationibus), adeoque debita commendatione digniſſimus. Talis in doctrina, nec alius in vita. Nam doctrinam atque ſcientiam, vitæ pietate, morum integritate, dictorum atque factorum honeſtate, quoad humana fert imbecillitas, exornavit. Teſtes ſunt ejus rei Profeſſores, teſtes ſunt Auditores, teſtes indigenæ, teſtes alienigenæ: Teſtis & Ego ſum αὐτόπτης, in cujus convictu per tredecim annos Dn. Candidatus absque labe vitam, per Dei gratiam, tranſegit. Tantis naturæ dotibus inſtructus, tantis doctrinæ, vitæque virtutibus ornatus, tantis meritis munitus. Ad varia munera publica vidit nutum, non ſenſit impetum. Ex Academia ſiquidem ſuis fructuoſiſſimis laboribus miſit Viros per varia regna, qui bono publico tum Eccleſiarum, tum Politiarum, tum Scholarum, Academiarum ipſarum, præeſſe & prodeſſe poſſunt. Carmina ſcripſit permulta & ſane quam venuſta, multas præterea ſelectioris rariorisque materiæ diſputationes, quarum ſumma ad XXXI. eſſe dicitur, de quibus inſcriptiones, quotquot earum a nobis propter feſtinationem reperiri potuerunt, apponemus.

I. *De Manſuetudine, Reſpondente Georgio Caſpare Kirchmajero, qui poſtea ſumma cum laude profeſſionem in arte Oratoria munus in hac Academia ſuſtinuit. Vitemb. 1656.*

II. *De Stella Nati Jeſuli a Magis viſa. 1661.*

III. *De Cauſa per Accidens 1662.*

IV. *De Chiromantia 1663.*

V. *De Majeſtate Oſmanica, Reſpondente M. Laurentio Schabarto Dreſdenſ. 1665.*

VI. *De Vita univerſi corporis ex mente Cl. Martini Kergeri Med. D. & Phyſ. Lignic. in libr. de Fermentatione, Reſpondente Joanne Greiſingio, Tranſylvano 1667.*

VII. *De Cauſis corporum cruentorum, ſuperioribus non modo annis, ſed & elapſo cum maxime in MISNIA, viciniaque oris conſpicuorum 1673.*

VIII. *De Inſectis, Noviſolii in Superiori Hungaria, die XX. Novembr. anni 1672. cum nive delapſis 1673.*

IX. *De Spiritu, in monte Giganteo Sileſiorum, qui vulgari nomine,* Rübezahl *nuncupatur, apparente 1673.*

X. *De Igne Subterraneo Schmidebergenſem agrum occupante 1673.*

XI. *De Monſtro Humano, ventribus ſine proportione & multis artubus Vitembergæ d. XXX. Auguſt. anno 1674. nato. 1674.*

XII. *De Unicornu, cujus auctor & reſpondens tum erat Chriſtianus Vater, Medicus nunc in hac Academia celeberrimus dexterrimusque,*

Patronus & Hoſpes noſter ſanctè colendus, atque adeo jam eo tempore præſagium illius, qua nunc excellit, in rebus naturalibus ſcientiæ dedit. 1675.

XIII. *De Origine Animæ Rationalis in generatione Hominis, Melchioris Zeidleri* 1676.

XIV. *De Vita Mineralium & Elementorum. Reſpond. Caſparo Langhanſio, Gubenate* 1676.

XV. *De Corona, ejusque origine & quidditate ex Hiſtoricorum monumentis mente illuſtranda* 1677.

CHRISTIANUS GVEINZIUS, *Gubenenſis.*

Cum non unum aut alterum, ſed magno numero viros protulerit Gubena, doctiſſimis accenſendos, in Queinzio certe habuit, quem, ſi non omnibus anteponat, paucos tamen pares huic habendos, putet. Exceperunt quidem naſcentem non ipſa urbis mœnia, ſed ager finitimus urbi, quæ ſuo ſibi jure alumnum poterat vindicare. Is autem non minus inſigni eruditionis laude quam felicitate docendi, numeroque diſcipulorum eſt nobilitatus, ita, ut, quemadmodum quondam Michaelis Neandri, ipſius quoque Luſati Schola erat celebratiſſima, ſic Gueiozii ſua ætate in ſumma fuerit laude, neque ſecus ad ejus Scholam, atque olim ad Pythagoræ aut Ariſtotelis cujusdam confluerent. A patre genitus eſt ſacerdotii officio fungente, qui filium in proximo Gubenenſium oppido ingenue educari, optimisque imbui literis, curavit. Propter ſummam deinde & Doctorum auctoritatem, & urbis, Vitembergam contendit, ut ampliora ſibi præſidia acquireret ſcientiæ ac literarum. Eo tempore datus a Deo tanquam bonum commune utilitati publicæ, *Hallenſique præfectus eſt Scholæ.* Tantis enim eum natura fautrix ornaverat bonis, ut nemini ſecundus cenſeretur, inprimis ea conceſſerat dona & ornamenta, quæ ad Doctorem & exemplar quoddam aliis imitandi cauſa propoſitum requirereotur. Erat in eo judicium acre ac perſpicax, memoria tenaciſſima, animusque ſine invidiæ & livoris vitio, quo frequentiſſime eos laborare videmus, quos ſupra vulgarem evexit conditionem benignior natura, non tam ipſe, eruditus eſſe, quam auditores ſuos fieri doctiſſimos, volebat. Et certe, rariſſime in uno conveniunt duo hæc, artes atque ſcientias probe tenere, & alios eaſdem feliciter docere. Quippe non ſemper eadem pollent facultate, & celeriter arripiendi, quæ traduntur, & arrepta prompte pronuociandi, quin potius excellentes interdum viri altero deſtituuntur dono, quod vel minus beneficam in tribuendis virtutibus experti ſunt naturam, vel quod ipſi, dum ſapientiæ ſtudiis animum exornant, exercitio vacanr parum. Quorum alterutro deſtitui eſſe ſolenr alii, noſter utroque inſtructus, tanta facundia, tamque mirabili ratione & via, quæ invenerat, quæ comparaverat, in audirorum animos quaſi transfundebat. Juris etiam ſcientiæ laude claruit, quippe cui jam olim eam navaverat operam, ut ornamentis & honoribus io jure ſummis a plerisque dignus, cenſeretur. Filium habuit neque degenerem neqûe inglorium, ſed paternæ laudis æmulum, qui etiam Juris Doctor publice renuntiatus eſt in Academia Julia MDCLXXVII. Præ ceteris autem ſingulari prorſus carminum fundendorum facilitate excelluit Noſter, idque lingua utraque, ut ea de cauſa ſocietas, quam vocant, Fructiferorum, eum ſibi cooprare minus dubitaret. Tandem laboribus prope infinitis per ipſos annos viginti duos impigerrime defunctus, duo de ſexageſimo ætatis anno bene beateque acquievit. Scripta ejus, uti a Wittenio in Biograph. ad annum MDCL. annotata ſunt, ſequentia erunt.

I. *Pleias Sacra Hallenſis.*

II. *Analyſis Dichotomica operis Ciceroniani.*

III. *Encyclopædia.*

IV. *Divitiæ Evangelicæ.*

V. *Vitis Hiſtoria.*

VI. *Deliciæ Epiſtolicæ Dominicales & Feſtivales.*

VII. *Hermes.*

VIII. *Strena Hallenſis Charitas.*

IX. *Sapientia.*

X. *Patientia.*

XI. *Gymnaſii Hallenſis Natalis LXXVII.*

XII. *Secularis recordatio redintegrata Halis Euchariſtiæ.*

XIII. *Chriſti patientis convitium.*

XIV. *De Diſciplinarum primatu.*

XV. *Diſputatio De Cœlo.*

XVI. *De Muſica.*

XVII. *De Optica.*

XVIII. *De Sale.*

XIX. *De Poetica Ariſtotelica.*

XX. *De generali Arithmetica.*

XXI. *Thematologia.*

XXII. *Διάσκεψις ſtudii Philologici.*

XXIII. *Exercitationes Synopticæ Hiſtorico-Chronologicæ.*

XXIV. *Præcipuorum Auctorum Bibliotheca.*

XXV. *Quæſtionum nobilium aliquot Et bicarum brevis delineatio.*

XXVI. *B. Lutheri Catecheſis minor reſoluta cum quæſtionibus.*

XXVII. *Sy-*

XXVII. *Syſtema Theologiæ &c. &c.*

Cetera a Wittenio prætermiſſa, hæc fere ſunt:

I. *Exercitationes Ethicæ, Vitenberg. 1617.*

II. *De natura Phyſices Halis Sax. 1632. Reſpondente Joanne a Felden.*

III. *Synopſis Libri I. Ethic. Ariſtot. ad Nicomachum. Hal. 1635.*

IV. *Synopſis Lib. VIII. Polit. Ariſtot. de Educatione Adoleſcentiæ. Hal. 1636.*

V. *Synopſis Libri II. Polit. Ariſt. de Politia falſis formis. Hal. 1638.*

VI. *De Natura Politices. Hal. 1638.*

VII. *Synopſis Geographiæ Strabonis, generalis & ſpecialis. Hal. 1639.*

VIII. *Synopſis Libr. IV. Polit. Ariſt. de Republica conſtituenda. Hal. 1639.*

IX. *Vegetii de re militari Synopſis Dichotomica. Hal. 1639.*

X. *Quæſtiones aliquot Politicæ. Hal. 1639.*

XI. *Juſtinianarum Inſtitutionum præcognita, 1641.*

XII. *Decas Problematum Politicorum 1641.*

XIII. *Diſtinctiones Oeconomicæ 164.*

XIV. *Notarum Ethicarum Synopſis 1641.*

XV. *De Præcognitis Philoſophiæ 1641.*

XVI. *Lima ad Oratoriam Dieterici 1641.*

XVII. *Mercuriale Supparum 1641.*

XVIII. *Specialis ſ. propriæ partis Poeticæ Ariſtotelicæ exercitatiuncula 1641.*

XIX. *Rivulus dictionum Rhetoricarum Ampliſſimus 1641.*

XX. *Sphærographia Atlas 1641.*

XXI. *Synopſis Philoſophiæ.*

XXII. *Analyſis Libr. V. Politic. Ariſtotel. de Conſervatione & Mutatione Rerumpubl. 1645.*

XXIII. *Prothyrum Biblicum 1645.*

XXIV. *Anguſteum Theologicum ſeu de Authentia Scripturæ 1646.*

XXV. *Libra Diſtinctionum Rhetoricarum æquiſſima 1646.*

XXVI. *Diſputationes aliquot de Anima.*

XXVII. *Utilitas Genealogiæ Chriſti 1648.*

XXVIII. *Diatribe Philologico-Critica ſeu Commentatio peculiaris Critica & Hiſtorico-Grammatica 1648.*

XXIX. *Diſputatio Ethica, ex libello Ariſtot. de virtutibus & vitiis 1948.*

XXX. *Exedra de Apocryphis ſeu Scripturæ Libris. 1648.*

XXXI. *Uncia liberalitatis reſidua. 1648.*

XXXII. *Diſtinctiones Metaphyſicæ 1648.*

XXXIII. *Σκιαγραφία Vitruvii 1645.*

XXXIV. *Volo Platonis 1649.*

XXXV. *Arca Ariſtotelis Dichotomica 1648.*

XXXVI. *De Jeſu Sepultura 1647.*

XXXVII. *Sepulcretum Chriſti Hortus Joſephi 1649.*

XXXVIII. *Strena Hallenſibus Eleemoſyna. 1639.*

XXXIX. *Strena Hallenſibus Miſericordia & Veritas 1636.*

XL. *Strena, Oſculum Charitatis.*

XLI. *Strena Jeſuli Sanguis 1649.*

XLII. *Pacis Superpondium 1635.*

XLIII. *De Stipendiis militum 1635.*

XLIV. *De officiis Ciceronis 1638.*

XLV. *De Republica ordinanda Salluſtii 1648.*

XLVI. *Pacifer Hercules 1649.*

XLVII. *Natalis Gymnaſii Hallenſis LXXXV. quorum programmatum Wittenius tantum 77. annotavit.*

XLVIII. *De Tumultuante & Modeſta Lingua 1638.*

XLIX. *De Ciceronis imitatione ex Orationibus pro Quinctio & Roſcio Amerino 1639.*

L. *De Protoplaſtorum peccato ad imitationem ex Oratione pro Roſcio Comoedo monitum 1639.*

LI. *Exercitium declamatorium de Senectute ex Ciceronis Catone Majore 1644.*

LII. *Chriſti Lamentum 1644.*

LIII. *Liber Germanicus de Orthographia,* die Rechtſchreibung, *iterum edit. a filio Joanne Chriſtiano Gneinzio I. V. D. & Scabin. Hall. Aſſeſſore 1666. Hal. Octav.*

Carmina denique prope innumera tum Latina tum Germanica.

PHILIPPUS HARTMANNUS, *Lubenenſis.*

De eo vix plura nobis innotuerunt, quam, quæ Wittenius prodidit in ſuo Biographico ad annum cIↄ Iↄc LXIV. quo mortalitatem explevit Hartmannus. Eccleſiaſtæ partes adminiſtravit aliquamdiu in oppido novo Brandenburgenſi, reliquum quoque vitæ in munere conſimili tranſegit Sundi Pomeranorum. Variis eum fuiſſe literis imbutum rerumque præcipue diviniorum ſcientia inſtructiſſimum, ex diverſis ingenii, quæ reliquit, monumentis patet. Sunt autem hæc fere, prout a Wittenio quædam recenſentur.

I. *Tractatus de perſona Chriſti, catechiſmo Rachovienſi oppoſitus.*

II. *Exegeſis Catena aurea Promiſſionum de Meſſia.*

III. *Solatium Evangelicum de S. Cœna.*

IV. *Fides Catholica de S. S. Trinitate.*

JOHANNES KNIPPIUS, *Friedlandus.*

Edidit hunc oppidulum vetuſtioris quidem, ſed inferioris notæ, quippe quod equeſtris eſt clientelæ, ſigillatim eorum, qui nomen habent ab domo Hieroſolymis Divo Joanni extructa. Parentes ei fuerunt, neque pecunioſi admodum neque clari, id quod cum Socrate tamen, Demoſthene aliisque, præſtantiſſimis viris, habuit

buit commune. Francoſurri propter Viadrum a puero ſere ſtudiorum cauſa verſatus eſt, animumque variæ eruditionis genere inſtructum, ad juris tandem ſcientiam applicuit, nec in limine tantum ejus ſubſtitit, ſed ad intima quoque felici curſu penetravit. Nec mirum, propterea, quod præeuntem ſequi poterat Doctorem ſuum, illuſtrem Germaniæ ICtum, Samuelem Strykium, apud quem tanta valebat gratia, ut ab ipſo præter ceteros charus haberetur. Inprimis illud in deliciis habuit Jurisprutentiæ genus, quod evolvendo interpretandoque Codice Juris ipſo continetur, humanius nimirùm, & in quo Alciati, Cujacii, Duareni, Contii, Hotomanni, virorum certe in hoc genere ſummorum, induſtria enituit dudum. Neque temere hæc a nobis dicta eſſe facile evincet Diſputatio illa, (*i*) quam Moderatore Kirchmaiero, hujus Academiæ Doctore celeberrimo, habuit, in qua contra Gaſp. Scioppium, accerrimum alioqui literarorum cenſorem, L. Vallam, Barnab. Briſſonium, G. I. Voſſium, aliosque Criticos multa diſputavit. Totum pæne tempus vitæ, cum ab opera forenſi quodammodo animus ejus abhorreret, conſumpſit aliis Jurisprudentiæ ſtudio imbuendis. At inviderunt ſata tam probum juventuti Doctorem, annoque tertio poſt, quam inſignia & honores Licentiati, ut vocant, in Jurisprudentia conſequeretur, morte nec opinata multorum ſpei præripuerunt. Accidit autem illud Halis Magdeburgicis anno cIↄ Iↄc XCIII. d. XVIII. Nov. inter auſpicia Academiæ novæ.

(*i*) *Diſputatio, quæ inſcribitur Latinitas Legalis præter meritum ſuſpecta, ex Pandectis Juris eruta & vindicata, Præſide Georg. Caſp. Kirchmaiero, Eloqu. P. P. Vitemb. 1687.*

2. *Diſputatio inauguralis de Victo Vincente, occaſione regulæ Juris: Si vinco Vincentem Te, vinco & Te, ſub Præſidio Samuel Strykii 1690.*

JOHANNES KRUGERUS, *Gubenenſis.*

Cum Lectoribus nihil magis delectationem afferre ſoleat, quam temporum varietates, ſortunæque viciſſitudines, quæ, etſi in experiendo parum habent voluptatis, multum tamen habent in legendo; tum vero hujus viri caſus varios intuentibus non poteſt non recordatio eſſe jucunda. Ea die, qua gens Chriſtiana memoriam celebrat ingreſſi urbem ſanctam glorioſiſſimi Servatoris, natus eſt Joannes, in agro Gubenenſi, patre Georgio, res domeſticas adminiſtrante, anno decimi ſexti exeuntis ſeculi nonageſimo octavo. Miſſus tum in finitimi oppidi Scholam, ut rudimenta literarum poneret, propterea, quod alacritatem ingenii & elegantiam mature in puero animadverterent parentes. Commoratus ibi ad annum usque decimum quintum ſtudiorum cauſa petiit Soraviam Luſatorum, nec ita multo poſt Vratislaviam Sileſiorum florentiſſimam urbem. Cum autem neque vulgaria ei arriderent, neque humi, ignavorum inſtar, repere placeret, nihil timere intentatum reliquit. In Moravos itaque profectus, Olmitii, inter Fratres Sodalitatis Ignatianæ literis operam dedit. Per Franciam Orientalem poſtea Sveviamque iter Francofurtum verſus ad Mœnum deflexit, & inter alumnos in Schola, quæ vocatur, Poëtarum, nomen ſuum eſt profeſſus. Intermiſſo deinde anni ſpatio in Auſtrias revertit regiones, peragrataque Saxonia & Miſnia, Berolinum tandem pervenit, fortunæ ac quietis ſuæ locum, quinto & decimo ſupra milleſimum ſexcenteſimum anno. Invenit ibi nec opinans Patronum, Chriſtophorum Blumenthalium, nominis atque dignitatis ſplendore virum eo tempore ſummum, cui unus ante alios erat chariſſimus, ut ſobolem quoque nobiliſſimam curæ Noſtri diſciplinæque demandaret. Præterito anni ſpatio iterum quidem diſceſſit Krugerus, ſed mox in priorem remigravit locum, priſtina permotus gratia Patroni ipſius etiam humanitate & Doctrina captus adoleſcentis, quem libentiſſime ſuſcepit, nec, niſi expletis quatuor annis, ab ſe dimiſit. Noſtratem deinde ſalutavit Academiam, in qua ita vixit, ut tempus illud omne ſtudiis liberalibusque artibus unice conſecraret. Erat in ipſo præterea naturalis quædam ad artem Muſices propenſio, tantaque in eo genere ſolertia, ut ob ſvaviſſimas compoſitiones omnium ſibi benevolentiam conciliaret. Qua de re factum eſt, ut ab Ampliſſimo Berolinenſi Senatu, cui notæ erant Krugeri virtutes, Muſices Moderator eligeretur, id quod munus per annos quadraginta fideliſſime adminiſtrando obivit. Ejus autem inprimis operæ debetur, quod complures ſacras cantiones aptius licet modulari, iisque in ſacris cœtibus uti. Tandem anno MDCLXII. animam Deo reddidit, multis poſt ſe induſtriæ ſpeciminibus & doctrinæ relictis, iisque fere, quæ ſequuntur.

I. *Praxis pietatis Melica*, Das Geſangbuch *Krugeri vicies quater edita, ordine vario.*

II. *Synopſis Muſica, continens rationem conſtituendi & componendi melos harmonicum, conſcripta variisque exemplis illuſtrata a Joanne Krugero Berolini, anno 1630. 4.*

III. Eine Italieniſche Manier zu ſingen *anno 1643. Berl. 4.*

IV. *Donatus in compendium redactus, cui adjecta*

adjecta Nomenclatura Vocabulorum latino-germ.

V. *Grammatica Latina præcepta compendioſiſſima Latino-Germanica &c. ex Schmidio & Rhenio aliisque excerpta.*

ADAMUS LAUBANUS, *Furſtenbergenſis.*

Poſtulat a nobis, tum patriæ neceſſitudo, qua ſumus conjuncti, tum inprimis ſcriptum ejus, ut elogio eum juſto non patiamur carere, ne, quod vulgo dici ſolet, alienos tantum fundos, proprio poſthabito, curare videamur. Etſi quidem ipſi idem accidat, quod ſolet multis, ut vel pauca quædam, vel prorſus nulla, de parentibus, ortu, vitæ ratione poſteritati conſtent. Unum tamen illud induſtriæ ſpecimen, quod ipſi vidimus, non indoctum fuiſſe eum, fidem nobis facit, eſtque illud

De Magnanimitate, virtute morali, ex Libro Ethicorum Nicomachicorum potiſſimum quarto deſumtum, & ſecundum accuratam Mathematicorum tractandi rationem explicatum ſub Præſidio M. Jacobi Schickfuſi, Svibuſienſis Sileſ. Francof. 1597.

JOHANNES LEO, *Gubenenſis.*

Ob carmina, tum Græca, tum Latina, quæ ſub nomine ejus proſtant, a nobis haud videtur prætereundus, cum ea præſertim ſatis nativum poëtices leporem facilitatemque indicent, dubium ut nemini debeat eſſe, cum juvenis hæc ſcripſerit, plura melioraque ab ætate maturiore fuiſſe profecta. Francofurti ad Viadrum ſuorum cauſa ſtudiorum per aliquod temporis ſpatium ſe continuit, honoribusque ibi & inſignibus in Philoſophia ſummis eſt cohoneſtatus. Carmina, quæ reperiri quidem poterant a nobis, ſunt ſequentia:

I. *Elegia Gratulatoria in honorem Nuptiarum Scholzenii, cui additum eſt poëmation Græcum 1582. 4.*

II. *Carmen Græcum, cujus inſcriptio eſt,* Εὐφημία γαμικὴ, *in honorem Kumſeri, Caſ. Maj. præfect. Monaſter. Gubenenſ. colleg. 1584. 4.*

III. *Aliud eidem Kumſero, iterum Sponſo.*

IV. *Aliud, ejusdem argumenti, ſermone Græco confectum in honorem Nuptiarum Andreæ Cunradi, Sorav. 1587.*

ALBINUS MOLLERUS, *Straupizienſis.*

Meretur is quoque in hac eruditorum ſcena a nobis poni, quippe cum ejus pietas, doctrina, ardor in movendis hominum ad res cœleſtes animis, ſatis ex ipſiusmet ſcriptis apparet. Lucem hauſit Straupizii, pago, lapide uno ab oppido Lubenavienſium diſtante, anno ac die incertis. Inprimis, præter Theologiæ ſtudium, cœli motusque ſiderum obſervationibus ſeſe dedit, miraque de ſideribus facundia, ſpeciatim iis, quæ cœlo inerrant, eorumque in terra effectis, identidem diſſerebat, tametſi ab eo, qui recte omnia perpendat, negari haud quaquam poſſit, nimium quantum efficaciæ ipſorum tribui a Mollero, pro veteri illa Philoſophorum opinione, quorum etiam auctoritate, in iisque Ptolemæi, non ſemel adhibita, fidem dictis conciliare laborat. Neque tamen iſtud in eo non pium atque probandum eſt, quod, una cum creſcente annis mundo, hominum quoque malitia creſcat, magna ſeveritate in corruptos perditosque eorum mores invehatur, hominesque ad ſaniorem vitæ rationem revocet plus ſemel, quando multa impendere iis mala, e ſiderum poſitu præſagit. Maxime omnium vero ejus pietas elucet, ex libello, Sorabica lingua conſcripto, Elementaque doctrinæ Chriſtianæ complexo, qua ſane opera ſatisfacere voluit muneri credito, quod cura animorum ipſi demandatorum, Straupitiique diviniori verbo imbuendorum, continebatur. Verſibus quoque pangendis temporis aliquod tribuit ſpatium, quando hymnos, in coetibus ſacris cantari ſolitos ex Germano in Sorabicum tranſtulit ſermonem, quemadmodum Abrahamus Frenzelius, Gorlicenſis, in Originibus Sorabicis, ſigillatim in Præfatione ad Lectorem, memoriæ prodidit. In honorem ejus Molleri hoc Epigramma compoſuit Caſpar Cunradi in Proſopographia Melica Millenar. I. p. 113.

Aſtra docetque docetque viam MOLLERUS ad aſtra,
Et bonus Aſtrologus, Theologusque bonus.

Scripta M. Albini Molleri ſunt,

I. *Libellus Cantica complectens lingua Sorabica, edit Budiſſæ 1574. 8vo.*

II. *Catechiſmus, dialecto Sorabici Sermonis in Luſatia Inferiore uſitata, conſcriptus.*

III. Gründlicher und wahrer Bericht, von dem neuen Cometſtern, ſo in der Lufft unter dem Himmel geſehen, nach dem Niedergang der Sonnen, im October und November des 1604ten Jahres, beſchrieben durch *M. Albinum Mollerum* von Straupitz, alten *Theologum* und *Aſtronomum.* Eisleben *anno 1605. 4to iterum edit, eodem anno & loco.*

IV. *Practica Aſtrologica*, das iſt: natürliche und gründliche Verkündigung von den natürlichen Sternregenten und Gewitter der vier Zeiten. *anno 1605. Lipſ. 4to.*

SIMON MUSAEUS, aliter MEUSSEL, *Vetſchovienſis.*

Collaudavit eum Paulus Freherus in Theatro ſuo, & ante hunc *Belerus* in Syllo-

ge

ge doctorum Jenenſium, ex quo tantum non omnia de hoc Muſæo Freherus hauſiſſe videtur. Fuit hic vir poſteritatis laude & memoria digniſſimus, multa quippe excultus doctrina, multisque in locis verſatus, proavus etiam celeberrimi illius Theologi Jenenſis, Joannis Muſæi, totiusque adeo Muſæanæ gentis doctæ. Attexuit Beierus ſummam quandam eorum, quibus nomen fuit Muſæi. Inter hos præcipue duorum injicit mentionem, Georgii Gebelii, & Urbani Stubenrauchii, quorum uterque haud ſatis ſcio, qua de cauſa, nomen aſcivit Muſæi. Noſter vero, cujus elogium adornamus, patriam habuit Vetſchoviam, oppidum, non longe a Cotbuſienſi diſtans, quod Freherus auctoritate ſeductus Beieri, pagum appellavit. Die natus eſt noſter tertio ante ipſum redeuntis in vitam Chriſti ſacrum, Anno cIↄ Iↄ XXI. Operam dedit literis primo Francofurti ad Viadrum, cumque in oculis ferre cœpiſſet illam renaſcentis doctrinæ parentem, Vitembergam eo ſe contulit, neque alacritate minori, quoad ibi commoratus, eloquentiæ & philoſophiæ ſtudiis diviniorum cognitionem rerum adjunxit, interiectoque juſto temporis ſpatio, Doctoris in Theologia honoribus eſt ornatus, A. C. cIↄ Iↄ LIV. Sacris præfuit Furſtenvaldæ in Marchia, Croſſenæ oppido Sileſiorum, altiusque tum in Sileſiam penetravit, ubi primarii Sacerdotis munia obiit, easdemque partes ſuſtinuit Gothæ in Thuringis, & apud Francos, Eisfeldæ, Neque tamen diu hic ſubſtitit, ſed a proxima accerſitus Academia in Erhardi Snepfii locum eſt ſuffectus. Docendi vix initium fecerat, cum, orta inter collegas, ob Strigelianos motus rixa, abdicare ſe conſtitueret munere, propoſitumque tandem effecit, & in multis poſtea locis, quæ Beieri annotationi debemus, docendi munus dexterrime adminiſtravit, ſpeciatim Bremæ Saxonum, Sverini apud Mecklenburgicos, Geræ in Variſcis. Extremo tempore Thorunium Pruſſorum evocatus, perque tempus aliquod ibi commoratus, revertit Suſatum, & Mansfeldiam, quantumque ipſi reliqvum fuit vitæ tempus, operandis id omne ſacris deſtinavit, mortalitatemque plurimis laboribus & exiliis defunctus, explevit A. C. cIↄ Iↄ LXXVI. ætatis quinquageſimo quinto. Poſuit ejus memoriæ, eo, quem ſupra diximus, libello, hoc monumentum Beierus:.

Simon Muſæus, Muſarum clarus Alumnus
Tradidit in multis dogmata pura locis.
Exilia expertus quam plurima, vivit in ore
Doctorum; inque pia poſteritate viget.

Quod vero ſequitur, noſtri Simonis honori dedit Caſpar Conradi Medicus & Poëta Sileſius, Proſopograph. Melicæ Lib. III.

Bresla prius ſedem tribuis mihi, Gota deinceps:
Famam ale in ſcriptis vivere Muſa meis.

Laudavit quoque mortuum gener, D. Daniel Hofmannus, ſuæque pietatis officium Epigrammate funebri comprobavit ſequenti:

Anno terdecies revoluto a morte Lutheri,
Fervet ut auguſtum relligionis opus;
Simon Muſæus, quo multum Eccleſia Chriſti
Uſa eſt, quo multum mundus abuſus, obit.

DISPUTATIO IV.

Vltis nonnullorum, qui eruditionis literarumque gloria floruerunt, Luſatorum nuper explicatis, ordine jam ſequantur alii, virtute pariter, ac doctrinæ elegantia, prioribus haud inferiores, quos inter primus nobis venit commemorandus

MICHAEL NEANDER, *Soravienſis.*

Vir in *Græcis Latinisque literis* gnaviter verſatus, *Hebrea* etiam aliarumque *Orientis linguarum* apprime gnarus, qui ab ipſa quaſi natura ad erudiendam literis juventutem factus videbatur. Natus is Soraviæ, in limite *Quadorum*, non ſplendido, honeſto tamen loco, Patre, Jobo Neumanno, cive probitatis perſpectæ coque molitore, Non offendimur ipſius Neandri a nobis diſſenſione, quando ſe non Luſatum, ſed Sileſium, appellavit, Soraviamque inter Sileſiæ civitates retulit, multosque ſuo exemplo in eundem traxit errorem, Ut ita haud aliter, atque olim ſeptem civitates Græciæ de Homeri ſolo natali, Luſati cum Sileſiis de Neandro certare videantur, quinam potiſſime hunc ſibi civem jure debeant vindicare. Multæ autem gravesque nos movent cauſæ, cur parum apud nos, hac ſaltem in re, auctoritas valeat viri ceteroquin ſummi. Prodidit enim Antiſtes Martisburgenſis, Ditmarus, Boleslaum, Poloniarum Ducem, fines *Lutitiorum* invaſiſſe, eorumq; oppidum, Zaram, occupaſſe, quod haud incommode dictam hodie Soram, ſive Soraviam, notat. Non leve præſidium affert diploma Ferdinandi I. Imperatoris Auguſti, incolis Soraviæ conceſſum, quo tribunali Luſatorum ſummo, Lubenæ conſtituto, tenentur, non Vratislavienſi, quod Sileſiis revereri fas eſt. Præterea conventus publici, ab Imperatoribus Soraviæ celebrati, & ob res Luſatorum inſtituti, facile nos inducunt, majori ut cofidentia Neandro refragemur. Ut nihil dicam, id quod graves viri annotarunt, alia pro diverſitate regionis lingua fuiſſe uſos ſacros Orato-

Oratores, & Sarmata quidem in Sileſia, ſpeciatimque in confini Soraviæ oppido, Sagani, Venedorum autem Soraviæ aliisque Luſatiæ locis. Quam etiam ſingulari natura limite hos populos ea ex parte diſtinguat, is tantum dubitare auſit, qui fines non inſpexit, quos Bobera flumen duobus a Soravis milliaribus facit, tandemque ad Croſnam, Sileſiorum urbem in flumen, Oderam (pleriſque Viadrum) præcipitatur. Deceptum itaque ut exiſtimem Neandrum auctoritate aliorum, qui Sileſiis Luſatos, populum quamvis diverſum, annumerarunt, propterea, quod tum temporis limitum nexu conjuncti populi Bojemorum Regi parebant, & uno ſæpe Gubernatore regebantur. Nec caute ſatis idoneeque hac in re verſatus, quod recte Manlius Commentar. Rer. Luſat. lib I. animadvertit, *Adamus Schræterus, Zittavienſis*, qui in præfatione *Tryphiodori* ſui, quem Gorlicenſium Senatui conſecravit, Gorlicium, Sileſiorum urbem, facit. Nec ſatis mirari poſſum, pari in errore deprehendi Neandrum in ſua Geographia, p. 168. quanquam ipſe, ſui oblitus, proximis pagellis majori accuratione urbes diſtingvat. Prætermittendus ſine cenſura nobis non eſt Eccius, qui, in literis ad Contarenum *datu, Francobuſam & Gorlicium inter civitates imperii liberas referri* imperire, Seckendorff. Hiſtor. Lutheraniſm. Lib. III. p. 271. quarum tamen prior Comitibus Swarzburgicis parer, altera ſuperioris Luſatiæ civitas eſt. Sed revertor ad Neandrum. Continuit ſe per aliquot annos in patria, & fidem M. Henrico Theodoro, Hilperſhuſenſi Franco, comprobavit, qui animum adoleſcentis Græcæ Latinæque ſcientia linguæ inſtruxit. Ad ſcholas Philippi deinde Vitembergam contendit, quem Philippus non excipiebat tantum comiter, ſed prolixo ſemper affectu proſecutus eſt, & quod Græcarum Noſtrum videbat literarum eſſe cupidiſſimum, nomen Germanicum, bono auſpicio in Græcum convertit, præſagium quaſi facturus, quale demum literæ Græcæ in Neandro præſidium ſint habituræ Evocatus in Scholam Northuſanam, ut ludo præeſſet, docentis ibi partes per aliquod tempus ſuſtinuit, cujus ſama Thomam deinde Stangium, Præſulem Ilfeldæ, ad ſylvam Hercyniæ movit, ut Scholæ a ſe inſtitutæ eum præponere non dubitaret. Quo in munere multos ſibi ſua devinxit opera docendique ſolertia, cum nihil ſaceret, nihil moliretur, quod non in uſum ſuorum converteret, eorumque rationes adjuvaret. Quo factum, ut multorum præclaris exquiſitisque cohoneſtaretur præconiis, & omnes literarum, præſertim elegantiorum, exiſtimatores, facile ſibi conciliaret. Appellavit eum, ob infinita in orbem literatum merita, alterum poſt Melanchthonem, Germaniæ præceptorem Morhofius in ſuo Polyhiſtore, Lib. I. p. 201. & 254. Lib. II. p. 440. &, qui vitam ejus enarravit, Melch. Adami, contendit, non minori in laude ſuiſſe, dignumque prædicatione eum in Hercyniæ tractu ludum, quam olim in Poëtarum carminibus fons ille Muſarum in Helicone ſuerit dilaudatus. A rixis & contentionibus, quæ graves tum in cauſa religionis erant, maxime fuit alienus, nec tantum venerario Philippi apud eum valuit, ut cum eo in omnibus conſentiret, aut ulla in re deflecteret a veteri receptaque religionis formula & veritatis divinæ. Exemplum ſuis ſemper præbuit prorſum admirabile non ſucatæ pietatis & fictæ, ſaniorem repurgatamque a Luthero doctrinam ſectatus conſtanter, Quam ob rem male apud Philippum Labbeum audit, qui eum, pro ſua judicandi temeritate & virulentia linguæ, Bibl. Bibl. Part. I. Pædotribam per contemptum, & Lutheri perulantiſſimum vocat, gravique probro ſamam integerrimi viri lædit. Nec præter rem conjicit Jo. Mollerus, Flensburgenſis Cimber, Homonymoſcop. c. VII. n. 89 vir de elegantiori literatura quam optime merens, illud elogium, quo Mich. Neandrum, Joachimicum, vocat, a Labbeo, Soravienſi procul dubio deſtinatum fuiſſe, quando illum inſano Lutheri ſui amore perditum, καὶ ὅλως Λυθηρομανοῦντα fuiſſe clamitat, quos viros, cum a ſe diverſi maxime ſint, inconſulte confudit Jo. Ant. Lindanus, in Tract. de Medic. ſcript. p. 484. & perperam Soravienſis phyſicam Joachimico, Doctori Jenenſi, tribuit, de cujus ſcriptis, ſpeciatim Synopſi Menſurarum & ponderum, videri poteſt Beierus in Sylloge Rector. & Profeſſ. Jenenſ. p. 865. &c. & Philippus Labbeus in Bibl. B. Part. II. de re Numar. p. 321. Modeſtius, quod omnino Vir ille meruit, de Neandro tulerunt judicium Jac. Aug. Thuanus, & Petr. Dan. Huetius, ille in Commentar. Hiſtor. ad ann. 1595. menſ. Maj. hic in Libro de claris Interpretibus. In condendis Græco ſermone carminibus nemini ceſſit, ut etiam judicio ſummi Polyhiſtoris, C. S. Schurtzfleiſchii, cum optimis emendatiſſimisque Vatibus contendat. Nec illa fundendorum carminum felicitas ſuos deſtituit diſcipulos, quorum longa deprehenditur ſeries, Geographiæ Neandrinæ innexa. Omnium loco eſſe poſſunt Jo. Vollandus, Greuſſenas Thuringus, & præcipue Laur. Rhodomannus, cujus Palæſtina ab veterum divinitate Vatum quam proxime abeſt. Præclare inprimis de Rhodomanniana poeſi Græca judicat paſſim in Epiſtolis ſuis David Chytræus. Quædam ejus carmina feruntur inedita, eaque exi-

mia,& auctoris genium ſpirantia, certe reliqua ejus cum antiquis comparanda, ut,qui non modo cum Scaligeris certare, verum etiam ſuperare eos Græco non immerito videatur. Equidem, ut nihil conſummatum eſt, & integrum ab omni labe, ita hic non negaverim, aut ſummorum repugnaverim temere virorum judicio, Noſtrum ſæpe in hiſtoria errore non caruiſſe, & non germana pro veris edidiſſe ſcriptis. Id tamen vere mihi videor de eo contendere poſſe, dolo id bono & ingenii pleno feciſſe, neminique inferiorem fuiſſe, perſcrutandi diligentia, ſolertiaque rimandi, quanquam perſpicacitate judicii & acumine par non eſſet Joachimo Camerario, aut Davidi Chytræo. At vanum eſſe, videtur, laudes cumulare ejus, quem tot tantique viri ſummis ornarunt laudibus, nec alieno indiget ore, qui doctrinæ gloria & præſtantia eruditionis omnes in ſui admirationem convertit. *Ex Neandro factus tandem Gerander*, ut ipſi *ludere* placuit, in præfatione ſua ad *Theocritum*, quem Guilielmo Budæo, *Medico*, conſecravit. Septuagenarius anno cIↄIcXCV. deceſſit, diebus decem poſt Reineri Reineccii Steinheimenſis exceſſum. Vid. Thuanus l. c. Chytræus in Saxon. Lib. XXX. ad ann. cIↄIↄXCV. Lundorp. Tom. III H. Cyriacus Spangenberg in Chron. Querfurt. Melchior Adami in Vitis Philoſ. Programmata duo Jo. Conradi Dieterici, quibus inſtaurationem Literarum Græcarum deſcripſit, iterum edidit, Principique ſuo, quem vocat, Græce docto inſeruit Georg Goezius, Superint. Lubecenſis. 1704. Valentini Mylii Oratio funebris, in honorem Neandri habita, cujus mentionem injicit Godofredus Arnoldi in ſua ſic inſcripta Hiſtor. Eccl. & Hæret. Elegantiſſimum Epicedium, quod ſequitur, eſt Laur. Rhodomanni, quo mortuo Præceptori pietatis & grati animi munus exolvit, depromptum illud ex D. Chytræi Saxonia loco commemorato:

Dialogus Ilfeldæ & Hoſpitis.

Cur ita Tyrigetum nunc Hercynis ora reſolvis
In lacrymas oculos, in gemitusque animos?
Occidit Hercynia lux illa, Neander, & una
Occidit heu patria ſpes prope tota Scholæ!
Sicne jacet, qui te fama ſuper æthere notam
Fecit ad Eoas Heſperiasque plagas?
Sic jacet ille quidem vita ſatur atque probatus,
Sat meritis ſummus queis mihi partus honor.
At quid ſollicito tamen ultra corda requiris?
Si pia tot meritis mors data, nonne ſat eſt?
Gymnaſii metuo, ne quam Dux ille paravit,
Gloria corrueret cum Duce tota ſuo.
Non metus hic vanus. Quis enim Dux inde juventa
Formanda, & doctor tam tibi fidus erit?
Arte alii præſtent docto fortaſſe Neandro,
Qui doceat juvenes tam bene, nullus erit.
Hanc merito laudem ſibi vindicat ille, ſecundas
In tua qui geſtet commoda, forſan erit.
Hoc mihi ſat fuerit. Violis nunc oſſa Neandri
Spargo, animam ſummo Chriſtus honore beat!

Epitaphium eidem.

Οἷος ἦν Ἐπίχαρμος ἀν' Ἑλλάδα, χρηστὰ διδάσκων
Κούροις, εὐμαθέας ἄνθεα δρεψαμένους·
Τοῖος καὶ λογίοις παρὰ Τεύτοσιν ἔσκε Νέανδρος,
Ἑρκυνίης στῦλος, Σιλεσίης δὲ φάος.
Ἄρμενος ἦν ξείνοις, φίλος ἀστοῖς. χρήσιμα δ' εἶπε
Παισίν, ἀείμνηστον τοῦ χάριν εὗρε θανών.
Qualis erat ſapiens Græcis Epicharmus, in horto
Dum Sophia juvenes commoda multa docet:
Talis docta fuit per Teutonis arva Neander,
Hercyniæ columen, Sileſiaque jubar.
Carus erat civi, bonus hoſpiti, & apta juventa
Tradidit. Hinc functo gratia viva manet.

Carmen, quo Nicol. Reuſnerus Neandrum cohoneſtavit, vel ob elegantiam prætermitti non debet, invenitur illud in poëmatum Reuſnerianorum Libro III. & ita fluit:

Ἐν πυρὶ μὲν χρυσὸν δοκίμαζε, καὶ ἄργυρον ὀρθῶς·
Αἵματι καὶ σκληρὸν τόνδ' ἀδάμαντα τράγου.
Δυστυχία δὲ φίλων ἀψευδής ἐστιν ἔλεγχος·
Ἴσον ἔχει ἀγαθὸς νοῦν ἐν ἅπασι φίλος.

Scripta Neandri in uſum juventutis edita, & mira ſententiarum varietate ſuavitateque exemplorum condita, erunt fortaſſe, quæ ſequentur, Multa prætermiſit in addit. ad Geſn. Joſias Simlerus plura, ut ſolet, Koenigius, plerorumque fere omnium commemoratio in Geſneriana habetur bibliotheca.

Erotemata Græcæ linguæ, Baſil. ap. Oporinum 8. 1565. & aliquoties edita ſunt, optima tamen editio eſt, qua præfationem ut nitidiſſimam ita eruditiſſimam habet præfixam, quæ in multis editionibus non reperitur.

Grammatica Hebræa, 8vo 1556.

Anthologicum Græco-Latinum, Baſil. 1556.

Ariſtologia Pindarica Græco Latina, Baſil. 1556. 8vo.

Gno-

Gnomologia e Stobæo confecta. Baſil. 1557.

Sententiæ Theologicæ ſelectiores, ex omnibus Patribus & Theologis Græcis extantibus deſcripta, Græco-Latina.

Pindarus Græco-Latinus, cum argumentis Græco-Latinis.

Appollonius Græce & Latine e regione.

Theocriti Idyllia Græco-Latina cum argumentis. 1592. & iterum. 1596.

Lycophron Græco-Latinus.

Gnomologia Latina ex omnibus latinis vetuſtis ac probatis auctoribus recentioribus etiam aliquot, in locos communes congeſta, adiectis ad finem Rhythmis & ſententiis monaſticorum Poëtarum, &c.

Sententiæ Lectiſſimæ ex Græcis auctoribus Gentilibus.

Protevangelium D. Jacobi minoris. Acceſſit huic dialogus quidam Chriſtiani cum Judæo ex Suida.

E Græco tranſlata excudit Richelius anno 1570.

Phraſeologia Iſocratis Græco-Latina, Baſil. ap. Oporin. 1572.

Tabula Græcæ Linguæ, poſtremum ab auctore recognita & edita Vitembergæ ap. Heredes Craton. 1581. & antea 1565.

Elegantiæ Græcæ Linguæ ſ. Locutionum Græcarum formulæ, a Michaele Neandro collectæ & aditæ a Jo. Vollando Lipſ. 1583. ſæpius ed.

De re Poetica Græcorum, Lib. I. Phraſeon poeticarum Lib. I. Deſcriptionum variarum & elegantiarum poeticarum Lib. I. Elegantiarum ſecundum tria cauſarum genera diſtributarum Lib. I. ex obſervationibus & notationibus M. Neandri collegit, diſpoſuit & edidit Jo. Vollandus. Lipſ. 1582.

Opus aureum & ſcholaſticum, in quo continentur Pythagoræ carmina aurea, Phocylidæ, Theognitis, Coluthi, Thryphiodori poemata, ad finem etiam adjecta Nili Epiſcopi Paræneſes de vita pie, Chriſtiane & honeſte exigenda. 4to Baſileæ ap. Oporin. Geſnerus Lipſienſem quoque allegat.

Catecheſis parva Lutheri Græco-Latina, aliquoties recuſa, prodiit Anno 1564. apud Oporinum cum præfatione copioſiſſima de S. Luthero & aliquot ejus libris & ſcriptis. Baſil. 1567. 8vo.

Ariſtologia Græco Latina ex Euripide. Baſil. ex officina Oporin. 1559. 4to.

Chronicon ſ. Synopſis Hiſtoriarum. 1582. 8vo.

Denuo recognitum Chronicon & acceſſione multarum rerum locupletatum ab ipſo auctore 1590. 8vo.

Acceſſit huic editioni hiſtoriola Eccleſiæ ſ. populi Dei. Subjecta quoque hiſtoria quadam & narratio ſtupenda & prodigioſa de Pſeudo-Martino Gallo, qui pro marito vera ſe geſſit. &c. 8o.

Orbis terræ ſuccincta explicatio 1583. 8vo.

Iterum prodiit Lipſiæ 1586. cui alii tractatus varii generis adjuncti ſunt, ſpeciatim, de Ruſſorum & Tartarorum religione ad Chytræum ſcripta Narratio denuo excuſ. Lipſiæ 1597. 8vo cui addita V. Epiſtolæ C. Peuceri ea de re ad Neandrum ſcripta.

Phyſica ſ. Syllogæ phyſica rerum eruditarum Partes II. Lipſ. 1585. 8vo.

Theologia Megalandri Lutheri ſ. Aphoriſmi breves & ſententioſi de omnibus doctrinæ Chriſtianæ capitibus & it. Theologia Bernhardi ac Tauleri. Islebii. 1581. 8vo. recuſa hæc omnia Vitemb 1584.

Compendium doctrinæ Chriſtianæ a Theodoſio Fabricio, & Joanne Vollando ex Germanico & Latino Hebraice & Græce converſum, ed. Vitemb. 1582.

Loci Theologici, e fontibus S. Scripturæ & Patrum Græc. & Latinorum extracti, Lipſ. 1595 4to.

Der Menſchen Spiegel. *ſæpe tractatus recuſus eſt.*

Bedencken, wie ein Knabe zu leiten, und zu unterweiſen, wie er von dem ſechſten Jahre ſeines alters an, biß auf das achtzehende, lernen möge *pietatem, linguam latinam, Græcam, Hebræam artes*, und endlich *univerſam philoſophiam, Islebii. 1580. 8vo. ottier libellus eſt recuſus.*

Nonnullas, a Mich. Neandro ſcriptas, epiſtolas collegiſſe Chriſtianum Daumium, conſtat ex acceſſionibus Rud. Mart. Meelfuhreri ad Almelovenii Bibliothecam promiſſam & latentem, p. 27. De poematibus ejus Græcis & Latinis nihil jam dicam, quæ paſſim, nondum tamen congeſta, latent.

JOSIAS CHRISTOPHORUS NEANDER, *Lubenas.*

Inter celebriora Luſatiæ inferioris oppida quoque Lubena venit commemoranda, cujus mœnia Sprea, flumen, alluit, quod in radicibus montium Bojemicorum, quos Sudetes vulgo appellant, oritur, lenique & obliquo tractu Marchiam petit, ac tandem ad arcem Spandoam cum Havela, flumine, ſe permiſcet. Non hic temere Philippo, ſummæ eruditionis viro, aut genero ejus, Georgio Sabino, aſſentimur, qui Spream & Svevum, fluvios, a Ptolomæo & Plinio indicatos, pro iisdem habent, cum tamen Svevus ſe in Balthicum mare exonerare ab iis dicatur, quod magis de Viadro flumine, dici oportere, conſtet. Addit Lubenæ ornamentum inſigne conventus, quem Luſati Ordines bis ibi quotannis celebrant, deque rebus patriæ ſalutaribus conſultant. Hoc natale fuit ſolum illi Neandro, viro neque indocto, neque inglorio, ſed tum officii & dignitatis ſplendore, tum celebritate ſcriptorum & famæ, noto. Vitembergæ quam plurimos per-

manſit annos, & in percipienda divinarum humanarumque ſcientia rerum ſolicitus fuit. Neque parum in iis ipſum profeciſſe, diſputationes, numero haud parvo ſcriptæ, habitæque in Academia Vitembergenſi, teſtantur. Cuſtrini, quod Marchiæ novæ munitiſſimum eſt caſtellum, aliquor annos conſumpſit in erudienda juventure, Ludoque ibi, quantum ex Wittęnio percepimus, præfuit. Sacrorum deinde curam in ſe ſuſcepit apud Stargardienſes in Pomerania, populumque ſimul res docuir diviniores, adoleſcentes etiam in collegio Grœningenſi lireris, maxime vero linguis, quas Oriens veneratur, excoluit, ut ita honoribus in Theologia ſummis, quibus poſtea eſt ornatus, multo ſane digniſſimus videretur. Exceſſit e vita Anno CIↃIↃ CLXXIX. annos duodequinquaginta natus. Induſtriæ ipſius doctrinæque teſtes ſunt *Metaphyſica*, & quam plurimæ *diſputationes ſigillatim de Anima rationali, de Mundo, multaque* ex philoſophia, quæ mores reſpicit, quarum inſcriptiones hic vel brevitatis cauſa, reticemus.

SIGISMUNDUS NEUMANNUS, *Gubenas.*

Multis perfrequens hoc ineſſe vitium conſvevit, ut omnia tantum utilitate metiantur, & copiam rerum ubertatemque ex labore ſperent. At vero, qui ſeculorum acta antiquiorum perluſtrant, gloriæ tantum cupidi, ad vulgi operas cetera relegant, & ad immortalitatem nominis rantum contendunt. Iis plane annumerandus Noſtėr, de quo jam commemoramur, videtur. Erat ille vir apud Gubenates conſularis, qui cum dignitatibus literarum quoque ſtudia conjunxit, excutiendis veterum, de rebus Imperatorum geſtis, monumentis potiſſimum delectarus. Quamquam magiſtratus, quem gerebat, magnam daret facultatem ſuas in eo periclitandi vires, immo conſumendi, multæ item occupationes a ſcribendo eum poterant avocare, tamen nihilo ſecius relinquendum ſibi nonnihil eſſe, putavit, quo & poſt obitum, vixiſſe olim ſe, teſtaretur. Nimirum, ut literas erat edoctus ab ipſa adoleſcentia, ſtudiorum amore ſemper ductus, ſic iisdem inclareſcere etiam concupivit. Quo conſilio vitas exponere Imperatorum, qui ab Rudolpho, veteri Habſpurgicorum Comite, originem ducunt, ac de rebus eorum geſtis cœpit commentari, majori tamen, ut videtur, mentis alacritate, quam judicio, ampliorem ex labore conſecutus famam, quam liber ipſe nunc ex pretio fortunam ſortitur. Namque, gravitatem Hiſtorici non per omnia ſecutus, propterea, quod nimio ſermonis tumore & fucis utirur, magnoque ſententiarum ſtrepitu ornatum affectat eodemque conatu ſæpe obſcuritatem rebus inducit, Lectoris expectationem identidem fruſtratus. Neque tamen omnino ſperni debet opera, cum vel ſic nonnihil & æſtimationis mereri videatur. Morum præterea Vir ille probitate eluxit præcipua, juris item peritia minime vulgari. Integritatem ſane vitæ & ſanctimoniam in litibus componendis diligenter facto ſtuduit comprobare. Nepotem habuit ex filia, M. Michaelem Filizium, cujus extant ad Olai Borrichii de Poëtis diſſertationem Analecta, quæ auctoris alacritatem ingenii arguunt, & eruditionem minime contemnendam abunde reſtantur. Alios foetus ingenii, ſine dubio maturiores futuros, præmatura mors auctoris intercepit. In his erat ille, quem in Analectorum extremo promittit, Bailleti liber, judicia de doctis complexus, atque ex Gallico in noſtrum convertendus ſermonem, non ſine acceſſionibus, atque, ubi ipſe alucinatus forte eſſet, emendationibus nonnullis.

Libri Neumanniani inſcriptio hæc eſt: *Auguſtiſſima Habſpurgico-Auſtriaca Domus Immortalitas.*

Derer Allerdurchlauchtigſten aus dem dem Hochgräfflichen Habspurgiſchen und Ertzhertzoglichen Oeſterreichiſchen Hauſe entſproſſenen deutſchen Römiſchen Käyſer erſter Theil, darin *Rudolphi I. Alberti I. Friderici III.* Leben und Regierung, Wandel und Thaten enthalten. *Francof. ad Viadr. 1660. fol.*

DAVIDES OPPENUS, *Eques Luſatus.*

Hunc non natalium modo ſplendor, & ingenium ad literas magis natum, quam ad artes bellicas, nobilirarunt, ſed portentoſæ etiam declamationes, quas extra ſe identidem raptus ſæpe ad populum habuit, & re inſolita multorum judicia turbavit, idque hoc validius, quod ſuſceptæ operæ argumentum auctoritate ſacrarum literarum confirmaret. Pater ejus Georgius, Supremus in aula Brand. *Cubicularius*, viro erudiro filium dederat literis imbuendum, Chr. Kuhnaſto, Furſtenburgenſi, poſtea Jurium *Licentiato*, huic diligentiam adoleſcens comprobavit, excultique ingenii frugem in Academia etiam Francoſurtenſi accepit. Indereverſo commorantique in ſede, quam a patre acceperat, Coſſenblati, in Luſaria inferiori mira res accidit, vexabatur videlicet iterum iterumq; a ſpectro, diverſiſſimæ ſpeciei, quod corpus Oppeni in fœdiſſimas ſæpe deformitates mutavit, & furibundis geſtibus quam maximum ſpectantibus incuſſit terrorem. Supplicaverunt publice

pro

pro eo Sacerdotes, quod phantaſmati, ad defectionem, libidines, variique generis ſcelera, irritanti, vix reſiſtere amplius auderet. Tandem aliud quinque annorum puero ſimile ſpectrum ſolatio eum corroboravit, atque ut publice mores hominum increparet, admonuit. (*a*) Negligentem juſſa non deſeruit mali vis, ſed recruduit, ſæpe etiam apud ſe de intermiſſo negotio admoneri ſibi viſus eſt. (*b*) Quid tandem? Inſpectantibus multis, die reviviſcenti glorioſiſſimo Servatori ſeſto extra ſe Peuzeni, Luſatorum in caſtello, raptus eſt, locutus ad populum complura, oculis clauſis & exanimi ſimilis, ſine ſenſu corporisque motu. Repetitis ex ſacro codice variis, aſperſisque etiam de futuro nonnullis, populum ad vitæ emendationem cohortatus eſt. Expergefactus ſubinde ex alto quaſi ſono, modicoque recreatus cibo, pergere iterum inſtituit, neque cum hoc per octiduum feciſſet, ad ſe rediens, ejusmodi a ſe facta eſſe, potuit recordari. Erat annus, quo hoc accidebat, trigeſimus ſupra mille & ſexcentos. Calamo hominis ἐκστατικοῦ ſermones, quantum ratio temporis permiſit, exceperunt nonnulli, qui iisdem interfuerunt, quorum etiam nomina editis ſermonibus ſubjuncta reperiuntur. Extant hanc in rem duo judicia Academiæ Francofurtenſis, unum Theologorum, alterum Godnfredi Weidneri, Medici, quæ eo valent, ut ob pietatem Oppeni probatam & Orationum cum ſacris literis conformitatem parum certi deſignent, aut nihil perverſi argumento ineſſe, tantum non lectori perſvadere videantur. Weidnerus, quoad ex ſcripto ejus liquet, Platonis de animo doctrinam ſectatur, credituque ita minus difficile ipſi fuit, eximi animum interdum divinitus a corpore, eoque ſpreto quaſi, excurrere foras, & altis divinisque cogitationibus vacaturum ad tempus evolare. Neque reticenda hic ſunt judicia Chriſtophori Barhuti & Jacobi Fabricii, quorum ille in non interpolato Lutheri catechiſmo, hic in probatione Viſionum & revelationum non male de Oppeni revelationibus ſenſerunt. Eſtque idem ille Fabricius, qui cum Jacobo Stolteſortio, Sacerdote Lubecenſi, de Viſionibus & revelationibus non levem habuit contentionem, ad quam tempeſtive & ex Sacra S. componendam non pauci manus amicas junxerunt. Nos hic noſtro ſtare judicio vix auſimus, ſed in hoc diverſe diſceptantium conflictu haud illibenter parebimus aliorum, neque ex noſtra affirmatione profani, aut ex dubitatione temerarii, quicquam afferemus. Id tamen vere confirmare mihi licet, multam mihi injectam fuiſſe ſuſpicionem ex Vitæ Oppianæ deſcriptione & Homilia funebri, qua Davidis Sternius, Sacerdos Coſſenblatenſis, non laudavit defunctum, ſed cenſoris munus geſſiſſe, videtur. Ut non levis admiratio animum ſubiret, cum legerem, quod ipſe quidem deprecaretur deciſionem revelationum Oppeni, illas tamen poſtea, Scripturæ Patrumque auctoritate confirmatus aperte damnaret, aliaque non injucunda lectu & ingrata admiſceret pro eo, quem præ ſe ferre videtur, candore animi germanaque integritate Id laudis Oppeno tribuit, pietatis ſtudioſum fuiſſe, literasque divinas non neglexiſſe, aliis diebus bene validum, Dominica vero infirmitate corruptum plerumque ſacris abfuiſſe. Quo de graviter etiam conqueſtus eſſe dicitur, ac ſi fortaſſe tantus eſſet peccator, qui dignus non ſit, ſacro ſupplicantium publice coetui intereſſe. Supremum obiit diem undeſexaginta annos natus, uxores ei fuerunt duæ, altera ei ſuperſtes perpeſſarum in conjugio moleſtiarum facile exemplum eſſe potuit, uti idem Steinius teſtatur. Ex liberis ſeptem unicum filium filiamque unicam ſuperſtites modo reliquit. Revelationes ejus publici juris factæ ſunt, hac inſcriptione notatæ:

David von Oppens Adelicher Buß-Spiegel, oder *Exemplari*ſche Warnung, und Brüderliche Vermahnung zur ernſten und wahren Buße, welche er in unterſchiedenen Entzückungen durch Antrieb eines beſondern Geiſtes gehalten. Mit *Conſens* der *Theologi*ſchen *Facult*ät in *Franckfurt. 1630. 4to.*

Addita ſunt tractatui Judicia duo, primum Ordinis Theologorum Francof. alterum Godof. Weidneri, Doctoris Medici. Itemque acceſſit appendix *ſermonum V.* in Ecſtaſi ab Oppeno habitorum, quos ſua conſignavit manu Oppenus & edidit 1639. Francof.

Fatetur Godof. Arnoldi ſe non vidiſſe, de quo diximus, tractatum, harum ceteroqui

re um

(*a*) Deine Hertzens-Angſt und Anfechtung wird ſich ändern, ohne allein ſolt du von dannen ausgehen, an den Ort, der dir wird gezeigt werden, und des Herrn Werck allda verrichten.

(*b*) Rede, Rede, und verkündige des HErrn Werck weil du aber des Heil. Geiſtes Werck zu treiben dir nicht wilt gefallen laſſen so magſtu dir nicht laſſen zuwider ſeyn, daß der Teuffel dein Hertz mit ſchädlichen Anfechtungen ängſtige, und deinen Leib unauffhörlich martere und quähle.

rerum inſignis amator, Hæreſiolog. Part. III. c. 23. §. 24. ubi magnam ſeriem extra ſe raptorum motorumque mente reperire licet. Meminit ibi vaticiniorum revelationumve, quas habuit puella quædam Cotbuſii Luſatorum, Margaretha Heidewettera. Haud abſimile quid eodem fere tempore in Luſatis, Sprembergi, accidiſſe, idem narrat. Namque puellam decennem divinitus admonitam, publice docuiſſe, & ſigillatim ſuperbiam increpaſſe, acriterque in perverſos hominum mores fuiſſe invectam. Allegat hanc in rem idem Scriptor Hiſtoriæ ſacræ & Hæreſ. famoſus Tomum quartum Theatri Europæi, p. 972. & librum inſcriptionis ſublimitate ſpecioſum: Das göttl. Wunderbuch, darin aufgezeichnet ſtehen himmliſche Offenbahrungen und Geſichte.

NICOLAUS POMPEJUS, *Golſanus.*

Hic quale fuerit ornamentum & Academiæ Vitembergenſis, & ſuæ, etiam patriæ, nemini non conſtare poteſt, qui de literis earumque cultoribus recte æſtimare novit. Multo enim inter ſuos erat clariſſimus & dignitate virtutis juxta ac eruditonis. Prodiit is in lucem d. XXXI. Jul. Anni cIↃ IↃC XCI. Golſæ, in Luſatiæ inferioris oppido, quod Erneſtus Brotufus, Genealog. Anhald. Lib. II. c. 4. &c. 3. lib. Chron. Merſeburg. Golsheimium vocat, & Studerheimorum ſ. Stoderanorum ſedem fuiſſe, confirmat, gentis plurimorum commemoratione ſcriptorum claræ. Helmold. Chr. Slav.

Patrem habuit Pompejus ſacris Golſæ operantem, qui cum ipſe literas ſciret probe & excoleret gnaviter, nihil omiſit, quod ad puerum pietatis literarumque cultu imbuendum pertinere videretur. Cum deinde adoleſcentem eximiæ indolis bonitas ad majora traheret, ſedulo cavit, ne aut ſua ſe utilitate aut expectatione alios privaret. Verſatus in compluribus bonarum artium officinis, tandem Sedinum conceſſit Pomeranorum, ut perpoliret ſe magis, præſidiisque artium muniret. Quod ipſum, quam feliciter fuerit conſecutus, vel ex hoc colligi poteſt, quod idoneus ſtatim haberetur, quem ſtudiis nonnullorum juvenum equeſtris ordinis præponerent. Mox alii, quibus præeſſet fidei ejus commiſſi ſunt, quorum ſtudia & rationes diverſis Germaniæ Academiis, Lipſienſi ſcil. Argentoratenſi, aliisque adjuvit. Vitemberga, quo poſtea venerat, cum quibusdam evocatus, ab Ludovico Anhaltinorum Principe, Coetenas, ſuam ut in erudienda ibidem juventute operam collocaret. Neque id minore induſtria & fide fecit, quam utilitate in diſcentes identidem redundante. Varia ſic jactatus fortuna Vitembergam denuo divertit, induſtriæ & eruditionis fructum percepturus. Neque ſpes feſellit, mortuo enim Eraſmo Schmidio, artes Mathematicas publice docere juſſus eſt, quod ipſum munus per duos & viginti annos obiit diligenter & fideliter adminiſtravit. Quanquam pro temporum ratione artes Mathematicæ haud tradi potuerunt tanta perſpicacitate atque utilitate, quam hodierna quidem die fieri conſuevit. Poſt enim operas Hugenii, Leibnizii, Borellii, Walliſii, Hevelii, Sturmii, Newtonii & Caſſini aliorumque, in ſummum fere artes Mathematicæ faſtigium eluctatæ videntur, quando tot tantisque ſubſidiis ad res examinandas demonſtrandasve inſtructi, accedunt, vix ut quicquam amplius deeſſe videatur. Quo autem bono Pompejum & alios, illorum calamiras temporum magna ex parte carere patiebatur. Neque tamen non pro ingenii ſui præſtantia philoſophari viſus eſt. Fidem obſtrinxit feminæ, Mariæ Dheniæ, mercatoris, Gerhardi Beckii apud Brandenburgenſes relictæ viduæ, quæ ex caſto ejus complexu enixa eſt filios duos totidemque filias. Floruit alter filiorum non minus ingenii, quam eruditionis fama, nequein hoc patri impar, quem nuper mortalium coetu quoque percepimos eſſe exemptum. Juris ſcientiam, bono diſcentium ſucceſſu, in Athenæo docuit Sedinenſi. Erat præterea idem mira fundendorum carminum facilitate, multosque adeo, quantum ad gravitatem dictionis, leporem ſuavitatemque attinet, poſt ſe reliquit. Alter idemque junior filius Chr. Auguſtus A. cIↃ IↃ LXXXIV. menſ. Aug. in curſu maximæ gloriæ, quæ ipſum deinceps manſura erat, deceſſit. Cum autem juris peritia cederet nemini, tum Germanicæ inprimis poeſeos facultate ita excelluit, ut *Madrigalibus* ejus, quæ vocantur, Germanicis nihil fere divinius, nihil editu dignius in hoc genere forte reperiatur. Egreſſus ex hac vita Pater fere Septuagenarius, cum LXVIII. annos compleſſet, A. cIↃ IↃC LIX. Multa in ſcriniis aſſervata fuiſſe ſcripta, ingenio & doctrina Pompeii minime indigna, in programmate funebri teſtatur A. Buchoerus, quæ itaque lucem publicam & proelium expectant.

Poſt ejus mortem edita ſunt
Præcepta Chiromantiæ.

Extant fortaſſe alia, quibus quidem jam deſtituimur, eorum perinde ac MSStorum quorundam commemorationem in aliud tempus differentes.

PE-

PETRUS PRÆTORIUS, *Cotbuſienſis.*

Lubet hoc loco ſub quadam imagine, Petri Prætorii, inter exempla inconſtantiæ & ficti in religione candoris, viri alioquin eruditi, ingenium, mores ſtudiaque referre, ut vel hinc intelligant mortales, plus innocentium probitati nocere ſimulatam pietatem & fraudes, quam apertam erroris confeſſionem. Is, de quo dicimus, Prætorius per aliquod tempus Vitembergæ verſatus, in doctrina diviniori potiſſimum percipienda operam omnem collocavit, Doctoris Philoſophi, tandem Theologi, prout publica docent acta, munus & ornamenta conſecutus. V Sennerti Athenæ Vitemberg. ad A cIↃIↃLIV. p. 88. 100. & 134. Corrigendus propterea Scriptor Emendatæ Hiſtoriæ de mutata Gedanenſium Religione, qui, Prætorium ab ipſa ſtatim adoleſcentia Hulderico Zwinglio, Joanni Oecolampadio horumque ſociis conſenſiſſe, putat, & Baſileæ ſuam in divinioribus literis peritiam, eaque dignitatum acceſſiones ſibi peperiſſe. Verum, ſi mores viri ductumque ingenii, quem vel ab natura ſuoque inſtituto, vel ab conſvetudine aliorum, habuit, indagemus, abunde ſe ubivis quædam levitas animi & inconſtantia prodit. Defuncto enim Luthero, ipſo Concordiæ Conſtantiæque die, concordia omnis & omnis conſtantia Vitembergæ inter Doctores expirare videbatur, &, facta ab rectius ſentientis cœtu diſceſſione, conſpirabant non pauci cum iis, qui ſanctiſſimum ab Servatore inſtitutæ cœnæ myſterium omni ratione modoque elevabant. Ex quo factum, ut cum hos inter Prætorius quoque eſſet, cenſuram legis ab Saxoniæ Duce, Friderico, latæ effugere minus potuerit, qua erroris tenacibus docendi munus abrogabatur. Aſſumpta deinde recte ſentientis ſpecie in Marchiam conceſſit, neque Sacerdotis officio, quod ei commiſſum fuerat Regiomonte, diu functus in ſuſpicionem venit mutati depravatique a ſe Catechiſmi Lutheri, cam ob cauſam, ut plerique arbitrantur, loco tandem motus. Interea vitam apud ſocios, qui in Miſnia latebant, toleravit. Quemadmodum vero, qui ſemel decoxerunt fidem, gnaviter eſſe impudentes, nec fraudem & artes diu ſolent tegere, ita quoque uſu veniebat idem noſtro, quippe qui, datus A. cIↃIↃLXXV Gedanenſibus Doctor, & mentitus aliquandiu ſe talem, qui incorruptas doctrinæ regulas ſectaretur, ſtatim ſe prodidit, poſtquam Zvvinglianorum placita, quæ cum Lutheri ſententia minus conveniunt, revocavit atque reduxit. Incautioribus, commendato eis Catechiſmo Heidelbergenſium & Hymnis Ambroſ. Lobvvaſſeri, haud parum ſua obfuit auctoritate, ut ea te in multorum incurreret odium ac reprehenſionem. Quæ tandem animorum diſſenſiones in apertas erumpebant contentiones, cum *formulæ* quæ ita dicitur, *Concordiæ*, Gedanum miſſæ, ſubſcriberet Kittelius, ſed idem facere Prætorius recuſaret. Tentata ab ſenatu ſæpe concordia ſperato caruit ſucceſſu, propterea, quod multos devinciret ſibi Prætorius ingenii ſui præſtantia, mirabilique præterea occaſionis captandæ artifex eſſet. Prohibuit Kittelium pariter, ac Prætorium Senatus aliquandiu a functione muneris, eisque orationibus e ſuggeſto habendis publice interdixit. Interim, cum ita, irritatis exacerbatisque animis, ſpes omnis gratiæ evanuiſſet, A. cIↃIↃLXXXVIII. Prætorius, miro conflictatus morbo & diuturno, e vita exceſſit, diverſo animorum habitu, exceſſum proſequentibus magno luctu aliis, aliis deteſtantibus defunctum, ut fœdæ improbæque diſſenſionis auctorem. Merentur hac de re uberius legi Jo. Frimelii Vitemberga a Calviniſmo graviter divexata & divinitus liberata, Leonh Hutteri Concordia Concors, qua Rudol. Hoſpiniani Concordiam diſcordem diligenter non minus, quam feliciter, confutavit. Addatur Curike in Hiſtor. Gedanenſ Conſil. Vitemberg. & Hartknochius Hiſtoriæ Prutenicæ Lib III. c 4.

Nihil a Prætorio editum inveni, præter

Analyſin Locorum Communium Theolog. Philippi Melancht. Vitembergæ 1569. in 8vo.

Quem ſine dubio librum, cum Doctoris Theologi Vitembergæ adhuc munere fungeretur, evulgandum curavit.

CHRISTIANUS PUDOR, *Gubenas.*

Cum Gallicam aliasque nationes in excolenda ſui ſermonis elegantia ſedulos videret, idem, gloriæ inductus cupiditate, ſibi quoque faciendum eſſe, exiſtimavit. Quod ante ipſum jam tentavit ſocietas, vulgo ſic dicta, Fructiferorum, & quæ prioris ſplendorem non usquequaque aſſecuta, Teutonica iſta. Ex qua enim magna multitudo expectationem literatorum fruſtrata eſt, propterea, quod non pauci eorum inæquali, alii calamiſtris injuſto ſcribendi genere linguæ potius lacerant dignitatem elevantque. Præterquam autem Noſter, quod ſacerdotii munus obiret Strausbergæ Marchicorum, otium literis impendit, ſpeciatim ornatui ac lepori Germanæ linguæ comparando. Neque plane laborem ingenium deſeruit, aut utilitas omnis, quanquam libenter palmam Boedickero aliisque relinquere cogatur. Induſtriæ ſi..que conatus

natus teſtimonium libello fecit, quem inſcripſit:

Der Teutſchen Sprache Grundrichtigkeit und Zierlichkeit, aus vielen teutſchen Rednern und *Poëten* zuſammen getragen durch Chriſtian Pudor, *P. L. C. Ed.* Cöln an der Spree. *1672. 8vo.*

THEODORUS PUCHNERUS, *Forſtanus.*

Etſi is non ſcriptorum clarus numero, ſplendore tamen conſpicuus fuit munerum pariter, ac eruditionis, vel ex hac ratione commemorandus, quod Paulus Freherus, vitas doctorum explicaturus, eum eſſe prætereundum haud exiſtimavit. Patre genitus viro conſulari, Forſtæ, anno eodem, quo Imperator Auguſtus Ferdinandus, abalienatos ab ſe Bojemos armis coercuit, abrogata puriori religionis doctrina Bojemiæ tegno, quod accidit anno ſupra mille ſexcentos vigeſimo ſecundo. Illæ autem temporum calamitates, quantæcunque fuerunt, non tantum valuerunt, ut a literis Noſtrum, quod robuſto eſſet invictoque animo, deterrerent, ſed unus earum amore incenſus Vratislaviæ & Halis, præſtantiſſimis bonarum artium officinis, diligentem opetam navavit. Præcipue catus erat acceptusque Halæ Chriſtiano Gveinzio, qui variarum ſcientia rerum adauctum cumulate ornatumque e ſua ſchola dimiſit. Tornnium poſtea Pruſſorum, optimas diſcendi literas cauſa, acceſſit, altiusque in Pruſſiam & Semigalliam, patriæ rebus pet funeſtum illud bellum quam maxime afflictis, penetravit. In patriam tandem ex Livonis reverſus, Vitembetgam ſalutavit, ibique literarum elegantia, & præcipue diviniorum ſcientia rerum ingenium exornavit, ita ut, quod de ſacris perceperat myſteriis, quodque obſcurum eſſe videbatur, explicaret aliis identidem excellenterque pronunciaret. Qua de re factum eſt, cum admirabili quadam in ſacris orationibus valeret facundia, ut a Barone Biberſteinio Forſtam, oppidum noſtri patrium, ſacerdos evocaretur, quod etiam munus ſummo animi candore morumque ſanctitate ſingulari obire ſemper eſt viſus. Magdeburgenſes tum & Hungaros haud paucos fama eruditionis & eloquentiæ, quæ erat in Puchnero, ita ceperat, ut operam ejus in docendis ſacris uno eodemque tempore efflagitarent. Puchnerus tamen, voluntati Pannorum ſubſcribens, Bœſingam, oppidum in Hungaria ſitum inſeriori, contendit, A. CIƆ IƆCLVI. Hic quantum aſſecutus gratiæ apud populum, qua item valuerit auctoritate, haud obſcure inde poteſt intelligi, quod in Synodo Bœſingæ habita Contubernii, ut vocatur, Poſonienſis Collega, in Moderenſi Præſes ejusdem contubernii eſſet. Uxores habuit duas, alteram Pannonicam, Noribergenſem alteram, utramque tamen inſœcundam nullaque prole felicem. Tandem conſilium cepit ex Pannonia emigrandi, propterea, quod variis, iisque gravisſimis, impeteretur ibi morbis, vi mali valetudinem vehementer affligente, ut, exauctoratus quaſi, aut rude donatus, Noribergam ſe conſerret. Spem ibi ceperat non vulgarem ſanitatis recuperandæ, ex uſu maxime thermarum acidularumve, niſi arbitro fati vitæque aliter viſum eſſet. Gravior enim maligniras morbi invaluit ipſo in itinere, adhibito licet Stutgardiæ medendi artifice peritiſſimo, correptusque apoplexia, duo de quinquaginta natus annos, expiravit, A. CIƆ IƆCLXIX. adulto Majo. Exequiæ ei pro dignitate factæ ſunt Zavelſteinii, terræque mandatum corpus, dato laudum ampliſſimarum præcone M. Jo. Friderico Hochſtættero, prout hæc pleraque omnia annotavit Paulus Freherus in Theatro virorum eruditione clarorum.

JOANNES RHAGIUS, *Æſticampianus,* alioqui *Sommerfeldenſis.*

Medio propemodum quinto decimo eſt ſeculo natus Joannes Rhagius, Sommerfeldii, oppido Luſatiæ Inferioris, quod qua ratione Brandenburgenſium Marchionibus ſubjectum ſit, docuit ex Curæi Annal. Sileſiac. aliqua ex parte Chriſtophorus Manlius extremo libro MSStorum de Luſatia Commentariorum. Incidit pæne Rhagii nativitas in graviſſimi belli tempora, quod Luſatos inter & Septemvirum fuit Brandenburgenſium, Albertum, Achillis vulgo Germanici cognomine inſignitum. De quo Alberto Vates ille, Noas Bucholzerus, Dahmenſis, in Epithalamio Petri Prætorii ſic cecinit:

Oppoſuit ſeſe felici Marte Polonis,
Ille Boruſſorum debilitavit opes.
Luſatos Viadri populos devicit ad undas,
Et fregit vires, Dux Pomerane, tuas.

Inclinante autem ad interitum Orientis impetio, cum infauſtis Saracenorum armis quateretur, qui literas non contemnebant modo, ſed plane ignorabant. Hanc fati legem, & has rerum viciſſitudines agnoverunt multi ſummæ eruditionis viri, qui, avitis egreſſi ſedibus in Italia aliisque Occidentis regionibus tutum domicilium quæſiverunt. Exorta hac ratione doctrinarum luce in Iralia, quæ Græcis doctoribus abundare quaſi videbatur, undique confluxerunt e Germania variæ eruditionis cupidiſſimi. Namque Sapientes dudum erant pertæſi nuga-

nugarum, quibus ſcholaſtica gens ſuperbiebat, quasque, tegente vitium obſcuritate, imprudentioribus vendebant. Non immerito fortaſſe mihi videor ex multis conjicere indiciis poſſe, eodem tempore Rhagium quoque in Italiam contendiſſe, docentium ibi excitatum fama, exemploque aliorum confirmatum. Erat etiam tum Romæ Jo. Aurelius Queſtenbergius, Freibergeolis Miſnicus, qui, pro ſuo in literas amore, proque liberalitate ſua mirifice Germanos ſublevavit, ornameotoque non uno auxit Joaooem Capinonem ſ. Reuchlinum, & Joanne Rhagio familiariſſime uſus eſt. Teſtes ejus rei ſunt P. Albinus & Georgius Fabricius, qui cum alibi, tum ſigillatim in Roma veteri, ubl ſolertiſſimi hujus Queſtenbergii, mature nimis erepti, obitum jure deplorat. At vero, ſi unquam ſortuna inſtabilis & virtuti inſeſta fuit, in hoc virn ſuam magnopere exercuiſſe videtur. In multas enim Germaniæ civitates venerat Rhagius, literarum docendarum cauſa, ut in præcipuis literarum in Germania inſtauratoribus facile habeatur. Sed, prout tum erant tempora, non benigniori affectu excipiebatur a rudibus, atque olim Vergilius, aut Reuchlinus etiam, qui ultra vulgi captum ſapere videbantur. Ejectus itaque expulſusque eſt variis ex locis Rhagius, vix tamen usquam majori cum acerbitate, aut injuria majori, quam ex urbe Lipſienſi. Gnaviter ibi docuerat Latinas Græcasque literas, & expoſitis utriusque linguæ ſcriptoribus, tantas eruditionis opes in diſcentes transmiſit, (c) meliori ut fato dignus omnino duceretur. Ipſe, de quo diximus, in oratione habita, diſcedens Lipſia, quam plurimos optimæ notæ Scriptores recenſet, quos ex utilltate multorum conſvevit Lipſiæ explanare, videlicet, lacteæ ubertatis Hiſtorici monumenta, T. Livii, & Plioii Majoris de rebus naturalibus Commentaria, Plautique Comoedias, Horatii idem Carmina, Virgilii Aeneida, Tullii Epiſtolas, ejusque tres de officiis libros, tandemque Cornelium Tacitum, & Divi Hieronymi Epiſtolas. His rite explanatis, ſuam porro operam pollicetur in interpretando Priſciani opere, Auli Gellii Noctibus Atticis & Auguſtini libris de doctrina Chriſtiana. Verum execrabilis nonnullorum livor honeſtiſſimos viri conatus & conſilia eluſit; tantoque juventutem bono orbavit. Infremuerunt præcipue monachi inſulſi, qui gratia clementiaque Georgii, Ducis Saxoniæ, præmuniti, famæ Aeſticampiani maximopere invidebant Quapropter ne auctoritas ſua noſtri eruditione paulo labefactata prorſum intercideret, una omnium conſenſione & voluntate ad opprimendum Rhagium convenerunt, idque tandem effecerunt, ut Lipſia innocens vir Anno cIɔIɔXI. expelleretur. Ceſſit itaque conſcientiæ fiducia comite, monachorum invidiæ, cum impetum rabiemque eorum amplius ferre non poſſet, & eorum ignorantiæ adulari, hominum more abjectiſſimorum, nollet. Fortunæ poſtea ſedem, otiumque tranquillum Vitembergæ quæſivit, ratus cum Ariſtippo, artes tandem aliquo in loco juſtos reperire exiſtimatores & haberi pretio magis æquo Nihil hic dubitationis eſt, quin pari diligentia & dexteritate artes tradendi exactiſſima etiam hic valuerit. Neque ſe a divinioribus prorſus abſtinuit, aut alienus ab reducta religionis puritate fuit, dubitari ut poſſit, feliciorne fuerit, quod morti propemodum vicinus renaſcentem viderit religionis ſinceritatem, utrum, quod ei ipſos inter inſtauratores contigerit vixiſſe. Pervenit tandem veneranda canitie usque ad ſexageſimum ætatis annum, & pridie Kalend Jun. Anno cIɔ Iɔ XX e vita migravit. Commemoranda adhuc de ſummo illo viro eſſent plura, quæ per feſtinationem non licet, alio tempore commodioreve occaſione explicatius reddenda. Deſcripſit præterea, quæ geſſit Aeſticampianus, quæque ipſi eo tempore, quo literas docuit in Academia Lipſienſi, acciderunt, non inerudita Diſputatione M. Daniel Fidlerus, Hohenſteina Miſnicus, adjecit quoque, qua Lipſiæ valedixit Rhagius, orationem, manu antea exaratam, communicatamque ab Erneſto Salomone Cypriani, Athenæi Coburgenſis Directore. Mortuum Aeſticampianum tumulo amici cura-

(c) Hac de re ipſe Rhagius in oratione, qua Lipſienſibus valedixit, teſtatur, ita locutus: Quatuor in dies aliquamdiu horas prælectioni veſtræ hic dedi, cum alias etiam partim repetitionibus & inculcationibus conſumerem, partim autem commentationibus & verſibus pangendis contererem, adeo, ut vix aliquid temporis vel victui ſumendo, vel ſomno capeſſendo, vel officiis amicorum exequendis reliquum mihi fuerit, quæ profecto omnia non quæſtus alicujus aut famæ gratia, (utrumque enim eſt mihi permediocre) ſed ſtudio tantum de vobis & patria bene merendi factum eſſe, ſcitis fere omnes. Quotquot autem ſunt aut adoleſcentes, aut ætate jam profecti, qui ex labore & induſtria mea vel doctiores ſemper facti ſint, vel meliores redditi, & Deus ſcit, qui & nobis & ipſis tantam gratiam dedit, & vos non ignorare debetis, qui eos tum vidiſtis, tum etiam audiviſtis.

curaverunt inferri, atque, epitaphio pereleganti extructo in templo Parochiali Vitembergæ, ſequenti carmine nobilitari, quod ipſum invenitur laminæ æneæ in muro orientali ad ſiniſtrum Altaris inſcriptum.

JOANNES RHAGIUS, ÆSTICAMPIANUS LUSATUS, POETA LAUREATUS ET THEOL. DOCTOR.

Laurea Germani viridans tibi Cæſaris una eſt,
Altera Romulei munere Pontificis;
Tertia ſacrifica plexa eſt de Numinis ara.
Cingunt doctas comas Laurea ſerta comas,
Rhetoricen, Sophiam, Vatum monumenta profeſſus,
Annis viginti pluſve minuſve tribus.
Danubius, Rhenus teſtatur, & Odera & Albis,
Spiraque cum docta Sequana Gallus aqua.
Jam ſexagenos complecti vividus annos,
Nec ſcis quo loculo, quave cubabis humo.
Sic tibi non cenſus, faſtus, poſſeſſio, fraudes,
Sed pax, libertas, gratia chara fuit.
Extra fortunam eſt carmen, quo lamina corpus,
Signat, ubi poſitum quave tegatur humo,
Ut ſi quem tanget pietas, miſeratio caſus,
Ingemat & fati ſit memor ille ſui.

Male diſtingvuntur ab ſe Joannes Rhagios Aeſticampianus & Joannes Sommerfeldius, cum unum eundemque indicent hæ appellationes. Ex hoc ſe ſatis expedire non potuerunt, Conr. Geſnerus, ejusdemque Bibliothecæ Amplificatores, diverſosque fecerunt Aeſticampianum & Sommerfeldium. Edita ab hoc Rhagio Aeſticampiano commemorantur.

Carmen Sapphicum, ad Studioſos Eloquentiæ, cum doctorum Virorum Epigrammatis, Nicolai Weidmanni, Ulrici Huttem, Viti Werlers, Valeriani Sifridi.

Item Præcepta Grammatica.

In Martianum Capellam præfatus eſt & in quadam Plauti Comœdias, itemque

In LL. Oratorios Ciceronis.

Phalacium etiam ſcripſit in Libros Wimphelingi de integritate.

Libanii Epiſtolæ, antea translata in ſermonem Latinum a Franciſco Zambicario, Bononienſi, edita vero poſtea, & emendata, argumentisque illuſtrata, addita etiam præfatio luculenta & erudita eſt a Joanne Sommerfeldio. Impreſſ. Cracoviæ 1504. 4to.

PARNASSUS GORLICIORUM,

Auctore

CHRISTOPHORO STAUDIO GORLICIO LUSATIO.

* * *

AMPLISSIMIS, PRUDENTIA, VIRTUTE,

Doctrina, rerum uſu, præſtantisſimis Viris, Dn. Conſuli, Conſularibus & Senatoribus inclutæ Gorlicenſium Reipubl Dominis & Mecænatibus ſuis colendis, S. D.

Illum næ Stygils dixero fluctibus
Emerſiſſe; feræ cautibus horridis
Idæ progenitum; lacteque Tigridis
Nutritum: nitidis Pallados artibus
Grajæ qui ſtolido pectoris invidet
Ductu: atque has gladio tollere nititur;
Et flammis rapidis expetit urere.
Illum næ ſuperis dixero ſedibus
Natum, qui Sophiam laudibus inclutis
Effert: & ſtudiis omnibus, omnibus
Mentis viribus, & corporis adjuvat;
Et blandus propriis ſuſcipit ædibus:
Illique ut lepidæ baſia filiæ
Figit, ſvaviter amplexibus imminens.
Urbs felix igitur: cujus in incolas
Fundunt Pierides munera blandulæ,

Fontis Pegaſei lympida flumina:
Quæ cives quoque nunquam renuunt, neq;
Contemnunt tumidi forte ſuperbia.
Hinc ſurgunt etenim, Chriſte, tuæ manus
Doctores; populo cœlica dogmata
Qui tradunt, facili ſemita tramite
Quæ ducat ſuperas ad ſuperum Ducis
Ædes, cærulei flammea ſidera
Monſtrantes operis: voceque ſupplice,
Et verbo prohibent; ne ſera guttura
Pandens Tartareus ſurripiat Draco
Agnos de ſtabulis Chriſticolum piis.
  Hinc ſurgunt etiam munia publica
Urbis qui ſubeunt: ſceptraque patriæ
Præclara moderantur ſapientia:
Nixi propoſitis legibus improbos
Flaminis, exiliis, enſeque puniunt:
Gaudent Juſtitia, peſſima munerum
Solerter fugientes laquearia;
Curant conſiliis res male perditas:
Quaſſas eripiunt æquoribus rates.
His ergo DEUS, hæc omnia dans, ſavet:
Virtus, & favor & lingua potentium
Vatum divitibus carminibus ſavet:
Dignos laude viros fama vetat mori.
Hinc ſurgunt etiam, qui rude parvuli
Informant pueri pectus: & optimis
Complent ingenium ſvaviter artibus:
Ut creſcant ita mox agmine ramuli
Ingenti virides: qui bene moribus
Et virtute parentes referent bonos.
  Hæc ſunt Pieridum munera, credite,
Quæ paucis veniunt urbibus obvia:
Quæ non imber edax, non Aquilo impotens
Poſſit diruere, aut innumerabilis
Annorum ſeries, & fuga temporum.
  Hæc, o Gorlicii, civibus omnia
Veſtris conveniunt: ut mea leniter
Stringit Muſa levi carmine: quod bono,
PATRES, quos pietas, quos honor & decus
Exornat, legite & ſumite pectore:
Quo vobis etiam dedico & offero.
Hoc, ſi veſtra teget gloria, dignitas,
Non Momi veniet morſibus obvium.

V. Amplit.
Obſervantiſſ.
Chriſtoph. Staudius
Gorlicius Luſ.

PARNASSUS GORLICIORUM.

Propoſitio bipartita.
NUnc hac exigua extorquet mihi carmina magnum
Magni montis opus; Parnaſum nomine dicunt;
I. *Luſatiæ ora ſua quem circum amplectitur alvo.*
Ejus quæ fuerit majorum tempore forma,
Et quæ ſit noſtro, tenui modulamine condam.
II. *Et vos illius montis juga ſacra colentes*
Muſæ, vos dicam: & facile comprendere verſu
Aggrediar, vobis quæ ſit clementia noſtram
In patriam: quando fugientes Dardana regna,
Præpetibus pennis auſæ vos credere cælo,
Inſuetum per iter eandem enavıſtis ad oras
Nisſiacas; tanto dignata munere cives:
Fixiſtisque pedem Parnaſi in culmine montis.
Aſt infirma mihi vis eſt, infirmaque virtus;
Quæ nequeat meritas vobis perſolvere grates.
Ergo animum inſpires nobis, linguamque gubernes *Invocatio.*
Chriſte, DEUS vatum: date commoda plectra canenti
Ad mea præſentes cum Chriſto vota ſorores. *Occaſio hiſtoriæ.*
Tempus erat; curſu Phœbus confecerat orbem
Jam medium; & fervor rapidisſimus arva tenebat:
Ecce ego Gorlicia progreſſus ab urbe, petebam
Arva, ubi Parnaſus diverberat arduus auras,
Summaque verticibus contendit ad aſtra duobus,
Immerſam cupidus molem ſpectare, ſitumque;
Has mecum tacito curas ſub pectore volvo:
Quid facio demens? cur nunc mea tecta relinquo,
Auſus inacceſſa montis me credere rupi?
Dum mente hæc reputo montis radicibus adſum:
Et quamvis ſuperare jugum, ſummumque cacumen
Tangere vix valeo: tamen ad faſtigia tendens
Membra levo tereti baculo; tardusque labore,
Oblongo nitor veſtigia ponere clivo.
Tantum aberam ſummo, quantum ſemel ire ſagitta
Miſſa poteſt: feſſus recubans ſub tegmine fagi
Auribus asſiduos arrectis haurio cantus.
Hic etenim querulo, clamoſoque ore cicada
Crebro alas quatiens dat acutum ſtridula cantum.
Hic volucres cantu ſvaves ſub fronte latentes
Certant obſequio, & teſtatæ carmine dulcè
Lætitiam late concentibus aëra mulcent.
Hic merulus modulans alternis concinit odis;
Parte alia dulces exercet acredula cantus.
Et quamvis omnes modulamina voce volucres
Tentarent: tamen haud Philomelam carmine vincunt:
Quæ tam dulce ſonans fundebat gutture carmen:
Ut mea laxarem ſecura membra quieti.
Nec mora, dum mollis feſſos ſopor occupat artus:
En ego percipio voces; & verba vocantis
Sentio: ſic ſomnum mihi præceps abſtulit horror.
Hic Dea ſeſe offert mihi, formam & virginis ora
Oſtentans, dederatque comas diffundere ventis.
Hujus candidulis contendunt lumina ſtellis;
Malaque purpureos dant albo miſta colores:
Marmoris inſtar habet niveos, eborisve lacertos,

Collaque; nec cedunt calvis cerave capilli.
Obſtupui, gelidusque coit formidine ſanguis:
Arrectaque ſtetere coma, & vox faucibus haſit.
Aſt hac, tolle metus, inquit, depelle timorem:
Haud infenſa tibi veni: ſunt candida nobis
Pectora; ſunt animi molles, eſt gratia vocis.
Hac ubi dicta dedit; ſecum monet ire modeſte
Dextra me prenſum: & feſſo veſtigia firmans,
Ad latus it comes, & montis me ducit in altum;
Circum ubi proſpectus longe lateque patebat.
Hic ubi conſtitimus, verbis his farier infit:
Audin', pauca loquar, deque hoc te monte docero
Ordiar: hinc urbis veſtra ingens gloria manat.
I. Narratio. *Cernis, at, geminum cornu, quorum illud ad Auſtrum*
Vergens ſubmiſſum eſt; cernis ſublime ſecundum,
Quod pedibus premimus noſtris, Aquilonibus obſtat:
In bifidoque patet ſpacioſus vertice campus:
Aſpice piniferum caput, ac ingentia ſaxa.
Arx in Parnaſſo. *Arx erat hic vaſto ſuſpectu, & turribus alcis*
Opportuna loco: munimen & ardua rupes
Praſtabat laterum anfractu: geminique minantes
Ad cœlum ſcopuli arcebant acceſſibus hoſtes:
Terrebant denſa hinc ſilva, lapidesque maligni,
Hinc ſpiſſa rupes; vix ſemita parva patebat.
N a Landſtron. *Nobilis extruxit ſedem hanc Landſtronius heros:*
Ut, ſi forte duces Mavors ad bella vocaret,
Tutamen ſibi praberet, tutosque receptus.
Poſt varias experta vices, variosque ſubinde
Paſſa duces, tandem numerato venditur auro
Gorlicenſes. *Gorlicii: illi pagis, urbique timentes,*
Ne, ſi forte virum ſpoliorum & cadis amantem
Arx ea ſuſciperet, campos vaſtaret apertos;
Vel tacitos pecorive dolos hominive pararet:
Tandemque imperio ductor ſuccederet urbis:
Solliciti partes animum meditando per omnes
Verſabant: ſi qua potis hanc avertere cladem:
Moliri interitus arci meditantur: ea una
Denique cura animo ſedet, hac ſape una reſurgit:
Protinus acciri cives ad limina Conſul
Imperat: ecce igitur dedit ingens buccina ſignum:
Conventus Gorlicenſium. *Quo ſubito intonuere domus & ſplendida tecta.*
Continuo ruit ad Patres gens omnis; & adſunt
Gorlicii cœtus, cives, juvenesque, virique.
Illi animis promti, ſtudiis coiere parati
Una omnes: variis reſonat ſermonibus intus
Oratio Conſulis. *Curia: dum in medio Conſul ſic farier orſus:*
Sobeſlaus *Gorlicii Cives, belli fortiſſima proles,*
Rex Bojemiæ conditor Gorlicii, *Quos olim huc Sobeſlai clementia regis*
An. 1131. *Duxit, pro ſummis meritisque hanc condidit urbem:*
Hac animis, quaſo, veſtris infigite dicta:

Vos ſcitis, quanta noſtras formidine mentes
Perculit ad fines poſita dux nobilis arcis:
Et data ſit nunquam contra pugnare poteſtas:
Sed (licet inviti) ejus ſava probavimus auſa,
Aſt tandem (ſic fata volunt) occaſio nobis
Nunc ſatis ampla, data eſt: turres ſunt are redemta
Parnaſſi montis, noſtra ditione tenentur.
Ergo, qua nobis nunc ſit ſententia, pandam.
Nos habitant circum virtute ac are potentes,
Nobilitate graves, qui ſummis viribus omnes
Nitentur: technis ut monte atque arce potiti
Fucatis; turri dominum, ceu cuique placebit,
Praponant: celſam qui fors ſpem ponet in arcem:
Cum cernet quod ſit noſtris imperditus armis:
Omnia tentamenta, dolos, vimque induet omnem;
Inſidias ſtruet; ac ubi erit data copia damni;
Nos contra armabit ſocios: nec mœnia tutos
Noſtra regent cives & inibit pralia in ipſis
Aggeribus murorum, & nos depellet ab urbe:
Nosque in vincla dabit: vinctosque inducet in arcem
Victor: nos captos ridebit catera turba.
Hic opibus veſtris opus eſt, hic viribus uſus.
Quadrijuges Phaëthontis ubi ſummo athere ſacram
Naribus efflabunt lucem, qua colla colubri
Calce terens Stygis, & confracto poſte ſepulcri
Victor ovans Chriſtus ſuperas emerſit ad auras:
Quisque ſuis rutris praſto, atque ligonibus adſit:
Quis aquata ſolo fumantia culmina ponat:
Auxilium patria noſtrum quoque ſerviet urbi.
Dixerat: exciti Cives communia jungunt Effectus
Fœdera: & unanimes magno cum murmure poſcunt, Orationis
Sumere tela manu, jam jamque evertere muros.
Aſt ſermone Patrum Populi eſt furor iſte repreſſus.
Dicta dies aderat: liquido & jubar athere tollit
Sol feriens radiis ſuprema cacumina primis:
Sunt memores juſſi Cives: inſtructa juventus
Ferro accinguntur: rutro hic armatus acuto
Advolat: ille adfert pralongo ſarcula ferro:
Non arci deſunt conti, ſavique ligones:
Ille ſudes ſtipitesque refert, hic paſtina portat.
Procedunt portis; & complent undique campos:
Telis horreſcit variis ſeges: araque fulgent
Sole laceſſita, & lucem ſub nubila jactant.
Nec longas traxere moras: denſo agmine montem
Conſcendunt, arcemque parant confringere ferro. An. 1422. Arx Parnaſſi in ipſo paſchate diruī cœpta.
Incumbunt operi: cunctos idem ardor habebat:
Ac inter ſeſe multa vi brachia tollunt
Una omnes: ſtrepit aſſiduo ingens verbere murus

Pulſus:

Pulſu: *& abſiliunt ſcintillæ & pulvis in auras.*
Non aliter, quam cum crudelia prælia miſcent
Vulneribus crebris hoſtes; & ferrea pulſu
Arma armis rabido torquent, glomerantque furore,
Dant ſonitum ictu galea & cava ſcuta frequentem.
Verberibus montes reboant, clamoreque ſilva
Reſponſant circa. Verum nec ſaxa fatiſcunt:
Nec duros poſſunt ferro convellere muros.
Nam quantum tota vir rutru luce revulſit:
Evaluit tantum non magno pondere preſſus
Pellibus acceptum, vicinam ferre ſub urbem.
Linquuntur lacerata domus fundamina: muri
Dimidii pars fracta jacet: pars cætera monte
Fixa manet; veterisq; adeo veſtigia turris.
Gorliciis ætas vix nona refulſerat agris;
Aurea concordis cum vere ſecula pacis
Gorlicii regnare putant: fortuna feroci
Ora refert vultu: torvaq; in fronte ſeveros
Torquet atrox oculos: mortem interitumque minatur.

Ulricus a Biberſtein.

Nam, quibus ignotum eſt mihi Biberſtenia proles
Artibus Ulricus, Parnaſo monte potitus,
Tecta novat, pinnisq; arcem circumdare tentat:
Inde nova rurſum turres & mœnia ſurgunt.
Contrahit ære viros, armatq; in bella: feruntur
Exigui numero; ſed bello vivida virtus:
Hi domino abſenti, nec quicquam tale volente
Furta parant belli convexo in tramite ſilvæ:
Implentq; anguſtas armato milite fauces:
Gorliciis ut damna ferant, ſternantq; meantes.
Heu tunc impendent tibi fata cruenta, viator:
Sterneris imbellis, cuncto ſpoliaris amictu.
Gorlicii, cum fama fidem, miſſiq; reportant
Exploratores, expectant fortiter hoſtem,
Obſervantq; dolos: non corda inſultibus ullis
Fracta nec acta metu frigent: levibusq; ſubinde
Decertant pugnis: nunc his victoria cedit,
Nunc illis, pugnantq; pari diſcrimine pugna.

Eod. anno. Huſſitarum irruptio.

Interea exoritur nova fax: in prælia ſurgunt
Husſiades: armis & in arva inimica feruntur:
Fit via vi, vaſtantq; agros, hominesq; trucidant:
Cæde calent; ſtragem cunctis mortemque minantur:
Vis ferri (horrendum) & violentia regnat in auſis.
Atq; hæc cauſſa fuit pacis: ſic namq; coacti

Eod. an 30. Julii 24.

Gorlicii Ulricum precibusq; minisq; rogarunt:
Auferat inſidiis anſam; compeſcat atroces
Supplicio; ſit pax vicinis. Ille petita,
Caſtigans pravos, ſequitur: pacemque ſequeſtram
Pacis amans pepigit: miſtiq; impune coloni
Erravere viis, concordia corda gerentes.

1434. Joannes dux Saganenſium emit arcem Parnaſſi. & cupit illam inſtaurare.

Accipit hæc inter turres juſto ære redemtas
JOANNES, quem tunc Dominum agnovere Sagani:
Hic arcem (pars namq; diu imperfecta jacebat,
Pars nuper renovata) ſtudet circumdare muris
Immenſis, aptare domum, celſisq; theatris
Fundamenta locare bona, immanesq; columnas
Rupibus excidens, æquatas ducere cœlo
Turres, & pinnas, & propugnacula belli.
Erectam complere viris parat: utq; per altos
Vult omnis muros Legio ſortita periclum,
Excubet, expediatq; vices, quæ cuiq; eunda.
Maxima jam ſaxis ſurgebant mœnia: nexaq;
Ære trabes: foribus cardo ſtridebat ahenis:
Impoſiti vigilant vigiles fulgentibus armis.

1437. 31. Octob. 2.

Inſuper expoſcit, vigiles ut alantur ab urbe;
Gorlicii Cereremq; darent, & pabula nummis
Mutent, ut miles vitam ſine crimine poſſit
Degere: nec raptis cogatur vivere prædis.
Hæc etiam res Gorliciis oblata timorem
Addit: at hic licet exiguam ſperare ſalutem
Deberent: tamen afflictis confidere bus
Conantur melius: delectos ordine ab omni
Sex Oratores ad culta palatia ſacri
Cæſaris ire jubent SIGEMUNDI; regna premebat
Qui ditione ſua, CHRISTI mandata ſecuta,

11. Novemb.

Donaq; ferre viro, precibusq; orare ſalutem.
Haud mora, feſtinant juſſi, rapidisq; feruntur
Paſſibus, interea collectis civibus, ora

Conventus Luſatiorum.

Quos hæc amplexu fovet undiq;, ſumma pericli
Ponitur in medium: res ardua plena timoris.
Primores mæſto defixi lumina vultu
Aſtant: eventus animo caſumque volutant.
Stat paribus circum curis agitata caterva,
Et multo inter ſe vario ſermone ferebant.
Talia Dux tandem poſita de ſede profatur:

Oratio Ducis Luſatii.

Concilii quæ cauſa, patet, generoſa juventus:
Conſilii quæ cauſa, bono, rogo, ſuſcipe vultu.
Miſimus ex noſtro ter binos ordine patres,
Qui noſtros referant caſus, remque ordine pandant;
Cæſaris auxilium implorent: & ſupplice pacem,
Poſt varios motus, varia & diſcrimina rerum,
Voce petant: quam ſi nobis ſors dura negabit,
Viribus utendum veſtris eſt: juſta foventi
Omnia dat, qui juſta fovet: nec Numina deſunt:
Non ſpolium noſtris, non regnum quæritur armis:
Externis merito Dominis ſervire negamus.
Hæc ubi dicta dedit; non parvo murmure vulgus
Secum certa fremit: Pietas, patriique penates
Suppeditant animos: revocantque in priſtina vires.

Reſponſio populi.

Si licet, exclamant, veras expromere cauſſas:
Veſtra quod occultas tenuis patientia vires
Conquerimur: deerat vobis fiducia noſtri?
Dum movet hic calidus ſpirantia corpora ſanguis,
Et dum pila valent fortes torquere lacerti:
Stabimus haud trepidi contra: ne turbidus hoſtis
Confidens arci, lætetur ſanguine noſtro,
Servitiove. DEUS tales avertito clades!
Hæc fati; elatas, quæcunque pericla vocarent,
Promiſere manus: ferit aurea ſidera clamor.

Jamque iter emenſi, turres ac mœnia Pragæ
Ardua legati cernunt, muroſque ſubibant:
Nuncius ante volans Auguſti ad Cæſaris aures
Profert, Gorlicio ſex, publica juſſa ferentes,
Adventaſſe viros. Ille intra tecta vocari
Imperat: & ſolio medius conſedit avito:

Cæſar Sigismundus ad Legatos Gorlicenſes.

Atque hæc ingreſſis placido prior edidit ore:
Dicite Gorlicii, cur has veniſtis ad oras?
Quid petitis? quæ cauſa viæ, vel cujus egentes?
Vix ea fatus erat: ſubmiſſi maxima donant
Munera: dein tali Legatus voce locutus:

Oratio Legatorum ad Cæſarem.

Armipotens CÆSAR, Romani maxime Rector
Imperii: hoc ſanguis noſtris effuſus in arvis
Commeruit: ſævi Husſiades cum Marte feroci
Oppida diruerent vicina, agriſque colonos
Abriperent: & multa darent, heu, millia letho:
Hoc pietas, fortiſque animus, præclaraque facta:
Cum noſtram fruſtra oppugnarent molibus urbem:
Aut extructa ſedent circum caſtella ſub armis:
Nunc hos, nunc illos aditus, omnemque pererrant
Marte locum, & variis nequicquam inſultibus urgent.
Non ſecus atque lupi, quos magna fatigat edendi
Ex longo rabies, & ſicca ſanguine fauces;
Cum ventum ad caulas, pleno inſidiantur ovili;
Omneſque intendunt vires, qui commodius agnos
Excutiat modus ex ſtabulis: clamore moloſſi
Latratum exercent: aſt illi ſævius inſtant
Unguibus: ac fruſtra poſtes convellere tentant.
Nunc cum parta quies, externoque hoſte fugato
Pax optata bonis merito ſit danda colonis:
Ecce recens hoſtis, furtivaque prælia gliſcunt.
Nam bis ſeptenum Sol circumvolvitur annum,
Cum tua, ſumme Ducum Cæſar, mandata facenti,
Arcem in Parnaſo, quæ clam molita periclum
Urbi impendebat, ferro convulſimus: ac nunc
Dux renovata tenet JOANNES milite forti
Mœnia: & a nobis huic nutrimenta requirit.
Ex illo qui nos caſus, mala quanta ſequantur:
Et quales maneant clades, civeſque, Patreſque,
Emicat: arx noſtra vicinis imminet urbi
Turribus; impoſiti vigiles mercede parati
Omnes obſervant aditus, quæ cauſa timori,
Excubiiſque adſit, noſtras non venis ad aures;
Triſte ſed augurium, dirum quid pectore ducis.
Non etenim invadunt hoſtes, nec molibus inſtant:
Non ferro celſas cogunt defendere turres:
Non latro capere arma jubet: non ulla coorta eſt
Seditio: nullus populo furor arma miniſtrat:
Nulla patet belli facies; pax eſſe videtur.
Ergo alius latet error: atrox ſors miles, ut alte
Proſpiciet prædam venientem turribus: (illa
Namque dolos, ſemperque nefas ſub pectore verſat
Colluvies hominum) ardebit dolor oſſibus ingens:
Qua tentet ratione aditus, & qua via ferro
Incautos ſternat; prædamque avertat opimam.
Qualis ubi aut leporem, aut candenti corpore cygnum
Conſpicit in ramis laſſitans Jovis armiger; omnes
Seſe agit in partes: jamque huc, jam dirigit illuc
Curſus, inſidias quærens: ut morſibus artus
Paſcatur rabidis: & pinguia viſcera tondens,
Rimatusq; epulis, vacuam demergat in alvum.
Sic illi ad prædam proni, cupidiq; nocendi,
(Suadebit veſana fames, auriq; cupido)
Arma frement, nec erit tum fas rationis in armis:
Sternetur turba imbellis: totiq; rapinas
Corradent campis, argenti pondus & auri.
Deniq; cum ſemel eſt ſpoliandi facta poteſtas:
Spe mentes acuent: ſeſeq; impune vagari
Cenſebunt: ſic nullus ager, nec ſilva, vtaque
Cædibus exiſtent vacua, ſed ſtrage gemiſcent:
Nuſquam tuta quies, ſed plurima mortis imago.
Utq; fera tigres nunquam poſuiſſe furorem
Creduntur: ſilvis dum matrum luſtra ſequuntur,
Quas hominum pecorumve diu pavere cruores:
Sic ſolitis illis mortales ſternere ferro,
Durabit conſueta ſitis: ſemel ore receptus
Pollutas ſanguis dabit haud manſueſcere fauces.
Quem poſt inveniet tam ſæva potentia finem?
Quis modus his ſcelerum? nobis quæ meta laborum?
Quænam confecti merces, quæ præmia belli
Reddentur? non hoc præſtantia facta requirunt?
O male vicinis hæc arx fundata colonis,
O triſti damnata loco! Pax alma per omnes
Et tranquilla quies populos? nos præda furentum,
Nos erimus: tuto nec erit procedere greſſu.
Ab urbem inviſam; heu fatis contraria noſtris
Fata! rapax nobis melius fortuna dediſſet
Fortiter ob patriam pugnando occumbere morti.
Sed tantus teneat ne mentem & pectora terror:
Ut noſtris liceat nil prorſus fidere rebus:
Venimus oratum miſeri: miſerere tuorum:
Tu requies miſeris; Pax hoſpitiumq; colonis
Te penes. in te tota urbs inclinata recumbit.
Ne, CÆSAR, miſeros in aperta pericula cives
Perduci patiare: tua mandata colonis
Quoe ditione premis tota in regione referto:
Ne ſic prædonum concedant creſcere nidum:
Sed quavis quærant ratione viamq; modumq;,
Quo turres iſtæ precio acquirantur honeſto:
Ut vaſtandi illas ſic detur juſta poteſtas.
Vel, ſi Veſtra cupis, CÆSAR, clementia, noſtras
Intendi vires; ſpem nos ponamus in armis:
Non ita contremimus; non cum fortuna repugnas,
Funditus occidimus: ſed habet fortuna regreſſus:
Sunt his militibus ſua funera, parq; per omnes
Tempeſtas: non deſtitimus ſub limine primo.

Quod

Quod ſi Gorlicios illi in certamina poſcunt:
Idq́ placet, CÆSAR: non id tentere negamus:
Non adeo hæc exoſa manus victeria fugit:
Ne modo fallaci tendant laquearia fraude;
Ne lateat, num corda gerant hoſtili: Dixit.
Reſponſio Sigiſmundi Imperatoris. *Olli ſedato CÆSAR reſponſa ferebat*
Pectore: non equidem contemno munera: lætus
Accipio: ſed ne, Cives, adſveſcito bello,
Cum via ſit melior: ſtetimus tela aſpera contra,
Contulimusq́ manus etiam: mihi credite ſæpo
Experto: telis concurrant tela, caveto.
Ponite de veſtro tales, rogo, pectore curas:
Jam noſtrum eſt, omnes recte perpendere caſus.
In promtu nobis via, conſiliumq́ medendi
Vulneris: auxilio cives opibusq́ juvabo.
Nunc ite, & veſtro populo mea verba referte:
Auxilium non longe aberit: non immemor hujus
Cauſſa ero: confidant certo, maneantq́ quieti.
Tali Gorlicii ſolamine CÆSARIS, urbem
Ad patriam læti redeunt; pacemq́ reportant
Venturam. Excipiunt plauſu ſolamina cives:
Expectantque diem; & læta ſpem fronte ſerenant.
1441. Joannes Dux Saganenſium moritur. *Talia Gorlitiis dum magna ex parte geruntur:*
Lumina componit placida Dux morte Joannes:
Hæredesq́ duos regni, ſamaq́ relinquit:
Qui dum fata patris fletu, cordisq́ dolore
Ploraſſent, donis animam oruaſſentq́ ſupremis;
11. Novem. ♄. *Cæſaris admonitu, Legatos talibus ultro*
Juſſis Gorlicium mittunt: Si monte potiri
Exoptent, ſedeatque animis ea cura repoſta,
Auro mercari turres, nil eſſe quod obſtet;
Nulla mora in ſeſe. Quid vero carius illis?
Quid magis acceptum fieri potuiſſet? & aurum
Non ſine leticia numerebant: dextra, fidesque
Porrigitur: maneant æterno fœdere juncta
Gorlicius turres, dominosque ducesque ſalutent.
Leticia exundant cives, & pectore toto
Unanimes gaudent: cantantes voce triumphos
Inſultent arci: ſpes addita ſuſcitat æſtus.
Exultant læti quales ſub nubibus atris
Strymonia dant ſigna grues, atque æthera tranant
Cum ſonitu, volitantq́ omnes clamore ſecundo;
Quas procul incautus nemora inter Creſſia telis
Incaſſum petiit paſtor, fruſtraque quietas
Excitat: ha incolumes clamant, fugiuntque periclum.
Dein Conſul, cui non penitus fiducia ceſſit
Turres diruere, atque extructam tollere molem,
Ultro animos tollit dictis, hortatur & ultro:
Conſul hortatur Cives. *Quod votis optaſtis, adeſt, perfringere dextra:*
In manibus mons ipſe, viri: nunc quilibet eſto
Urbis, promiſſique memor: nunc magna laborum
Præmia forte: quies nobis datur optima: pacem
Accipite: & pacis remoras evertite turres.
Hæc ait; & ſecum verſat, quos ducere ad arcem;
Vel quibus excelſos poſſit convellere muros:
Aſt communi omnes cupiunt ſervire ſaluti.
Ergo omnis ferro pubes accingitur; arcem Deſtructio arcis.
Conſcendunt: terra proſternere mœnia certant.
Qualis apes hyeme extrema per cerea caſtra
Sub tectis labor exercet, cum florea deſunt
Rura, nec adfertur ſtipandi mella facultas:
Nec procul ex herbis quærendi alimenta per agros:
Diſcurrunt: magnisque acuunt ſtridoribus iras:
Completas dulci populantur nectare cellas:
Namque fames urget ſimul omnes agmine facto
Incumbuntque favis, & vaſtant impete cellas,
Quas labor æſtivus miranda finxerat arte.
Haut ſecus inceptum Cives opus acriter urgent:
Quilibet eſſe volent opera inter talia primus
Hortatur ſocium, peribus populetur ut armis,
Inſtant: obnixis in mœnia viribus itur:
Procumbunt lapides: turris ſonat icta ligone,
Pinnæque excelſæ: vacuas id pluvis ad auras:
Ferratos capiunt contos: & corpore toto
Obnixi trudunt, donec devicta labantes
Juncturas tabulata dedere: trabesque ſolutis
Poſtibus ingentem ſtrepitum traxere ruinam:
Exultantque ſolo, atque immani mole ſecutus
Procubuit murus: fragor æthera terruit altum.
Non ſecus ac tonet ore DEUS, dextraque coruſcet,
Denſaque per nigras effundat fulmina nubes,
Et tellus gemit & circum nemora alta tremiſcunt.
Tollitur excisa glomeratus nimbus arena:
Confracta properant moles: perque ardua montis
Fundamenta ruunt: lapſis ingentia muris
Saxa gemunt: turresq́ & propugnacula belli
Labuntur cuncta horrendum convulſa, minaq́
Murorum ingentes: æquataq́ machina cœlo
Fertur in abruptum: lapides volvuntur ad imum
Præcipites, rapidoq́ trahunt ſecum omnia lapſu,
Cum ſonitu ingenti: late ſaxis loca complent.
Sic arx iſta ruit: lapis omnia nudus & ingens Concluſio.
Silva tenet montem: ſub vertice naſcitur herba.
Sic Dea narrabat laudes, & facta docebat
Gorliciæ gentis: preſſoq́ obmutuit ore.
Aſt ego laticia jamdudum percitus adſto:
Ingens mente mihi virtus, multusq́ recurſat
Gentis honos: hærent infixa pectore voces.
Mirabar nemorum tractus, ſilvasq́ virentes:
Cum tamen ante nihil niſi putrida ligna fuiſſent:
Preſſiſſentque ſolum muſco circumdata ſaxa.
Ergo Deam adſtantem verbis compello benignis:
Ne vultui Dea (quæcunque es) te ſubtrahe noſtro:
Sed mihi commemora cauſas, quo numine Divum Propoſitio 2. narrationis.
Afflata Muſæ, noſtros tetigere penates?
Vel quid dux metuens veſter formoſus Apollo

Cultri;

Cultrices caſti Muſas, tot adire labores
Impuleris, tantamq; viam peragrare volando?
Magnum, inquit, dilecte jubes renovare dolorem:
Argolicas ut opes, & lamentabile regnum
Eruerint Turca quaque ipſa miſerrima vidi.
Quis ſibi, quod fera gens, in Divos fulmina & ignes
Spirans inque homines, habeat eam ſpleudida regna,
Temperet a lacrumis? etenim domicilia Muſis
Prabuit hoc, multos quondam tenuitq; rigates
Caſtaliis undis, & Palladis arte politos.
Jamque animus meminiſſe horret, luctuque refugit.
Sed quoniam rapidus mediam Sol tranſiit horam:
Majoresque cadunt ſenſim de frondibus umbra:
Atque tenet te tantus amor cognoſcere cauſas
Muſarum adventus, in Luſatia optima rura:
Incipiam: ſed ſumma ſequar faſtigia rerum.
Terra procul ſultis colitur Mavortia campis,
II. Narratio. Græcia. *Argolici coluere viri (dum fata ſinebant)*
Optima frumentis, & vino, atque ubere gleba,
Parnaſſus Græc.æ. *Hic mons Parnaſus gemino petit athera colle;*
Qui Phœbo Bacchoque ſacer: radicibus imis
Font fluit irriguis nitidisque argenteus undis,
Caſtalium dicunt: cujus juga ſacra colebant
Caſtalides Muſa, dictantes carmina ſacris
Vatibus: ipſe etiam quem Phœbus adire ſolebat
Sape die clara, & divinas ſpargere lymphas.
Athenæ. *Non procul hinc ſtudiis magna urbs fundata jacebat*
Attica: donarant cui docta reperta ſorores
Aonides, cives praclaros fluminis unda
Spargentes: igitur tractabant acriter artes
Doctrinasque viri: quis magno captus amore
Ipſe ſuos animos, ſua munera latus Apollo
Addidit: & multa claros inſigniit arte.
Romani *Aſt ubi Romulida, genus alto a ſanguine Teucri*
Aſcenſi Claria virtutis amore, ſub urbem
Cecropiam natos miſerunt: Nectare dulci
Ut biberent laticem meliorem Theſpios unda?
Utq; per ingenuas doctrinas inter acutos
Nomina clara viros efferrent, ſceptra tenentes
Patria, ſub juſta & cives ditione prementes:
Studia Romanorum. *Imbuere libris juvenes: penitusq; dedere.*
Se Muſis, ſtudia aggreſſi: latique capeſſunt
Auctores, quorum totum diſperſa per Orbem
Scripta exſtant paſſim, & doctum verſantur in ore.
Fervet opus, multis operas ſuceſſibus urgent,
Ergo ſolertes ſubito abdita cuncta peragrant:
Et Romam Sophia praſtantia dona reportant
Qua ſe, Roma, fuit felicior (Attica namq;
Inventrix artis tibi tum ſubjecta jacebat)
Urbs? illo vel te qua clarior extitit avo?
Qua fama excita Muſa, ſummasq; videntes
Gentis virtutes, & mirum mentis acumen;
Urbi colla jugo danti ſervire recuſant:
Sed Dominam potius, factis ſuper aſtra volantem,
Et populum late regem, belloq; ſuperbum,
Muneribus ſumulare ſuis, & laudibus optant.
Ergo dedere fugam & Parnaſo monte relicto **Fuga Muſarum ex Græcia in Italiam.**
Ingrediuntur iter: ſollesq; volando petebant
Alpinos, Latium divino rore rigantes.
Non tamen omnino donis te, Gracia, Muſa
Deſeruere ſuis; ſed ſplendida multa relinquunt:
Qua regnaſſe ferunt, donec trux Turca Tyrannus
Ceperit, infandum memoratu, regna Pelasga.
Tunc ars, o ſcelus, interiit, decus omne ſolutum eſt.
Pervadit ſubito Italiam; atque it fama per urbes
Romulidum, ingrediens immenſa mœnia Roma;
Adventaſſe Deas, rectas mortalibus artes
Qua dare, qua poſſent ad honeſti ducere callem.
Æneadum ſubito pertentant gaudia mentes,
Exultantque omnes, latum Paana canentes. **Lætitia Romanorum.**
Accelerant: Divum & templis indicere honorem
Incipiunt: ſanctis adoleſcunt ignibus ara.
Vix ego laticia credo tot ſigna peracta,
Rex ubi conjugio junxit, propriamque dicavit
Ænea Natam: vel ubi celebrata Lyao
Feſta dies eſſet: vel ubi Romana triumphet
Curaret pubes pradam longo ordine ducens.
Tam prater ſolitum tellus Saturnia gaudet.
In vicis currunt pueri, miſtaque puella
Floribus, ac variis ornata tempora ſertis:
Omnibus in manibus lauri, omnes carmina lati
Lata canunt: textis & inumbrant ora coronis.
His mota Aonides, cernentes ſedula gentis **Muſæ dant Italis Sapientiam.**
Pectora, ob adventum Muſarum in regna Quiritum,
Supponunt dextras dextra, menteque benignas
Concipiunt in eam; & praſenti numine complent.
Namque dabant vires populo, doctaque fovebant
Arte viros, & Caſtalio lavere liquore.
Exiſtunt virtute graves, linguaque diſerti,
Conſilio magni dextro, ingenioque ſagaci
Multi homines Roma: & caput inter nubila condunt,
Pollio, Mecanas, Varius, Pompeius, Iulus
Caſar, & Auguſtus: nec percenſere valebit
Quisquam narrando, quos urbs hac incluta ventre
Effudit gravido, quibus eſt clariſſima fama **Virgilius.**
In cœtu Aonio: floret, quem Mantua vatem
Protulit: hic luſit paſtorum carmina totos
Cantando condens ſoles: audaxque juventa
Tityre, te patula cecinit ſub tegmine fagi:
Ruris & expoſuit pracepta labore colendi
Gratum opus agricolis: poſt hac, horrentia bella

Teucro-

Teucrorum & Rutulum tonuit modulamine
ſummo.
Audiit hæc celeri decurrens flumine Tybris,
Obſtupuitque ſimul: ſpacioſo & deſiit alveo
Ulterius ripas, & pinguia rura ſecare,
Attonitis inhians animis & pectore toto.
Audiit Auguſtus Cæſar, Romanaque pubes;
Miraturque viri voces, & maxima dona,
Quæ dederat juveni Muſarum dia caterva.
Ovidius. Florebat Naſo: vixitque Catullus amœno
Catullus. Carmine decurrens; viditque Horatius axem
Horatius. Ætheriam, complens odis Saturnia regna
Propertius. Innumeris: vixitque Propertius, atque Tibullus
Tibullus. Carminibus gaudens terſis: florebat & omnis
Flos vatum, atque alii quos fama ignota re-
condit.
Hortenſius. Et nitor eloquii viguit: cui tradidit Hortus
Sulpitius. Nomen: Sulpitius, Catulus, multiq; nitenti
Catulus. Vincunt eloquio facundum Neſtora: princeps
Cicero. Florebat Cicero, qui dulci flumine lingua
Stans ante ora Patrum, mentes inflectere vulgi
In quasvis potuit partes traxiſſe neceſſum.
Arrigit huc aures non adverſata corona:
Verbaque miratur, deumq; volubile lingva.
Sæpe etiam quando rem in florente Senatus
Judicio ſtaret: repetens ab origine cauſſam
Demulſit dictu animos, ſuperavit & hoſtem.
Cum mandata daret, facundaq; panderet ora:
Obſtupuere omnes: tum facta ſilentia circo
Illius parent dictis: & juſſa capeſſunt.
Quid memorem Sophiæ fontes? quid Palla-
dos artes?
Quas Latium coluit, Phœbi adſpirante cohorte.
Tunc, tunc Italiæ vergebat ad æthera virtus
Præreliquis regnis: artem jactabat ad aſtra:
Qualis lenta ſolet inter viburna Cupreſſus.
Aſt ſemper mutat fallacem lubrica vultum,
Atq; pede ambiguo fortuna volubilis errat:
Intertexta bonis mala ſunt: lacrumæque ſe-
quuntur
Gaudia: & inconſtans hominum eſt, & cæca
voluntas.
Cauſſæ fugæ Muſarum ex Italia. Namque homines temnunt cœleſtia juſſa
Tonantis,
Quæ quondam dederat vates ſanctiſſimus illis
Tharſiaca de gente ſatus; mandata ſecuti
Terrigenum: hinc genus in regnis domibusque
Tyranni
Tartarei natum ſævit: quod dogmata ſpargit
Superbia. Impia terricolum: geſtatque inflata ſuperbis
Ambitio. Ora ſuperciliis: propriumq; acquirit honorem:
Contemtus DEI. Nec Patri æthereo dat debita munera laudum:
Diſcordia. Adverſusque illum perverſo pectore bellum
Cædes. Poſcit: & unanimes fratres in bella laceſſit:
Idololatria. Et cognatorum lætatur ſanguine fuſo.
Non Jeva, at ſanctis divos indicis honores,
Audens æterni cultum extenuare Parentis:
Inque DEUM & cælum convicia plurima jactat:
Perſecutio piorum. Et cœtum Regis ſuperum mandata profeſſum
Proſequitur bellis, cadesq; necemq; minatur:
Atq; ſtudet cum doctrina delere docentes.
Quo non vis penerat? commiſcet ſacra profanis:

Fœdera diſrumpit: ſpargit nova crimina belli: Perjurium.
Immanesque duces animis audacibus implet: Bellum.
Ut ſit militibus fas hic, ubi maxima merces: Tyrannis.
De quo tot pagi paſſim, tot regna, tot urbes,
Totque domus, & adhuc crudeli tæde madentes
Bellisq; exhauſta, complent loca cuncta querelis.
Evomit hoc virus: quo cerea corda potentum
Occupat: oppugnent ut tetros inter odores
Veram Evangelii vocem, certamq; ſalutem:
Indigetesq; colant divos, pro nomine Chriſti:
Ac parva e magnis faciant, & maxima parvis.
O gens crudelis, CHRISTUM non pectore
ſentis? Apoſtrophe ad Italos.
Non oculis ejus numen, non auribus hauris?
Quis te mutavit furor, aut quæ tanta libido?
Percipis haud qualis tibi menti inſederis error?
Quid ſtruis: aut quo te raptat tam dira cu-
pido?
Quam nunc amittis ſortem, irreparabile
donum,
Optabunt ſeri, poſt ſecula mille, nepotes.
Namq; ex hoc ſatis retro ſublapſa referri
Omnia cœperunt: hinc mens averſa ſororum. Pœna.
Iccirco ſæva propter contagia culpæ,
Atq; Idolorum cultus, & propter amorem,
Atq; uſum Veneris fœdum, ſuccenſus in acres
Iras Pieridum princeps, crinitus Apollo,
Convocat Aonides: vultum huc, nunc dirigit
illuc:
Tandem ait indignans: Scelus o perpendite
dirum Oratio Phœbi pathetica.
Ante omnes cara Muſa, caræque ſorores:
Quid ſtruat, aut quid conetur gens effera, ſcitis
Quæ ſpes noſtra fuit, quæ mens, quæ noſtra vo-
luntas:
Quasq; illi dedimus dotes, atq; unde ſuperba
Manavit gentis laus, incluta gloria, ſplendor?
Quis fecit, fama ut jam ſit ſuper æthera nota?
Nos dedimus, noſtris jactat ſeſe Itala tellus
Donis: hæc illam faciunt ſuper aſtra volare.
Sed quas perſolvit grates? nunc turba nefanda
Obſedit Romam, & Capitoli immobile ſaxum.
Evomit ore ſuum virus, trahit omne furenter
Vulgus, conſpergens furiali cuncta veneno.
O ſcelus, anne has tam præclaras bellua ha-
bebit
Sedes, quas homines quondam tenuere potentes?
Sic ſtudium, cura, & noſtri periere labores.
Sed quoniam gaudet cœno, immundaque palude
Setigerum genus, & populo nunc nata libido eſt:
Accipiat modo putre lutum, gemmasque re-
linquat.
Eſt procul hinc tellus quæ Luſatis ora vocatur: Luſatia.
Quamq; tenent populi florenti pace viventes
Gorlicii: favet alma Ceres, favet incluta Pallas Gorlicenſes.
Illis, Juno favet, favet alti Rector Olympi:
Inſignes pietate viri, juſtumq; colentes.
Mons petit hic ſummi radiantia ſidera cœli Parnaſſus
Vertice, Parnaſſum qui Grajum nomine ſignat: Gorliciorum.
Illiusq; refert formam, bifidumq; cacumen:
Fundit & in ſummo ſimilem ejus culmine
fontem.

Hic erit alma quies: hic multo membra volatu
Deſeſſa accipiet placide: noſterque placebit
Adventus populo: pedibus talaria veſtris
Nectite: quis corpus tenues libretis in auras
Crudelem fugiamus humum, fugiamus amores.

Eff. ctus orationis. Fuga Muſarum ex Italia in Luſatiam.

Dixerat: unanimes omnes excedere terra
Conſtituunt, ergo fugientes aëra ſcindunt
Remigio alarum: qualis per inane volucrum
Carpit iter glomerata manus ſtridentibus alis.
Sic Muſæ volitant: & obumbrant æthera pennis.

Apoſtrophe ad Italiam.

Quis tibi tunc, Latium, cernenti talia ſenſus?
Quoſve dabas gemitus? cum terram crimine late
Fervere proſpiceres ſtupris, furtisq; nefandis.
Quis tibi tunc animus? qua mens? Cum vertere terga
Sentires Muſas, penitusq; relinquere cives
Impuros? fruſtra mittis de viſcere planctus:
Nequicquam gemis: & fruſtra te concutit horror.
Attamen haud parvum rebus ſolamen in arctis
Dant tibi Pierides: namq; ut ſine crimine tali
Cives invenies multos: ſic munera Muſæ
Omnia non rapiunt: ſed ſacra fluminis unda
Tingunt innumeros: quorum clariſſima vivent
Scripta, virentq; viri, viguere, diuq; vigebunt.

Quid Muſis in fuga acciderit.

Jam vix egreſſæ: fines Latiiq; tenebant:
Viſus ab aurora eſt cælum transcurrere nimbus:
Conſurgunt venti: velatur nubibus aër.

Aſelges nobilis Italiæ.

Conſpexit Divas tranantes æthera Aſelges
Nobilis, Italiæ partis qui ſceptra tenebat.
Hic ita fallaci veneratus numina vultu:

Oratio Aſelgeos.

Mæonides (cognorat enim) conſiſtite dixit:
Mæonides, noſtras cur ſic contemnitis ædes?
Summi ſæpe domos Divi ſubiere minores.
Cur pluvia ſagittis? ne membra exponite ventis.
Auſcultant dictis: atq; intrant tecta petentis.

Aſelgeos facinus audax.

Miratur pulcros collo pendere capillos:
Sideribus ſimiles oculos, rutilo igne micantes
Miratur, niveasq; manus, faciemq; ſerenam.
Mox ſubita incautum dementia cepit amantem:
Flagrat amore fero mens, ardeſcitq; tuendo:
Sævit amor, dirumq; furit ſub pectore vulnus.
Non ſecus, ac valido cornu demiſſa ſagitta
Itque movetque auras, penetratq; ſedilia terræ:
Nuſquam conſiſtit, dura præcipitare poteſtas:
Et quicquid tangit, vi rumpit, & aëra tranat.
Aut velut immiſſus Vulcanus ſepibus ardet
Æſtivo ſolis tepefactis forte calore.
Sic incenſus amor ſævit, ſic pectore Aſelges
Uritur: & ſterilem ſperando nutrit amorem.
Deſierant imbres; victoque Aquilonibus Auſtro
Fuſca repurgato fugiebant nubila cælo:
Et ſol quadrijugis currebat in æthere claris:
Hac tandem conſulta petit ſic mente recurſat:

Aſelgeos deliberatio.

Eoquid agam? cæcis devincor amoribus amens?
Anne aliquid ſimile his ſupereſt, & amabile quicquam.
Excute transfixo conceptas pectore flammas,
Si potes, infelix; ſi poſſem, ſanior eſſem.
Sed trahit invitum nova vis, aliudve Cupido,
Mens aliud jubet: adverto potiora, proboque;
Sed pejora ſequor: valeant: aſt flamma repellis.
Ergo vi vincam: ſedſi non victor abibo:
Ante diem, ſolvam crudeli lumina letho.
Vix ea: crudeli ſurgebant limine Muſæ:
Atq; parant ſævis maleſani excedere tectis:
Et jam tentabant haut digno ſolvere grates.
Ille furore ferus poſtes forti obice claudens
Vim parat, & caſti vult ſolvere jura pudoris.
At Muſæ ſubito pedibus talaria quaſſant:
Avectaq; alis obvertunt terga Tyranno.
Ille ſequi tentat, celeri veſtigia greſſu
Torquens: atque petens patulam laſo ore feneſtram,
Talia jactabat volucres vos? ipſe volueris:
At non ſunt pennæ? tollet me ventus in auras.
Vix ea fatus erat: ſummo de culmine turris
Præcipitatur humum: fracta cervice profundas
Cum diro fremitu fugit improba vita ſub umbras.

Interitus Aſelgeos.

Sic Muſæ evadunt: curſuq; per aëra lapſæ
Præpete, commotis inſtabant fortiter alis:
Ac tandem lætas exoptata accipit ora.

Adventus Muſarum in Luſatiam.

Conſiſtunt: illis blandiri murmure ſilva
Pinifera, & ramis capita accurvare reflexis
Aurarumq; leves animæ indulſere ſuſurro,
Ipſa etiam divis cautes, atq; ipſe videtur
Vertice Parnaſſus leviter colludere moto,
Signaq; lætitiæ dare ſtagna loquacia circum.
Fama volans jam finitimas impleverat urbes:
Gorliſiumq; petit: Latio veniſſe relicto
Doctiſonas Nymphas, huic genti dona parantes
Reddere, quæ quondam dederant tibi, Graia caterva.

Lætitia civium Gorlicenſium.

Exultant cives: plauſus & ſigna per auras
Lætitiæ tollunt: & dulcia jubila cantant:
Purpureos flores metite, & candentia plena
Lilia ferte manu; venienti ad limina noſtra
Dona parate Deo: ſacras celebrate Camœnas.
Deinde viri, juvenes, matres magno agmine currunt
Ad templa: & ſacrata DEO dant carmina laudum.
In Iovam converſi animis flagrantibus omnes
Ore canunt, flatusq; urgent; & cymbala clangunt:
Et litui reſonant: crotalorum voce reſultant
Mœnia picta Ædis: cantus quoq; barbitus edit.
Poſtera cum primo ſtellas oriente fugarat
Clara dies: Muſas in cœtum convocat omnes
Crinitus Phœbus: tumuliq; ex aggere fatur:

Oratio Phœbi.

Theſpiadæ dulces, genus alta a ſtirpe Divorum,
Jam per tercentum totos aſpeximus annos,
Et ſupra, Italiam, ex qua nos Idola repellunt:
Atque hac attigimus magno optata arva labore.
Jamq; dies (ni fallor) adeſt, rediitque viciſſim:
Quo Graios quondam fugientes, vidimus oram
Romu-

Romulidum: & quo nos cantu celluſimus omnes:
Atq; modos dedimus per colla ſacrata canoros.
Hunc ego completis exacte menſibus anno
Semper honoratum (ſic Dii voluiſtis) habebo.
Hanc ego, ſi cuncti nobis pugnare ſtuderent
Mortales, agerem: ſolemneneq; ordine pompas
Exequerer: vos mecum omnes cantare juberem.
Nunc ultro montem Parnaſſum, & Luſatarura
(Hanc equidem ſint mente reor, ſine numine Jova)
Tangitis: & terras delataintratis amicas.
Ergo agite, heic omnes lætum celebremus honorem:
Nunc mulcere lubet numeris & cantibus auras
Dulcibus: adde tuas vires veneranda caterva.
Cara, Pieris latices decus, ito ſorores
Orationis effectus. *Najades: & cantate DEUM ludente chorea.*
Dixerat: id cuncte ſuavi cum murmure poſcunt:
Ore favent, cinguntq; rubentia tempora ramis.
Campus in Parnaſſo. *Ast ſub gemino Pernaſſi vertice montis,*
Gramine formoſus campus luſtratur ubiq;,
Floribus hylæis ornatus: & arbore multa
Totus lætatur, lata quincunce reducta.
In medio locus eſt intonſo gramine pulcer,
Aere diffuſus dulci, volucrumq; canentum
Carmine jucundo reſonans, atque æquore amœnus.
Fons novus Muſarum. *Vertice ſubmiſſo Muſis gratiſſimus exit,*
Undique formoſa lapidum ſeus mole revinctus:
Intus aquæ dulces, mira & dulcedinis unda.
In medio ramos, annoſaque brachia pandit
Fagus. *Fagus opaca, ingens, folioque referta virenti;*
Cujus aves latis reſidentes frondibus alte
Carmina per varios edunt reſonantia cantus.
Phœbi ornatus, Muſica ſeu concentus Muſarum. *Quo Phœbus magna medius comitante cohorte*
Curſitat: huic pharetra ex auro: nectantur in aurum
Crines purpuream ſubnectit fibula veſtem
Aurea: ſunt Muſæ comites, Charitesq; puellæ.
Conſedere: Chelin Phœbus mox pulſat eburno
Phœbus. *Pectine: & obloquitur ſeptem diſcrimina vocum.*
Poſt reliquæ incipiunt: labiis modulantur amœnis
Cœlicolum legesq; ſacras, moresq; canendo:
Atq; hilares cælum complentes voce ſuavi
Immortale canunt: concentu terra reſultat.
Calliope. *Quis non Calliopen laudaret, pectore dulces*
Egregio cantus fundentem, atq; ore ſonantem?
Clio. *Geſta canens Clio tranſacta tempora reddit:*
Erato. *Suavis poſt Erato ſaltat pede, carmine, vultu.*
Thaleia. *Deinde Thaleia canens laſcivo carmine gaudet.*
Melpomene. *Proxima Melpomene laudes cantando coronam*
Aſſequitur: lætasq; refert ad ſidera voces.
Terpſichore. *Terpſichore affectus varios movet, imperat, auget:*
Et Citharam pulſans, reliquas dulcedine cantus
Euterpe. *Vincit: & Euterpe modulans attollit Olympo*
Polymnia. *Voces: dulciloquis calamos & flatibus urget:*
Tumque loquens docto, varioque Polymnia geſtu,
Aëra permulcet concentu & voce ſonora.
Urania. *Uranie cæli motus & ſidera cantat.*
Cantus effectus. *Completur variis altus concentibus aër:*
Mirantur Satyri: miratur ſilva, feræq;.
Auribus arrectis adſtat genus acre Leonum:
Indomitæ Tygres luſtrant, lapideſq; Choreas:
Mollibus & foliis volucres lætantur: & ardent
Carmine deformes urſi; rivique ſtupeſcunt:
Nympharumq; genus miratur: terra, lupiq;
Ignotaq; aliæ ſpecies, atq; ora ferarum,
Quæ vertex montis ſine nomine procreat altus,
Mirantur: capiunt plauſus volucreſq;, feræq;:
Ut tandem dulci componant membra quieti:
Et cantu victos placidus ſopor irriget artus.
Ac velut æſtivo cum Sol altiſſimus Orbe
Currit: ſi Phœbo ardenti ſe forte viator
Crederet: atq; imus ſcopulis, & montibus altis
Huc atq; hinc paſſus ferret, greſſuſq; referret:
Et tandem dure ſint lumina feſſa labore:
Ilice ſub denſa ſolitos deponat amictus,
Forte ubi dulciſonos ludat Philomela canoro
Gutture concentus, & tollat ad æthera voces
Continuo dulci declinet lumina ſomno.
Non aliter placido componunt membra ſopori
Victa concentu volucres, armenta, feræq;.
Interea cantus ſummum conſcendit Olympum:
Et voces tranant nubes: reſonetq; Parentis
Aureæ cæleſtis domus: en exercitus omnis
Cœlicolum motus deſcendit; agrumq; reviſit
Nuſiacum: greſſu ſuperatq; cacumina montis:
Incedunt auro tomti longo ordine Divi.
Choreæ. *Accelerant: choreis & ſe genialibus omnes*
Exercent læti: & Cithara reſonante ſonora
Exultant: pedibuſq; ruunt hinc inde decoris.
Conſurgunt Muſæ & Phœbus: ſeque agmine toto
Permiſcent: variantque pedes: raptimque feruntur.
Hæ ſimul æquatis mulcent concentibus auras:
Atq; lyra graciles extenſo pollice chordas
Percurrunt: læta ducunt cum voce choreas.
Accipiunt omnes jucundo numine cantus:
Et gracili ad Citharam pedibus, manibuſque rotatu
Aſſiliunt: blanduſq; jocis, riſuſq; ſereno
Triſtes expediunt curas: voceſq; canoras
Permiſte gaudens ſequitur modulamine turba:
Lætitiaq; jociſq; nemus, plauſuſq; reſultat.
Finis Pompæ. *Et jam finis erat luſus, pompaq; peractæ:*
Traduntur vires amnis per ſumma fluenti
Culmina Parnaſſi, quos quondam flumen habebat
Parnaſſi veteris, cui Nectare dulcior unda:
Novus fons Caſtalius. *Caſtaliiq; datur nomen, quod ſervat in ævum.*
Diſcedunt tandem ſuperi, monteſq; relinquunt.
Vertitur interea cælum, & ruit oceano nox,
Denſis involvent tenebris terramq; polumq;.
Muſarum cubile. *Eſt prope demiſſum culmen locus undiq; ſeptus*
Lentis graminibus, ſtipatus & arbore multa.
In medio eſt circus, circoq; innixa profunda
Vallis: quam cingunt croceo de flore corona.
Dulcia mella ſolo, & fœcunda papavera paſſim

Cernuntur: ſuavem Somni DEUS aëra ſpirat.
Undiq; tuta quies: ſaxo tamen exit ab imo
Rivus aqua nitidæ: per quem cum murmure labens
Invitat ſomnos crepitantibus unda lapillis.
Purpureis medio ſtat floribus undiq; in antro
Lectus Muſarum. *Ornatus thalamus membris languore ſolutis*
Quo carpunt placidum Muſarum membra ſoporem:
Quæ tamen extremo haud indulgent languida ſomno:
Verum aurora rubet nitido cum ſplendida cælo;
Corpora corripiunt ſtratis: fonteſq; reviſunt
Sacros: divina ſpargentes lumina lympha,
Aggrediuntur opus rurſum, & pia carmina cantant.
Dona Muſarum in cives Gorli. nſes collata. *Accipe nunc dotes, præclaraque munera Phœbi,*
Pieridumq;, viget tua quis patria undiq; tota
Condecorata, ſuam qui famam terminat aſtris.
Qui Gorlicenſium præcipue in ſtudiis liberalibus floruerint. *Accipe nunc cives quos turba novena ſororum*
Aonidum excoluit ſtudiis, quos Theſpios unda
Fluminis conſperſit: quos ſummi fama ſub auras
Ingenii volitans, his extulit Orbis ab oris.
Valentinus Fridlandus Trotzendorſius. *Primus ades FRIDLANDE, ſacra quem matre rogante*
Caſtalides fovere, ſacer nutrivit in antris
Gorlicius Phœbus tradens feliciter artes
Ingenuas, & juſſa tibi veneranda Jehova.
Ille fuit primus Muſarum fautor ab annis:
Ille artis patronus erat, teneraque juventa
Goldberga. *Doctor in urbe, tenet quæ nomen nobile Montis*
Auriferi, jactans doctas ad ſidera voces.
Hic vir hic eſt: qui barbariem tunc omnibus oris
Invictam, qua ſqualebant & templa ſcholæque,
Veram monſtravit lucem prorſusq; retexit
Graiorum obſcuras Romanis floribus artes
Ingenti cum laude. Patrem ergo Luſatiæ ora
Agnoſcat merito, primosque aſſignet honores.
Nec minus in clarum fama proceſſit honorem,
Joan Trœgerus Phyſicus Gor. *Dona ferente Deo, cui ſunt medicamina curæ,*
TROEGERUS, qui ſollicita ratione creata
Semina rimatus rerum eſt, cauſſasque latentes
Naturæ: novit cur aër ſæva venena
Contrahat: unde fluant venti: quo magna tremore
Concutiatur humus: generent quæ tempora morbos.
Ille ſalutiferis repulit properantia fata
Corpus in ægrotum, turba mirante, medelis.
Zacharias Scultetus Gorl. *Nunc ſeſe nobis offert SCULTETUS: diſertus*
Interpres divum dederat cui noſſe loquendi
Inſuetas plebi voces, inſuetaq; dicta,
Poſſe loqui linguis aliis, idiomata ſcire
Linguarum, quas vera virum ſapientia poſcit.
Adde quod hic vere novit, quo Luna laboret
Defectu: cur obſcura ferrugine cingat
Sol nitidum caput: unde coma flagrante cometa
Proveniat: gignat quæ lucida fulgura cauſſa:
Iridis unde color manet. Curæ aſtra fuerunt
Huic, cœliq; vices cognoſcere: ſcandere ſedes
Æthereas animo: cælum luſtrare rotundum:
Sidereaque faces qua currant lege notare:
Commonſtrare vias ſolis Lunæque: ſerenas
Auras præfari, tempeſtateſq; ſonoras.
Carmine nec noſtro jam SIGISMUNDUS abibit D. Joan. Sigismund. Gorl.
Indictus, ſtudiis Muſarum caſtra ſecutus.
Pæonia fuit arte potens: huic mitis Apollo
Herbas porrexit medicas, quis pectoris æſtus
Abſtulit ardentes, peſtes, morbosque feroces.
Nam quondam cum dira lues viciaverat auras
Eliſias: cœli tractus corruperat annus
Lethifer: exangviſqualerent corpora morbo:
Is morbi inquirens cauſſas ſcrutando, legebat
Ex herbis ſuccos: atque ægris pharmaca miſcens,
Corpore jam functas animas ex faucibus Orci
Extrahit, & revocat lapſas in priſtina vires.
Ergo viri merito nunc laus & gloria floret.
Præſtitit haud minus hac in Apollinis arte NEANDER: D. Joan. Neander Gorl. Vienneſium Medicus, Phyſicus.
Qui dedit ancipitem multis medicamine vitam,
Tollit ubi caput aërium ſuper aſtra Vienna,
Inſuper expoſuit, quæ vis animaverit aſtra:
Ac elementorum docuit, ſemperq; fluentis
Materiæ cauſſas: quo vivat machina motu:
Unde volent nubes: quo fracta tonitrua vento
Exoriantur: ubi vel quomodo ſaxa creentur
Grandinis: unde rigor nivibus: quæ ſuſcitet imbres
Cauſſa, vel horrendas accendat fulmine flammas
Quove modo fiant miracula cætera mundi.
Nunc venit HERMANNUS decoratus tempora fronde Joan. Hermannus, Gorl. P. L.
Laurigera: cecinit qui carmina digna Tibullo
Imparibus numeris, & culto digna Marone:
Carmina quæ Muſæ laudant & candida Pallas.
Cantavit Jonam Muſa præſtante Prophetam:
Ornavitq; virum clarorum inſignia verſu:
Pluraq; temporibus nunquam peritura futuris
Confecit, Phœbo modulamina dulcia danti.
Aonii cœtus BERNHARDUS ſplendida proles M. Anbroſ. Bernt. Gorl.
Nunc celebrandus erit: patria qui ſede relicta
Leucorea, quicquid manavit ab ordine docti
Socratis, aut quicquid ſonuerunt tecta Platonis,
Edocuit: ſummum decus, aut quo ſine beatum
Conſiſtat: quæ norma boni, quis limes honeſti:
Quænam membra ſui virtus diviſa domandis
Objectet vitiis: quæ pars injuſta recidet:
Quæ vincat ratione metus, quæ frenet amores:
Et quæ præterea ſapiens uno ore vetuſtas
Protulit, & nobis libris mandata reliquit.
Nec noſter tacitum FRIDERICUM ſermo recondet. Matthæus Fridericus Gorl.
Ille ſalutiferum Chriſti memoravit in urbe
Schönberga nomen facunda munere linguæ:
Terrigeniſq; viam oſtendit, quæ ducit ad aſtra,
Sidereasque ædes, atq; altas ætheris arces.

Ille

Ille gregem Chriſti per mitia paſcua duxit:
Hoc vigilante lupus Stygius fera guttura pandens
Nil ſtabulis rapuit, nec ſecum avexit ad Orcum,
Hiob Commerſtad Gorl. *Jam COMMERSTADIUS, quem dudum mente revolvi,*
Conſule patre ſatus, virtutum cultor & auctor
Emicat; atq; ſibi laudis depoſcit honorem.
Hunc animi dotes, praſtans ſapientia mentem
Ornarunt; ardensq; evexit ad athera virtus.
D. Hieron. Svofheim Gorl. *Quin & Gorlicia gentis decus extitit ingens*
Clarus avis, & ſtirpe potens SUOFHEIMIUS heros.
Hic multa gemini ſpatioſa volumina juris
Sedulitate legens, vir conſultiſſimus aqui,
Dives conſiliis, atq; auctor rebus agendis
Providus evaſit, famamq; reliquit in Orbe,
M. Joan. Goritz Gorl. *His quoque GORICIUS ſtudiis caput extulit alte:*
Lipſia quem vidit moderamina juſta tenere
Judicis: & ſtricto male ſontibus enſe minari:
Juſtitia terrere malos: ſuccurrere lapſis
Rebus: & auxilio miſeros relevare benigno.
M. Joan. Haſſ. Syndicus & Con. Gorl. *HASSIUS accedit: qui ſvavi flumine lingua*
Et rerum longo viguit clariſſimus uſu.
Hoc gravior quis conſilio, & ſervantior aqui?
Hic patriam rexit ſummis virtutibus urbem.
M. Joan. Lochmann Gorl. *Nunc, LOCHMANNE, vagamoderator ſumme Juventa*
Huc ades, Aonia gaudens te jungere turba:
Tu ſceptrum patrii accipiens bonumine lavo
Ludi, rexiſti mentes & pectora doctis:
Dum juvenem egregium teneris educere ab annis,
Qui Sophia pracepta canat, laudesq; Tonantis,
Volvebas animo; in Muſarum & ſiſtere monte.
D. Ludovicus Langſchneider Gorl. *Quis LANGSCHNEIDERUM tacite ſine laude relinquat?*
Hunc Scola Lipſenſis praſtanti voce canentem
Jura Patrum legesque pias, conſultaque vidit.
Cuiq; ſuum tribuit; palmamq; & pramia rectis
Tradidit: offenſus pravis cenſorq; malorum,
Vir bonus, & ſapiens, homo fidus, certus amicus,
Propoſitiq; tenax fuit: hunc a tramite recto
Non favor aut odium movit, non tela, metusq;.
Tutor erat Muſas verſ ſectantibus: ultro
Pramia depoſuit ſtudiis, ſtipendia digna
Principe; quo poſſent arte invigilare Camœnis,
Res anguſta domi quorum virtutibus obſtat.
Illius ergo manent ſemper laudesq; decusq;.
Melchior Goldhammer Gorl. *Quis GOLDHAMMERUM non Muſarum arte politis*
Annumeret, quo non numerando peritior alter?
Joan. Mylius Gorl. *Et quis pratereat MYLIUM? quo patria nullum*
Conſpexit civem, meliori fingere plectro
Qui poſſet dictata: virum qui ſcriptaque dextra
Pulcrius exprimeret: quum, ut Sol catera vincit
Aſtra nitore ſuo, ſic pralo litera ficta
Cedit literulis MYLII quas dextra peregit.
M. Georgius Otmann Cos. Gorl. *Quid nunc OTMANNUM memorem? te protinus anni*
Formavere rudes; & dignum laudis, honeſtiq;
Egit iter, primaq; ſenes exſſere juventa.
Jam tunc canities animi, jam dulce loquendi
Pondus, & attonitas, ſermo qui duceret aures.
Mox undare foro victrix opulentia lingua,
Tutariq; reos, atq; accuſare nocentes.
Conſulis imperium tandem, faſceſq; ſecuresq;
Accipis, & juſtis moderaris legibus urbem.
Tu ſontes procul hinc expulſa corrigis ira:
Et placidus delicta domas: nec lumina ſervor
Asperat, aut rabidas diffundit ſanguine venas.
Elucet gravitas ſaſta jucunda remoto:
Qua non ſeditio, qua non inſania vulgi,
Te viſo lenita cadat? qua diſſona ruris
Barbaries, quam non tua mox reverentia frangat?
Iccirco meditata entis conjungere gaudet
Conſilia, tenuit qui MAXIMILIANUS in Orbe
Imperium, mundumque ſua ditione premebat:
Te ſine nil altum aggreditur, non incoat auſa,
Qua forte ambiguam potuiſſent fallere mentem.
Ille tui ſitiens ſermonis mella politi,
Orantem ſtupuit: divinas auribus hauſit
Attentis voces, miratus flumina lingua,
Miratus nervos rerum & ſapientia dicta.
Et quis non lingva te talia verba ſonante
Deſerat Orpheos blanda teſtudine cantus?
Sed tua quis poterit laudes comprendere verſu?
Ergo meo ſermone lubens ad catera tendam:
Et nos praterea referam quos protulit atas
Cives, Caſtalio quos Phœbus rore rigavit.
Forte dies aderat: qua Phœbus adire ſolebat Dies ſparſionis undarum Caſtalii.
Caſtalium fontem, & ſacratas ſpargere lymphas.
Hac erat ille dies, qua Phœbi gratia fulſit,
Muſarumque chori, & Charitum laudabile numen.
Namq; ut per terram latices juſto ordine ſparſi
Luſtrabant herbas, & fontis prata liquore
Perfuſa, & graciles latantes arbore ramos:
Pieridum princeps campos luſtrabat & undas:
Atq; morabatur prato, ſilvaq; propinqua:
Ecce venit ſubito ſocio comitante viator Duo viatores.
Ad montem tendens greſſus; ſilvamque relinquens.
Hos Phœbus videt agnoſcens: immotaque tenensque
Lumina, ſic ſecum: venit en generoſa juventus: Oratio Phœbi ſecum loquentis.
Hi ſunt a nobis juvenes jam pra omnibus ambo
Delecti dudum: qui totum docta per Orbem
Carmina divulgent: cuncta venerabitur atas.
Sic fatus; formam ac habitum mentitur agreſtis
Servi: & ſe denſam ad ſilvam fert obvius illis.
Ac prior, heus, inquit, juvenes, monſtrate meorum
Vidiſtis ſi quem heic ſociorum forte vagantem, Colloquium Phœbi.
Succinctum gladio, & maculoſi tegmine panni?
Sic Deus: aſt unus contra ſic farier orſus:
Hoic mihi non tuus eſt ſocius, non viſus & alter:

O quem

O quem te memorem juvenis? namque haut tibi vultus
Mortalis: nec vox hominem ſonat. o Deus es tu:
An natus Jovis, an Neptuni ſanguinis unus?
Sis felix, noſtrosque leves, quicunq; labores:
Et quo ſub cœlo tandem quibus Orbis in oris
Jactemur doceas: ignari hominumq; locorumq;
Erramus, pluvia huc acti ac errore viarum:
Multa tibi ante aras noſtra cadet hoſtia dextra.
Tunc Phœbus: non hoc equidem me dignor honore:
Hæc hujus terræ forma eſt habitusq; colonis.
Cernis Gorlicios agros, & Luſata rura.
Sed vos qui tandem? quibus aut veniſtis ab oris?
Quove tenetis iter? quærenti talibus ille
Si lubet, atq; tibi cognoſcere talia mens eſt:
M. Laurentius Ludovicus. *Sum LUDOVICUS ego non claro ſanguine cretus:*
Hunc (ſi qui norunt) MEISTERUM nomine dicunt. M. Joachimus Meiſterus.
Leucorea Luterum audivimus arce tonantem,
Atq; gregi Chriſti ſolatia firma ferentem;
Sacraq; facunda reſonantem voce Philippum
Carmina, pandentem Grajas, Latiasq; Camœnas:
Vidimus Albiacam; ſed nunc reliquimus urbem:
Witeberga. *Ac modica delati huc venimus arte poliri.*
Gorlicios agros. quos dicis, quærimus ambo.
Ergo viam monſtra, quæ proxima tendit ad urbem.
Sed Deus arridens poſito mortalis amictu,
Lumine ſplendeſcens in clara luce refulget:
Ambroſiaque coma divinum vertice odorem
Spirant: quo viſo ſubitus tremor occupat ambos:
Miranturq; comas, mirantur lumina, vocem.
Aſt illos Phœbus dictis ſolatur amicis:
Pellite corde metum: trepidantes mene timetis?
An ego percello veſtram formidine mentem,
Qui vos adjuvi, qui vos complector amore?
Inſtat jam tempus, campos intrare ſororum:
Nam Sol altus equis alto jam currit Olympo.
Et ſitiunt herbæ; & pecori jam gratior umbra eſt.
Quin agite; & mecum conſcendite culmina montis:
Divinasq; intrate domos: libate ſacratas
Undas: vos faciam fama ſuper æthera notos:
Vobis dona dabo, Muſarum artesq; recludam:
Semper honos, veſtrumq; decus, laudesque manebunt.
Dixerat: atque ambos deducens culmen in altum,
Monſtrabat fontes: dein toto vertice tinxit
Meiſterus & Ludovicus undis Caſtaliis tinguntur. *MEISTERUM, & roſeis admovit pocula labris,*
Inſtillans leges vatum & monumenta Sophorum,
Tingitur & LUDOVICUS amica fluminis unda:
Et pietate gravis: fidei fundamina certa
Nec non dia illi vere patuere reperta.
Tandem lauricomis ſunt tempora ſecta coronis.
Grates pro donis. *Quas tibi pro tantis, dicunt, perſolvere grates*
Poſſumus, alme Deus, donis? non poſſumus artis
Theſauros mens eſt has divulgare per oras:
Hæ grates: laudesq; tuas celebremus in ævum.
Hoc faciatis, ait Phœbus, ſic ſufficit: omnes: Reſponſio Phœbi.
In vobis ſtabunt curæ; vos ite, docete:
E veſtro celebri, denſo ſeſe agmine, ludo
(Ceu cæco ex utero, quem pugnax Pergama circum
Gens Danaum forti complevit milite & armis)
Provenient multi, patriæ quibus agmina credent
Primores ludi. Nunc ibo & ſuaviter artis
Innumeros iterum conſpergam flumine cives.
Aſt illi ſummo Parnasſi e vertice montis
Schola Gorlicenſis. *Deſcendunt: celeresque parant ad munia greſſus.*
Intrant: inſtaurant ludum jam jamq; labantem M. Petrus Vincentius Vratislav.
Morte viri ſummi VINCENTIS; cujus ab ore
Fluxerat excellens Sophia, linguæq; facultas:
Cujus paruerat dictis monitisq; Juventus
Auribus arrectis adſtans, mox agmine turba
Confluxit juvenum: quorum tum millia multa
Vidiſſes, idem quos omnes ardor habebat
Diſcere, & ingenuas capita alta efferre per artes.
Rector erat verſuque potens MEISTERUS, & ore: Meiſterus.
Carmine Gorlicіam qui ad ſidera ſuſtulit urbem.
Huic ſimilis LAURUS, cujus ſub tegmine pubes Laurentius.
Innumera optatas captat feliciter umbras.
Exiſtunt alii, quos, ut promiſeras ante,
Theſpios intonſus Phœbus conſperſerat unda.
Fronde triumphali redimitus tempora circum Chriſtoph. Manlius P. L.
MANLIUS incedit: qui ſacro percitus œſtro,
Condidit Aonio dulciſſima carmina plectro:
Caſtaliaque chelis commovit ſaxa, ferasque.
STEIRERUS, qui voce Deas, qui carmine Muſas Joachim. Steirer. Gorl.
Vicit, jucundam modulatus in aëra vocem,
In templis ſacrum Chriſti celebravit honorem.
CISLINGUS, qui ſcita Jova ſacrata recluſit: M. Bartolemæus Ciſlingus Gorl.
Protulit & Latias Muſas, Graiasq; Camœnas.
RITTERUM, juſta cui trita volumina legis, Valentinus Ritterus Coſ. Gorl.
Cui victrix cordi prudentia, Curia Patrem
Accepit Scriptum, multoque affecit honore.
Ac ejus tandem ſubjecit legibus urbem.
Hunc MELZERUS amans rectique boniq; ſecutus Elias Melzerus Coſ. Gorl.
Navigii tenuit clavum: & jactantibus undis
Servavit vaſto titubantem in gurgite navim,
Ille virum vultus non exhorrebat amicos;
Affatu non difficilis, placabilis iræ,
Non odii, injuſtiq; tenax, ſed parcere novit.
Nec non te, SMIDI, præclara a ſtirpe FABRORUM Georgius Smidius Coſ. Gorl.
Progenitum, vidit patria incluta ſceptra tenere;
Nec ſemper rigidi juris, nec ferrea Legum
Vincla ſequi: verum & laxas dare legis habenas.
Jure potens gemino ſocium ſe WELSIUS addit. Joan. Welſius I. V. D. Coſ. Gorl.

Ille

Ille virum calidos motus, menteſq; fatigans,
Atque premens, rabidos animorum ſuſtulit aſtus:
Et patria accepit patrias in pace ſecures.

Andreas Miſſenus & Balthaſar Theodorus, Theologi Gorl.

Nec THEODORUS abeſt, ſed ſeſe adjungere cætu
MISSENUSq; cupit: qui ſancta ſtatuta ſonantes
Ætheria ſobolis, docto ſermone tenebant
Pendentem populum: & quo tramite ſemita ducat
Monſtrabant, nitidi ſuper atria ſplendida cœli.
Sed quid ago demens! ſi dicere cuncta ſtuderem
Lumina Gorlicia gentis, modo lumina dico,
Quorum mors animam dudum de corpore duxit:
Ante diem clauſo componet veſper Olympo.
Quot nunc, ſumme Deus, vitali luce fruuntur
Gorlicii, Clarius undis quos tinxit Apollo.
Multi præſtantis Sophiæ penetralia pandunt,
Ac monumenta virum repetunt: animoq; revolvunt
Signa feri Martis, pugnas, turmaſq; feroces
Et veterum tam ſacra canunt, quam facta profana.
Innumeris Chriſti ſunt cœlica dogmata curæ
Spargere in ora virum patriaq; recludere ſummi
Juſſa verenda DEI, miſeriſq; adhibere medelam,
Quot dias pangunt heroum carmine laudes:
Et ſuavi ſiſtunt currentia flumina verſu?
Quot referunt veterem eloquii gravitate Periclem:
Quorum ex ore fluunt Græcorum culta lepore
Verba: velut liquidis reſoluti nubibus imbres?
Quot gemino juris ſunt cincti fonte fluentis?
Quot docti juſte patria moderantur habenas?
Quot qua lege canunt devexus currat Olympus,
Sidera cur ſeptem retro nituntur in ortus
Obluctata polo; ſolis narrantq; labores,
Lunæ defectus: ortuſq; obituſq; recenſent?
Quot medicaminibus languentia corpora curant:
Et poſſunt cymbam in media Styge ſiſtere onuſtam,
Ac vivam nautæ ſeniori avertere prædam?
Non ego, facundum ſi munere Neſtora lingua
Æquarem, illorum percurrere nomina poſſem:
Pegaſeis undis Muſæ quibus ora rigarunt:
Et qui Gorlicio e ludo venere potentes
Artibus ingenuis: quis plena eſt Teutona tellus,
Et peregrina ora: quos nunquam obſcura recondet
Fama viros: donec ſteterit mundi ardua moles.

Peroratio.

Supplicibus votis ergo, & proce flectite Ihovam;
Ut vos clementer divino numine ſervet:
Firmaq; ſupponat titubanti fulcra juventæ;
Det Præceptores doctos, tradatque Magiſtros,
Artibus ingenuis quorum ſint pectora culta:
Ore quibus vox pura fluat: nec fida recedat
Veſtri cura animis: qui ſint pietatis amantes:
Qui Sophiæ juvenes in florida paſcua ducant:
Et dulcem admoveant liquidis ex fontibus undam:
Donaq; Pieridum referant, vulgentq; canendo:
Qui juſtum graviter pravorum in corda dolorem
Commiſſi incutiant, triſtentq; minando feroces:
At miſeros relevent promiſſis ſpeq; fideq;.
Ipſi etiam turpi ducant ſine crimine vitam;
Et greſſum ante ferant facta; juveneſq; ſequantur:
Atq; duces paribus pietatis paſſibus æquent.

Apoſtrophe ad juventutem Gorlicenſem.

Tu quoq; caſtra ſequens Artis, generoſa juventus,
Tu, quæſo, auſcultes dictis: tu juſſa capeſſas
Optima: præclaras tractaſq; fideliter artes:
Exemplis vitam ſtudeas duxiſſe modeſtam:
Imbibe nec falſa doctrina cæca venena:
Fœda ſodalitii non te contagia lædant;
Nec te ſecuram demergat crapula turpis:
Neu te ſegnities rapiat, non æſtus amoris:
Te non exempli moveant mala ſcandala: recta
Sit diſciplina, & ſuavis correctio morum:
Stultitia non ſint imo ſub corde latentes:
Non teneræ ætati ſtimulos natura procaces
Subdat; ne ruat in fatalia crimina præceps:
Sed pronam teneat ſimplex ſapientia mentem.
Sic placida, fœtu fœcundo, in mente graveſcent
Artes: ſic ludo de veſtro ſplendida proles
Prodibit: ſic ingenia, animiq; parentes
Progenies referet: ſic undiq; Teutonis ora
Gorlicio ſumma ludo cum laude fruetur:
Sic omnes veſtri laudes ſuper æthera tollent
Quos Europa fovet, ludi: ſic gloria, fama,
Sic decus & nomen, per ſecula cuncta manebit.
Si ſecus acciderit: ſubito verſa omnia cernes;
Et cuncta in pejus retro ſublapſa referri:
Ac ſi quod fuerit nomen, ſi gloria ludi,
Corruet: atq; ibit tenuis ceu fumus in auras.
Sic Dea narrabat, mihi ſic res ordine pandit:
Conticuit tandem: factoq; ita fine quievit:
Supremumq; vale dicens, me multa volentem
Quærere deſeruit: tenueiq; receſſit in auras.
Aſt ego, quo tu deinde ruis? quo proripis? inquam:
Quem fugis? aut quis te noſtris ſermonibus arcet?
Dic mihi quæ fueris prius: & mihi munera dona
Præſtantis Sophiæ: cur me non efficis arte
Præclarum: ut nomen ſuprema feratur ad aſtra?
Sed fruſtra clamo: fruſtra vox verberat auras,
Ergo deſcendens rurſum mea tecta reviſo.

CHRI-

CHRISTIANI WEISII,

GYMN. ZITTAV. RECT.

ORATIO SECULARIS

De

Ortu & progreſſu Scholarum per Luſatiam ſuperiorem

habita

Anno M DC LXXXVI.

Cum Gymnaſium ſuæ fundationis memoriam celebraret.

MAgna res agitur, Auditores ſpectatiſſimi, amiciſſimi, dilectiſſimi, poſtquam in hoc Gymnaſio celebrari debet Secularis Solennitas. Si enim pro parvis haberi nequeunt, quæ centum abhinc annis, a Nobiliſſimo hujus Urbis SENATU ſic ſuerunt geſta, ut externo etiam cultu rei proderetur auctoritas: cur nunc contemni poſſit ominum, eo tempore conceptorum, tam felix confirmatio? qua nec meliorem, nec perfectiorem ipſi ſperaverint & exoptaverint Optimi Majores; ſive Religionis ſecuritatem, ſive Pacis florem, ſive diſperſam ad exteros quoque noſtrorum ſtudiorum famam, ſeu denique redundantem in omnes Zittavienſes felicitatem libeat intueri. Magnum erat ſuperiore ſeculo nitidioribus ædificiis commendari Zittaviam, in altum exſurgere Templorum, Curiæ, Portarum & Mœnium turres: ſed ſupra ſplendidam hanc magnitudinem fuit, ab omnibus fidei fermentis repurgari Eccleſiam, charamque hujus ſive Alumnam, ſive ſororem, ſive filiam, ad latus collocari Scholam, unde Viri tandem procederent, docendo, conſultando, propugnando Eccleſiæ profuturi. Nec ad noſtros minus ſpectabat Patronos, quod *Philippus Melanchthon* anno 1526. acclamaverat Norimbergenſibus. Juſſus enim ſolenni Præfatione novum velut conſecrare Gymnaſium, tria congerebat in præſtantiæ argumentum, augurari ſe, fore, *ut duraret Religio, vigerent bonæ leges, ac liberi ſenſim ſuccreſcentes ad omnem Virtutis curam inſtituerentur.* Vidimus per DEI gratiam jucundiſſimo hoc trifolio celebrari Civitatem noſtram. Reſonat in Templis Evangelii doctrina: Leges nec turbis nec rebellionibus ab eo tempore laboraverunt unquam: Vos etiam Patroni & Amici, qui Patriam hactenus benemerendo obſtrinxiſtis, quantum eruditæ huic Sedi debeatis, quantum Veſtri aliquando ſint debituri deprædicatione non obſcura ſæpe fuiſtis confeſſi. Neque tamen, in publica hac felicitatis memoria, quisquam adeo fuerit Horologii Politici ignarus, ut neſciat, quibus rotis & machinis ea res ordinata ſucceſſerit. DEUS eſt, qui Provinciam hanc reſpexit, qui Sapientiæ Spiritum conceſſit Proceribus, qui Conſiliis cum laude ſuſceptis fructum largitus eſt, & eventum. Ab hoc impetratum fuit, quicquid proſperitatis in ſeculari hac recordatione celebrari poteſt: Ad hunc referatur, quicquid laudum & gratulationum in ſplendida hac Panegyri junctim effundi debet. Et vero qui nonus ego ſum a condito Gymnaſio Rector, vel per ſacrum iſtum numerum facere non poſſum, quo minus, meo dicentis ſermone, aliqua precum & votorum fiant initia, ſive ſpecimina, quæ tanto poſtmodum perfectius a Veſtra benignitate & Pietate conſummentur. Interim hoc dum facio, (faciam autem omnibus faventibus & conſentientibus) non eſt, cur argumentis aliunde quæſitis, negotium in ſe pulchrum exornari & commendari poſſe credamus: Sola enim GYMNASII noſtri HISTORIA, narrationibus fidem habituris expoſita, ſuum devotioni pondus adjiciet, ſive divinam Providentiam quis admirati, ſive a continuis paternæ Præſentiæ teſtimoniis nova præſagia captare, ſeu denique ſuos Majorumque profectus, ex ipſius Gymnaſii flore, metiri fuerit lubitum. Date igitur aures, date animum, date affectum, non mihi, qui Viros paſſim nominabo me multum præſtantiores; non tempori, quod ſua quidem novitate ſatis largum elicit encomium; ſed huic Literarum Sedi, quæ Veſtros olim Parentes enutrivit, quæ jucundam elapſæ Juventutis memoriam in Vobis reſervat, quæ Filiorum adhuc ſpem & fiduciam, præſagiis non contemnendis, ſuſtinet, quæ poſteris etiam annis nominabitur divinæ Beneficentiæ ſpeculum, publicæ felicitatis Palladium, Civitatis ornamentum.

Atque ut hinc procedat Gymnaſii hiſtoria, non opus eſt, provocare ad ipſa hujus Urbis incrementa, ſive primam ædificandi occaſionem dedit *Zittavia* vel *Sidonia*, Micislai Polonorum Regis filia, Monaſterii fundatrix; ſive de Mœnibus primo circumducen-

ducendis cogitavit *Ottocarus*; ſive de lautioribus Privilegiis proſpectum fuit a *Wenceſlao*. Sane enim ea temporum erat, fallor? an ſimplicitas, an barbaries, ut Scholarum, ſi quis agnoſceretur uſus, nullus tamen captaretur aut expeteretur Splendor. Et prima quidem Scholaſticorum mentio in noſtris Chronicis facta eſt ad annum 1366. quo Monachi Cœleſtini, quibus paulo ante Carolus IV. Petram Oybinenſem conceſſerat, quique poſteris temporibus in noſtra hac Civitate Paracleti, ut vocabant, Domum, ſeu Patrum Aulam, ut hodie loquimur, conſtruxerunt, Scholaſticos mendicantes ſeu communicantes, ad ſe vocatos, pedum lotione, convivio donisque aliis excepiſſe dicuntur. Et nominabantur iſti pueri communicantes, quod Sacrificis, Euchariſtiam publice vel privatim adminiſtrantibus, præſto eſſe juberentur. Poſtea de rebus ſcholaſticis altum eſt ſilentium; donec anno 1422 magnum deſcribitur incendium, quod in Textorum Platea exortum, variam habitationum dedit ſtragem, & cum Templi majoris tecto Scholam quoque corripuit, quantum auguror, eo loco conſtitutam, quo Rector nunc hortulum ſuum habet, & Curifugium. Cum vero ſequens annus novo incendio eſſet funeſtûs, credibile eſt, Scholaſticum hoc ædificium levi & tumultuaria ſtructura tum e ſuis cineribus ſurrexiſſe.

Num Monachi Franciſcani, ad quos pertinebat vicinum Monaſterium, quicquam excitandis puerorum ingeniis profuerint, temere nihil velim ſtatuere. Cum enim aqud Gorlicenſes anno 1458. a Franciſcanis erigendum eſſet iſtius Ordinis Studium, ſive Schola Studiis excolendis conſecrata, res ſucceſſum nnn habebat, niſi prius a Provinciali mandatum exiret, illudque decenter Oppidano Senatui ſignificaretur. Inde quam diu clara deſunt teſtimonia, pigritiæ potius ſuisque ceremoniis addictos fuiſſe Fratres, nec adeo literariis moleſtiis multum labotaſſe credamus. Cæterum qualiscunque fuerit Scholæ conſtitutio, dubium non eſt, ſummam profectuum gloriam eos habuiſſe, qui cantando ſuis Magiſtris adeſſe, Choralemque ſuam Muſicam Civibus admirantibus jactitare poſſent. Cur enim prætereaın, quod M. Braxator quidam, ſeu ut Germanice vocabatur, M. Melzerus anno 1479 ſolenni teſtamento cavit, ut, quoties rediret Veneris dies, ad pulſum Majoris campanæ, a Collegis & Scholaſticis concineretur Reſponſorium, quo circa Paſſionem Dominicam *Tenebræ factæ* innuuntur: ordinato ad hoc officium Legato, tum temporis non contemnendo, nunc ubi nimium excreverunt rerum pretia, exiguo, ſed tamen vel ob memoriam adhuc laudabili. Aſt ſenſim majoribus augmentis gaudere cœperat noſtra Civitas, ut anno 1491. de Templi Parochialis majori cogitaretur ſpacio, adjecta columnarum nova ſerie, quæ quadruplicem nunc exhiberent fornicem. Inde ſi plures darentur Cives, qui replerent Templum, auctior ſimul emergebat filiorum numerus, qui locum optarent in Schola. Anno igitur 1497. ex oppoſito Scholæ veteris, verſus D. Johannis cœmeterium, illa conſtruebatur ædificij pars, quæ claſſem hudie Quintam & Sextam continet. Ac erat tum Ludimoderator cum Cantore, certisque Collaboratoribus, quos a præcipua functione Scribas dixerunt: unde natam crediderim denominationem, ut poſtea, qui e Scholaſticis privatæ informationi darent operam, Scribæ appellarentur. Facere non poſſum, quin hic inſpergatur jocus, quem Ludimoderatore *Michaele Arnoldo* anno 1505. Poſtridie Bacchanalia datum accepimus. Duo enim ex iſtis Scribis ſive Collaboratoribus, intelligentes, carnibus nunc eſſe valedicendum, ſolisque Piſcibus gulam adſvefaciendam, in publico foro certamen exhibuerunt, ut alter repræſentaret Lucanicam, ſeu farcimen Bacchanalibus proprium, alter Halecem, ſequenti Cinerum diei convenientiorem. Quia tamen penes Halecem ſtabat victoria, quippe cui relinqui debebat quadrageſimale imperium, conjectus per ludibrium fuit in ciſternam, qui perſonam Lucanicæ ſuſtinuerat. Narravi rem ordini Scholaſtico minus glorioſam, non tamen omnino culpandam, ſi conſideretur ea Seculi ſimplicitas, quæ plebejis imbuta moribus, multa in hilaritatis argumentum accepit, quæ nunc vel ad contemptum, vel ad injuriarum querelas detorqueri poſſent. Ab his autem initiis progreſſa videtur exhibendorum ludorum conſvetudo, quæ firmiſſimas tandem hic egit radices, ut nemo crederet, celebrari Bacchanalia, niſi Juventutem ſimul conſpicerent exerciis dramaticis occupatam: donec anno ſuperiore conſultum videretur, remiſſis ad Autumnum Martinique feſtum ludicris, ab omni tumultu obſervabiles hos dies abſolvere: inſigni profecto ſucceſſu, ut nunc pro liberiore Comœdiarum ſtrepitu, Jubila, preces, gratulationes exaudiri queant. Sed redeo ad Scholam, quæ quidem intra tenues has anguſtias, nec eruditisſimos ſemper habere Magiſtros potuit, nec ingeniis provehendis operam dedit illuſtriorem. Inde ſi forte Zittavienſium unus & alter ingenio vel dignitate inclareſceret, his equidem ſive Magiſtris, ſive Collaboratoribus, parum debuiſſe credebatur. Et dum iſta primum cogitaram, in manus veniebat epiſtola *Abrahami Hoffmanni Laubanenſis*, *Ca-*

ſarei Hiſtorici, ad Nobiliſſimum Senatum noſtrum *d. 28. Febr. 1617.* ſcripta, qua dedicaturus neſcio quod Opuſculum hiſtoricum, varios enumerat in hac Zittavia natos, ac poſtmodum ſplendidiſſimis honoribus defunctos: & inter eos præcipuo quidem loco, *Fridericum Archiepiſcopum Salisburgenſem, & Antonium, Monaſterii Bruccenſis prope Teyam fluvium in Moravia Abbatem*: quibus tantum abeſt, ut Præceptores aſſignare velimus e Scribis aliquos, ut potius in Cœnobiis a Patria remotis ſuccreviſſe opinemur. Nec indigna loquor, ſi DEUS Scholæ incrementum his ſervare voluit temporibus, quæ affulgentibus Evangelii radiis omnem barbariem, omnes ineptias, omnia conſvetudinum ludibria feliciter abſtergerent. Ut enim hic, velut in tranſitu, ludibrii referatur exemplum, quid miſellis eorum annorum Magiſtris haberi poterat ineptius, cum ad Martini feſtum, comitantibus pueris, tanquam Monachi mendicantes, oſtiatim aliquos colligerent cibos; hic ſub brachio gereret cophinum, quo cuſtodirentur caſei; alius in calatho ſuo exciperet ova; non deeſſet, qui Qualo ſuo ſeu Moſcha farciminum reconderet cupedias; pueri denique ſub corbe ſua gementes, cornua Martini domum referrent; quæ tamen conſvetudo, quam primum eluxit Religio, ſic abrogata fuit & exploſa, ut in honoratioris muneris vicem, Patroni liberalitatem ſuam Martinalem exercere quotannis ſoleant. Cæterum non exſpatiabor in ipſam Reformationis hiſtoriam, quæ feſtinantiſſima nobis felicitate adductum memorat *M. Heidenreichium*, Evangelicæ doctrinæ Præconem 1521. quæque ſequentium annorum adeo fortunatum exponit ſucceſſum, ut nemo jam in mœnibus, nemo in agro Zittavienſi reperiatur, qui vel exteras Majorum reliquias, vel propinquam heterodoxorum cum noſtris ſocietatem tolerare cogatur, aut contueri. Faxit ſaltem benigniſſimus ille Pater, qui tanto beneficio, præ multis aliis Provinciis, noſtram colluſtravit Luſatiam, ut optatiſſima Religionis Conſcientiarumque libertas præcipuum Patriæ ſemper ſit Cimelium, ac adeo Templi ſecura tranquillitas, aliquam ſimul hujus poſſeſſionem in Viciniam Scholaſticam transfundat.

Sane tum de Scholarum repurgatione ſerio per univerſam Hexapolin cogitatum eſt. Gorlicenſes, quibus prima forte debetur gloria, cum Evangelii profitendi facultatem obtinuiſſent anno 1525. Scholam a Catholicis poſſeſſam, anno 1529. renovari juſſerunt, vocato in Rectorem *M. Chriſtophoro Laſio Argentoratenſi*, qui publico Scripto Doctrinæ ac Diſciplinæ reddidit rationem, ac ut ea res ſæpe repeteretur a Succeſſoribus ſuo exemplo primus effecit. Is hunc habuit honorem anno 1538. ut, cum Urbem ingrederetur Ferdinandus I. Rex, procedentem ad templum comitaretur ſuis ſtipatus diſcipulis, Regisque benignam exaudiret vocem: *Optimi filii, Regem habetis clementiſſimum.* Et adhuc celebratur hoc Diſtichon, Ferdinando oblatum:

Accipe, Rex, blanda ferimus quam voce ſalutem,
Et nobis pueris innocuisq; fave.

Libenter autem facio, ut hic perſequar Regiæ benignitatis exemplum, nec quis temere ſibi vel aliis perſvadeat, obſcura & illicita incolarum licentia conſtitiſſe Scholas, quas Regum & Imperatorum expreſſus favor ſublevaverit, & quoniam Principum conſenſus habetur pro Lege, ſolenniter confirmaverit. Neque ſuo defuerunt officio Budiſſinenſes, qui poſtquam juvenilibus incrementis utcunque ſuas conſecraverant curas, anno 1543. Scholæ noviter a ſe conſtructæ, Rectorem dederunt *M. Joachimum Cnemeandrum*, qui primus juſſu Patronorum Ordinem Lectionum & Leges aliquot Scholaſticas, neſcio tamen an typis publicatas, conſignavit. Cujus quidem Scholæ non lævis hæc eſt gloria, quod *Philippus Melanchthon* Peuceri ſenioris gratia 1559 ad hanc Urbem profectus, poſtridie Johannis Baptiſtæ feſtum, veniſſe dicitur in Auditorium, pulchroque ſermone Johannis hiſtoriam illuſtraſſe, in qua Budiſſinam non dubitaverit nominare, *Cuſtodem bonæ diſciplinæ & humanitatis*. Nam & hoc libenter adduco, ne ignotum ſit, quantum exteri Eruditionis Heroes de Luſatorum flore ac commendatione fuerint ſoliciti. Laubanenſes video anno 1573 a Ludimoderatore ſuo *Caſpare Capolo* poſtulaſſe, ut Lectionum & Legum certam Sciagraphiam ſcripto conciperet, ibique demum anno 1588. e veteris ſacelli ruderibus erectam Scholam diſcentibus commodiorem, ſumptibus *D. Adriani Albini*, qui Laubani natus, tum in nova Marchia Cancellarii gerebat munus. In laudatiſſimo igitur bene merendi certamine ſuis præconiis non defuere Zittavienſes, uno ſaltem impedimento conſtricti, quod Scholæ nova promitti amplitudo vix poſſet, quippe qua nunc eſt Veſtibulum & ſcala, minor tranſibat Platea, quæ Civibus ad templum progreſſuris claudi non debebat: ex adverſo obſtabat Domus & Area Crucigerorum Melitenſium, cui certus præſidebat Commendator, qui profecto ſuarum ædium partem decerpi non patiebatur. Equidem in Janua, quæ aditum facit Secundæ & Tertiæ Claſſi, invenio annum 1519. interim multis adducor argumentis, Poſtes ea nota inſignitos, poſt deſtructam Crucigerorum

rorum Domum huc perveniſſe. Etiam in contignatione tecti Scholaſtici inſculptum trabi lego annum 1541. mentione ſimul facta Conſulis Regentis: ſed tum ordinari nihil potuit, præter ſuperficiariam tecti renovationem. Delituerunt igitur Docentes & diſcentes in veteri ſuo nidulo. Ac duos eo tempore Rectores ſive Ludimoderatores habuimus, quorum honorifica hodienum ſervatur memoria, *Andream Maſcum* & *Franciſcum Jungnickelium*. Maſcus anno 1545. in Collegium receptus Senatorium, dignus fuit, qui aliquando mitteretur ad Imperatorem: clarior factus filio *Michaële Maſco JCto, Academiæ Lipſienſis aliquoties Rectore, poſtmodum Electoris Brandenburgici & Principis Anhaltino Deſſavienſis Conſiliario*, qui tum Patriæ, tum Scholæ invitatus affectu, ut quotannis ex hoc ipſo loco commendaretur, liberali teſtamento proſpexit. Jungnikelius anno 1548. Senator dictus, tandem ad Conſulares faſces promotus, in Parochiali templo, ante ſummum Altare, ſub imagine ſua lapidea quieſcit. Ac dubium mihi relinquitur nullum, ſubinde magis enituiſſe rei Scholaſticæ florem, poſtquam illi verſarentur inter Patronos, qui, quantum auxilii requiratur a docentibus, experiendo cognoviſſent. Erat autem ea Seculi conſvetudo, antequam plenior haberetur Eruditorum copia, ut ſi quem Latini ſermonis gnarum, vel ſcientiarum opinione probatum, adſciſcere vellent in Patrum Conſcriptorum Ordinem, ipſa Schola haberetur Curiæ Seminarium. Ita enim *Cœleſtinus* quoque *Henningius*, initio paucis annis Cantor, poſtea Senator & Conſul, ne aboleretur prioris conditionis memoria, in ipſo Choro ſtatui ſuæ recordationi voluit Epitaphium. Forte crediderunt Optimi Majores, patientius eoſdem regiminis molem portaturos, qui tot hactenus tolerantiæ dediſſent ſpecimina. Sed multo tamen laudatur magis hodiernus ingeniorum proventus, ubi ſuo quivis labori immoritur, quem exercendo & repetendo ſibi reddidit vel faciliorem vel feliciorem. Interim ſi oculis obverſetur Res Scholaſtica, multum profuit tum e Scholis vocatos Senatores. Ut enim Gorlicenſe Gymnaſium plenum acquireret ſplendorem, effecit *M. Georgius Ottomannus* (niſi malimus ſcribere *Hottomannum*, quomodo *Franciſcus Agnatus, celeberrimus per Galliam & Helvetiam JCtus* appellari voluit) qui Scholæ Rector factus 1544. ad Oratoriæ Profeſſionem a Lipſienſibus vocatus 1548. redux paulo poſt ad Scholaſticam functionem, ea demonſtravit exactiſſimi judicii documenta, ut 1562. Civitatis diceretur Syndicus, tandem Conſul. Ita non quievit, donec ultimus Monachorum Franciſcanorum Studio ſemel conſecratum Monaſterium Senatui transſcriberet, eamque ceſſionem Auctoritas Maximiliani II. Imperatoris 1563. firmam redderet ac conſtantem. Ut vero Zittavienſes aliqua ſibi promittere poſſent Gymnaſii initia, præſtitit *Dn. Nicolaus Dornſpachius*, qui ſub Andrea Maſco Collega Scholæ ſecundus, anno 1542. Senator factus, 1548. Conſul dictus, incomparabili dexteritate ſuis ita præfuit officiis, ut natus ad hujus Civitatis gloriam videretur, niſi univerſæ potius Luſatiæ natum dicere libeat, quem Cæſar ſuum conſtituerat Conſiliarium, & Redituum per inferiorem Luſatiam Præfectum: ut taceam Legationes publicæ ſalutis cauſa feliciter ac fideliter ſuſceptas. Is igitur cum templi & Scholæ incrementis obſtare intelligeret Melitenſes ſ. Crucigeros Dominos, eo rem deduxit, tum in Aula Imperatoris, in qua erat notiſſimus; tum apud ipſos Ordinis Proceres, quibus oſtentabantur alia bona, niſi fallor in Moravia, qui poſſideri poſſent quietius, ut ſoluta pecuniæ ſumma ſatis grandi, Domus hæc cum juribus eo pertinentibus, Nobiliſſimo Senatui relinqueretur anno 1570.

Sed antequam iſta perſequor, ſubſiſtere liceat paululum, & recordari, quæ Luſarorum tum fuerit conditio. Etenim late propagata per Bohemiam, Sileſiam, imo & vicinam Poloniam fuerat Auguſtana Confeſſio: neque tamen ubivis locorum erigi poterant Scholæ, quæ templis ferrent ſuppetias. Certe Bohemia nobis conterminа ſuum hoc in negotio defectum facile agnoſcebat, quod in Oppidis majoribus obſtarent adverſarii, in minoribus reſiſteret loci ingenium, ac ipſa Praga nimiis deliciis celebrata, ſeveriorem adoleſcentiæ diſciplinam vix tueri poſſe videretur. Inde Luſatis aperti oculi, facilem affore inclareſcendi materiam, ſi quas haberent facultates, cauſis piis ſemel deſtinatas, erudiendæ Juventuti porro conſecrarent: ita futurum, ut non ſine Civitatum gloria confluerent Exteri, qui poſtquam intra juveniles luſus hanc Provinciam affectu ſinceriore complecti coepiſſent, per integram vitam ſeſe profiterentur aut Benefactores & Patronos, aut Amicos & deprædicatores. Primum vero experimentum fecerunt Gorlicenſes, qui Monaſterium ſibi conceſſum cura non perfunctoria ſic illuſtraverunt, ut anno 1565. d. 22. Maji, ſolenniter inſtitueretur Gymnaſium, vocato ad ſanctum hunc laborem *M. Petro Vincentio Vratiſlavienſi*, antea per novem annos Academiæ Wittebergenſis Profeſſore, qui Diſciplinam & Doctrinam Gymnaſii publico iterum Scripto complexus, cum & ipſe pro-

fectibus ſuorum ſtrenne invigilaret, ac Collegas ſimul haberet, fide & eruditione commendatos, dici non poteſt, quantum nomen paſſim acquiſiverit; donec a Vratislavienſibus ad Eliſabethani directionem evocaretur. Neque minores erant, qui tanto Viro dabantur Succeſſores, *M. Joachimus Meiſterus*, poſtea Gymnaſii Bremenſis Rector, & *M. Laurentius Ludovicus*, qui anno 1590. cenſum agens Scholaſticum, in prima Claſſe invenit Auditores 161. in univerſo Cœtu 616. & in iis Nobiles e Bohemia potiſſimum, Sileſia & Polonia 51. Peregrinos 200. Ut taceam reliquos, pari gloria dignos, ſi vel maxime tum bellorum injuriæ, tum Reformationis apud Vicinos procellæ, frequentiam reddiderint aliquanto anguſtiorem. Gorlicenſes ſecuti ſunt Zittavienſes noſtri, de quorum ſeculari recordatiooe nunc dicetur amplius. Tandem ſuis quoque laudibus ſatisfecerunt Budiſſinenſes, qui cum *Thomam Fabrum* habuiſſent Rectorem, aucto Collegarum numero 1590. enndem juſſerunt eſſe Collegam Supremum, ſive Conrectorem, dato novo Rectore *M. Andrea Neerkornio*, qui tamen biennio poſt diſcedens 1592. lampada tradidit celeberrimo *Gerlachio*, cui ſi dixero Budiſſinenſes pariter ac Zittavienſes plurimum debere, neminem ſorte habiturus ſiin contrarium, qui vel obliquo ſaltem oculo antiquitatis veſtigia legere ſuſtinuerit. Utrobique enim editis de Doctrina & Diſciplina legibus, quas Patroni prudentiſſime conceptas, libentiſſime confirmarunt, futuræ claritatis ſundamenta poſuit, ſemper duratura. Sed tempus eſt, ut ad noſtram unice reſpiciamus Zittaviam, quæ amiſſis ſuis Crucigeris de Schola cogitare cœpit ardentius. Et ſciendum, quo loco jam extat Rectoris habitatio, Crucis Domum ſtetiſſe, adjectam Cœmeterii ſeptentrionalis partem, Crucis aream audiviſſe, quod ductus ab utroque latere murus, liberum Civibus circuitum denegaret, protracto fornice ad Templum uſque, cujus levia nunc ſpectantur veſtigia in muro, qua Scholaſticus patet introitus, ut Commendator cum ſuis, ſicco pede per tectam hanc viam tranſire poſſet ad Sacra. Hujus areæ murum 1571. deſtruxerunt, ac ut Platea Scholæ vicina, ſpatium daret novo ædificio, tranſitus eo loco quæſitus eſt, ubi nunc habemus Plateam a Rectore dictam, quæ primum vocata ſuit nova, ſeu Concionatorum Platea, quod per iſtam ad Eccleſiaſtica ſua munia pergere ſolent in templum. Ita excrevit ea Scholæ pars, quæ Sextam & Quintam continet, addito ſuperius gemino Auditorio, ſeu ut noſtro loquamur ſenſu, Secunda & Tertia. Inde in ipſo Scalæ ingreſſu ſatis clarus effulget conſpectus anni 1573. Cæterum eo tempore vix ultra trivialem ſurrexeramus conditionem, nec ab iſtis quinque Collegiis præparari omnino Juvenes poterant ad Academias, donec *Dornſpachius* Vir, qui templum picturis illuſtraverat, qui tres Urbis turres altius & elegantius evexerat, qui propriam domum in hoc confinio conſtruxerat, forte Senectutem ultima ædificandi gloria commendaturus, Auctor exiſteret, ut Crucigerorum Domus deſtrueretur, eo conſilio, ne quid impediret ampliorem Scholæ perfectionem. Et operis tam pulchri factum eſt initium 1579. ſatis tarde, ut multis videbatur: quippe quod meritiſſimus hic Conſul, cum in aliam faciem transformanda eſſent rudera, Civitati Scholæque velut germinanti moriens eriperetur anno 1580. dignus, qui recepta Juventute vel ſuo ſupereſſet ſeculo. Sic dilatum in aliquot annos, vel tardiore cura tractatum negotium, anno tandem 1585. ultimam experiebatur manum: ut quo loco Crucigeri Equorum habuiſſent ſtabulum, Claſſis conſtitueretur Quarta, hinnitus & beſtiarum ſtrepitus, in jucundiores Muſicorum ibi exercendorum harmonias converſora; ſupra ipſam amplum hoc Primæ Claſſis Auditorium novo prorſus opere conficeretur; reliqua Commendatoris habitatio Rectori redderetur commodior, facili ſucceſſu, quod, cum alibi Monaſteriorum receſſus aptari vix poſſent uſibus familiaribus, hic omnino reſponderent ſtructuræ, liberis & ordinatis contignationibus excitatæ. Erat autem tum Rectoris loco *Tobias Schnürius*, Vir alioqui ſatis doctus, quod e reliquiis latinorum Chronicorum, ab eo congeſtorum, apparet: quia tamen vel ad Splendoris opinionem quicquam contribui poſſe videbatur, ſi novo Gymnaſio novus quoque daretur Rector, honorifice is ſuit dimiſſus, Senatoris & Scholarchæ characterem indeptus. Ita *M. Caſparus Janitius* hactenus Scholæ Laubanenſis Rector huc vocatus, acceſſit d. 2. Decembr. 1585. ea conditione, ut levioribus velut tentaminibus Juventutem invitaret, donec ſolennis ſequeretur introductin. Inde paucis ante hanc ſolennitatem diebus, ipſa Bacchanaliorum Septimana, Scholaſticos ſuos produxit in theatrum, exhibita Eli & Samuelis hiſtoria: ſalutari prorſus omine, commendari Samuelem, ubi non pauci, tum in templo, tum in Curia Samuelis Virtutem expreſſuri, ab hoc Virtutum & Artium domicilio promitterentur. Introductio incidit in decimum Martii diem anni 1586. cujus Splendor tanto magis feriebat Spectantium oculos, quod Conſul tum Nobiliſſimus *Dn. Michael Kroloft* cum Patribus Conſcriptis ordinato Proceſſu, ut vocant,

cant, Ædificium hoc novum ingrederetur, Rectorem erudita Syndici *Dn. Procopii Naſonis* voce confirmaret, novosque Collegas veteribus adjiceret. Ab eo die numerus docentium fuit octonarius: quippe poſt Rectorem *Janitium* memorantur *Michaël Juſtus* Conrector, *M. Daniel Burchartus* Tertius, *M. Caſpar Tullichius* Quartus, *Tobias Kindlerus* Cantor, & reliqui *Paulus Schönborn, Adamus Witvver, Paulus Fritſchius*, quibus ſingulis datum ſuit hoc negotium, ut pro virili ſuis ita functionibus præeſſent, ne quis inepto & ſeſquipedali titulo, quin potius ipſare, juvenumque profectibus, illuſtratum hic inveniret locum; & ſicut e cantu noſcitur luſcinia, ſic e ſuis operationibus probaretur GYMNASIUM. Nam ut publicam ſibi notitiam fœnerari poſſent Specimina, quæ forte ferventibus omnium laboribus lucem & gratiam expoſcerent, Typographus etiam quæſitus eſt, conſtituta in Domo Paracleti officina, cum a nato Gymnaſio vix elapſum eſſet octiduum. Nimirum his eruditorum amanuenſibus Fama ſuas plerumque debet aures & linguas: ac ſi nihil iam reticeri poteſt, quod Scholaſticæ felicitati, adeoque divinis beneficiis annumerari meretur; ne Typographiæ quidem mentio noſtris fuerit indigna jubilis, quæ ſæpius incendio bellicisque calamitatibus confuſa, ſemper tamen in lucem rediit, ut nunc quoque nitidiores noſtri characteres Lectorum oculos aliquando jucundius invitare videantur. At enim vero ſicut in recentibus ædificiis non ubique ſtatim cohærent tum parietes, tum parietum incruſtationes, quo minus auxiliatricem Architecti manum denuo requirant: ſic in his Gymnaſii initiis aliqua notabantur, quæ repetitis Patrum curis & conſiliis eſſent perficienda. Anno enim ſequente Functionem relinquebat Rector Janitius, factus poſtea Rector Dreſdenſis, brevique tandem interregno ſurrogabatur *M. Leonhardus Ezlerus*, qui cum maluiſſet hoc officium commutare cum oppiduli Hirſchfeldenſis Parochia, anno 1594. Succeſſorem habebat *M. Michaelem Hammerum*. Neque rariores erant cæterorum Collegarum mutationes, multis conquerentibus, nondum coaluiſſe vinculum, quod in præſtandis docentium adjutoriis ſumme haberetur neceſſarium. Nolo turbare quietos anteceſſorum cineres, quibuscunque demum indiciis homines ſe fuiſſe demonſtraverint; unum tamen ſi expoſuero, rem dixero, a cognoſcenda Gymnaſii conditione non alienam, votisque poſtmodum effundendis commodam. Erat tum Paſtor hujus Eccleſiæ Primarius *Dn. M. Johannes Vogelius*, Vir, non in eruditione ſolum Theologica, quæ probare Concionatorem poſſet, celebratiſſimus, ſed in humanioribus quoque literis eo progreſſus, ut, quoties carmina lego, ipſius calamo concepta, ſæpe mecum dubitare incipiam, num magis extolli debeat inventionis amœnitas, an ſtyli ad antiquam elegantiam accommodati puritas & majeſtas. Hic Scholæ prioris fuerat Inſpector, datusque ipſi fuerat honor, ut poſitis Gymnaſii fundamentis hac auctoritate gauderet impoſterum, &, niſi me fallunt conjecturæ quam certiſſimæ, interdum docendi cauſa hoc Auditorium ingrederetur. Sive igitur intercederet tacita eruditionis æmulatio, ſive in hac informandi ſocietate, hinc imperandi, hinc reſiſtendi gliſceret ſuſpicio: querelarum non defuerunt cauſæ, donec veniens Deus e machina omnem hanc ſimultatem facile componeret. Nam Peſtis anni 1599. quæ totam fere conturbaverat Germaniam, multisque Scholis miſeranda fecerat otia, noſtris etiam finibus Scholæque tandem incubuit: ſic uno menſe raptus *Rector Hammerus*, & *Conrector M. Hieronymus Pelicanus*: ac ipſe *Paſtor Vogelius*, qui, donec accerſi novus poſſet Rector, doctrinæ & diſciplinæ curam in ſe receperat, eandem mortalitatis legem eſt expertus. Ab eo tempore Templi & Scholæ firmior extitit amicitia, dum ſuo quisque, loco, ſuo labore, ſuo honore contentus nihil habuit, quo alteri diſpliceret, nihil quo mutuam complacendi voluntatem impediret. Schola veneratur, quos Chriſti novit miniſtros, quosque ex Confeſſionis beneficio ſæpius agnoſcit Patres: Templum reciproco favore proſequitur, quos in Religionis & Pietatis ſubſidium a DEO conſtitutos videt. Mihi certe id ſemper fuit gratiſſimum, nulla me hactenus vel neceſſitate adigi, vel occaſione addoci, ut illis ægre quid facerem, quorum ego amiciſſimam vocem audire velim in extrema mortis hora. Nec in præſenti hoc Jubilæo deeſt futuræ ſinceritatis omen, poſtquam nupera Dominica publice commendata fuit Scholarum utilitas, Deique tam inſignis gratia, quæ nobis in ſeculari hoc recurſu largam hilaritatis materiam proponit. Comprobetur in eventu hæc perſvadentium & voventium pietas, & quando nihil eſt in viribus noſtris, quod grati animi vicem exſolvat, habeamus olim in hac cathedra templi deprædicandi occaſionem, ferique tandem Poſteri, cum alterum a repurgata Religione effluxerit ſeculum, Eccleſiaſticis ac Scholaſticis jubilis læti & ſecuri defungantur.

Ignoſcite, Auditores, ſæpe me avocari ab hiſtoriarum curſu: ſic enim fluunt Orationes in Jubilæo, ut ad quælibet gaudiorum iocitamenta libenter ſubſiſtant. Sed faxo tamen, ut liberiore nunc ductu ſingula

expediantur. Finibus enim a contagione repurgatis, Schola etiam anno 1600. reviviſceos, Rectorem accepit *M. Samuelem Junium Svidnicenſem*, Conrectorem *Joannem Timæum Frauſtadienſem*, celeberrimi *Herbergeri* amicitia ſatis clarum. Quorum tamen diuturna non fuit manſio, quod uterque noſtræ Civitati ſuam præferret Patriam, ac ille anno 1602, Rector evaderet Svidnicenſis, hic eodem tempore Concionator Frauſtadienſis. Sed erat in fatis, ut poſt variam emergendi luctam, Gymnaſii tandem caput erigeretur. Tum enim honeſtisſimis conditionibus effectum eſt, ut *M. Melchior Gerlachius*, integro jam decennio Budiſſinenſium Præceptor, huc invitatus, d.21. Maji 1602. una cum Conrectore *M. Joanne Vincelbergio* ſolenniter introduceretur. Et hic eſt incomparabilis ille Vir, quem ſi non habuiſſet Zittavia, forte nunc non haberet, quod multum celebrari poſſet Gymnaſium. Is, antequam laboribus Scholaſticis ſeſe manciparet, in Academiis Baronum & Nobilium ſive Inſpector ſive Moderator, cum literarum auſteritate civilem elegantiam, vitæque politioris notitiam conjunxerat, &, qui eſſet naturæ beneficio ad extemporalem eloqoentiam, nec minus ad captandam hominum gratiam præparatus, ſubito ſuas doctrinæ merces exponebat, ut apud clariores homines magnum habere nomen videretur occultatum alioqui Gymnaſium. Multum vero tantis augmentis contribuebat Nobiliſſimus *Dn. Procopius Naſo*, Conſul, Syndicus & Scholarcha, Vir in ornandis literis, unde ornamentum acceperat, diligentiſſimus, quique ad teſtandum Scholæ favorem in ejus conſpectu ſplendidam conſtruxerat Sepulturam: Is novum Rectorem ſumma complexus benevolentia, primæ velut teſſeræ loco, Auctor fuit, ut Rectoris domus, alioquin ab ædibus Scholaſticis ſeparata, non ineleganti fornice conjungeretur, breveſq; paſſus inter præmeditantis Muſeum, & doceotis Auditorium relinqueretur. Sic firmiter coaluit literarium hoc connubium. Sic quas Superiorum juſſu conſcripſerat leges, ipſe velut matrimoniales, ſtrenue ſervabat. Sic continuis Declamationibus, Diſputationibus, Lectionibus, quin & Concionibus, quas Nobiliſſimi Senatus indultu, e Primanis provectiores habebant in Monaſterii templo; Sic nova Chori Muſici ordinatione, deductisque ad latiorem conſvetudinem hoſpitiis, id impetravit, ut communis diſcentium Pater habitus, tanta circumfunderetur Juvenum, e Bohemia maxime confluentium, frequentia, ut a Senioribus olim memoratum habeam, collocatos aliquando Primæ Tabulæ Auditores in adjecto hoc atriolo, ſpatium reliquis feciſſe. Accedebat Bibliothecæ conſtitutio, quam e quinque Eruditorum ſcriniis collectam, NASO Patronus & Conſummator adjudicatis etiam ſuis libris adauxerat. Licet enim primas Bibliothecæ lineas duxerint Majores, quod colligo e literis *D. Pauli Fabricii Mathematici Cæſarei* anno 1564. ad Dornſpachium ſcriptis, ubi dono offert inſtrumentum Mathematicum publicæ, ut loquitur, Bibliothecæ, conſecrandum: ea tamen perfectio incidit in annum 1607. quo, in Parecleti domo ſplendide adornatis repoſitoriis, intercedentibus, poſt Muſicam vocalem & inſtrumentalem, Juvenum hic diſcentium declamationibus, ſolennis agebatur inaoguratio. Et DEO referendum in acceptis, turbatam in ſuo nidulo Bibliothecam, durantibus bellorum injuriis, nunc in Templi Petro-Paulini receſſu manſionem inveniſſe quietiorem, cui non Patrooos modo perpetuos, ſed publicam quoque Securitatem, quæ libris evolvendis faveat, etiam atque etiam apprecamur. Ita floruerat Gerlachius, & cum ipſo Zittavia, cum ſubita calamitate parum abeſſet, quin Gymnaſii ſolos ſpectaremus cineres. Anno enim 1608. d. 7. Junii peſſimi Latrones ignibus hinc inde ſubjectis, tantam excitaverant flammarum vim, ut quingentæ Civium habitationes, cum ipſa Curia miſere deformarentur, ac jam ſub ultimis quoque timoribus laborare Schola inciperet. Ardebat verſus Carbonum plateam proxima domus, in area Scholaſtica Lignile, hortique Rectoris ſepimentum, quod nuper demum fiebat lapideum, flammis ceſſerat: Tertiæ & Secundæ Claſſis feneſtræ jam ſudabant plumbum; tigna tecti aduſta nihil non minabantur: donec DEUS paterna tactus miſericordia affuſis aquis clementer annueret, ac poſtridie in hunc locum adhuc confluere poſſent Diſcipuli. Miſeranda tum erat rerum facies, cum alii veſtibus, calceis, palliis, alii libris deſtituti, in Scholam nihil afferrent, præter lacrymas: cum Rector coogregatis in unum Auditorium Primanis, Secundanis, Tertianis (nam Conrectoris, Tertii, uoiusque ex inferioribus Collegæ ædes eandem erpertæ fuerant cladem) Jeremiæ Threnos interpretaretur. O laudetur in æternum divina benignitas, quæ tum avaris ignibus ſuum poſuit terminum, nec poſtea permiſit, ut, qui per bellicos tumultus ſæpe circum volitabant, ignium globi, vel minimum his ædibus facerent injuriam. Effudit laudes non diſſimiles Gerlachius, poſtquam, reſtituta e ſuis cineribus Typographia, primi experimenti loco anno 1611. exſcribi juberet Orationem de hoc incendio; nec ſiluerunt, qui poſt ipſum Patriæ

amo-

amorem, vel Juventutis curam ſunt profeſſi. Interea dum Vir meritiſſimus nullis frangitur laboribus, & nunquam ſibi disſimilis gloriam ſemel acquiſitam ſtrenue defendit, ſubita & inopina morte rebus Scholaſticis eripitur. Anno enim 1616. hac ipſa, quam volvimus Septimana, cum ad Ludos ſcenicos Juventutem præparasſet, ipſaque Quinquageſimæ Dominica, poſt preces in templo matutinas, ſuos Auditores ad audiendam concionem pie fuiſſet hortatus, diſcedens forte in cubiculum gravi Apoplexia tactus concidit: eo tamen DEI beneficio, ut animo ſemper infracto mortem imminentem agnoſcere, verba ad ſuos facere, animamque ſuam & univerſam Scholam divinæ miſericordiæ commendare poſſet. Inde ex his ædibus ducta pompa exequialis, ipſo Mercurii die, quo ad Theatrum publice progredi debuerant Ludorum exhibitores. Cæterum multa extant Viri optimi monita ad Filium, quibus id quoque continetur, *vellet tueri Parentis Famam*. Cui quidem Pietati non defuit Filius: vel ſi nunc ejus etiam lingua poſt mortem conticeſcat, non defuturi ſunt, qui tantam memoriam Poſteritati, inter Scholaſticos hortos progerminaturæ, proponant. Ipſe ego quam ſolicitus ſim de tuenda ipſius Fama, Scholaque conſervanda, quam in melius olim provexit, Vos dicetis Auditores, vos Juvenes dilectiſſimi, quos itidem rogare ſemper ſoleo, ut tueri velitis meam famam, non inanibus deprædicationibus ſimulatoque verborum lenocinio, ſed diligentia, pietate, modeſtia, quæ ſi reperiantur apud Auditores, ſingularem ſimul famam transfundere ſolent ad Informantes. Et erit forte vel unus poſt mea fata, quæ mihi DEUS indulgeat Gerlachianis non deteriora, qui non patiatur, meam laborare famam; ſicut nunc id ago, ne quid Gerlachiano ſplendori, hactenus ſervato, detritum & imminutum videatur.

Sed cogitandum Patronis erat de novo Rectore; idque tanto gravius, quod multi privatis literis invitati, non diſſimularent, *Gerlachio temere neminem ſuccedere poſſe, qui non eſſet Gerlachius*. Tandem inventus eſt *M. Auguſtinus Preilius, Scholæ Torgenſis Rector*, Vir Theologicis, Philoſophicis & maxime Philologicis ſtudiis laudatiſſimus: in eo tamen Anteceſſore minor, quod tempora ſequerentur variis calamitatibus funeſta. Sub miſero enim bellorum ſtrepitu pauci audiebant Muſas cantillantes, nec multo facilior annonæ caritas ingentem Auditoriis aliquando ſolitudinem imperabat, usque dum Peſtis ſuperveniens Rectorem cum plerisque Collegis anno 1634. ſenſim abriperet. Tum ſub tribus Præceptoribus ægre ſuſtinebatur aliquod Scholæ nomen, etſi mox eodem anno Witeberga evocatus eſſet *M. Chriſtianus Keimannus*, ſub Conrectoris nomine, qualemcunque labentis Gymnaſii ruinam ſuſtentaturus, Vir id ſemper agens, ut Preilio Præceptori quam haberetur ſimillimus. Ita infauſtum effluxit quinquennium, donec anno 1639. ſolenni *Dn. Johannis Neſeni Conſulis & Scholarchæ* voce, *Keimannus* vario ſpecimine jam notus, diceretur Rector, eademque opera introduceretur Vir ad Scholam natus, nec immerito ad parietes Scholaſticos ſepultus, *Dn. Elias Weiſe*, qui ob continuos quadraginta annorum labores laudari a me poſſet, niſi teſtimonium haberetur invidioſum, quod vel apertam & veram Parentis ſectatur gloriam. Laudabunt virum alii, quorum profectibus vel adfuit, vel unice præfuit. Ac in ſpectatiſſimo hoc Conventu tribus verbis dicere liceat, *Summa ipſum apud Juvenes auctoritate ſemper viguiſſe, ne ſemel tamen ut vel a Rectore, vel a Patronis, auctoritatis ſubſidia requireret, opus habuiſſe*. Cæterum ad Vos nunc mea convertitur Oratio, Magnifici CONSULES, quorum in Vobismetipſis veneror PARENTES: Illi ut refloreſceret Gymnaſium, benigna & Paterna cura ſtrenue effecerunt. Generoſiſſimus HARTIGIUS de vario cogitavit Splendore: nam ut taceam illuſtrem Claſſium & parietum Renovationem, unde in meo quoque Muſeo Inſignia effulgent Hartigiana, ipſe anno 1646. quo tempore Svecici & Saxonici Armiſtitii nuncius aliquem Pacis afferret præguſtum, pulchriore Theatro noſtras erexit Comœdias. Annoque poſt inſtauratum Gymnaſium ſexageſimo, gratioſam Samuelis Comœdiam denuo adſpexit. Splendidiſſimus STOLLIUS, ut ordini ſuo reſtituerentur Præceptorum Salaria proſpexit. Nobiliſſimus NESENIUS, & qui eundem ſequebatur, Spectatiſſimus GIRISIUS, ne diſciplina corrueret, blandis ac ſeveris Conſiliis laborabant. O habeatis paternæ beneficentiæ fructum, & quando nunc omnigena dignitatum hæreditas ad Vos pervenit, Vobis etiam inſideat juvandi & bene merendi Cupiditas, quæ nullis annis, cum redierint feſta Autumni initia, novam gratulandi materiam deſideret. Cæterum ita felicibus ſuis negotiis invigilavit *Keimannus*, ita moriens anno 1662 Succeſſorem habuit *M. Chriſtophorum Vogelium*, in polita literatura, ſtudiisque maxime Mathematicis incomparabilem: Quorum ego encomia nunc deducerem aliquando luculentius, niſi & temporis me premeret anguſtia, & plures in ſplendida hac Panegyri reperirentur, qui vel me tacente, laudes tantorum Præceptorum ſubinde deprædicarent. Tandem vivis erepto *Vogelio* anno 1678.

no 1678. ſors ad me devolvebatur, qui per annos octo *Profeſſionem Politices, Eloquentiæ & Poëſeos in illuſtri Auguſteo, quod Weiſſenfelſæ floret*, ſuſtinueram. Quid actum hoc octennio fuerit, alii loquantur. Ego meis Auditoribus nunc oſtendam, eſſe aliquod balbutiendi artificium; ſicubi tacere, vel votis nondum nuncupatis ab opere ſemel ſuſcepto diſcedere vix licitum eſt. Certe prima Scholarum ea non ſunt encomia, ſi magnus adſit diſcentium coetus, vel ſi e peregrinis etiam oris Clariorum Parentum Filii confluant: diſſimulari tamen non poteſt felix hic ſucceſſus, ut multi exteri Gymnaſium noſtrum ſedulo quæſiverint; ut, cum aliquos timores ſparſiſſet contagionis metus, centeſimus adhuc conſtaret in mea Claſſe Auditorum numerus; ut nunc in ſola Lipſienſium Academia verſari dicantur ultra quinquaginta Studioſi, paucis abhinc annis ex hac mea corte dimiſſi; ut in pretio habeantur, Juventutique manuducendæ libenter præficiantur a noſtris ſubſelliis progreſſi; uno verbo, ut neminem impræſentiarum pudere poſſit Jubilæi Scholaſtici.

Ita vero ſex diverſis Periodis agitata fuit Conditio Scholaſtica. Antequam Germaniæ contingeret ſummum Reformationis beneficium, adeoque cum Sacro Studio ſimul efflorescerent humaniores Literarum Diſciplinæ, ſimplicitatis & obſcuræ credulitatis agebatur ſeculum. Poſtea rebus in Eccleſia feliciter conſtitutis, progerminare quidem cœpit Schola, ſed intra tales anguſtias, quæ radicibus undique propagandis non ſufficeret. Porro tum adoleſcentiam, tum maturiorem Juventutis fiduciam concepit, ubi ad Auditoria latius ac ſplendidius excitata procederetur. Perfectiſſimam ætatem pollicebatur adventus *Gerlachii*, cujus firma dexteritas tantum videbatur aſſequi, quantum in hoc Germaniæ latibulo, in remotioribus his Academiarum commerciis, pene dixerim, in Sylvarum hac Bohemicarum Vicinia ſperari vel exoptari poſſet. Neque multum aberat a decrepita Senectute triſtiſſimus ille Bellorum aliorumque periculorum Status, cum & nervis & ſanguine deſtitutum hoc Corpus, animam ſæpius agere, morti ſæpius vicinum crederetur. Donec inſigni miraculo, certiſſimoque divini Numinis beneficio non Sanitas modo rediret, ac virium qualiscunque reſtitutio: ſed ipſa Juventus, ipſa roboris integritas, &, pene dixerim, ipſum formæ decus. Cujus conſervationem ſi noſtra quoque deprædicaverit Poſteritas; ſi futuro, quod DEUS concesſerit Seculo, nullis Periodis ſive diſtinctam, ſive variatam agnoverit informationem: O quanta ZITTAVIÆ, quanta LUSATIÆ, quanta, niſi omnia me fallunt, univerſæ etiam SAXONIÆ aſſulſerit proſperitas. Sed quorſum pertinent Verborum luſus, quos forte pro lubitu fingere quivis poteſt? quorſum tendunt omina, deſideriis potius noſtris, quam apertis præſagiis innixa? Levate manus, ad eum, qui ſua nos dextra manuduxit: attollite oculos ad montem, qui Salutis derivat fiduciam. Ego precandi defungor officio: multi ſequentur, quibus pulchrum videbitur, vel loqui cum DEO, vel loqui pro Schola.

O DEUS, quis memorando vel celebrando aſſequatur beneficia Tua? Jubilaum agimus, quia Tu nos agere voluiſti. Lætamur, quoniam lætitia Spiritus gaudiorum diſperſit ſemina. O fac, ut Magnalia Tua cognoſcamus, ut conſtanti pietate veneremur, ut fauſtu omnibus excitati, Poſteris quoque polliceamur. Tu ſervaſti ete REGES & IMPERATORES, *qui* ZITTANAM *quoque felicitatem ſuis curis adſcripſerant: Tu ſucceſſus non minores hactenus indulſiſti* POTENTISSIMIS SAXONIÆ ELECTORIBUS, *quorum* GLORIOSISSIMA PROPAGO, *ut paria nobis exhibeat jubilorum argumenta, precamur. Tu* PATRIBUS CONSCRIPTIS, *cum nunquam deeſſet benemerendi voluntas, non diſparem dediſti facultatem: quos itidem ſemper velis reddere privatim fœcundos & ſecuros, publice benignos & felices. Tu* PRÆCEPTORIBUS *eum ſubinde inſtillare animum es dignatus, ut tum juvenilibus ſucceſſibus, tum Scholaſticæ famæ libenter invigilarent; ut primum ſuæ felicitatis Palladium æſtimarent Concordiam; ut Rectori civilibus, non deſpoticis, imperiis adſueto, ſemper amicas & paratas conjungerent manus: Tu denique Diſcipulis ad meliora deductis, Promotores & Commendatores non denegaſti, & quod* IN SECULARI HAC MEMORIA *vix ultimo deprædicari loco meretur, ne quis e diſcentibus* TRAGICA MORTE, *nobis ſpectantibus conficeretur, paterna cuſtodia providiſti. O confirma impoſterum, quod optimæ Tuæ Voluntati reſpondet. Ex adverſo profundiſſimis Oceani fluctibus tectum & ſepultum eſſe jubeas, ſi quid commiſſum aliquando fuerit, quod cum ſanctiſſimo Tuo Numine minus conſentiat. Incipiat* NOVUM GYMNASII SECULUM, *ne expiret, ſiqua viguit antiqua bonitas; ſed tamen, ut novis conſtricti vinculis Pietatem, induſtriam, modeſtiam teſſeræ loco deſtinatas excolamus. Ut illos refutemus, qui regnare apud nos dicunt licentiam: ut illos corrigamus, qui accuſandæ licentiæ occaſionem ſuppeditant: ut de illis gaudeamus, quorum ſtudia Poſteritatis ſpem & fiduciam ſuſtinere jam videntur. O DEUS ignoſce erratis, da veniam negligentiæ, ſit oblivio petulantiæ: fac ut, dum noſtri aliquando peccata Juventutis agnoſcent, infirmitatem potius vel*

ut vel præcipitantiam, quam pervicacem animi malitiam ſibi adſuiſſe conquerantur. O DEUS! ſervati ſumus in tempora periculorum & timorum pleniſſima: fervet inimicus, conſpirant ipſius miniſtri, nec alias magis timendum fuit, ne præcipitiis aut inſidiis immittatur Juventus: O largire Tuam gratiam, ne quis e noſtris Auditoriis exeat Apoſtata; ne quis vel errando famam, vel delinquendo vitam abripiat in diſcrimen; ne quis turpi negligentia paupertatem, ignorantia contemptum, libidine & petulantia Bonorum favorem proſtituat: uno verbo, ne quid committatur, quod Scholarum oſoribus juſtam ſuppeditet indignandi & cavillandi materiam. Ex adverſo floreat in Auditoriis, in Muſeis, in omnibus diſcentium libris BENEDICTIO. *Sint* BENEDICTI, *qui Scholaſticos ſuos fructus jam comprobant in functionibus publicis: ſint* BENEDICTI, *qui Scholaſticis jam fundamentis ſuperſtruunt parietes Academicos: ſint* BENEDICTI, *qui noſtris adhuc ſtudiis conſecrati, tueri aliquando poterunt docentium famam.*

Neque minus ſint BENEDICTI, *quorum Munificentia, Benignitate, Commendatione paterna, vel amica Providentia nobilis hic Labor & hactenus floruit, & impoſterum florebit. Simus in Schola* BENEDICTI, *pulchroque ſalutis conſenſu* BENEDICTAM *habemus ZITTAVIAM.*

O DEUS, dum præteriiſſe Seculum dicitur, & noſtros tandem annos ad finem ſpectare, novimus. Vivere deſierunt, ſub quibus primam Vitam accepit hoc Gymnaſium: neque nobis adeo longus præfigetur terminus, quo minus alii noſtram mortuorum memoriam aliquando vel repetant vel deprædicent. Ipſum Jubilæum vanitatis Symbolum eſt: celebrari nequit, antequam effluxerit Seculum. Non igitur memorat, niſi mortem ac interitum temporis. Jubilantes agnoſcimus, caduca fuiſſe, quæ geſſerint Anteceſſores, caduca fore, quæ poſt fata noſtra gratulandi aliquam nactura ſunt occaſionem. Ibi veritas, ibi conſtantia, ibi jubilum habitat, quo nunc perducti ſunt Viri merentiſſimi, QUORUM ANIMA MORTUA EST MORTEM RECTORUM h.e. Juſtorum, qui per abſolutam Salvatoris Juſtitiam, nullas injuſtitiæ pœnas, adeoque nec improbum Vanitatis metum ſunt expectaturi: Quamobrem O DEUS, FAC NE NOBIS MORIENTIBUS DESIT JUBILÆUM IN COELO, FELIX ÆQUE SUCCESSOR IN TERRA.

D I X I.

MEMORIÆ

PATRONORUM,

QUIBUS VIDENTIBUS

NATUM EST GYMNASIUM.

DN. MICH. KROLOFFTI, CONS. REG.

DN. AUGUSTINI KOHLII, } CONS.
DN. DAVIDIS RODOSSII,
DN. PROCOPII NASONIS, SYNDICI.
DN. TOBIÆ MÖLLERI, PRÆTOR. REG.
DN. LUCÆ FRITSCHII, } PRÆTOR.
DN. PETRI CAPSII,
DN. ANTONII GEISLERI, JUDIC. ASSESS.
DN. GREGORII ARNSDORFII, } SCABINORUM.
EN. ELIÆ KOCHII,
DN. MARTINI HOPSTOCKII,
DN. MICHAELIS RITTNERI, } SENATORUM.
DN. DAVIDIS LUCKII,
DN. ESAIÆ KENNLERI,
DN. JOH. SCHREIBERI,
DN. CHRISTOPH. NESENI,
DN. MICHAELIS KOHLII,
DN. BARTHOL. SCHLEYI,
DN. NOÆ BOEHMII,
DN. JOH. BURCHARDI, } REIP. NOTAR.
DN. PETRI SCHULZII,

* * *

UT Schola tum fieret, Veſtra hæc Solertia fecit:
Nunc Schola, ne pereant Nomina Veſtra, facit.

C. W.

HONORI

PATRONORUM,

QUIBUS VIDENTIBUS

CELEBRATUM EST JUBILÆUM.

DN. JOH. JACOBI AB HARTIG, JCTI. CONS. REG.
DN. JOH. PHILIP STOLLII, JCTI } CONS.
DN. ALBER. GIRISII, JCTI, SYND.
DN. JOH. CAROLI JUSTI, PRÆT. REG.
DN. CHRISTIANI CAPSII, } PRÆT.
DN. GOTTFREDI NESENI,
DN. GEORGII REINGASTI, PRÆT. EMERITI.
DN. CASPARIS CHRISTIANI SELIGMANNI, J. U. D. JUDIC. ASSESS.
DN. ANDR. RÆTHELII, } SCABINORUM.
DN. MICH. RITTERI,
DN. JOH. FRIDER. WINCKLERI, } SENATORUM
DN. GEORG. ERNEST. EICHNERI,
DN. JOH. CHRITIANI MEUERI,
DN. JOH. MART. EICHLERI,
DN. BENJAMINI THUMII,
DN. JOH. FRIDER. KRODELII,
DN. JOH. WILHELMI NESENI,
DN. JOH. JOACH. MÖLLERI, } REIP. NOTAR.
DN. JOH. CHRIST. NESENI,
DN. JOH. PHILIPPI ROTHII, ACTUARII.

* * *

DUm Schola Vos celebrat, ſatis eſt attenta futuri:
Nam celebranda ſimul ſic Benefacta rogat.

C. W.

RECORDATIONI
MAGISTRORUM,
ſub quorum
PRIMIS LABORIBUS
NATUM EST GYMNASIUM.

DN. M. CASPARIS JANITII, RECTORIS.
DN. MICHAELIS JUSTI, CONRECT.
DN. M. DANIELIS BURCHARDI, TERTII.
DN. M. CASPARIS TULLICHII, QVARTI.
DN. TOBIÆ KINDLERI, CANTORIS.
DN. PAULI SCHöNBORNII.
DN. ADAMI WITWERI.
DN. PAULI FRITSCHII.

* * *

SI Labor incipiens, dum prima obſtacula ſolvit,
Prima, nec immerito, munera laudis habet:
Quis velit Elogiis nullum præſtare favorem,
A queis Gymnaſii gloria prima venit?
O ſalvete Patres! terreſtria Jubila Natos,
Jubila ſed Cæli vos meliora trahunt.

VENERATIONI
PRÆCEPTORUM,
quorum
SECUNDIS LABORIBUS
VELUTI RENASCITUR GYMNASIUM.

DN. CHRISTIANI WEISII, RECTORIS.
DN. M. ADAMI Erdmann MIRI, CONRECT.
DN. M. JOACHIMI CURTII, TERTII.
DN. M. MICHAELIS ZIGERI, CANTORIS.
DN. GEORGII CRANTZII.
DN. GODOFREDI JUNGII.
DN. CHRISTIANI DöRINGII.
DN. HENNINGII JOHNII.

* * *

SAlvete o Secli capita exoptata ſecundi,
Vos ſemel inceptus porro ſecundat honor.
Nec minus, ut frondes creſcendo duplicat arbor:
Sic ſuperat primum cura ſecunda decus.
Vivite bis Quatuor, ſimul & quater eſte Secundi,
Veſtraque ſit nullis dextra ſecunda Scholis.

Lipſiæ applaudens ſcribebat
M. JOH. JOACHIMUS MöLLERUS,
Sommerfeld. Luſ.

❧ (o) ❧

CHRI-

CHRISTIANI FUNCCII RECT.

PUBLICA

DE

COENOBII GYMNASIIQVE GORLICENSIS

ORTU AC PROGRESSU

VARIIS ITEM INCREMENTIS AC CASIBUS

Quaque & Auguſtum hoc Gymnaſium ratione conſervatum ſemper fuerit, & in hunc uſque diem laudabiliter conſervetur,

ORATIO,

memorabilem utriusque

ET COENOBII, ET GYMNASII HISTORIAM

ea, qua fieri potuit, fidelitate exhibens, ipſaque ſolemniter

in

SOLEMNI

noviter Autoritate ac Decreto AMPLISS. ORDINIS reviſæ & recognitæ DOCTRINÆ, nec non DISCIPLINÆ SCHOLAST. PUBLICATIONE

ANNO MESS. cIↃ IↃCCLXXXVI. d. 16. Decembr.

Horis pomerid. Locoque ſveto,

Aſſidentibus cum PATRIBUS REIP. GORL. CONSCR. tum & ſpectabili LITERATORUM corona præſente

habita.

ΘΕΟΣ! ΘΕΟΣ!

Exordium obliquum. QUod felix, fauſtum fortunatumque ſit: DEO Optumo Maxumo, Maxumo per poteſtatem, per bonitatem Optumo, gratum & acceptum: Ampliſſimo Reipubl. Gorl. Ordini glorioſum ac laudabile: Scholaſticæ cum docentium tum diſcentium Coronæ utile: Nobis denique omnibus, quotquot huc confluximus, ſalutare:

Exordii Protaſis per Præoccupationem quandam. Hac ipſa auſpicatiſſima auſpicatiſſimi Diei hora ad abſolutiſs. denuo inſtauratæ Doctrinæ ac Diſciplinæ Scholaſt. Corpus publica Superiorum Autoritate publicandum, in frequentiſſimum hunc Veſtrum, VIRI Nobiliſſimi, Ampliſſimi, Conſultiſſimi, Prudentiſſimi, plurimum Reverendi, Excellentiſſimi, Experientiſſimi, Clariſſimi, Spectatiſſimi, Patroni, Fautores, Amici, Collegæ, quotquot item adeſtis, Cives ac Hoſpites Venerandi, Gente denique & Mente Nobiliſſimi Ornatiſſimique Juvenes, conſeſſum tandem aliquando, Duce ac Auſpice Jeſu, progreſſo, progreſſo, inquam mihi duo omnino ſeſe Spiritus S. auxilio, in hoc Orationis limine dicenda objiceret.

Ætiologia. Nam qvum ante tres abhinc elapſos Menſes, poſtridie nempe Kalendarum Septembris, Potentiſſimus ac Invictiſſimus Imperator, Leopoldus, Auguſtiſſimus Germaniæ noſtræ, Hungariæ item, Bohemiæ, Croatiæ, Dalmatiæ, Slavoniæ Rex, Archi-Dux Auſtriæ Feliciſſimus, quicquid adhuc, poſt non ſemel fuſos Exercitus Turcicos, poſt ſubactas Hungariæ partes ampliſſimas, poſt totidem occupatas fortiſſimas arces, poſt urbes munitiſſimas non paucas expugnatas (quæ ſingula vel olim non niſi FELICIS h. e. ejus opera cenſebantur, quem favor divinus benignius afflaret) conceperat animo, victorioſa tandem invictiſſimæ tenus hac Urbis BUDÆ expugnatione tam feliciter perduxerit ad exitum, ut vix amplius ſuperſit, quod capere poſſit jamjam conſummata felicitas, quoque nec & Nos ipſi, optima quævis Patriæ fata reminiſcentes, ambitioſiſſimis votis expoſcere poſſimus: noſtræ nunc præſentiſſimæ pietatis foret, tantum DEI beneficium, in edomito ac coërcito infenſiſſimo Chriſtiani nominis hoſte maxime conſpicuum, dignis laudibus celebrare, Immortales eidem perſolvere gratias, ſupplicibusque hunc precibus rogare: ut porro beneficiis ſuis faveat, addatque illis perpetuitatem,

juratiſſimum hoſtem noſtrum penitus edomiturus, totaque deinceps Hungaria, vel Europa potius tota, potentiſſime eundem ejecturus.

9. Foret & humilimi obſequii noſtri, glorioſiſſimum Victorem, LEOPOLDUM, poſt totidem & domeſticorum & exterorum Principum gratulationes, receptis his apud Romanos acclamationibus excipere, Auguſte, Pie, Felix, Triumfator, DEUS Te ſervet! Patriæ tuæ Pater, Exemplum omnis ævi, noſtra Admiratio & Stupor, DEUS Te ſervet! Spes Tuorum, hoſtium Terror, in quem Regum Principumque oculi ac cogitationes tanquam in ſcopum collineant, DEUS Te ſervet! Tot provinciarum Reſtitutor, populorum aſſertor, Hungariæ Vindex, DEUS Te ſervet!

Deberemus utique his, vel aliis etiam, Acclamationibus votivis ſacratiſſimo Imperatori, poſteaquam totidem victorias de potentiſſimo Chriſtianorum hoſte, Turca, maxima cum laude reportavit, humillimum noſtrum obſequium publice probare. Quanto enim certius eſt, bonos ac fortes Principes divinitus dari, tanto potius eſt, iisdem omne obſequii genus humillime præſtare.

Tranſitio ad Propoſit. per Adverſativam.

At vero, qvum Orationem Panegyricam de hac Exedra hodie habere nec noſtræ voluntatis ſit, nec & noſtræ facultatis, publicum illud munus Academicis Viris relinquam exequendum, in ſolemniori hac denuo inſtauratæ Doctrinæ ac Diſciplinæ noſtræ Scholaſticæ publicatione argumentum aliquod utile, pariterque & præſenti negotio conveniens, Oratione explicaturus.

Propoſitio ipſa.

Conſtitui enim hodierno die de Cœnobii noſtri Auguſtæque in eo Scholæ ortu ac progreſſu, variis item incrementis hujus & caſibus, quaque & ipſa tenus hac ratione conſervata fuerit, & in hunc usque diem laudabiliter conſervetur, prius diſſerere: quam ABSOLUTISSIMUM DOCTRINÆ pariter ac DISCIPLINÆ, Autoritate & Decreto Ampliſſimi Ordinis denuo inſtauratæ recognitæque CORPUS in ſplendidiſſima hac Eruditorum Panegyri Scholaſticæ Juventuti ſolemniſſime a me GYMNASII RECTORE ac DIRECTORE publicetur.

Inſtituti extenuatio cum quadam imperfecti Operis excuſatione.

Opus me-Chriſte arduum eſt, quod ſuſcepi, eoque difficilius: quo remotius ab hominum eſt memoria; quo & minus Monumentorum mihi eſt, quibus vel ex Archivis noſtris productis, vel acceptis aliunde, poſſim ea, qua par eſt, ubique inniti auctoritate. Thucydides, Olori filius, quem non modo verborum vi & gravitate, ſed etiam accurata rerum deſcriptione inter omnes excellere Hiſtoricos, tradit Ariſtides, Lipſiusque, elocutione tota gravem ac brevem, ſententiis denſum, judiciis ſanum, orationibus ac excurſionibus prope divinum eſſe, pronunciat, ſui Seculi negligentiam ſugamque laboris in Prioribus graviter accuſat, hosque ἀλαλαιπώρυς fuiſſe in perſcrutanda veritate, ait. Rectius noſtri Seculi oſcitantia reprehendi ac quædam Majorum temeritas poſſet: qui, quaſi omnibus æque foret, atque ipſis, ſui ſeculi explorata & nota Hiſtoria, quaſique etiam poſteri tum præſentes eſſent, nihil quicquam, neque de his, neque de aliis rebus, literis monumentisque mandarunt. Si quæ pauca vero ſunt, ea nec ubique explicata ſatis, nec diſtincta, ſed cum nominibus perſonarum tam varie confuſa non raro extant: ut enucleare illa, aut ad unguem recenſere, nihil videatur eſſe aliud, quam fluctus numerare. Recreat interim me ac reficit, de tanta rei dicendæ obſcuritate ac perplexitate dicere meditantem: quod non Lugduneoſem ad Aram mihi, ſed apud vos, plurimum venerandi Auditores, quorum Auctoritate Annalium noſtrorum fides, tanquam teſtimonio aliquo, indubitata eſſe jubetur, dicendum.

Benevolentiæ captatio.

Quapropter, ut titubantes puerorum puellarumque linguæ, atque anxii incertique greſſus, parentibus placent, ſic ſpero vel confido potius, fore, ut conatum hunc meum non omnis erroris expertem, Vos & probetis & Veſtra ſponte mihi, varias tam priſci, quam novi ævi res, res pulcerrimas, hinc inde inſertas, non adeo brevi quidem, ſed ob rerum varietatem jucunda tamen Oratione comprehendere meditanti, non aures modo, ſed mentes quoque attentas adhibeatis. Cujusvis enim hominis animus, dum verbis ad res varias quaſi manu ducitur, dumque non ſolum audit, quæ dicenda, verum etiam, quæ inter dicendum commemoranda, intelligit, voluptate quadam afficitur.

Priſcorum meminiſſe placet, delectat & ipſa
Mire varietas, tempore dicta ſuo.

Tractatio cum continua quadam Narrat.

Verum enim vero proh Dei ac hominum fidem, quam ſubito quamque brevi mora fiebat, ut Μυριοτεχνίτης ille, ille primus isque abjuratus Apoſtata, Satanas, poſteaquam vel ſemel inter eundem ac benedictum mulieris Semen inimicitiæ poſitæ fuerant, mille modis has exerceret, & maſcule ſeſe Evangelio, ex horto Eden, ἡδονῆς ac veræ voluptatis horto, in univerſum Orbem derivando, oppoſiturus longe lateque easdem diſſeminaret. De ſubito nimirum & absque omni mora id ὁ δυνάμενος διαβάλλειν καὶ τὺς ἐχθρὺς ποιεῖν, ut ſic loqui mihi cum magno Stagiræ Alumno liceat, faciebat. Dabat in Eccleſia

Satanæ μυριοτεχνία in excitandis ſchiſmatibus ac hæreſibus.

turbas,

turbas, in Religione ex Orco protrudebat diſſidia, inter filios Dei excitabat ſchiſmata. Nam, creſcente multitudine hominum, ſuccreſcebant Hæreſes & Schiſmata: adaucta illa & hæc duo adaugebantur mala: illa in omnes mundi plagas ac climata diſperſa, diſpergebantur etiam utraque hæc mala, & diverſimode pariterque feliciſſime, in diverſa loca dimanabant: adeo ut uno atque altero ſeculo vix exacto tot Idola, quot anni; annos quid dico? quot menſes; menſes quid dico? quot dies; dies quid dico? imo quot prope horæ erant elapſæ, in Orbe forent.

I. Polytheiſmus. Execranda inde diriſque omnibus devovenda Orbi πολυθεΐα, h. e. Deorum pluralitas, nata ac data. Nam quanquam hanc vulgi aliorumque imperitorum hominum, qui, rationi lora nimium permittentes, tantam machinam totque ac tam diverſas etiam res non poſſe ſubſiſtere, niſi certum cuique numen deſtinarent, perſvaderi haut poterant, induxiſſe putetur opinio: a Diabolo tamen, tanquam a prima omnis Polytheiſmi cauſa, nequaquam recedendum. Polytheiſmi omnis primus Autor. Is quippe unus eſt ac ſolus, qui non ſorte Hæreſes ſed tanto numero abominationes procreavit: ut firmiſſimis lateribus præditum eſſe oporteret: qui iſtis, ne dicam eloquendis, ſed enumerandis, non defatigaretur: etiamſi vel ipſe Demoſthenes, Oratorum Princeps ipſeque & Orator plane perfectus, eſſet; quem PLUTARCHUS ſcribit, decem millibus drachmarum a Neoptolemo hiſtrione didiciſſe, uno ſpiritu integras circuitiones efferre.

Polytheiſmi magnus progreſſus. Quid autem? Nonne, triginta Deorum millia ævo ſuo in Orbe terrarum fuiſſe, Aſcræus, PETRO CRINITO referente, refert Vates? Nonne, trecentos Joves, TERTULLIANO autore, dinumerat M. Varro, eoſque ſine capitibus introducit? Næ diſertiſſimus Romuli Nepotum, CICERO, quot hominum linguæ ſint, tot Deorum nomina eſſe, affirmat, in Libris ipſe tribus de Deorum Natura ſingulorum, quos quidem Roma colebat, ætatem, habitum, ornatum, genus, agnationem, cognationem, templa, ſacrificia ac myſteria agnoſcens, ſed, maximos minimoſque homines fuiſſe, hominumque more vixiſſe, proindeque gentis ſuæ religiones meras ſuperſtitiones ac aniles fabulas eſſe, aſſerens. Et quid ni prope infinitus Numinum numerus excitatus fuiſſet a Cacodæmone? Eo enim miſeros ipſe homines adegerat: ut, præter homines, & mures, & feles, & Solem, & Lunam, & Elementa, & cetera omnia, unde quicquam commodi ad ſe redundaturum ſperabant (ſive animata illa eſſent, ſive inanimata) pro Diis Deabusque haberent, adeoque innumerabilium Deorum plena omnia loca redderent.

Ægyptiorum [illegible] ac infamis Polytheiſmus. Superſtitioſiſſimi præ cæteris in Polytheiſmo Ægyptii eraot. Erant his majorum, eraot minorum gentium Dii, maximorum illorum imagines, aut miniſtri, & quaſi patellares Dii. Ad primum referebantur ordinem Oſyris & Iſis, & magnus ille Serapis, & Anubis, & Canopus, & Orus & Typhon. Minorum gentium Dii, quos Ægyptii, tanquam expreſſas cœleſtium Deorum figuras & animata ſimulacra, venerabantur, alii univerſis erant familiares, e terreſtribus nempe Bos, Canis, Felis; e volucribus Accipiter & Ibis; ex aquatilibus Lepidotus & Oxyrinchus; alii proprii ac certis locis peculiares, apud Saitas nempe & Thebanos Ovis, apud Lycopolitanos Lupus; in urbe Arſinnoë Crocodilus; Ichneumon apud Heracleotas; Aquila apud Thebanos; apud Mendeſios Hircus; apud Athribitas Muſtela; apud Leontopolitanos Leones &c. Quis veſtrum A. V. dum talia & alia audit, mecum non exclamaret, abjectiſſimam hanc Polytheiam deteſtaturus? Exclamo ego: O nefandum Satanæ auſum!

Polytheiſmus hodiernus. Nec deſiit vero eadem Polythëia, Polytheia Ægyptiorum pariterque & Græcorum: ſed in hunc usque diem in diverſis Orbis Terraquei locis durat. Durat illa hodieque in Africa, in Aſia, in America. Et in Aſia quidem apud Indos potiſſimum, apud Chinenſes & Japonios Polytheia durat. Maxime autem ipſa in Regnis Decan, Malabar, Narſinga, Zeilan, Sian, inque inſulis inſuper Borneo, Sumatra, Java adhuc floret. Nihil enim præteritis temporibus ab Ægyptiis horumque heredibus Græcis, divino unquam honore cultum novimus: quod a Barbaris, hodienum etiam, inſtigante Satana, non coli videatur. Reperietis, Auditores, apud illos in Fotoque ac Chamis & Oſiridis & Iſidis, in Solem & Lunam transformatorum Numinum, manifeſta veſtigia. Videbitis, Bacchos, Veneres, Hercules, Æſculapios, Serapides, Annubides, ſimiliaque Ægyptiorum monſtra, etſi ſub aliis atque aliis nominibus, adurnari. Molocho per ignem filios immolari, ſanguine humano execranda peragi ſacrificia, obſcenam illam hominis partem, quam Φαλλόν Græci vocant, ſingulari in honore ac veneratione haberi, in Aſiatico, Africano & Americano ABRAHAMI ROGERII Ethniciſmo legetis. Invenietis & Vos in eleganti illo ALEXANDRI ROSÆI de Religioibus Univerſi Mundi Libro, omnigenas animantes Deorum loco teneri. Legere id ipſum cum maximo ſtupore Libro I. de Converſione Indorum ac Gentilium Cap. V. apud eruditiſſimum Belgii Theologum, JOH. HORNBECCIUM, licebit. Vero-

bo: Ægyptiorum exemplo cuncta Idolis adhuc repleri, in ITINERARIIS paſſim legendo deprehendetis. Cognoſcetis adhæc, nihil divinorum Myſteriorum in S. Voluminibus contineri: quod non in contemptum Dei animarumque perniciem Simia DEI, Diabolus de ſanctis venerandisque Prophetarum Oraculis aſſumptum, ad contumaciſſima furoris ſcelera hodieque transferat.

Perpetua Satanæ Cacozelia.

Videbitis ſi ITINERARIA adeatis, heic ſerpentis Moſaici in deſerto ad perituyorum ſalutem erecti, reliquias. Videbitis iſtuc Noachi mundum in arca conſervantis veſtigia. Videbitis illic Eliæ, curru igneo in coelum translati, imaginem. Alia Sacris iſtis ſimilia, dum omnia omnino Veterum Myſteria, Ritus ac Ceremoniæ, Superſtitiones item, in noviſſimarum Gentium Religione, tanquam in clariſſimo aliquo Speculo, eluceſcunt, videbitis. Æque videlicet operoſus hodierno die eſt in filiis ſuis tenebrarum Princeps Satanas, ac olim erat operoſꝰ: operoſus in Ægyptiis, operoſꝰ in Chaldeis, operoſꝰ in Græcis, operoſꝰ in Romanis: in noſtris Germanis quoq; olim operoſiſſimꝰ. Teſtantur id eruditiſſima eruditiſſimi Juvenis ELIÆ SCHEDII de DIIS GERMANORUM ſive veteri Germanorum, Gallorum, Britannorum, Vandalorum Religione Syngrammata; pariter ac ante illum doctiſſimi Angli, JOH. SELDENI, de DIIS Syrorum Syntagmata teſtata fuerant, atteſtante & omnem promiſcue priſci ævi Polythëiam in Theologia Gentili GERHARDO JOH. VOSSIO, Cacozeliam item Satanæ priſco ævo frequentatam, in Delphis Phœnicizantibus EDMUNDO DICKINSONO luculenter atteſtante.

II. Hæreticiſmus.

Sed, Paganis relictis, quid de DEI jam dicam Populo? Dicamne, an tacebo Satanæ *μυριοτεχνίαν*: quam & ipſiſſimis cum Veteris tum Novi Fœderis temporibus, alias atque alias HÆRESES concitaturus, exercuit? Profecto vox ac lux me citius deficeret, quam enumerandæ Hæreſes.

Hæretici primi.

Erant, erant in Chriſtiano Populo initio Adamiani, ſic dicti: quod exemplo Adami nudi ac ſine ullis veſtibus degerent, eoque modo cum fœminis converſarentur, aſſerentes ipſi, id ipſum in vita melius exiſtimandum, quod ad naturam propius accederet. Erant Sarabaitæ, Sacerdotes: qui in Ægypto poſiti, in foraminibus petrarum habitabant, ipſique porcorum ac boum pellibus induti, funibus palmarum cincti, discalceati & ſanguine cruentati, ſpinas ad cingulum ligatas, ad calcanea geſtabant. Erant Nyctiages: qui univerſam noctem ſomno ac quieti dabant, neque ipſo tempore noctis evigilandum eſſe putabant, Genium ſic violari ac corrumpi arbitrati. Erant Samaritæ, a divina Scriptura usque ad Hæreſes progreſſi, ipſique in quatuor Sectas, in Eſſenos, Sebuæos, Gorthenos, & Doſitheos ſecti. Erant ante Chriſti adventum in carnem, a juſtitia cognomine proficiſcente, Sadducæi, mortuorum reſurrectionem imprimis negitantes. Phariſæi, Hemerobaptiſtæ, Naſaræi, Oſſeni in Populo Judaico erant. Primis vero poſt Chriſti aſcenſum Secnlis totidem erant Hæretici, tot Schiſmatici, quot vix ac ne vix enumerari queunt, Sancto interim EPIPHANIO, feliciſſimo univerſæ Antiquitatis Eccleſiaſticæ promo-condo, octoginta ſuo jam ævo Hæreſes numerante, numerante & PHILASTRIO, Brixienſi Epiſcopo, qui jam ante D. Auguſtinum, interque Latinos omnium primus, Libellum enumeratis Hæreſibus compleverat, longe plures.

At temporis vero progreſſu, quanquam **Papiſmus.** ſua cuique Religio, ceu PHILO Judæus amat loqui, optima videretur, veteribus tamen recentes, antiquis novæ ſuperſtitiones indies ſuccedebant: donec tandem PONTIFICIA TYRANNIS ſuo ab ortu exigua quidem, ſed novis ipſa atque novis incrementis aucta, ac progrediendo tumefacta, erumperet, perque univerſam Germaniam Imperiorum Regnorumque repagulis fractis, in ſumma impietate debacchata, etiam noſtram hanc Luſatiam divina humanaque cædibus commiſcendo inundaret, Legite mihi, Auditores, legite, ſi ad manus, ſique ſit volupe totam Papatus Hiſtoriam legere domi veſtræ INIQUITATIS **Paparum ortus, progreſſus, auctus &c.** MYSTERUM, ab illuſtriſſimo Pleſſiaci Marliani Domino PHILIPPO MORNÆO, Chriſtianiſſimi Regis quondam in Sacro Conſiſtorio Conſiliario, Seculi hodie decurrentis initio ſcriptum ac editum. Legetis ibidem non absque ſtomacho Paparum, quos a mille annis Eccleſiæ Romanæ Sectatores ut Vice-Deos, imo ut Opt. Max. in terris Deos, adorarunt, ortum, progreſſum, auctum, furtivos, obreptitios, efferos, immanes gradatim auſus, impetus, inſultus. Verbo: Myſterii prætextu Miniſterii in tantum tandem portentum, in q; biceps monſtrum deſinentis, progreſſus ſtomachaturi legetis.

Et cur, Auditores, non ſtomacharemini? **Monachatus.** Ecce enim a primo Papatus ortu, atque in ejusdem deinceps progreſſu, tot tantaque Monachorum examina, tot mendicantium Ordines, tot denique, præter purpuratorum illorum Patrum Coronam, Jeſuitarum quaſi Triariorum, exercitus collectos novimus: quod juſta ſua ſerie enumerare minime quidem licet, pleroſque interim Monachorum Ordines in Hiſtoria Monachatus RODOLPHO HOSPINIANO Tigurenſi numerante, pariterque & eosdem ordinante. Petebant hi homines primum

ſoli-

Monachi primi.

ſolitudines atque a conſortio humano remotiſſimos Sylvarum receſſus, Eremitæ inde ac Anachoretæ dicti, dicti & a ſolitaria vita ſequenti ævo Monachi. Non ſe quidem Eliæ & Johannis Baptiſtæ, quorum ille plusquam Propheta, hic plusquam Monachus cenſeri deberet, ſed Eſſenorum potius & Antonii cujusdam Ægyptii, qui in Thebaicæ regionis ſolitudine primus Cœnobium condidiſſet, inque eo, Amata & Machario, ordinis ſui Monachis, relictis, annos centum & quinque natus, diem obiiſſet, aſſeclas eſſe gloriabantur. Ubi vero tumidi illi ventres, in plures partus ac ſœtus quaſi diſrupti, in tot abirent Ordines, quot ſeſe ulterius in ſolitaria vita continere non poterant, e ſolitudine in hominum conſortia, ex abditis Sylvarum receſſibus in agros, e deſertis & inhoſpitis teſquis in loca cultiora, ex horridis antris in colles, e collibus in pagos, e pagis in vicos, e vicis in oppida, in urbes excurrerunt, ampliſſima ac ſplendidiſſima Cœnobia condituri.

Monachorum augmenta.

Cœnobiorum ortus & incrementa.

Condiderunt ea magno in Europa numero, tenuia initio, mox auguſta amplisque ditata opibus, ſed a civilibus oneribus prorſus immunia. Et quanquam Officinæ olim jejunii, vigiliarum ac precum eſſent: quanquam & Seminaria olim eſſent Ordinis Eccleſiaſtici, nobiljum quoque & ignobilium adoleſcentulorum Scholæ: poſtero tamen ævo in meras ac veras Idololatriæ officinas, in omnis nequitiæ ſtabula, in puerorum & puellarum carceres, inque munita exiliorum loca, in quæ præter pueros & puellas, viri ſacinoroſi ac ſeditioſi, vel opinione ſaltem tales, detruderentur, detruderentur ab imperio aut magiſtratu remoti, detruderentur alia aliqua dignitate exuti, degenerarunt. Pleni degenerationis hujus omnes cordatiorum Virorum ſunt libri: plenæ Majorum noſtrorum ſunt memoriæ: plena, quæ nobis ſuperſunt, canæ Antiquitatis ſunt monumenta. Extant apud CENTURIATORES MAGDEBURG. exempla. Exempla Centuria ſexta, Centuria octava, nona & undecima Centuria extant, Nec vero mos ille, ille non ſolum liberos, ſed etiam quoscunque homines, hosque non raro invitos, in Monaſteria, tanquam in carceres, pœnæ aut exilii, vel Religionis inſuper cauſa, detrudendi mos abſimilis mihi Ethnicorum conſuetudini eſſe videtur. Eo namque apud hos ſuperſtitionum licentia erat progreſſa, ut non minimam cultus divini partem in hoſtiis humanis ponerent, iisque Deum placari putarent. Immolabant advenas pro hoſtiis Tauri-Scythiæ: jugulabant naufragos, quosque divina providentia, ut loqui amat ATHANASIUS, eripuerat, iidem. Mactabant Minervæ virginem in Aſia Laodicæi: Jovi Lycæo puerum faciebant Arcades. E Principum autem filiis aliquem, quem regio ornatu hoſtiam Saturno facerent, deligebant Phœnices & Carthaginenſes. Quumque a Sacris iſtis abſtinere cœpiſſent, atque victi poſtea ab Agathocle eſſent, Deos ſibi ideo iratos arbitrati, ducentos Nobilium filios ad aras, ut Deos placarent, mactaſſe feruntur. Et conſtat, ab Hiſpanis, novum Orbem luſtrantibus, inſulam repertam eſſe: in qua frequenter æneas Deorum ſtatuas viderant, quibus infantes ac puerulos immolandos incolæ includerent, igneque admoto crudeliter, Molocholatrarum exemplo, necarent. Ita nimirum eadem prope ſuperſtitio ſubſequo ævo invaluerat: ut multi filii ac filiæ Monaſteriis haud aliter ac æneis ſtatuis includerentur, non minus libidinum flammis urendi, quam qui in Tophet olim immolabantur. Auditis talia, Auditores, & non improbatis hanc, non dico inhumanitatem, ſed plus quam belluinam feritatem? Improbarunt eandem dudum quamplurimi alii: ipſi etiam Pontifices nonnulli tantam tyrannidem improbarunt.

Ethnicorum ſuperſtit. licentia.

Franciſcanorum ſeu Minoritarum ortus & progreſſus.

Sed, miſſis his & aliis Papiſticis in Re Monaſtica abuſibus, quid Ego nunc de MINORUM ORDINE, qui noſtrum hoc inſedetat Cœnobium, ſeorſim dicam? Tam longe profecto lateque propagatus legitur hic Ordo, cujus quidem initium in MSC. quodam Chronico ad Annum Chriſti 1198. in MARTINI vero POLEMI Chronico ad 1206. refertur: ut fere nullus alius & majora & largiora ſenſerit incrementa. Etenim, quum Regula Fratrum horum ab Innocentio & Honorio confirmata approbataque eſſet, FRANCISCUS eorundem fundator ſive autor, Aſſiſii patre Bernardione natus, binos & binos diſcipulos, qui ſe, hypocritica viri ſanctitate permoti, ſocios eidem adjunxerant, habitumque ejus aſſumſerant, novam & prioribus ſeculis incognitam Religionem plantaturos, hujusque ſemina in omnes terras ſparſuros, in diverſas mundi regiones ablegavit. Ablegavit ſex in Morochiorum Regnum, qui Muhammedanis Religionem ſuam inſtillarent, Fratres. Ablegavit in Provinciam Provinciæ Joh. Bonellum, Florentinum: ablegavit in Aquitaniam Fratrem Chriſtophorum quempiam: in Angliam Fratrem Agnellum, Piſanum, qui Oxonii Scholam ſui Ordinis inſtituit, ablegavit. Ipſe vero Franciſcus in Syriam cum XII. Fratribus trajecit, inque ſuo deinceps in Chriſtianorum terram reditu ubique prædicavit, anno ætatis quadrageſimo quinto, inſtituti Ordinis vigeſimo, poſt diuturnam infirmitatem ac graviſſimos dolores, diem ſuum obiens. Obitum poſt hunc & ad plures

S. Franciſcus ejusque primi diſcipuli.

abitum

Franciſcanorum in Germaniam introitus.

abitum Franciſci Franciſcani Germauiam noſtram circa milleſimum ducenteſimum trigeſimum nonum Chriſtianæ Æræ annum intrarunt: ubi & ipſi multos mox inſtituerunt conventus, miſſis poſt hos aliis ad Tartaros, ad Bulgaros convertendos quibusdam ejusdem Ordinis miſſis.

Franciſcanorum receptio hujusque recept. cauſæ.

Ne cuipiam vero in hoc Eruditorum conſeſſu mirum videatur, qui factum, ut Ordo hic ubivis locorum reciperetur, ac MINORUM Conventus ſtatim inſtituerentur: ſciendum, Franciſcanos Franciſco ſuo miracula, viſiones item, ecſtaſes, raptus in coelum, & neſcio quæ alia hujus generis, affinxiſſe, tum etiam mendacia portentoſa de eodem ſparſiſſe, & tantum non Deum feciſſe: ut inſtitutum hoc ſuum, quaſi DEI ipſius eſſet, ab omnibus reciperetur citius, approbaretur facilius, ſpargeretur felicius. Eſt videlicet omnis ſuperſtitionis hæc vis: ut ipſa, ceu peſſimum virus, ſenſim per arterias in præcordia illapſum, mox non minore impetu, quam damno, per totum corpus ſe diffundat, longe lateque graſſetur. Graſſatur utique eo longius, graſſatur eo latius ſuperſtitio, vel dominatur potius eo imperioſius: quo plus aliunde accedit autoritatis: quo plus hypocriticæ etiam & fucatæ accedit ſanctitatis. Quid ergo? Nonne iis omnibus, quæ de MINORITARUM ſive MINORUM, incrementis breviter tenus hac, ſed non leviter, dixi, Romanorum Pontificum accedebat autoritas? Autoritas horum utique accedebat: a qua ne latum quidem ungvem quod recedere liceret, hominibus perſvaſum priſcis illis erat ſeculis. Nonne & ſimulata, præter multas in vulgus ſparſas Ordinis hujus viſiones, ſanctitas accedebat? Accedebat ſanctitas: qua ſe MINORITÆ apud imperitam ac rudem plebem non modo inſinuabant; ſed ipſos quoque Reges ac Principes, qui præpoſtero Religionis Zelo illos receperant, ſermonibus ſuis ſibi deliniebant, inque partes ſuas trahebant. Eat proinde, quisquis de cauſis, quibus factum, ut miris modis ORDO MINORITARUM creſceret, horumque numerus intra paucorum annorum intervallum in immenſum excreſceret, adhuc temere ambigit, ad miſellos Scepticos: qui in Democriti puteo veritatem ſemper quærunt, nunquam inveniunt! Eant ad hos: qui diei lucem accendere, aut meridiei facem præferre geſtiunt. Ita enim in propatulo Ordinis toties dicti incrementa, horumque præcipuæ cauſæ ſunt: ut fruſtra ſit, Papiſticorum teſtium nubem in medium advocare: præprimis ubi ſuperiorum ſeculorum Hiſtoria loquatur: loquantur ampliſſima, eaque maximis ſumptibus paſſim per Europam exſtructa Coenobia; loquatur nominatim noſtrum hoc GORLICENSE, ſumptibus haut parvis, ſumptibus non propriis, ſed undique conquiſitis ac emendicatis, bene exſtructum, ſucceſſuque temporis amplius atque amplius redditum COENOBIUM.

L. C.

Incrementorum Ordinis ejusdem cauſæ propriæ.

Gorlicenſe Minoritarum ſ. Franciſcan. Coenobium.

Loquitur id profecto, mihique fidem facit, non alios, niſi illos ipſos, quorum originem & familiam, quorum incrementa cum cauſis ſuis, rem paulo altius orſus, tenus hac ediſſerui, locum hunc, e privato publicum, e profano ſacrum a ſe factum ac ſplendide conditum, primos incoluiſſe. Incoluerunt FRATRES utique MINORITÆ, nomine ſuo proprio a conditore Francisco FRANCISCANI dicti, incoluerunt Cœnobium, Eccleſiarum deinceps, poſteaquam Monachis vel ſemel evacuatum fuerat, Seminarium factum, factum Rerum publicarum Plantarium, atque adeo optimum ac pulcerrimum Civitatis hujus & non unius Provinciæ Armamentarium factum: in quo tot liberalia optumis Linguis Artibusque humanis imbuerentur, alerentur, augerentur ingenia, quot liberi homines undique adventarent: e quo & res omnium maximæ ac diviniſſimæ, res non variis locis ac regionibus tantum, verum etiam perpetuis humani generis ætatibus ac temporibus profuturæ propagarentur.

Cœnobii Gorl. extruendi ratio, primaque ejus rei occaſio.

Nimirum iſtiusmodi generis homines qvum poſt Franciſci ſui obitum, qui in primi a nato Chriſto Millenarii annum ducentiſimum viceſimum ſeptimum inciderat, in dies augerentur, indeque nec omnibus ubique ſufficiens manſio eſſet, e confinio ad regiam hanc urbem, ante elapſum tunc ſeculum auſpiciis Sobieslai Ducis conditam, commigrarunt, ipſique, fertilitate ac ubertate loci facile cognita, ſibi & poſteris ſuis ibidem ſedem delegerunt. Quum vero area ipſis præ cæteris placeret, quæ, eo tempore extra muros oppidi noſtri ſita, ad Nobiles, WYRSYNGE dictos, ſpectabat: hos adire quotidie diſcalceati Fratres, precari, inſtare, ſibi ut vellent aream iſtam poſſidendam ob eum ipſum concedere, in cujus honorem & gloriam mendicitatem perpeſſi, nullo loco fere certi pauperes & egeni divagarentur: velle ſe ex fundamentis, fundatore Marchione, Brandenburgenſi & Luſatienſi, Cœnobium & excitare, & id tanquam perpetuum Gymnaſium non humano uſui, ſed divino cultui, ſed piis precibus ac votis, ſed vigiliis pro Eccleſia Catholica, in honorem JESU CHRISTI conſecrare. Qui optumi facerent Viri? Non concederent? Facere ſeſe, haud ignorabant, tam contra charitatem proximi, quam contra ipſam Religionem: quæ ſtudium Bonorum Operum tantopere com-

men-

mendaret. Quapropter, victi tandem eum precum dignitate, tum ſua ipſius ſanctitate ac bene merendi ſtudio, allodium ſuum pro area Fratribus Anno ſupra duodecimum Seculum trigeſimo quarto dabant, urque donatio rata, non ad tempus, ſed perpetuo foret, ceſſione Sigillo natalitio munita id confirmabant.

Prima Cœnobii Gorl. extructio, adeoque ejusdem ortus.

Atque ſic ſane circiter idem tempus amplum hoc Cœnobium, firmiſſimi hi parietes, hoc Conventuale, hoc Refectorium, hæ Cellulæ, quæ pleræque in conclavia, in Muſea, in Cubicula Collegarum tranſierunt, contiguum hoc Templum, cætera illa Domicilia, OTTONIS PII ac BENEFICI, Luſat. Marchionis, nec non optumi fratris, JOHANNIS I. Electoris Brandenburgici, ſumptibus a Minoritis condita, inhabitata, multisque modis aucta, primo quidem inter XI. Fratrum loca, quæ octavæ vocabant cuſtodiæ, cuſtodiæ videlicet Aurimontis, ad Saxon. pertinentis Provinciam facto Cunventu.

Franciſcanorum in Gorl Cœnobio Dogmata.

O he vero! quæ & quot ſuperſtitionum genera ab eo tempore, quo conditum noſtrum hoc fuerat Cœnobium, ultra trecentos annos in eodem ſunt exercita? quot blaſphema Franciſci Elogia audita? quot viva hypocriticæ ac fucatæ ſanctitatis ſimulacra ibidem exhibita? quod mendaciorum plauſtra inde a mortalibus miſellis in alias terras avecta? Nunc enim vaniſſimas Fratres in vulgus ſpargebant viſiones; nunc Franciſcum ſuum in ecſtaſi cum Chriſto commiſſum, totidem plagis ac ſtigmatibus cum eo compoſitum, iisdemque quibus in cruce pendens compunctus, compunctum ab ipſo fuiſſe, fingebant, JESUM TYPICUM ea de cauſa, h. e. Jeſu crucifixi Quaſi Anti-Typum, illum appellitantes. Fidem abominandum mihi Libri Conformitatum Franciſcanatum, ab Eccleſia Romana dudum recepti approbatique, fronti præfixum facit Carmen:

Franciſce, JESU TYPICE, dux normaque MINORUM
Sedes nobis perpetue da Regni Cœlorum!

Auditis hoc ipſum, Boni Viri: auditis, Boni Juvenes, auribus veſtris, & nondum perhorreſcitis? Perhorreſcite Viri, perhorreſcite Juvenes, interque horrores veſtros Franciſcanorum deteſtamini, vel execramini potius, Dogmata: quæ in Cœnobio hoc per tria ſecula ſunt tradita accredita: donec & hanc civitatem, diſcuſſis errorum, quibus involuta erat tenebris, DEUS bonitate Optumus ad Evangelii lucem paulatim perduceret, eandemque, ab impia ſuperſtitione penitus tandem repurgatam, cœleſti doctrina imbueret, commodam quidem hoc pacto adventantis jamjam ac inſtantis ſalutaris iſtius mutationis, quam mox audietis, occaſionem præbens.

Cœnobii Gorl. ſubita mutatio.

Enimvero, quum octavum illud Mundi Miraculum, D. LUTHERUS, divina ope adjutus, diu deſideratum ac ſperatum ſalutaris Reformatinnis opus Anno ſuperiuris Seculi viceſimo ſequentibusque feliciſſime inchoaſſet, ab eo tempore non Pontificia tantum Tyrannis, graviſſimis reſrenatis paſſim ſuperſtitionibus, traditionibus repulſis humanis quibusvis, Clericorum avaritia, luxuria & nequitia repreſſa, ſublataque omni Eccleſiaſticarum rerum nundinatione, labi & magis magisque ruere viſa fuit; verum etiam ſenſim ad mutationem ſui noſtrum ſe inclinavit Cœnobium, Cœnobitis aliis luci Evangelicæ clam ſe ſubducentibus & alio aufugientibus, cucullum aliis ſeculari habitu, cœlibatum conjugio, vitam monaſticam ſocietate civili, imo vel ipſam Romano-Catholicam Religionem Religione Evangelica mutantibus. Quum Anno nimirum ſuperioris Seculi ſupra viceſimum ſecundo lux Evangelii in noſtra hac urbe vix paululum accenſa eſſet: tanta ſtatim inter Franciſcanos Fratres defectio contigit: ut alter poſt alterum, ſuo derelicto Ordine, abhinc diſcederet. Et quanquam mutuas in ſervanda ſua fide operas D. PETRO FANTINO, Ordinis ſui per Miſniam, qua noſtrum tunc pertinebat Cœnobium, provinciali præſente, Fratres elevatis manibus promiſiſſent; promiſſis tamen ſuis nullus horum ſteterit. Nam ab eo tempore, quo paulo poſt Fantinus ſuæ a Romana Eccleſia ſeceſſionis initium fecerat, Wratislaviam ipſe concedens, ibidemque uxorem ducens, ſuperſtites adhuc ejusdem Ordinis Prædicantes poſt inopinam hanc Magiſtri ſui deceſſionem decedebant omnes: cæteri quidem, quum miſerrimam, ſubſidiis vitæ omnibus ſubtractis, vitam vivere cogerentur, iidemque Cœnobio vix egreſſi populo ante omnes ædes a pueris differrentur, cucullos tandem ſuos ſeculari habitu, Religione Religionem ſuam Papiſticam Evangelica, vita vitam monaſticam politica, conjugio cœlibatum mutabant: plerique vero, præter non pauca, quæ uſui ſacro deſtinata fuerant, argentea vaſa, pretioſiorem Templi ſui ornatum ſecum aſportantes, cum uxoribus clam aufugiebant: pauci ad finem uſque vitæ remanebant. O ſubitaneam rerum mutationem! O mutationem, quæ anxie dudum expectata, ἀπὸ μηχανῆς tandem impetrata! Magis me-Chriſte ſubita hæc omni, totidem verbis a Peligno Olore in Metamorphoſeon Libris decantata, Metamorphoſi erat Metamorphoſis. Vix enim, quæ in Albo Monte accenſa fuerat, lux Evangelii in noſtra hac Urbe eluxerat:

xerat: quum repentina ut Urbis, ita & Cœnobii contingeret mutatio. Illuſtrabatur Curia: illuſtrabatur Petrino-Paulinum Templum: illuſtrabatur prope hoc Templum Schola: illuſtrabatur Minoritarum cum Templo ſuo Cœnobium, & paululum ad transmutationem ſe componebat.

Mutatio Cœnobii in melius.

Eſt ea repente ſubortæ natura ac vis lucis: ut, diſcuſſis tenebris, omnia illico illuſtret, rerumque ſublunarium faciem in melius commutet. Gemellum in modum ſuperiori Seculo vel ſemel accenſa lux Evangelii, rejectis Papalibus tenebris, non alibi tantum, ſed heic locorum omnia illuſtrabat, inque meliorem ſtatum & Curiam, & oppidana Templa, & Templum item Cœnobiale, ipſumque adeo Cœnobium mutabat. DEUM immortalem! qui tum hominum concurſus, quæ multitudo erat: quanta frequentia ad audiendum ſeſe in Templum Petrino-Paulinum effundebat: qvum Superioris Seculi Anno viceſimo quinto M. FRANCISCUS ÆNOBARBUS, Gorlicius, coriario patre natus, Sprottavienſium ante Diaconus, Gorlicenſibus in repurganda ipſorum Eccleſia, & impiis deinceps ac ſuperſtitioſis ritibus abrogandis, GEORGIO ROESLERO, Conſule, ſuam primus operam navaret, primamque & ipſe Concionem Evangelicam haberet? Quæ Monachorum in Cœnobio noſtro tunc trepidatio? qui pavor? quæ concurſatio? Tantus, tantus pavor, tanta trepidatio jam ante eos inceſſerat; ut ab ipſo viceſimo ſecundo Seculi ejusdem Anno ad Annum usque quadrageſimum tertium non paucorum Fratrum a Romano-Catholica Eccleſia ſeceſſio fieret: donec Menſe Anni ſexageſimi tertii Julio, (pridie, inquam, Nonarum Julii) ultimus Franciſcanorum Frater, URBANUS WEISBACHIUS, qui Cœnobium hoc ſolus per aliquot annos tenuerat, quinque Conſcriptis Ampliſſimi Ordinis Patribus, nomine publico præſentibus, præſente & Curatore ejus, JOHANNE HUNGARO, præſentibus item duobus Clericis Budiſſinenſibus, Cœnubium totum cum Sylva Lichtenbergenſi, viceſimo Febr. Anno primi poſt natum Chriſtum Millenarii ſupra quadringenteſimum ſeptuageſimo ſecundo a Nobilisſimis Fratribus, JOHANNE & HENRICO ab HOBURG, Cœnobitis Eleemoſynarum loco in ſui memoriam donata, cumque omnibus juribus, cum omni denique ornatu, aliisque eo pertinentibus, grati animi ſtudio pro ſe, tanquam unicus Ordinis ſui ſuperſtes Frater, oppidano Magiſtratui cederet ac traderet, neque aliam tamen id ipſum niſi Muſarum ſedem poſthac fore vellet; præprimis ubi Cæſareæ ac Regiæ Majeſtatis Confirmatio ceſſioni huic ac traditioni accesſiſſet.

Franciſcanorum in Cœnobio Gorl. ultimus.

Cœnobii Gorl. Ampliſſ. Senatui facta donatio.

Enimvero quemadmodum Natura juxta tritum in Phyſicorum Scholis dictum, non per ſaltus, ſed per gradus incedit, donec tandem definito tempore ad ἀκμὴν res ſuas perducat: ita etiam ex ordinatione divina cum Gratia DEI comparatum eſt. Habere hanc quoq; ipſam ſuos progreſſus & ſucceſſiva incrementa, quilibet rerum Theologicarum non ignarus ἀκονιτὶ καὶ ἀπονιτὶ mihi dabit. Eſt, eſt Gratia præveniens ac excitans: eſt Gratia ſubſequens ac præparans: eſt Gratia perficiens ac operans. Noſtrum id ſuperiori ſeculo in Reformatione tam luculento ſpecimine expertum eſt Gorlicium: ut facile credere heic experto, quod vulgo dicitur, credere liceat Ruperto. Quis enim Gorlicenſium in Annalibus noſtris adeo peregrinus ac hoſpes eſt: ut ſuborta Evangelii luce, novæ atque novæ Gratiæ non initia tantum, ſed & incrementa legendo obſervaverit: dum ad ſuam illa ἀκμὴν perveniret? Pervenit autem Divina Gratia ad vigorem ſuum: ubi remotis omnibus obſtaculis, penitus ab Idoſomania Papiſtica repurgaretur Curia, repurgaretur Eccleſia, repurgaretur Schola, ipſum repurgaretur Cœnobium, renunciante erroribus in Religione ſuis ultimo Fratrum Urbano, tandemque id tanquam Hæredium quoddam cum omnibus eo pertinentibus Senatui publice tradente. O gratiam ultra ullius gratiæ menſuram! O gratiam, quam non modiis, non trimodiis, ſed integris horreis Urbi huic tunc clementiſſimus admetiebatur DEUS!

Eveniebat quippe altero, qvi Cœnobii ſubſeqvebatur donationem, Anno: Anno ſupra milleſimum quingenteſimum ſexageſimo quarto, eveniebat! ut die Julii decimo ſeptimo, Provincialis Luſatiæ Præfectus, JOACHIMUS Comes a Schlick cum duobus Cæſareo-Regiis Commiſſariis, GOTHOFREDO de Promnitz, Soraviæ, & GVILIELMO de Schönaich, Bethaniæ Toparcha, Barone utroque Generoſiſſimo, auſpicato adventaret, Imperatorisque ac Regis Auguſtiſſimi conſenſu publice Senatui prælecto, eandem donationem ac traditionem in ipſis D. Jacobi Vigiliis muniret. Eveniebat adhæc quarto ejusdem Seculi ac ſexageſimo Anno, ut Conſcripti tum temporis inclutæ hujus Reipublicæ Patres, liberaliſſimæ Traditioni gratioſiſſimæque ejusdem Confirmationi facturi ſatis ſpatioſiſſimum Franciſcanorum Cœnobium in ſplendidiſſimum Muſarum Domicilium præparatis prius ac bene diſpoſitis Auditoriis, nec non Magiſtrorum inſuper habitaculis conſtitutis, converterent.

Imperatoria Donationis hujus ac traditionis confirmatio.

L. C

Quam

Quanquam vero ſuum hoc Cœnobium Frater Urbanus, unus e XL. Fratribus Minoritis adhuc ſuperſtes, in Scholæ particularis, quam vocant, uſum conceſſiſſet, inque donationem illam non tantum ſub hoc nomine conſenſiſſet, ſed & eodem ſub nomine eandem Decanus Budiſſinenſis, JOHANNES LEISENTRICIUS, literis, Budiſſæ Die XII. Julii ſexageſimo tertió ſuperioris Seculi Anno ſcriptis, ratam habuiſſet: quanquam item poſtea Sexageſimo Septimo Anno Ampliſſimus Senatus in ſupplicibus, quibus gratioſum pro augenda nova Schola ſubſidium humillime peteret, ad Imperatorem datis literis, Trivialem per quandam extenuationem vocaret Scholam, ipſeque & D. Imperator, tanquam Luſatiæ Marchio, in Diplomate ſuo idem reſcriberet nomen; reapſe tamen in AUGUSTAM SCHOLAM, AUGUSTUM in GYMNASIUM, veteri huc translata Schola, novenni ex Alma Leucorea piæ doctrinæ Artiumque Liberalium Profeſſore, PETRO VINCENTIO, Wratislav. Viro Clariſſimo, qui primus Rector foret, evocato, eidemque duobus Synergis, Viris eruditiſſimis, qui in Superiori Claſſe Linguas ac Diſciplinas profiterentur, adjunctis, Cœnobium feliciter tandem tranſiit. Factum omnino per DEI gratiam eſt: ut eodem Anno Invictiſſimi Imperatoris ac Regis Bohemici, D. MAXIMILIANI II. auſpiciis, ſtudio, cura ac ſolicitudine imo & ſumptibus INCLUTI SENATUS GORLICENSIS, in Cœnobio Franciſcanorum nova adaperta ſit AUGUSTA SCHOLA: ut novum adapertum ſit AUGUSTUM GYMNASIUM, primo quidem, quem nominavi ac laudavi, Rectore P. VINCENTIO, Gymnaſiique Profeſſoribus, M. LAURENTIO LUDOVICO, Leobergenſi, M. SEBASTIANO ROESLERO, Wonſidelio, Scholæ Gorlic. præcedentibus aliquot annis Ludimoderatore dexterrimo, cæterisq; cæterarum Claſſium Synergis conſtitutis. Introducebatur autem cum Synergis ſuis novus Gymnaſii Rector XXII. Junii, non absque inſigni ſolemnitate ac pompa memorabili: quam utramque ex Annalibus noſtris repetitam, veſtris, Auditores, auribus haurire forte erit melli.

Decani Budiſſ. in donationem eandem conſenſus.

Cœnobii Gorl. in Auguſt. Gymn. converſio.

Scilicet eo tempore ſic dictus Ludimoderator, M. SEBASTIANUS ROSLERUS, cum Collegis cumque Cœtu Scholaſtico e veteri Schola ſolemni more modoque, Nobiliſſimo cumprimis & Ampliſſimo Senatu præſente, præſentibus Templi Symmyſtis, Doctoribus item literatisque pariter ac illiteratis Civibus præſentibus, in Cœnobium adducebatur. Adductis his omnibus, qui ſolemniter adducendi erant, inque Refectorio ſive majori Periſtylio, collectis, publico Ampliſſimi Ordinis nomine M. GEORGIUS OTTOMANNUS, Reipubl. Syndicus, poſt vocalem ac inſtrumentalem Muſicam finitam, Cathedram paratam conſcendebat, Latinaque Oratione Collegis cunctis ac Pubi Scholaſticæ novum Rectorem commendabat, eidem & Ipſe gratulans, & gubernationem totius Scholæ committens. Poſt hæc P. VINCENTIUS, in Cathedræ ſuperioris locum collocatus, ex illo Orationem alteram recitabat, Confeſſionem Religionis edebat, omnemque fidem ſuam, ſuum ſtudium Studioſæ Juventuti promittebat. Excipiebat VINCENTII e Cathedra ſuperiori deſcenſum M. SAMUELIS JAUCHII, Primarii in primaria Æde Miniſtri, aſcenſus. Aſcendebat nimirum Vir admodum Reverendus in eandem Cathedram, ac tertiam, ſed Germanice a ſe conſcriptam, legebat Orationem: qua præſentem Scholæ ſtatum & Patribus & Civibus Urbis optime commendabat, Præceptores ac Diſcipulos officii ſui commonefaciebat, pleraque, quæ ab Anteceſſoribus dicta, repetebat, repetita explicabat, explicata inculcabat. Quid tandem? Totus hic Actus ſolemniſſimus precibus ac hymnis inter fides, tibias, tubas ac tympana finiebatur; finiebatur gaudiis ac jubilis: finiebatur votis ac gratulationibus. O ſummam DEI bonitatem! O Gratiam hodieque celebrandam, prædicandam, annunciandam! Quæ Cœli Gratia foret: ſi hæc non fuit?

Solemnis Aug Gymn. Gorl. inauguratio.

Tunc enim, tunc, Humaniſſimi Auditores, e Papalis ſuperſtitionis Schola veræ Religionis Templum, ex deſidiæ ac ignaviæ ſepto diligentiæ & induſtriæ domicilium, ex obſcuro barbaræ ruditatis ac ignorantiæ antro clariſſimum variæ ſcientiæ & eruditionis Emporium, e clandeſtinæ libidinis conciliabulo caſtitatis Aſylum, e malitiæ latibulo innocentiæ ac integritatis Domus, e rigidioris diſciplinæ ac vitæ durioris ergaſtulo liberum liberaliumque ingeniorum Aſceterium, e Monachorum per trecentos prope annos continua ſede Sedes Muſarum Charitumque perpetua, literaria Orcheſtra, bonæ mentis Palæſtra, quodque præcipuum eſt, ipſius Spiritus S. Officina evaſit. Evaſit, ut verbo dicam, quod res eſt, GYMNASIUM. GYMNASIUM, inquam, evaſit AUGUSTUM, ſeu AUGUSTA, ſi hoc nomine eam vocare quis malit, SCHOLA.

Splendidus Aug. Gymn. Gorl. ortus.

Sane igitur haut quicquam cauſæ eſt aliis: cur hac de appellatione ambigant, aut SCHOLÆ noſtræ & GYMNASII Nomen & Titulum Auguſti invideant, utrumque indictum & intactum, ſi ſcribant, prætereuntes. Annon enim GYMNASIUM eſſet: quod primum Rectorem PROFES-

Gymnaſii Gorl. appellatio vindicatur.

SOREM habuit: quod & primos ejus Synergos PROFESSORES habuit: quod a ſuis incunabulis in hunc usque diem, juxta Exercitia Oratoria ac Diſputatoria quamplurima, LECTIONES, Gymnaſio admodum dignas, habuit: quod dudum apud Exteros Gymnaſii laudes habuit: quod & gente & mente nobiles quamplurimos Juvenes ſemper, imo nec ſemel Barones, Cives ſcriptos habuit? Nonne & AUGUSTUM eſſet GYMNASIUM: quod AUGUSTI auſpiciis conſtitutum: quod Menſe biennii, a ſui conſtitutione elapſi, Auguſto largiter ab AUGUSTO dotatum ac ditatum? Dotatum videlicet id ac ditatum eſt ab Invictiſſimo Imperatore, necnon Germaniæ, Hungariæ & Bohemiæ Rege Potentiſſimo, MAXIMILIANO II. Utriusque Luſatiæ Marchione, annuo ducentorum Thalerorum ſtipendio. Nam, quum altero poſt novæ Scholæ aperitionem anno novus Rector, P. Vincentius, ab Ampliſſimo Urbis Ordine cum libello ſupplice Menſe Martio, Rei Scholaſticæ provehendæ gratia, ad laudatiſſimum Imperatorem miſſus, Cæſaream ac Regiam Gratiam imploratum, atque inſigne aliquod & memorabile ſtipendium, Juventutis cum Urbicæ tum Provincialis commodo, commodoque & ipſius Scholæ, humillime expetitum Pragam iviſſet: D. Imperator Diplomate, Viennæ XXIV. Auguſti Anno CIↃ IↃ LXVII ſcripto largiſſimum illud ſtipendium e Reditibus Cereviſiariis quotannis erogari ac dari clementiſſime juſſit.

Munifica Gymn. Gorl. dotatio.

Verba, ſi vobis, Auditores, tædio non ſit eadem audire, cedro ipſa, cui inſcribantur, aut ære, in quod incidantur, digniſſima, ſed vernaculo noſtro Idiomate pie ſcripta, ſunt hæc: Wir Maximilian der Andere, von Gottes Gnaden erwehlter Römiſcher Käyſer, zc. zu Ungarn und Böhmen König, Ertz-Hertzog zu Oeſterreich, zc. Marggraff zu Lauſitz zc. bekennen für Uns, Unſere Erben und nachkommende Könige zu Böhmen und Marggrafen in Ober-Lauſitz hier mit dieſem Briefe vor jedermänniglich; daß wie den Ehrſammen, Unſeren getreuen lieben N. N. Bürgermeiſtern und Rathmannen unſerer Stadt Görlitz, auf Ihr unterthänigſtes Anſuchen, Flehen und Bitten, um gemeiner Jugend aufm Land und in Städten, und darmit die Particular-Schul daſelbſt nicht alleine ſtatlicher erhalten, ſondern auch um ſo viel deſtomehr befördert, erhalten und erweitert, und die Jugend, fürnehmlich die Armen und unvermöglichen in der Nähend, mit geringern Unkoſten unterhalten, und zu Gottes Erkäntniß, auch guten löblichen Künſten auferzogen, und geſchickte gelährte Leute erziehiet werden möchten, zwey hundert Thaler, den Thaler zu ſiebenzig Kreutzern gerechnet, jährlich als eine Hülffe von dem Bier-Gelde, ſo daſelbſt gefället, oder aus unſern Ober-Lauſitzſchen Gefällen, biß auf unſern Wohlgefallen, doch, daß benannte Schule davon jederzeit ordentlich gehalten, und ſolch Geld ſonſt nirgens anders wohin gewendet werde, aus Gnaden erfolgen zu laſſen, gnädigſt bewilliget haben. Thun auch ſolches hiermit wiſſentlich und in Krafft dieſes Briefes zc. O Munificentiam inſignem! O vere regiam Magnificentiam!

Maximiliani Imp. Reſcriptum.

Tanti hæc momenti erat: ut ipſam poſt ſolemnem Luſatiæ utriusque Traditionem, in Curia Gorlicenſi d. 24. April. Anno 1636. a Cæſareis Commiſſariis ſibi factam Sereniſſimus ac Potentiſſimus, Beatiſſimæ hodie memoriæ Elector ac Princeps, JOHANNES GEORGIUS. I. Dux Saxoniæ &c. non immerito ratam habuerit, atque ad ſeram poſteritatem derivari eandem voluerit. Viderat procul dubio uterque, & Divus ille Imperator, & Divus hic Elector, Saxo, ac intellexerat, Eccleſias & Politias ut plurimum conſtitui atq; gubernari feliciſſimo eorum progreſſu: qui, ignobilioribus iisque pauperioribus parentibus oriundi ſuo ſibi labore ac ſtudio, Mæcenatum tamen præſidiis eorundemque ſubſidis adjuti gloriam & virtutem peperiſſent. Nemo enim CHRYSOSTOMO locupletiſſimæ fidei teſte, ob parentum vitia obſcurus, nec clarus ob virtutes eorundem. Ideoque & Auguſtiſſimus Imperator, MAXIMILIANUS, annuum Magiſtris, ut pauperioris cumprimis ſortis alumnos ad DEI gloriam & ſalutem Patriæ in Gymnaſio hoc erudirent, ſumma liberalitate Stipendium, certiſſimum laborum præmium ac moleſtiarum levamentum, decernebat ac conſtituebat, id omne deinceps Sereniſſimo Electore Saxon. JOH. GEORGIO I. calculo ſuo approbante, ac perpetuum eſſe volente. Iſthanc ergo, & Cæſaream ac Regiam, & Electoralem cum benignitatem tum clementiam quibus efferemus laudibus? quibus proſequemur ſtudiis? qua complectemur gratitudine? Venerabimur, quoniam aliter facere nobis hodie non licet, humillime Divos Principis utriusque Manes, hosque ob pietatem illam inſignem ac bonitatem, qua hodieque fruimur, placide quieſcere jubebimus, maximas etiam habituri gratias, habituri has, quotquot ſumus, perpetuo. Nam ſi pulcrum Ethnicis fuit, animo grato complecti: quid Themiſtocles, quid Scipio, in ſua quisque gente, egiſſet; quos hoſtes, & quam potentes viciſſet; quam grave jugum a cervicibus Nobilitatis, quam feros enſes Civium jugulis avertiſſet: turpiſſimum certe foret Chriſticolis nobis, de tot tantisque & Divi MAXIMILIANI ET DIVI JOHANNIS GEORGII I. laudibus conticeſcere.

Electoralis poſt Luſat. traditionem ratihabitio.

Ohe

Amplif. Ordinis in ordinanda ac propaganda Re Scholaſt. ſolicitudo.

O he vero quid de prudentiſſimis Clariſſimisque Majoribus Veſtris, vel olim-olim Anteceſſoribus potius Veſtris, PATRES CONSCRIPTI nunc dicam? Quibus verbis illorum in ordinanda ac propaganda Re Scholaſtica, qvum ſatis firmiter janijam fundatum GYMNASIUM hoc AUGUSTUM, ſatis largiter dotata ab AUGUSTO AUGUSTA hæc Schola ſtaret, ſolicitudinem commemorabo? Qua eloquat oratione? Illi ipſi enim, qvum probe intelligerent, falſiſſimum illud eſſe Ariſtophanæum in Equitibus, ἡ δημαγωγία γὰρ οὐ πρὸς μουσικοῦ ἔτ' ἐστὶν ἀνδρὸς οὐδὲ χρηστοῦ τοὺς τρόπους, ἀλλ' εἰς ἀμαθῆ καὶ βδελυρόν, veriſſimum contra ea Beliſarii iſtud ad Regem Totylam Græce ſcriptum, prudentum Virorum officium eſſe, Urbes augere vacuasque ornamentis implere, vera autem Urbium ornamenta non alia eſſe niſi LEGES & LITERAS, ad quas utrasque quidem exercendas excolendasque neceſſario præcurſio quædam adhibenda foret; non poterant non novam ſuam Scholam, ab initio ſtatim confirmatæ Traditionis, induſtria ac diligentia doctiſſimorum virorum quam laudatiſſime conſtituere, conſtitutionemque hanc primo DISCIPLINÆ ac DOCTRINÆ Scholaſticæ Corpore a P. VINCENTIO, Gymnaſiarcha edito, Anno ſuperioris Seculi ſexageſimo ſexto, ipſis Maji Calendis, ſolemniter Urbi & Orbi publicare. Nempe quoniam non σχολῇ ſed χολῇ eſt, quemadmodum DIOGENES Euclidis vocavit Scholam, ubi arguta & ad bene beateque vivendum inutilia traduntur, novæ ſuæ Scholæ non tam titulo ſplendidos aut nomine magnos, quam pios ac doctos, quam modeſtos Viros præficiebant. Præficiebat, inſto, Ampliſſimus Senatus, deliberato omnia conſilio, nec non ad ipſius MELANCHTHONIS hac in re præſcriptum, agens, Magiſtros: qui non unum aut alterum, ſed ſingulos ac omnes, non ſe, ſed juventutem, non ſenes, ſed pueros, quod prætextatæ quondam pueritiæ Magiſter, QVINCTILIANUS, præceperat, optimis quibusvis Diſciplinis & Artibus imbuere ſcirent.

Primi Auguſti Gymn. Gorl. Collegæ.

Erant ex his P. VINCENTIUS, Wratisl. LAURENTIUS LUDOVICUS, Leoberg. SEBAST. RöSLERUS, Wonſid. quique huic decedenti ſucceſſerat, BALTH. WALTHERUS, Wratislav. optimarum omnes Artium ac Philoſophiæ Magiſtri. Erant cæteri, & ex iisdem Synergi, GEORGIUS Slobrſchüz, Wratislav. & JOH. BIBERUS, Gorlicenſis: quorum illi, anno Seculi ſuperioris ſexageſimo ſeptimo in Academiam Witebergenſem redeunti, M. FABIANUS CLOSIUS, Freiſtad. huic ad V. D. Miniſterium vocato, BARTHOLOMÆUS ANDREADES, Svidnicenſ. ſuffectus. Primi utique e præſtantiſſimis iſti omnes erant Præceptoribus: qui poſt exhauſtas Pontificiorum ſentinas in novam Scholam magna induſtria Artes & Lingvas introduxerunt.

Petr. Vincent. primus Gymn. Rector.

Præ cæteris id tanta & autoritate & fidelitate PETRUS VINCENTIUS, Vir eloquentiæ laude clariſſimus, primus, Witeberga evocatus, Auguſti Gymnaſii Rector, præſtitit; ut dubitare quis poſſet: plus ne ipſe Scholæ, an Schola ipſi plus deberet? In eadem namque Schola quum intra quadriennium fama ejus miris effloreſceret modis, undiquaque & nobili & ignobili loco nati Juvenes magno huc numero, tanquam ad mercaturam bonarum Artium confluebant, emptisque quamplurimis ingenii mercibus magna cum laude in Emporia celebriora (Academias puto) lucraturi iterum abibant.

Fauſtus Aug. Gymn. Gorl. ſub primo Duum-Virato progreſſus.

Sed ecce quanto major diſcentium erat confluxus: quum, Anno poſt Petri Vincentii in Patriam ad capiendos in Eliſabethano Gymnaſio faſces commigrationem ſexageſimo nono vertente, Gymnaſii gubernacula JOACHIMO MEISTERO, Gorlicio, Gottingenſis antea Scholæ Rectori, nec non M. LAURENTIO LUDOVICO, Leoberg. ceu Duum-viris, exæquata utriusque poteſtate, ab Ampliſſimo Senatu committerentur? Vidiſſetis, ad Gymnaſium hoc ex una parte Boruſſos & Polonos, ab altera Germanos & Bohemos, amore omnes ſtudiorum famaque cum MEISTERI, tum Collegarum, LAURENTII LUDOVICI & MARTINI MYLII, Virorum doctiſſimorum incenſos, confluere. Partiti hi operas ſuas ita fuerant: ut Latinos & Græcos Autores LUDOVICUS explicaret, MYLIUS Artes Logicas traderet, ipſe MEISTERUS, alter Maro, Poëtas enarraret, Stylique exercitationes ac meletemata Oratoria urgeret.

Et ſane ſtudio, fide & ingenii ſui excellentia tantum unus effecit MEISTERUS: ut adoleſcentes, ne dicam, pueri, mediocri ſtudio adhibito, quascunque Sacri Codicis Hiſtorias non infeliciter Maronis tuba canentes audirentur. Eo enim aſſvefecerat ipſe diſcentes: ut e Virgilio cumprimis in ordines ſuos redigerent Synonyma, iidemque Epithetorum copiam, Phraſium ſylvulam, infinitam Locorum Communium multitudinem, elegantias Virgilii proprias, adeoque totam Diſpoſitionis Poet. Ideam in promtu haberent. Accedebat ipſius MEISTERI indeſeſſum in ſcribendis, maximeque in diſcentium frequentia recitandis, Poematibus ſtudium. In his quippe non tantum elocutionem Virgilii, quantum poterat, exprimebat, ſed etiam id da-

bat operam, ut ante oculos quaſi poneretur: quomodo in Sacra Hiſtoria ſingula verba, ſingulæ phraſes, tota item diſpoſitionis & elocutionis forma, character denique, ad Poëticum Stylum accommodandus ac firmandus eſſet.

Ludovicus ſolus Rect. Gymn. ſeq; tertius.

De LUDOVICO vero, qui, qvum primus ille e Civibus Patriæ Rector, MEISTERUS, poſt quindecim Annos, Anno nempe octogeſimo, a Senatu Bremenſi, CHRISTOPHORI PEZOLDI conſilio, ad gubernandam Scholam evocatus, Bremam abiiſſet, ſolus communi Patrum Conſcriptorum ſuffragio Auguſtæ Scholæ Rector fuit declaratus, ſeorſim quid dicam? Dicerem prolixam laudem; niſi jam olim publicis ſcriptis fateri & Collegis & Diſcipulis neceſſe fuiſſet: quod LUDOVICO vivente, Profeſſionis legitimæ exemplum, exemplum Diſciplinæ Scholaſticæ conſervandæ cum eodem viveret. Præprimis minime occulta cauſa legitimæ erat Profeſſionis. Nam qvum ad recte docendum duo maxime requirantur, eruditio excellens, & ſingularis tractandi Artes ac Linguas dexteritas, ambas has, dudum luculenter probatas, ad gubernacula, quibus ſolus jamjam admotus fuerat, attulit. Sermonis in eo Latini ſingularis erat lepos ac ſumma ſvavitas: quem ita temperare accurata Latinorum Scriptorum prope omnium lectione didicerat: ut neque humi reperet, neque ad tumorem aſſurgeret. Græcæ Linguæ ita erat peritus: ut Græcis ipſis, qui a Conſtantinopolitano Patriarcha cum literis ſyſtaticis ad Eccleſias Evangelicas miſſi huc venerant, audita Joachimi Meiſteri in ſermone Græco promptitudine, & Laurentii Ludovici in eodem puritate, uterque admirationi fuerit, ſumma cum ac perpetua, non dico Gorlicii noſtri, ſed univerſæ Germaniæ gloria in diſcentium Corona exclamantibus illis: Ιταλία βαρβαρία, h. e. Italia nil niſi barbaries eſt. In Linguæ etiam Sanctæ ſtudio non parum olei conſumſiſſe Ludovicum, liquido aëre liquidius e pluribus, ab eo vel in ſola Threnorum Jeremiæ explicatione editis ſpeciminibus liquet. In Philoſophia dicendique Arte, in Arte cumprimis argumentandi ac diſſerendi, rationis illa & judicii informatrice, Logica, ita erat verſatus, ut in Theologia quoque ſobrium Philoſophiæ ac Logicæ uſum, in Latinorum item ac Græcorum Autorum expoſitionibus dialecticam Inventionem ac Diſpoſitionem poſt grammaticam Vocum connexionem, poſt rhetoricum ornatum, monſtrare poſſet: ut poſſet oratorias cujusvis Generis exercitationes in utraque Lingua, Declamatoribus frequentibus, & quidem binis ſemper de Cœtu Scholaſtico, qui in ſuggeſtu publico perorarent, deque palma oratoria dimicarent, lectis, lectis item Scholaſticis quibusdam Arbitris, inſtitnere: ut denique ad diſſerendi diſputandique Artem, Sententiis e media Philoſophia ac Theologia, de quibus magna opinionum inter eruditos varietas & diſcrepaotia erat, excerptis ac propoſitis, ſuos aſſvefacere poſſet, non minorem e certamine adoleſcentnm voluptatem, quam Homericus ille Agamemnon e rixa Achillis & Ulyſſis, capiens. Indeque nec mirum: ſi LUDOVICUS hic, in omnibus magna cum audientium voluptate Μελάγχθονα ἀκριβῶς ζηλώσας ſapientiam in proponendo, dexteritatem in tractando prope divinam adhibere valuit. Quid? quod nec mirum ſit: ſi LUDOVICUS, diſciplinæ amantiſſimus, bonas auctoreque ſelatas Leges in vigore ſuo ſemper conſervare potuit. Suppetebant enim poſt ſummam eruditionem huic, quæ quidem ad diſciplinam cuſtodiendam quàm maxime pertinent, divina pariter & humana ſubſidia. Næ ipſe tanta a Deo armatus erat autoritate: ut ad ejus, tanquam ad Æneæ Virgiliani conſpectum, imo ad adventantis ſtrepitum, diſcipulorum omnium ora conticeſcerent. Erat & vita ipſa ita comparata, ut vivum pietatis, modeſtiæ, temperantiæ, gravitatis & virtutis cujusvis exemplar exhiberet. Conſtat id, ſi non aliunde, maxime tamen e Scholæ Gorlicenſis Threnis, quibus Anno octogeſimo ſexto Optimus Vir cum veteres tum recentes peſtis calamitates deplorabat: conſtat ex ejusdem Scholæ poſt diſſipationem inſtauratione, Typis una cum Threnis olim edita: conſtat ex Apologia Enarrationis Grammaticæ Epiſtolæ Paulinæ ad Romanos in Gorlicenſi Schola recitata: ex hyberno denique Studiorum Scholæ Gorlicens. Curriculo, Ampliſſimo Senatui ac Dominis Scholarchis Anno octogeſimo quarto Calend. Octobr. exhibito, conſtat.

Ampla Ludovici laus.

Mira Auguſti Gymn. Gorl. incrementa.

Tanti proinde, tanti Viri fama excitati pueri ac juvencs tanto ab omnibus prope Mundi plagis ad Auguſtam hanc Scholam tanquam ad bene compoſitum nidum, agmine advolabant: ut qvum, Intimatione, publice ad fores Templi Anno octogeſimo ſexto Die 9. Febr. propoſita, inſtaurario & civibus & advenis ſignificata, operarumque publicarum initium d. 25. Febr. in Diſcipulorum omnium Ordinum centum & ſexaginta præſentia factum eſſet, numerus hic intra octiduum ultra ſeptuaginta augeretur, totusque tandem Scholaſticus Cœtus ad ſexcentos usque & quadraginta tres Diſcipulos excreſceret. Numerabantur ſane tunc temporis in annuis Populi Scholaſtici Cenſibus Primani nunc centum &

qua-

quadraginta ſeptem, nunc centum & ſexaginta, inq; his 26. Nobiles, advenæ centum ſeptem & triginta. Junctim vero per omnes Claſſes Anno XC. Nobiles quinquaginta & unus, advenæ ducenti cum totius Urbis applauſu numerabantur. Ideoque, poſtquam jam ante Primanorum numerus ad centum & quadraginta duos excreviſſet, primæque Claſſis locus ægre hunc diſcentium numerum caperet, decreto Ampliſſimi Senatus, & Conſulari quidem Ædile Dno GEORGIO SCHMIDIO ficbat: ut ampliſſimus Sextæ Claſſis locus traderetur Primæ Claſſi, Secunda transferretur in Primam, Tertia in Secundam. Quarta & Quinta ſuo manerent loco, ſed Sexta Claſſis e Monachorum triclinio æſtivo in horum Noſocomium, (quod & ſuperioribus annis tenuerant,) transferretur. Eat nunc aliquis alibi, & Scholæ ſuæ commemoret incrementa! Paria nobiſcum is non faciet: neque & æqualia Auguſtæ noſtræ Scholæ incrementis incrementa dicet. Manebit enim hæc laus Scholæ noſtræ: quod una præ cæteris Germaniæ Scholis, maxime ſub LUDOVICO ſuo, & Magiſtris & Diſcipulis quondam incitatiſſima floruerit.

Neque vero defloruit ipſa: poſteaquam Anno nonageſimo quarto die 17. Aprilis clariſſimus & integerrimus Vir, M. LUDOVICUS pie diem ſuum obierat, atque feliciſſimus in Scholaſtica gubernatione, quum totidem annos ſerviiſſet Scholæ, ſucceſſor ab Ampliſſimo Ordine datus fuerat M. MARTINUS MYLIUS, celebre deinceps ſibi nomen, magno literati Orbis Senatu applaudente, HORTO PHILOSOPHICO faciens. Numerabantur ſiquidem ſub hoc celeberrimo Viro per plures annos ultra quadringentos nobiles ac ignobiles, Gymnaſio qui dederant nomen, Cives. In his centum & plures non raro Primani erant, quinque non ſemel, non ſemel ſeptem, Anno denique currentis Seculi ſexto novem Baronibus, Baronibus nempe Liberis Sileſiæ tribus de Malgahn, Joachimo, Ottone Henrico, Joh. Bernhardo; Baronibus Bohemiæ Liberis duobus de Smirzit, Alberto Wenceslao, & Alberto Johanne, duobusque adhuc aliis Baronibus Bohemicis, Michaele Slavata a Chlum & Koſſum, nec non Johanne a Zaruba pe Huſtirzan, Poloniæ item Baronibus duobus, Johanne & Franciſco Kilsky, fratribus germanis annumeratis ac nominatis.

M. Mart. Mylius, IVtus Gymn. Rector.
Ejus fama.
Diſcipp. Baronum ſub hoc Rect. numerus & nomina.

Atque tanto in flore venerandus Senex maxima cum ſui laude Gymnaſium retinuit: donec ab incluto Urbis Senatu, inopino, poſt exhauſtos novem ac triginta annorum labores Scholicos, morbo correptus, rude anno ætatis ſexageſimo ſexto, Chriſti milleſimo ſexcenteſimo octavo donaretur, eidemque, Die xv. April. Rectoratus faſcibus in ſolemni Scholæ conventu, inque ſplendida Ampliſſimi Senatus præſentia, poſt præmiſſam quidem a GEORGIO LUDOVICO, J. U. D. Reip. Syndico graviſſimo, Orationem, huic traditis, CASPAR DORNAVIUS, Zigerucenſis Variſcus, Medicinæ ac Philoſophiæ D. ſuccederet.

Succeſſit igitur C. DORNAVIUS: ſucceſſit RECTORIBUS PHILIPPISTIS RECTOR, ſi Religionem A. V. ſpectetis, REFORMATÆ RELIGIONIS, ſed ad invidiam usque, ſi variam ſpectetis eruditionem, eruditus ac doctus. Philoſophus enim Epicharmus hic Gymnicus ingenii erat ſubactiſſimi: Orator oris erat diſertiſſimi: Poëta venæ erat fluidiſſimæ Verbo: MEDICUS erat: erat & mentis & corporis Medicus experientiſſimus. Et quidni experientiſſimus de hoc Medicorum genere Medicus fuiſſet: qui in duodecennali ſua peregrinatione cum Ulyſſe Homerico non tam multas urbes viderat, quam multorum hominum mentes cognoverat: qui multa auribus in itinere hauſerat: qui multa animo & cogitatione, multa quoque legendo percurrerat? Loqvuntur pro me, ac certiſſima fide experientiam hanc Viri, cujus nomen dudum in Albo æternitatis fuit, tres ETHOPRAXIÆ UNIVERSALIS manuſcripti Libri, de Morum ad officia in ſocietate civili concinnatione in illuſtri Bethaneo propoſiti, indeque & digni iidem publicatione, teſtantur. Ehem vero! quanta dexteritate Vir laudatiſſimus, quem vel ſemel dicendi facultas in umbone Scholaſtico collocarat, quantaque ſolertia fidei ſuæ concreditos in Eloquentiæ Palæſtra exercuit? Satis id non modo ex accuratiſſimis, quas menſtruatim propoſitas poſſideo, Diſpoſitionibus, ſed & ex ipſiſſimis ejus verbis patet. Imprimis, ait alicubi DORNAVIUS, quæ ad Eloquentiam & oratorias Veneres ac Gratias hac ætate facere videntur, inculcamus: qua poſſumus induſtria: qua debemus fidelitate; ut ex hoc amplo promtuario Juventus depromat: quibus Declamationes ſuas cum decorare tum colorare poſſit. Ita nimirum ille ait. Nec ipſe tamen in tot tantisque Diſcipulorum Exercitiis Oratoriis conquieſcebat, ſed Cathedram ſæpius conſcendebat, quamque Diſcipulis commendaverat cotidie eloquentiam, vivum ejus in ſe ipſo exemplum oſtendebat, felicior hac in re Hermogene Græcorum, felicior Quinctiliano Latinorum viſus: qui, quum optimi aliis ad Eloquentiam duces eſſent ac magiſtri, eloquentes ipſi haut fuere. At DORNAVIUS

D. Caſp. Dornavius, Rect. Gymn. Vtus.
Ejus laus.
Ethopraxia Dornavii.
Dornaviana Eloquentia.

US

US vero & dux & magiſter ad dicendum erat optimus, idemque omni laude cumulatus Orator, quaſi catena quadam aurea, ut alter Hercules, in Oratoria Palæſtra Auditores, numeroſos cumprimis diſcentium cœtus, pro lubitu ſuo trahebat, nunc rudes ac imperitos Muſarum Alumnos Orationis quadam ſvavitate ad meliorem frugem traducens, nunc duros obſtinatosque horum animos verborum gravitate perfringens. Quis noſtrum ergo Olympium Oratorem CASP. DORNAVIUM non vocitaret? Non aliter enim, atque Pericles ſummus olim Græciæ Orator, non amputata & abſciſſa, ſed lata & magnifica, & excelſa Oratione, quandocunque vellet, tonare, fulguraret, omnia denique perturbare ac miſcere valebat, aculeum in audientium animis ſemper relinquens. Fidem iterum politiſſimæ Orationes, & alia quam plurima Scripta, magno ſeorſim edita numero, ſed paucis abhinc elapſis annis junctim duobus Tomis in uſum Studioſæ Juventutis, ad elegantiorem formandum Stylum, a B. noſtro SCHMIDIO collecta, mihi faciunt: pariter ac ſummæ dexteritatis ſolertiæque Dornavianæ in docendo atque ducendo GYMNASII GORL. DISCIPLINA & DOCTRINA, auctoritate Superiorum a DORNAVIO An. Seculi hujus nono in ſalivam publicam emiſſa, facit fidem. Vos autem, Vos Venerandi Auditores, dicite mihi, ſultis: ecquid jamjam cogitetis, quid ſentiatis, quidve de laudatiſſimorum Majorum ſolicitudine ac cura, quæ utraque per prius Semiſeculum in eligendis ac præficiendis incluto huic Gymnaſio Rectoribus, in adjungendis optumis operarum laborumque ſociis luculentiſſime ſe probavit, judicetis! Nonne hæc provida ſemper, illa indefeſſa fuit? Fuit Nobiliſſimi Senatus cura, ut in alia re quavis, ita in re potiſſimum Scholaſtica providiſſima; fuit ſolicitudo illius admodum indefeſſa; fuit utraque efficaciſſima: indeque & ipſa hæc Schola Auguſta ſub utraque erat florentiſſima.

Ulterior Ampliſſ. Senatus circa rem Scholaſt. cura.

Nec minor ſolicitudo ac cura Ampliſſimi Ordinis ſeſe per alterum exſeruit Semiſeculum. Nam qvum ὁ πολυμαθέστατος DORNAVIUS Anno currentis ſeculi decimo quinto D. 5. Julii Gymnicum Gorlicii ad Niſſum Sceptrum, Profeſſor Bethaniæ ad Oderam in illuſtri Schönaichiano Gymnaſio, noviter adaperto, conſtitutus, tandemque & ipſe Celſiſſimi Ducis Bregenſis Conſiliarius factus, depoſuiſſet, id Jubilæo primo, quinquageſimo nempe, qui a primo Auguſti Gymnaſii ortu elapſus fuerat, Anno a Nobiliſſimo, Reipubl. Gorl. Syndico, GOTHOFREDO Glych a Milzig, inaugurali de cauſis ac remediis corruptæ Diſciplinæ Scholaſticæ ruinæque Scholarum Trivialium Oratione præmiſſa, optimo e Collegis Scholæ Seniori, perque annos viginti tres de re Scholaſtica optime merito Viro, Philoſopho Poëtæque doctiſſimo, M. ELIÆ CUCHLERO ſolemniter nomine publico tradebatur. Florebat ergo ſub hoc quoque optimarum Artium ac Philoſophiæ Magiſtro per decennium Auguſta ad Niſſum Schola.

M. Elias Cuchlerus VItus Gymn. Rect.

Sed, ubi duo jam in vicinia Gymnaſia Academica, SCHOENAICHIUM Sileſiorum alterum, alterum ROSENBERGIUM Bohemorum, Bohemicæ hoc, illud Reformatæ Confeſſionis Aſceterium, adaperta eſſent, atque deinceps paucos poſt annos Papiſtica in Bohemia, Moravia, ipſa quoque Sileſia, Religionis Reformatio, magno cum Evangelicorum damno, contigiſſet, haut pari ipſa flore florebat. Uno namque & altero anno vix octoginta, pluribus vero annis ſeptuaginta aut ſexaginta vix numerabantur Primani. Nec pauci tamen Luſati in his Nobiles, & interdum quoque duo vel tres Barones, numerabantur. Numerabantur, inquam, ac nominabantur totidem, Primæ Claſſis Cives, nobiles alii, alii ignobiles; advenæ alii, alii indigenæ: dum, ingruente Bello Ligiſtico, ac ſubſecuta peſte graviſſima, numerus hic magis magisque decreſceret, ac tota tandem Schola Anno noſtri Seculi trigeſimo ſecundo diſſiparetur, in univerſum Die 22. Sept. viginti quatuor tantum Civibus numeratis.

Aug. Gymn. Gorl. decrementa.

Nempe, qvum inter arma, quibus, ineunte prioris Anni auctumno, Gorlicium petebatur, ſemina peſtilitatis ſimul ſparſa, ſed ſubſequente hyeme ſopita, adulto vere prædicti Anni recruduiſſent, contagiumque & ipſum nunc has, nunc illas, pauciſſimis exceptis ædibus, ædes, tam intra quam extra Urbis pomœria, undique invaleſcens, ac funera indies denſans, infeciſſet, ſic ſatis numeroſus Cœtus Scholaſticus ad tantam redigebatur paucitatem, ut de voluntate Ampliſſimi Senatus Schola clauderetur, ipſaque imminuto Collegarum, diritate peſtis abreptorum, numero, inſtar miſeræ orphanæ per octo derelinqueretur Menſes. Quoniam vero nullum ſolum eſſe ſolet malum, nullaque ſola calamitas, ad priora illa mala hoc ingens inſuper malum accedebat: ut biduo poſt Collegæ infimi, FRIDERICI REINISII, Viri in Dædalea Scriptura verſatiſſimi, obitum Capite ſuo orbaretur Schola. Ecce enim optimus Vir, Vir Curriculo ſtudiorum Scholæ Gorlicenſis, a LAURENTIO LUDOVICO Leoberg. Rectore olim quidem conſcripto, ſed præſenti accommodato ſtatui, clarus, clarior erudita de Problemate, Verene, an Auctumno Mundus ſit conditus, DISSERTATIONE, Opere denique Nov-Antiquo, eodemque

Ejusdem miſeri caſus.

Luſa-

Luſatiæ literatæ ſacro, Verſione Ἀνθολογίας διαφόρων Ἐπιγραμμάτων παλαιῶν Latina gemina, ſoluta & ligata, cum Autoris perpetua, tum aliorum diverſorum Autorum ſæpius intertexta, adornato, inque XXV. Centurias, quarum V. non abſque φιλελλήνων applauſu viderunt lucem, diſtributo, clariſſimus, M. ELIAS CUCHLERUS, Gorl. P. L. Rector Auguſtæ hujus Scholæ longe meritiſſimus, D. XI. Octobris Anno Chriſti trigeſimo ſecundo, Ætatis ſexageſimo quarto, Rectoratus, difficillimis Reipubl. Patriæ temporibus geſti, decimo ſeptimo, peſtilentiali in funeris deductione horrore correptus, deceſſit, inque cœleſtem commigravit Scholam.

Cuchleri obitus.

Triſtior Gymnaſii facies.

Schola quid interim ageret noſtra? Lugebat miſerrima ſua fata, plangebat, flebat. Nec tum tamen malorum, quæ lugeret, ſatis; calamitatum, quas doleret, nondum finis. Nam ubi, trimeſtri ab obitu Rectoris amplius, Ampliſſimus Senatus, de legitima Scholæ inſtauratione poſt profligatam peſtem cogitans, hanc duobus Collegis, M. JOHANNI LUDOVICO, Con-Rectori, qui votis omnium RECTOR deſignabatur, & M. MARTINO MOLLERO, tertio a Rectoris loco Collegæ, una cum Rei ſcholaſticæ adminiſtratione per Scholarchas D. 15. Februar. Anni ſubſequentis commiſerat: LUDOVICO, Viro ſupra laudem, id accidebat: ut Die Viridium, quo Scholæ ſuperſtites Collegæ, adjunctis ſibi octodecim Scholaſticis, anniverſariam Sacræ Synaxeos ſolemnitatem celebrabant, in Sacris Templi ſerotinis a peſte tentatus, lecto affigeretur, morboque tandem vincente, inter ardentiſſimas preces, ipſo medio noctis, quæ Feriam Paſchatos tertiam inchoabat, articulo, e miſeriarum hac valle ad Cœlitum collem beate tranſiret. Ita quod Argonautæ olim de amiſſo in medio curſu Heroum præcipuo Hercule, Idmone Vatum ſapientiſſimo, Typhy Rectore navis ſolertiſſimo, conqueſti leguntur, id longe acerbius Schola Gorlicenſis lugebat. In his duobus enim magnis Viris plus Schola, quam illi in tribus ſuis fabuloſis, amiſerat, eratque utriusque obitus Auguſtæ Gorlicenſium Scholæ, quod eventus luculenter demonſtrabat, admodum fatalis. Et quanquam octavo, ex quo Schola diſſipata, orbata, ac pene deſolata jacuerat, Menſe elapſo, Ampliſſimus Senatus vellet, ut interea temporis, dum novus Rector crearetur, Scholæ inſtauratio, hujusque imprimis directio ac gubernatio, a Viro, de re Scholaſtica dudum bene merito, M. MARTINO MOLLERO, ſuſciperetur, cognitaque benevola hac ac liberaliori, quam ante, declarata voluntate, in eandem ſuperſtites Collegæ deſcenderent: nec aliud tamen niſi quatuor Annorum inter totidem belli turbas aliasque calamitates ſubſecutum eſt INTERREGNUM.

Joh Ludovici Con-Rect. obitus.

Aug. Gymn. Gorl. Interregnum.

Interregno autem ſtante hoc ipſo, Scholaque rurſus Anno trigeſimo tertio, tertio & viceſimo die Maji, qui dies Lunæ poſt Trinitatis Feſtum erat, decenti ordine ac modo aperta, operoſus nihilominus & laborioſus in Juventute, parvi licet eſſet numeri, dexterrime erudienda noviter hic conſtitutus Scholæ Adminiſtrator ac Director erat. Erat, inquam, cui vicarium dirigendi operas Scholaſticas onus vel ſemel impoſitum fuerat, Scholæ, in miſerrima, a Cæſariano Exercitu facta, direptione denuo diſſipatæ, ac paulo poſt, Senatu ita volente, revocatæ, fideliſſimus ad Annum usque ſeptimum ac triceſimum hujus Seculi Director & Adminiſtrator.

M. Mart. Mullerus Gymn. interea Adminiſtrator.

Eo quippe Anno, Die nempe XXI. Auguſti, Ampliſſimus Patrum Ordo Auguſtæ huic Scholæ, alternis Septimanis ac æquali poteſtate regundæ, Duumviros, Viros nempe Clariſſimos, M. MARTINUM MOLLERUM, Gorl. tertium quondam in Ordine Collegam, nec non DAVIDEM VECHNERUM, Freiſtad. Sil. Sprottavia evocatum creavit.

Alter Gymn. Gorl. Duumviratus.

Novum hoc, idemque egregium, providæ curæ ac incitatiſſimæ pro Rei Scholaſticæ ſalute ſolicitudinis in Ampliſſimo Senatu eſt ſpecimen. Schola enim, quæ injuria temporum quaſi conſenuerat atque decoxerat, niſi quod aliquando moveret lacertos, reddita quaſi juventute, paulatim poſt laudabilem hanc Patrum Conſcriptorum curam reviréſcebat. Neuter enim Clariſſimorum Duumvirorum horum quicquam de induſtria deque fidelitate, de dexteritate remittebat. Remittebat nihil MARTINUS MOLLERUS, nihil DAVID VECHNERUS! uterque ut in Re Scholaſtica verſatiſſimus, ita in erudienda Juventute feliciſſimus. Et quamvis non ſemel turbis bellicis, Anno cumprimis quadrageſimo primo, in bimeſtri obſidione concuteretur Schola: optimi tamen hi RECTORES precibus ſuis ac laboribus ante ruinam ſtabant, officio ſuo bene ſemper fungentes. Indeſeſſum quidem B. MOLLERI ſtudium, fidem ac methodicam dexteritatem præ ceteris eruditis Scriptis Scriptum ἀνέκδοτον, idque prelo digniſſimum, cui publice propoſita Praxios Logicæ delineatio ICHNOGRAPHIÆ titulum ac nomen peperit, teſtatur. Non dici certe poteſt, quanta fidelitate, quanta & felicitate ille, Idea præmiſſa Logica, Praxin Logicam expediverit, Præcepta quidem pauca, ſed uſum eſſe maximum ibidem jubens.

Novum providæ circa rem Scholaſticam curæ in Ampl. Ord. ſpecimen novaque & Gymn. incrementa.

M. Mollerus cum Davide Vechnero Vltimus Gymn. Rector.

Molleri ſtudium.

Jubebat idem in accuratiſſimo ſtudiorum Curriculo B. VECHNERUS. Studiorum in Gorlicenſi Gymnaſio Curriculum puto: quod ipſe ſub ipſo ſtatim Rectoratus ſui introitu ita definiverat B. Vir, ut pueri adoleſcentesque non plane impeditæ indolis, cujuscunque Ordinis aut Natalium, Divini Spiritus aura ſecundante, ſtatuque Reipublicæ tranquillo, per gradus quoſdam & veluti metas, ſub quinque ordi-

Studium Vechneri.

ordinatis Claſſibus octoque fidis, neque operam injuriæ ſenſu averſantibus, Præceptoribus, ad Pietatis exercendæ ſcientiam morumque decentiam, Linguarum item & Artium, quas vocant, Logicarum peritiam, Hiſtoriarum etiam Ethicæque notitiam, eo usque provehi poſſent: quo, cum ſpe optati ſucceſſus AcademiciSolis Regiam ac Delum adituri, forent provehendi.

Vechneri Scripta.

Quemadmodum autem Curriculo iſthoc Studiorum, pariterque & Conſilio Scholaſtico, quod utrumque Dnn. Scholarchis Menſe Anni triceſimi octavi Julio obtulerat, raram ac caram Didacticæ ſuæ Methodum laudatiſſimus Vir probatum ibat: ita nihilo ſecius fidem ſuam, ſuam induſtriam, dexteritatem ſuam, creſcente ſubinde diſcentium numero, Majori Rheturica, Rhetorica Generali ac Speciali, Exemplis cum Claſſicorum Autorum, tum a ſe concinnatis, copioſiſſime illuſtrata, nondum tamen edita, teſtabatur. Teſtabatur idem ille non vulgarem Græcæ Linguæ peritiam GRAMMATICÆ GRÆCÆ SACRÆ SPYRIDIO. Peritiam Artis Poëticæ egregiam in STICHOPOEIA; raram Styli Latini peritiam in LATINITATIS TEMPLO,, ſub Schemate Epiſtolæ cum Proplaſmate Liminis, Atrii, Odei, Adyti, in Januæ Comen. de Igne Titulo efformati, Leſnæ Pol. edito; Rerum denique Germanicarum, itinere Germanico & Anglico ſibi collectarum, notitiam UNIVERSÆ GERMANIÆ BREVIARIO, jam olim juris publici facto, noviſſimeq; a Clariſſimo Filio, ABRAHAMO VECHNERO, Collega mihi conjunctiſſimo, Editione tertia extenſa, Vir ὀπάνυ teſtabatur. Fama hinc tanti Viri, longe lateque diffuſa, numerus diſcentium in dies creſcebat. Nomen dabant Scholæ inquilini: confluebant exteri: miſcebant in hoc ſe confluxo non pauci Nobiles.

David Vechnerus, isque ſolus, Rect. Gymnaſii VIIIvus.

Longe autem major fiebat Diſcipulorum confluxus: quum Nonis Martii Anno Meſſiano nono & quadrageſimo, Ætatis tertio & ſexageſimo, duodecimo Rectoratus, tertio & triceſimo publici Præceptoratus M. MARTINUS MOLLERUS vita ſua decederet, Paceq; Germaniæ Oſnabrugi & Monaſterii conciliata, præcellentiſſimus VECHNERUS ſolus faſces Scholicos teneret, ipſe quidem jam ante, Anno videlicet quadrageſimo tertio ECCLESIÆ DIACONUS, ſexageſimo ſecundo MINISTER VERBI PRIMARIUS, communi Patrum ſuffragio, ob ſummam Viri cognitam fidelitatem, cognitamque ejusdem in erudienda pube Scholaſtica dexteritatem, factus, indeque ſimul & Eccleſiaſticam & Scholaſticam ad Annum usque ſexageſimum ſextum cum laude adornans Spartam.

Vechneri laus.

O quam verum Chriſtianum, o quam pium Theologum, o quam bonum Philoſophum, o quam doctum Philologum in venerando hoc Anteceſſore meo, quoad utramque ornabat Spartam, cognoſcere licebat! Non abſterrebant Virum Herculei labores, non concatenatæ curæ: quo minus utrique faceret ſatis Spartæ. Origenis cognomine ADAMANTIUM, cognomine Didymi CHALCENTERUM poſtera VECHNERUM noſtrum ætas diceret. Diceret vere utroque hoc cognomine Virum. Indefatigabilis enim in ipſo laborum ac curarum erat patientia: perpetua in fide, ſpe, ac charitate conſtantia.

Obteſtatio.

Obteſtor heic Veſtram, Viri, quotquot e Schola laudati VECHNERI, ut togati milites, olim prodeuntes, alii hodie Curiam, alii Eccleſiam, alii Scholam ornatis, quotquot & Familias veſtras ornatis, Juris Utriusque Doctores alii, alii Magiſtri, Advocati alii, Cives alii literati, fidem: ut conteſtemini, me a veritatis tramite aſſentationis vitio tenus hac haut abreptum eſſe. Neq; & Ego alio abſpiciebar: quum piis Beati Viri, quem ut alterum Parentem ob amorem, ob favorem, ob candorem, per triennium mihi ſatis probatum, veneratus fueram, Manibus ſequens ſcriberem Epitaphium:

Vechneri Epitaphium.

Siſte gradum, LECTOR, lege, & ipſe Viri aſpice vultum;
Quem tabula ad vivum hæc picta referre ſolet.
Nam Tibi divinum vera ſub imagine vultus
VECHNERI ingenium judiciumque notat.
RHETORA & HISTORICUM ipſe probat, magnumque POETAM,
THEOLOGUM eximium, PHILOSOPHUMq; catum.
Iniquis Vir erat CANA VIRTUTE ſuperbus:
Patronus Sortis pauperioris erat.

Revocatio ſui ipſius.

Sed quo, o Viri bratiſſimi, beatiſſime qui Anno Chriſti nono & ſexageſimo, Ætatis quinto & ſeptuageſimo, poſtquam, ſenio confectus laboribusque feſſus, bona Ampliſſimi Senatus pace, faſces Scholicos ante triennium depoſuerat, vita ſua fungebatur, laudibus abreptus, veni? Quo & a cæterorum Anteceſſorum laudibus abreptus veni? Veni in patentiſſimum proliaæ laudis campum: e quo ita facilis mihi regreſſus haut dabatur. Redeo igitur, ſedeo e longiſſimo diverticulo ad maxime providam Ampliſſimi Senatus curam.

Iterata providæ in Ampl. Ord. circa Rem Scholaſt. curæ commendatio.

Ad curam circa ulteriorem Auguſti noſtri Gymnaſii progreſſum occupatiſſimam redeo. Nam is, quum intelligeret, longe plures togatos e Ludo hoc litterario milites, adverſus barbariem, ruditatem & inſcitiam militaturos, ſemper prodiiſſe, quam armati quondam e Trojano equo milites prodierant, de liberando eopſe ab omni, quæ de Religione unquam ſparſa fuerat, ſuſpicione cogitans, e media Electorali aut Ducali Saxonia RECTOREM evocare decernebat. Poſt præviam autem unius & alterius, quod Metaphyſici vocant, ſubjecti denominationem ac electionem quum ad Me tandem, tot tantisque in Eruditione Scholaſtica Heroibus vix dignum Succeſſorem, citra omnem expectationem deventum eſſet, Egoque Altenburgo οὐκ ἀθεεὶ

Rect. Aug. Gymn. Gorl. IXous.

Anno ſexageſimo ſexto evocatus ante hoc XX. Annos huc adventarem: ſtatim de inſtauranda poſt integrum a primi Rectoris P. VINCENTII introductione, quod elapſum fuerat, Seculum RE SCHOLASTICA deque SECULARI celebrando FESTO ſoliciti Conſcripti fuere Patres. Feci Ego ad utrumque horum nutum. Feci facienda, & GYMNASII GORLICENSIS DOCTRINAM inſtauravi, inſtauratamque ſolemniter e Decreto Superiorum publice publicavi: deinde SECULARE ſeculari pompa Feſtum, Feſtum Gymnaſii Seculare, a SECULARI HORATII CARMINE invitatus, celebravi.

Novus diſcentium confluxus.

Novus poſthæc cum nobili tum ignobili loco natorum, qui ab exteris longeque etiam diſſitis terris advenerant, concurſus contigit, tamque frequens is fuit: ut ſeptuaginta, & quandoque plures, imo centum etiam in cenſu haberentur Superioris Claſſis Auditores: quanquam numerus hic poſtero tempore in Hoſpitiorum defectu aliquantum diminutus fuerit. Interea vero temporis haut quicquam hodierni inclutæ hujus Urbis Patres de cura ac ſolicitudine ſua in Re Scholaſtica remiſerunt; neque & hodie quicquam ipſi remittunt.

Conſtans Ampliſſ. Ord. circa Rem Scholaſt. cura.

Tantum videlicet abeſt: ut Scholæ ſuæ curam unquam depoſuerit Nobiliſſimus & Ampliſſimus Senatus noſter, ut in numerato potius cotidie habeat, quocirca Rem modo non tantum Salaria juſto tempore per optimos, optimo e ſuo Ordine conſilio electos, Scholarches porrigantur, cæterique erogati ſumptus in reparandis

Audi-

Auditoriis Magiſtrorumque domiciliis bene collocentur; ſed & de Scholæ amplificatione conſilia conſerantur, concilientur, communicentur. Tantum item abeſt; ut penitus Scholaſticis velitationibus ſe ſubtrahere ſoleant Patres; ut potius præſentia ſua bonam indolem non raro commendent, incendant, excitent, negligentes tacite reprehendant, deprimant, rubore ſuffundant, ad frugem aliquam promoveant. Quin & deputati quidam e Senatorio Ordine Viri, ſi non bis terve, minimum tamen quotannis ſemel, ſemel ſub Examinis ſolemnitate, præſentes Exercitium Scholaſticum luſtrant, illuſtrant, exornant, ſuaque autoritate ad frugem, ad gloriam, ad eruditionem extimulant.

Civium hoſpitalitas.

Accedit ad varias illas Auguſtam hanc Scholam provehendi rationes Civium hoſpitalitas. Liberalitas Civium accedit; quam pauperioris ſortis alumnos aliunde huc advenientes, in hoſpitium recipiendo alii, alii eoſdem menſis liberalibus alendo, multi ſtipe eorundem pauperiem ſublevando exercuere, inque hunc usque diem exercent. Si qui tamen nonna & facto poſſunt; benevolentia liberalitatem ipſi exercent & amore.

Maxima illa omnium in Gymnaſio propagando conſervandoq; cura

Hem autem! quanto major Auguſtum noſtrum Gymnaſium propagandi ac conſervandi ratio hæc eſt; quando, lapſi jam prope omni diſciplina, conſilia de abſoluto aliquo tum DOCTRINÆ tum DISCIPLINÆ potiſſimum, SCHOLASTICÆ Corpore concinnando Patres Conſcripti noviſſime contulerunt, collataque mecum communicarunt? Parui Ego equidem optimis de Re Scholaſtica provehenda conſiliis: parui, atque

Corporis Doctrin. & Diſcipl. Scholaſt. abſolutiſſimi concinnatio.

ABSOLUTISSIMUM ut DISCIPLINÆ ita DOCTRINÆ CORPUS felicitante Opt. Max. DEO concinnavi, concinnatum Superiorum cenſui ſubmiſi, ſubmiſſum cum approbatione fideli manu recepi, receptum nitidis curavi typis exſcribi, exſcriptum UNI & TRINO in cœlis DEO, AMPLISSIMO in terris ORDINI conſecravi, conſecratumque in menſam Solis expoſui, nomine publico publicaque autoritate omnibus in univerſum Gymnaſii Civibus publicandum. Publicaſſem autem Scholaſticum hoc Opus dudum: niſi, poſt non paucas remoras mihi hinc inde objectas, tempus, quo huc ante hos viginti annos cum Familia Altenburgo Oſterlandorum divinitus evocatus conceſſi, fuiſſet expectandum: niſi de ſatis idoneo & ad rem præſentem apto dicendi Argumento fuiſſet cogitandum: niſi latiori ſtylo poſt ſufficientem meditationem Thema propoſitum fuiſſet tractandum: niſi denique, juſto ordine ac debito tractandi modo obſervato, in id, ut amplior fieret Oratio, mihi fuiſſet elaborandum.

Concionati Operis, ejusdem publicatio.

Atque id omne quoniam a me tandem hac factum, nataque hinc mihi proliea, quæ DOCTRINÆ & DISCIPLINÆ SCHOLASTICÆ publicationi de Cœnobii noſtri ac Gymnaſii ortu & progreſſu præmitteretur, Oratio: comprimis quoniam heri Diem XV. Decembris, quo ante quinque abhinc elapſa luſtra, poſt inauguralem de DISCIPULO ICARO SCHOLASTICO, a me ipſo habitum, Sermonem, reſignatos a Venerando Sene Scholæ faſces capiebam, vivendo per DEI gratiam ſuperavi: ad meum me, quod reſtat, penſum revoco, atque in Eruditorum Panegyri, quod dudum publicandum erat, quodque & pridem ab Ampliſſimis Dominis Scholarchis Nobis vitæ, morum ac Studiorum Magiſtris in manus traditum, publico. Publico in Nomine ejus, qui ſe ipſum in Apocalypſi Johannea A & O, initium & finem, vocat, h. e. IN NOMINE DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, quæ Sacratiſſimi Imperatoris D. Juſtiniani, in Inſtitutionum Juris limine Formula eſt, Autoritate ac Decreto Ampliſſimi Ordinis reviſam recognitamque Auguſti Gymnaſii Gorlicenſis DOCTRINAM & DISCIPLINAM: DISCIPLINÆ & DOCTRINÆ SCHOLASTICÆ CORPUS ABSOLUTISSIMUM publico. Diſcentibus id ipſum in hoc, DEO, Muſis & Gratiis ſacro, Templo publico: publico docentibus. Docentibus, Splendidiſſima Patrum Conſcriptorum Corona aſſidente, aſſidente Venerabili cæterorum Eruditorum Corona, Doctrinæ hoc ac Diſciplinæ Corpus publico, ut utraque hæc illis Helice ſit ac Cynoſura: ad quam in docendo, in dicendo, in canendo, inque & agendo reſpiciant. Idem hoc Corpus, Corpus reviſæ ac recognitæ Doctrinæ pariterque & Diſciplinæ abſolutiſſimum, publico diſcentibus: ut utraque norma ſit ipſis ac regula; ad quam omnia ſua Studia, omnem ſuam vitam, moresque & ſuos omnes, componant.

Studioſæ Juventutis compellatio.

Sed, quum Ego ipſe diſcentibus maxime publicatum id velim, quod ſolemniter publicavi, mea jam jam decurreos Vos, Adoleſcentes, primum compellat Oratio. Ecce enim Vos inſtar Ariſtophanæi Strepſiadis, Jovem pluentem διὰ κοσκίνου οὐρεῖν, per magnum aliquod cribrum mejere, exiſtimantis, non amplius eſtis: Pietatem, qua, vel ſecundum Ethnicum, nulla vis major, omni ſocordia & ſegnitie abjecta, devote non colitis: in Doctrinæ ac literarum Studia, ut Demoſthenes, non incumbitis: Lectiones tanta cura, quanta Euclides, non viſitis: Præceptores more Alexandri magni non facitis: præteritis & Anteceſſorum veſtrorum, qui, numero innumero e Ludo hoc literario prodeuntes, poſt finita Studiorum curricula Principum Aulas, Curias, Eccleſias, Scholas, Familias ornarunt, moribus, ad Favorini apud Agellium mandatum, non vivitis. Obſecro Vos: dicite mihi, Adoleſcentes, dicite, an turpius quid ſit, quam Scholaſticum Sacra fugere, negligere, aut præſentem in templo nugis eadem eludere! Dicite, an præſentius quid nominis & famæ naufragium ſit, quam alto Supercilio, præ inani quadam δοκησισοφίᾳ Studia contemnere aut negligenter tractare? Dicite, an magis quid adverſetur Naturæ, quam Præceptoribus reſiſtere & tergiverſari! Dicite, an levius quid ſit, quam omni impetu in turpiſſimos omnis generis mores ferri! Me Chriſte! vix turpius quicquam illo; vix periculoſius quicquam iſto; vix naturæ quicquam ex inconvenientius; vix quicquam levius hoc eſſe, ipſimet judicabitis; niſi veſtrum in calcaneo geratis cerebrum. Agite ergo, o Mei, ac niſi plane deſipuctitis, a protervitate & contumacia ad pietatem, a Lectionum contemptu & neglectu ad frequentem præſentiam ac diligentiam, a temerario Præceptorum vilipendio ad debitum his honorem & amorem, ad debitum obſequium, a vitiis ad virtutem redite! Scurriles iſtos, iſtos & efferos mores, mores Cyclopicos exuite: mores perſona & ætate veſtra dignos induite! Perfici Vos noviter recognita Doctrina in Studiis; noviter reviſa Diſciplina corrigi Vos in vita ac moribus ſinite æquis animis. Præceptoribus obſequi non vultis? at rectæ rationi obſequimini. Huic obſecundare non poteſtis? at DEO, at AMPLISSIMO ORDINI obſecundate: quorum autoritas, niſi præſentiſſima pœna, haud contemni alias ſolet. Certe ſi obſecundaveritis, eaque feceritis, quæ volumus, & expectamus a Vobis, in Viros DEO gratos, Eccleſiæ ac Reipublicæ aptos, Familiis veſtris dignos, vobis met ipſis utiles, Bonis omnibus laudabiles ſuccreſcetis, adoleſcetis, evadetis. Erit & inſuper aliquid: de quo DEUS & Angeli gaudeant, lætetur Magiſtratus, Parentes exultent, Nos Præceptores & nobis & vobis gratulemur, gratulantur Nobis utrisque omnes Boni.

Clariſſimi Collegii Scholaſt. Compellatio.

Vos deinde, Vos Clariſſimos Doctiſſimosque Viros, Collegas conjunctiſſimos compello. Deſudaſtis tecum hac mecum in piſtrino hoc Scholaſtico indefeſſi: pleriſque multum collecti pulveris mecum devoraſtis! Pergite pro viribus, quilibet in ordine ac ſtatione ſua, in Stadio alacriter currere; donec optato curſu id decurratis! Pergite, inſto, mecum vigiliis veſtris ac lucubrationibus Studia Juventutis, exemplo Pici Mirandulæ, unde Phœnicis cognomentum adeptus, fovere! Pergite eloquentia veſtra ea mecum, ut Virginius, alere! Pergite præceptis ſapientiæ eadem, ut Muſonius,

mecum promovere, haut res privatas potius aut alienas, quam publicum Scholæ commodum cogitaturi, neque & nihill vel minus borulam neglexiſſe ducturi, quam ad quod DEUS ſubiraſcatur! Cæterum bono præite fidei veſtræ concreditis exemplo! Exemplo pietatis, exemplo integritatis, exemplo ſobrietatis, ſinceritatis ac candoris exemplo, mutuæ exemplo concordiæ, præite! Verſamur in Vocatione ſancta; neque hominibus forte, ſed DEO potius, ſervimus, eundemque certiſſimum habemus operarum noſtrarum Epoptam. Faciamus igitur officium noſtrum ubique fideliter: qui novimus omnes, maledictum eſſe: quisquis officium ſuum faciat negligenter: quisquis id faciat fraudulenter. Majus peccatum eſt, non nemo quondam dixit, negligere puerum, quam virginem corrumpere. Tanti utique refert, recte informari adoleſcentem: ut, qui parum fideliter ei præfuerit, maximi ſceleris reus eſſe putetur.

Patrum Reip. Gorl. Conſcript. Civiumque compellatio.

Et Vos ſeorſim, Patres Conſcripti, indictos in hoc calce præterire nequeo. Nequeo præterire Vos, CIVES OPTIMI, indictos. Proin agite PATRES, & pergite, quantum poteſtis, provida veſtra cura ac ſollicitudine Rem hanc Scholaſticam provehere, & ad poſteros propagare! Pergite Salaria ſua Magiſtris ita mature, ita prompte, ita largiter, ut per multos feciſtis annos, porrigere! Pergite reparare ampliſſimum Muſarum hoc Domicilium! Pretioſiſſimum Scholæ veſtræ Theſaurum in DEI gloriam, Eccleſiæ ſalutem, Reipublicæ emolumentum, fideliſſime cuſtodire memento te, noviter reviſam & recognitam Doctrinam ac Diſciplinam ſartam tectam ſervaturi. Et quidni ſarta tecta a Vobis, a Vobis, PATRONI ac NUTRICII Muſarum Niſſ. liberaliſſimi, Gymnaſii noſtri incluti cum DOCTRINA, tum DISCIPLINA, utraque quidem denuo autoritate ac decreto veſtro reviſa & recognita, ſervarentur? Dudum enim & illam & iſtam eruditioris pulveris Magiſtri calculo ſuo approbarunt. Approbavit utramque quidem non ita pridem Magnus quidam Amicus, Literis Wratislavia Calendis Octobr. Anni currentis ad me datis, ſic ſcribens: Accepi denuo abs Te auro contra carum munus, Opus illud abſolutiſſimum Doctrinæ pariter ac Diſciplinæ, in Clariſſima veſtra Republ. ejusque Gemma, Auguſto Gymnaſio, vigentium. Deprehendo in totius Operis illius contextu: quam recta ſit & tua, & eorum, qui tecum in tam ſancto negotio conſpirant, & quam ſalutaris intentio. Nempe Pietatem Eruditioni jungitis: & prudenti operarum diſtributione atque divini cultus commendatione, in hac temporum ſentina illud effectum dare laboratis: ut ſtudiis mores convenienter eant. Euge quam bene! Utinam ubique locorum duabus illis curis ſe impenderent, qui in illis mentium bonarum officinis docendo vitam tranſigunt! Fortasſis aliqua meſſis piorum adhuc eſſet ſperanda. &c. Dum vero ita Vir optimus de Doctrina noſtra ac Diſciplina inſtaurata ſcribit, optime de utraque ſentiens, mementote & Vos, Liberaliſſimi Cives, liberalitatem veſtram docentibus probare! Probate diſcentibus, diſcentibus præprimis advenis, eandem aut liberalibus Hoſpitiis, aut Menſis liberalibus, probare ne recuſate! Habebitis profecto ſummum DEUM largiſſimum unius etiam porrecti hauſtus aquæ remuneratorem; certiſſimos & Nos beneficentiæ veſtræ buccinatores habebitis. Ne dicam: quod nova hinc ſplendoris ac honoris lux, nova laudis ac gloriæ ſpes Vobis utrisque, & Patribus Vobis Conſcriptis, & Vobis Civibus, exorietur: quodque item omnium Seculorum memoria, quam poſteritas alat, ipſa æternitas intueatur, Vobis vigebit, florebit, perennabit.

Quid tandem? Tandem ut extremum quid habeat Oratio mea, humillimus Ego equidem ſervus DEO meo, æterno DEO, Patri, Filio, ac Spiritui Sancto, ſummo ac præpotentiſſimo Gymnaſiarchæ, immortales pro conceſſa in viceſimum hunc usque RECTORATUS mei GORLIC. Annum vita, pro conceſſis in eundem usque annum cum corporis tum animi viribus, pro illa indeſinenter mihi præſtita gratia, gratias ago. Conclusio.

Ago inſuper habeoque immortales cum pro aliis omnibus, iisque maximis, in nos Collegas omnes rerum hac collatis beneficiis, tum vero pro illa cumprimis benigniſſima Eccleſiæ, Scholæ, Reique publicæ noſtræ conſervatione ac tutela, immortali DEO gratias: dum revera finem dicendi heic facio, atque lubens ſolennem Orationem, in qua paulo latius, quam tenerrimæ Veſtræ, A. V. aures ferre poterant, in ſpatioſiſſimum dicendi campum præter ſpem omnem & expectationem excurri, perpetuo iſthoc ac pio LAURENTII LUDOVICI, ſanctæ recordationis Viri Voto claudo:

Hac tua ſit Schola, Chriſte: Tuam tueare Sareptam:
Ut celebret nomen voce fideque tuum!

D I X I

L. S.

Noli L. B. turbari; quod lit. H. col. 4. lin. 17. Franciſcanorum introitus in Germ. incidere in Annum Chriſti 1239. legatur, lit. vero F. col. 4. lin. 4. accidiſſe ille paulo citius, Anno nimirum Chriſti 1234. videatur. Quum enim prius illud, quod retuli Hoſpiniano, poſterius hoc noſtris debeam Annalibus, facile conciliari utrumque poterit; ſi illud de pleno Franciſcanorum in Germ. ingreſſu, hoc de primis ſaltem ejusdem ingreſſus initiis intelligatur. Ille certe paulo ſerior, hæc paulo maturiora fuiſſe videntur. Vale & fave!

F I N I S.